# I. C. NEAPOLITANI

CAVSARVM OLIM PATRONI PRÆSTANTISSIMI.

NVNC MAGNÆ CVRIÆ IN CRIMINALIBVS Iudicis integerrimi.

# CONSILIA ſiuè RESPONSA

*IN QVIBVS EA, QVAE AD QVOTIDIANVM VSVM, Forenſibus in negotijs, & controuerſijs ſpectant, ſubtiliſſimè, & exactiſſimè perſtringuntur.*

*ſuis quibuſque locis repoſitis aucta.*

& materiarum Indice fideliſſimo, ac locupletiſſimo.




BIBLIOTECA

NEAPOLI,

Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. Anno

*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. PRINCIPI

# D. PETRO GIRON

## OSSVNENSIVM DVCI,

Orueñæ Comiti, Marchioni de Peñafiel, Potentiſſimi Regis noſtri Maiori Camerario, eiuſque Notario Maiori Regnorum Caſtellæ, & in hoc Regno Proregi inclyto.

CAMILLVS LARATHA EX CASERTANORVM COMITIBVS I.C. & in M.C.V. Criminum Iudex, perennem fœlicitatem.

*CVM duo ſint potiſſima humanæ vitæ inſtituta, quæ in optima quaq; Republica pertinaci conſuetudine retinentur, armorum ſcilicet, & literarum, qui ſapiunt viri nobiles, quique ad turpe otium non ſunt à natura comparati, alterutrum neceſſariò amplexantur, horum, & ego exemplo vſus, cum ad militiæ diſciplinam, in qua maiores mei continenti ſerie non exiguam Regibus operam, neque abſque gloria nauarunt, fortune, temporumque inconſtantia à ſummo familiæ ſtatu deiectus aggredi minimè poſſem, ad literas (quod reliquum erat) animum appuli, illamque mihi partem excolendam delegi, quam Iuris prudentiam ſapientiores appellant, quamq; bono publico natam, nemo eſt, qui non agnoſcat, in hac multos annos non ſine labore, ac forenſi ſtudio verſatus, ſiue clientum patrocinia ſuſciperem, ſiue pro rei occaſione de iure reſponderem, tandem tua benignitate (Princeps optime,) cum extra omnem ambitionis aleam poſitus, nihil minus cogitarem, criminum quæſitor in hoc ſummo Magnę Curię Tribunali renunciatus ſum, affecit me mirum in modum ſingulare hoc beneficium lætitia, multipliciq; nomine, primùm quidem, quod eſſet ſe ipſo conſpicuum, & contemplatione dignum, deinde quòd ab acerrimi, rectiſſimiq; iudicij Principe ſponte collatum ad laudem, & gloriam nominis mei, non parum conduceret, poſtremò, quod dignitatem hanc abs te Duce militari laude, rebuſq; terra, mariq;*

† 2 *præclarè*

Digitized by Google

præclarè geſtis cum priſcis conferendo, homini itidem ex militari genere, armorumq; gloria inſigni, (liceat vera proferre) bono fato tributam animaduerterim, quid ipſe in hoc munere obeundo præſtiterim, quàm bene tuæ expectationi reſponderim, aliorum velim eſſe iudicium; illud ſanè compertiſſimum, me accuratam dediſſe operam, vt, quantum fieri poſſet, conceptam ſemel opinionem, haud imminuerem. Sed nolo in beneficij magnitudine animiq; ſenſu explicandis, adeò occupari; vt eius, quod tibi debeo, quod certe non exiguum eſt, videar oblitus. cogitaui ſæpe mecum, quodnam deuincti animi ſpecimen, atq; argumentum tibi exhiberem, ſed quamuis anxio animo multa percurrerem, omnia tamen infra meritorum tuorum amplitudinem, ſed ſupra virium mearum imbecillitatem ſunt viſa, non tamen deſpondi animum, ſed re paulò accuratius excuſſa ſatius eſſe duxi, aliquid, ſin minus pro rei dignitate, ſaltem pro viribus, vt vt eſſet, periclitari, quàm ingrati animi turpiſſimam omnium conſenſu notam ſubire. Idcirco iuris prudentiæ reſponſa, quæ iam dudum ſummis vigilijs, ac pertinaci labore conſcripſeram, ad publicam vtilitatem in lucem emiſſurus, decreui illico ampliſſimo nomini tuo (quod nunc facio) ſubmiſſo animo conſecrare, ratus fore, vt ſi tanto patrocinio inſcripti prodirent; præter quàm, quod æternum apud poſteros mei in te ſtudij monumentum extarent, cunctos, qui in alienos labores prauo ingenio inuehi ſolent, iniecto metu ab obtrectationibus auerterent; quis enim nomen illud non reformidet, quod Chriſti hoſtibus Regiſq; noſtri inuictiſſimi perduellibus formidinem incutit, quod, vel extremi orbis fines iam audierunt, quod ſuſpiciunt omnes, quod amirantur omnes? videtur quidem primo occurſu, hoc togatæ prudentiæ munus à militari ſago abhorrere, ſed ſi res acrius, ac diligentius perpendatur, fatebuntur in te omnes præter militarem Alexandri præſtantiam, Solonis, Lycurgiq; prudentiam elucere; id bene norunt, qui, cum arduis de cauſis ad te referretur, in quibus, vel exercitatiſſimi Iureconſulti animo hæſiſſent, te acri, viuidoq; ingenio, iuris nodos ex tempore explicantem, non ſemel audierunt, poſſem ego, ſi vt vellem, ita liceret me in tuas laudes vlterius inſinuare, ſed cum probè noſcam his dicendis integrum hiſtoriarum volumen deberi, prudens abſtineo, ne videar breui hac dicatiuncula velle, quod expleri nequit, attingere, quod nunc enixè oro, illud eſt, vt meum hunc laborem, qualis qualis ille ſit, hilari fronte ſuſcipias, munerisq; exiguitatem, ea qua ſoles animi generoſitate, compenſes, Interim te Deus Opt. max. ad totius Chriſtianæ Reipublicæ decus, tuorumq; clientum, quo titulo ipſe glorior, ornamentum, incolumem diù tueatur. Neap. Kal, Iunij 1620.

# MVTII RECCHI IVRE CONSVL.

## *AD LECTOREM.*

EN habes amice Lector Cōſiliorum librum Aduocatis,alijſq;omnibus in foro verſantibus vtilitatis redumdantia, nouarumq; rerum ſupremis Regni Neapolis in Tribunalibus deciſarum,fertiliſſimum,atq; tandiù optatiſſimum. CAMILLO DE LARATHA authore,cuius encomia niſi me affinitatis vinculum retineret,latiùs explicarem.elaborauit enim vir ex Didaci illius deſcendens ſanguine, qui Roberti Regis in Florētino,& Ferrarienſi bello, in Gallia Narbonenſi, Romandiola,& Comitatu Brittonū Generalis Vicarius, & magnus Regni Camerarius extitit,& ex illius item Balthaſſaris,magnus eiuſdem Iuſtitiarius,ex quorum generoſa proſapia,& Caſertæ,& Montorij, & Alexani, & Sanctæ Agatæ Comites,nonnullarumq; aliarum Ciuitatum, & Oppidorum domini, ex Hiſpania oriundi, in Italia latè floruerunt.vir,qui & ſi maiorum ſuorum nō immemor, teneris ab annis pace iam renata,& armis fugatis,ſub potentiſſimo Auſtriacorum Imperio,leges, earumq; ſectatores amplexus eſt,ita in ſecundis moderatus, vt in aduerſis conſtans; Cumq; tot antiquarum dignitatum, reliquias aliquas poſſideret, Aduocati munus aliquot per annos exercuit, ſummis viris cognitus, omnibus carus, odioſus nemini; ſolitariam deindè vitam eligens, vt ſibi ſtudijſq. viueret,ad difficilliores Iuris materias explicādas,earumque dubia enodanda, & ad luculentā conſonantiam redigenda,totus incubuit, vitamq. illā quouis Regno potiorem, æquitas animi ei fecerat, ſed ecce Excellentiſſimus Oſſunæ Dux, Potentiſſimo Regi noſtro



Digitized by Google

cariſſimus,ex quiete illa ipſum reuocans,in Magna Curia criminali iura dicere demandauit, munus non iam petitum,ſed à tanto potius Principe ſpontè delatum, & reuerenter,& maxima animi alacritate ſuſcepit; etenim & honores, & dignitates, vt ambitu malè acquiruntur, ita per bonas artes non ſunt ſpernendi. In quo quid de ſua dicam modeſtia cum maioribus, obſeruantia inter æquales, atq; erga ſubditos iuſtitia? cum quibus nulla ambitione, gratia, pecunia, odio, amore, vi, nec moueri, nec terreri poteſt; quid de ſua circumſpectione in inquirendo delicta, animi temperantia in proceſſu cauſarum, & promptitudine in adaptando leges negotiis? idq; totum ea animi quiete, manſuetudine, grauitate, doctrina, vt vndiq; iuſtitia, & æquitas inuicem oſculentur, adeò quòd, ne dum Ciuitatis Proceres,ſed,& idem Princeps publicè ſua ſit gauiſus electione, ſuo lætatus pertractandis in rebus conſilio, ſuam admiratus muneribus in reijciendis conſtantiam, legumq; obſeruationem. Sed cum plura, nec perſonæ,nec temporis, nec loci ſint,ſi maiora de familiæ ſuæ ſplendore deſideras,perſcrutare hiſtorias,de animi, corporiſq; dotibus, vniuerſale iudicium interroga,de doctrina,librum ipſum require,illum accipias,perlegas,bonique rogo, vt cōſulas,atq; valeas.

Digitized by Google

# INDEX
## ARGVMENTORVM CONSILIORVM, pariter, & Deciſionum.


Conſil. 1. Deciſum.

*DE caducitate rei emphyteuticæ propter alienationem, irrequiſito Domino factã, & ob cenſus biennio Eccleſiæ, & triennio priuato non ſolutos. De prælatione in alijs alienationibus factis. De laudemij, ſiuè quarteriæ ſolutione, ac cenſus, & de alijs ad materiam fol. 3.*

Conſil. 2.

*Præcedentiam, an quis à die conceſſionis, vel datæ priuilegij conſequatur. fol. 14.*

Conſil. 3. Deciſum.

*Alienata parte ſubfeudi plani, & deindè alia re nominata capud ſubfeudi ſinè Regio aſſenſu, an venditor, qui primam rem alienatam recuperauit, partẽ dictam capud, ſecundo loco alienatam, recuperare poſſit. fol. 23.*

Conſil. 4.

*De nullitate aſſenſus per ſubreptionem, trãſmiſſione inſtantiæ ad hæredem ſuper feudo, etiam in gradu non ſucceſſibilẽ, & qualiter. fol. 28.*

Conſil. 5.

*De rebellione, reſtitutione, annullatione cõceſſionum, & alijs fol. 35.*

Conſil. 6. Deciſum.

*De Regio Banno impediente fabricas, & ſi eo ſtante, cenſuarij territoriorum ad opus fabricandi, teneantur ſoluere cenſus conuentos, & de alijs ad rem. fol. 55.*

Conſil. 7.

*De Priuilegio Apoſtolico conceſſo Ordini S. Benedicti, ſiuè Sanctæ Iuſtinæ, alienandi bona cum decreto duorum Fratruum, an tale priuilegium reuocari poſſit, ſtante receptione pecuniæ, & an contractus bonorũ taliter alienatorum ſit nullus, & bona auocari poſſint. fol. 61.*

Conſil. 8.

*Numquid fœmina non familiæ origine, nec patria, aut habitatione Neapolitana, iure ſecundi matrimonij filios vniuerſales hæredes inſtituat, legitima tantum filiabus primi matrimonij relicta ad intellectum l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. fol. 68.*

Conſil. 9. Deciſum.

*De datis, & promiſſis contemplatione matrimonij, patre ſtipulante prò ſe, & hæredibus & poſtea nominatim prò filijs, an filij veniant vti filij, vel vti patris hæredes, & de poteſtate alienandi. fol. 75.*

Conſil. 10.

*De exceptione Regiæ pragmaticæ editæ Thori, conceſſione immunitatis, & quando iuri tertij derogat, ac de alijs. fol. 86.*

Conſil. 11. Deciſum.

*De ſententia libello conformi, & actione perſonali contra tertium poſſeſſorem non concedenda, atq; de Sacri Conſilij ſtylo in pecunias vendita ex re peruentas liberanda. fol. 92.*

Conſil. 12.

*De exceptione Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, & reuocatione tranſactionis, ex defectu aſſenſus. fol. 95.*

Conſil. 13. Deciſum.

*De nullitate laudi lati vltra compromiſſa, & ſinè citatione. fol. 97.*

Conſil. 14.

*De donatione reciproca falſam propter cauſã in vna, reſcindenda pro alia, fol. 99.*

Conſil. 15. Deciſum.

*De intereſſe propter dotes debito, & vſufructu patris in bonis filij, & nepotis, etiam dotalibus. fol. 102.*


Con-

Digitized by Google

Conſil. 16. Deciſum.
*De exequutione decreti prò parte acceptati, & prò parte appellati. fol. 104.*

Conſil. 17. Deciſum.
*De ſententia lata contra mortuos, & viuos, quod ſit nulla, & eius exequutio reſpectu omnium impediatur. fol. 106.*

Conſil. 18. Deciſum.
*De prælatione ſecundi conductoris, & eiectione primi fol. 107.* In fine d. conſil. 18. eſt addẽda deciſio tenoris ſequentis v3 Referente R. Conſiliario D. Nicolao Antonio Gizzarello die 1. Decembris anni 1590. in Banca Iulij Cæſaris Galterij, fuit prælatus ſecundus cõductor per prędicta.

Conſil. 19. Deciſum.
*De peremptione inſtantiæ in criminalibus, falſitate, & alijs. fol. 111.*

Conſil. 20. Deciſum.
*De oleis recollectis extra Ciuitatem Monopolis, an debeatur gabella intraturæ granorum octuaginta ſeptem. fol. 113.*

Conſil. 21.
*De exequutione ſententiæ Sacri Conſilij, non obſtante reconuentione, & quando locum habeat reconuentio. fol. 115.*

Conſil. 22. Deciſum.
*De nullitate ſententiæ contra minorem lata, reſtitutione in integrum, & alijs. fol. 118.*

Conſil. 23.
*An primogenita feudorum refutataria à paragio excludat ſecundogenitam in burgẽſaticis inſtitutam, quæ adita hæreditate, nullum confecit inuentarium. fol. 120.*

Conſil. 24.
*Paragium ingreſſarum, qualiter debeatur, & num iuramentum, data ænormiſsima læſione obſtet renuncianti. fol. 122.*

Conſil. 25.
*Vidua lucri ante nuptialis vſufructuaria per filij exiſtentiam, ſi moriatur filius, an plena fiat proprietaria, non obſtante quod ex alio, & primo eiuſdem patris matrimonio, filij ſuperſint. fol. 126.*

Conſil. 26.
*Filia indiſcretè dotata à patre, & nupta pari an poſt mortem patris ſupplemẽtum petat legitimæ, etiam ſi amplius petere, ſit teſtamento prohibita. fol. 130.*

Conſil. 27. Deciſum.
*De nullitate ſententiæ, & omnium ex ea dependentium. fol. 136.*

Conſil. 28. Deciſum.
*De nullitate decreti, ob interuentum Iudicis propter ſuſpitionem remoti, exceptione rei iudicatæ, ceſſionis periurij, & alijs. f. 139.*

Conſil. 29.
*Donatio facta filijs naſcituris, quando ſit inofficioſa, & quæ concurrere debent, vt obſtet exceptio rei iudicatæ. fol. 146.*

Conſil. 30.
*De depoſito nullitatum non faciendo prò laudo, & credito antiquo tutoris non exigendo, & ſatisfaciendo, donec computa ſuæ adminiſtratæ tutelæ non reddiderit, cum reliquorum reſtitutione. fol. 150.*

Conſil. 31. Deciſum.
*Remedia Capitulorum Regni prò, vel contra poſſeſſorem, quando competunt, & aduerſus quem. fol. 155.*

Conſil. 32. Deciſum.
*Olim cauſæ Aduocatus prohibetur in illa eadem iudicare, & an alteri committere ſuſpectus Iudex poſsit, vel delegare. Item quando Fiſci patronus poſsit vti ſuſpectus recuſari. fol. 161.*

Conſil. 33.
*Conceſſo feudo cum poteſtate alienandi, an nouus requiratur aſſenſus tempore alienationis. fol. 165.*

Conſil. 34.
*Pars feudi Regio cum aſſenſu ab alia parte diuiſa, nùm feudum ſit de per ſe. folio 167.*

Conſil. 35.
*Baro, qui pecunia recepta terram vnam fecit Cameram, nùm variando aliam poſsit eligere. fol. 169.*

Conſil. 36
*Legatum factum per verbum dono, quo tempore debeatur, & an alienatio rei legatæ adimat legatum, & quid ſi factum eſſet, alia ex cauſa creditori. fol. 171.*

Conſil. 37. Deciſum.
*Alienatio rei Eccleſiæ ſine aſſenſu Apoſtolico, & in euidentem Eccleſiæ læſionem, eſt ipſo iure nulla. fol. 172.*



Digitized by Google

Conſil.38.Deciſum.
*Pretium ex venditione rei feudalis peruentum, qualiter liberandum ſit. Quæ minoris contractum conualident, quando aſſenſus ſit nullus, vel paragium ſit anterius. fol.175.*
Conſil.39.Deciſum.
*In nomine debitoris, quod venit in obligatione, quando compenſatio locum habeat. fol.181.*
Conſil.40.Deciſum.
*Res feudo reddititia in emphyteuſim cōceſſa, an iure congrui petatur, & quid in ſimulato contractu. fol.182.*
Conſil. 41.
*Vaſalli num præferantur extraneis in locatione iurium Baronalium. fol. 185.*
Conſil. 42.
*Debitum cum cautione contractum, ſi ſit ſolutum, & quietatum, an ſequuta euictione contra creditorem, fideiuſſor teneatur. fol.187.*
Conſil.43.Deciſum.
*Maior pars Vniuerſitatis, an in præiudiciū minoris partis concludat, & quando aſſenſus conualidet actum. fol.188.*
Conſil.44.Deciſum.
*Tranſactionem impugnans, an antè omnia teneatur ob tranſactionem recepta reſtituere. fol.189.*
Conſil. 45.
*Vniuerſitas, an habeat iuſcongrui in bonis Ciuium. fol.191.*
Conſil. 46.
*Clericus, quando habeat iuſcongrui contra laicum, vel è contra, & quid in Ciuitate Neapolis. fol 196.*
Conſil. 47.
*Diſpoſitio taxatiua, conditionalis, & incertę rei adiuncta, redditur inutilis. fol.199.*
Conſil. 48.
*Fideicommiſſum, an ex coniecturis etiam inducatur, & an in conditione poſiti, cenſeantur vocati. fol. 203.*
Conſil. 49.
*Succeſſio in fideicommiſſo, an in ſtirpem fiat, vel in capita, & qualiter vſusfructus inter vſufructuarios tranſmittatur. fol.207*
Conſil.50.Deciſum.
*Fideicommiſſum, quando dicatur ſimplex in caſu alienationis tantùm, vel complectatur etiam caſum mortis. fol.210.*
Conſil. 51.
*De Fideicommiſſo, & donatione facta contemplatione matrimonij. fol.213.*
Conſil. 52.
*Sententia nulla ex defectu citationis ad dicendum, non eſt exequenda, & an legitima in bonis reſtituendis, capi poſſit. f.215*
Conſil.53.Deciſum.
*Qualitates, & conditiones in inſtitutionibus & fideicommiſſo poſitæ, cenſentur in ſubſtitutionibus repetitæ, ſed vltra vocatos, non extenduntur. fol.217.*
Conſil.54.Deciſum.
*Re legata euicta, & condemnato hærede ad extimationem, omiſſo intereſſe pro fructibus, an debeatur intereſſe. fol 222.*
Conſil.55.Deciſum.
*De compenſatione cum legato. fol.223.*
Conſil. 56.
*Filiæ à patre non inſtitutæ rumpunt teſtamentum, etiam quod fuerint maritatæ, & dotatæ. fol.224.*
Conſil. 57.
*An Habitatores, ob ſpirituum timorem, & periculum, non ſoluta mercede, domos relinquere poſſint. fol. 225.*
Conſil. 58.
*Legata, & donationes irreuocabiliter inter viuos, etiam ad pias cauſas in teſtamento facta, & factæ, reuocari poſſunt. fol. 226.*
Conſil.59.Deciſum.
*Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorū, licet fiat in linea deſcendenti ex cauſa dotis, requiritur tamen neceſſitas dotandę, & non procedit in collaterali fol. 229.*
Conſil.60.Deciſum.
*Teſtamentum ſinè interuentu Mundualdi, an ſit nullum. fol. 231.*
Conſil.61.Deciſum.
*Fides depoſiti publico à Banco facta, nullam recipit exceptionem, vt retardetur ſolutio. Item Clericus non incedens in habitu, & tonſura fori priuilegio non gaudet. f. 233.*
Conſil.62.Deciſum.
*Euictio locum non habet aduerſus venditorē, lite ei non denunciata, vel ſententia non exequuta. Item reſtitutio in integrum petita, & euidenter, non calumnioſè, impedit exe-*

Digitized by Google

*exequutionem ſententiæ. fol.* 235.

Conſil. 63.

*Maior pars Vniuerſitatis conducens Medicum neceſſarium, non poteſt minori parti contradicenti præiudicare. fol.* 237.

Conſil. 64. Deciſum.

*Anterior creditor, quando poſſit auocare pecuniam à creditore vigilante exactam. fol.* 238.

Conſil. 65. Deciſum.

*Debitum ex contractu, quando longi temporis taciturnitate, præſumatur ſolutum. fol.* 239.

Conſil. 66.

*Donatio facta nepoti ob merita, & ſeruitia, an per ſuperuenientiam liberorum reuocetur. fol.* 241.

Conſil. 67.

*De excuſſione principalis debitoris facienda, antequam agatur contra fideiuſſorem ſiuè indemnitatem promittentem, qui facto aliquo impeditus, non eſt in mora. f.* 243.

Conſil. 68.

*An maritus in præiudicium vxoris, partem fructuum dotium ſocero relaxare poterit & an ſit dotium, & fructuum dominus. fol.* 245.

Conſil. 69. Deciſum.

*Legatum factum in primo teſtamento, confirmatum per donationem inter viuos per aliud teſtamentum non reuocatur. Item paragium filiæ de bonis paternis, & maternis debitum transfertur ad hæredes, etiã quod non nubat. fol.* 247.

Conſil. 70.

*Inſtitutio, ſubſtitutio, legatum, & prælegatũ poſteà factum, quando in reſtitutione fideicommiſſi veniant. f.* 251.

Conſil. 71. Deciſum.

*Diſpoſitio in teſtamento mulieris decedẽtis ſinè filijs, non comprahendit niſi medietatem dotium, & alia medietas eſt reſtituenda proximiori, iuxta Conſuetudinem Neapolitanam, ſecundum quam fuit contractum. fol.* 257.

Conſil. 72. Deciſum.

*Poſſeſsio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum an ſtatim mortuo grauato ad fideicommiſſarium ſpectet, cum fructibus pendentibus fol.* 259.

Conſil. 73. Deciſum.

*Fructus pendentes, & introitus non exacti in vita grauati, ad fideicommiſſariũ ſpectant. fol.* 260.

Conſil. 74. Deciſum.

*De fideicommiſſo, ex probibita alienatione in ducto, & quod ſemper bona ſint pœnes deſcendentes, & ipſos de familia. f.* 263.

Conſil. 75.

*Creditum priuati, præfertur omnibus in teſtamento honoratis, & anterior præfertur etiam Fiſco. fol.* 264.

Conſil. 76.

*Probibita ſimpliciter alienatione, an inducatur fideicommiſſum inter cohæredes, ita vt vnus ex cohæredibus extraneum inſtituere non poſsit. fol.* 268.

Conſil. 77. Deciſum.

*Inſtitutio in proprietate, & poſtea in vſufructu, quomodo intelligatur. Item onus, in portione bonorum antiquorum vigore Conſuetudinis, & bonorum maternorum, ac in legitima, non imponitur. fol.* 274.

Conſil. 78. Deciſum.

*Sententia, ad non expreſſa non extenditur; Item licet victori pro ſe introducta contẽnere. Item fideicommiſſaria ſub conditione ſi ſinè filijs deceſſerit, poſſunt offerri fructus vita durante. fol.* 280.

Conſil. 79.

*Conditiones appoſita in legato facto in teſtamento, an cenſeantur repetita in legato cõdicillari. fol.* 283.

Conſil. 80.

*Fiſcus aduerſus creditores anteriores non vtitur priuilegio, quo contra vxores adminiſtrantium officia Fiſcalia, latinè Primipili vtebatur antiquitus, & quare. fol.* 287.

Conſil. 81. Deciſum.

*Sequeſtrum, quibus ex cauſis fieri poſsit. fol.* 290.

Conſil. 82. Deciſum.

*Creditores ad rem emendam, qualiter cõcurrant. Item an ſoluens ſcienter debitum ceſſum, liberetur. Item an mulier, quæ hypothecæ ſuæ renunciauit, habere poſsit regreſſum nouum ſuper re ſibi antiquitus hypothecata. fol.* 292.

Con-

Digitized by Google

# Index Argumentorum.


Conſil. 83.

*An in tranſactione feudalium,regius requiratur aſſenſus,de intellectu verbi,mandato noſtræ Curiæ,in conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ,de præſcriptione centũ annorum,& temporis immemorabilis.f.296*

Conſil. 84. Deciſum.

*Vniuerſitatis quilibet poteſt infra legitima tempora demanium petere,& illud,in quo exiſtunt,defendere.fol.300.*

Conſil. 85.

*Defenſiones poſſunt fieri per ſcripturas, per teſtes,& omni alio modo,& à nullo,quantumuis ſupremo Principe tolli poſſunt. fol. 303.*

Conſil. 86.

*An Dominus ſuas Ciuitates,Terras,Caſtra,& loca cum vaſallis ipſis inuitis,alienare poſſit,& an ipſi vaſalli venditi poſſint pretio ſe redimere. An ius redimendi competat vaſallis,vt vniuerſis,vel vt ſingulis,& an Rex terras de demanio effectas, quibus priuilegio in demania tenere promiſit,poſſit alienare,ſuumq; priuilegium, ipſe,vel ſui ſucceſſores reuocare. An Terra de demanio effecta,ſi vendatur, pretium ſpectet ad Regem,vel ipſam Vniuerſitatem. fol.308.*

Conſil. 87. Deciſum.

*Præcedentia,an primo in poſſeſſione officij,& poſteriori in data priuilegij,debeatur,vel è contra.fol.322.*

Conſil. 88. Deciſum.

*Nullitates in Conciſtorio Principis à decreto coram eo lato,nũm proponi poſſint, & an præſens, & aſſiſtens, neceſſariò citandus ſit.fol.332.*

Conſil. 89. Deciſum.

*Iudices,qui in prima inſtantia iudicarunt, an,& in ſecunda iudicare, & Commiſſarij eſſe poſſint de Iure Regni.f.340.*

Conſil. 90.

*Pretij rei venditæ,data dilatione,nũm debeantur vſuræ,& quid in cenſu vitalitio. fol.345.*

Conſil. 91. Deciſum.

*Clauſulæ ſequentes, ad præcedentia referuntur cum omnibus qualitatibus ſuis,ſuntq; repetitiuæ ad omnia præcedentia.f.355.*

Conſil. 92. Deciſum.

*Reconuentio,an habeat locum in cauſa appellationis , & quando fieri debeat,vt pari paſſu procedatur, vel Iudicis proroget iuriſdictionem. fol.359.*

Conſil. 93.

*Aſſiſtentia,an pro legato debeatur contra tertium poſſeſſorem,& an dominij ſuperuenientia,obligationem rei alteri donatæ,conualidet. fol. 365.*

Conſil. 94. Deciſum.

*Feudũ conceſſum prò hæredibus,ad quos peruenire debeat,& an quando ſoluitur quarteria,ſinè aſſenſu alienari poſſit,& quid ſi non præſtetur fidelitas, nec perſonale ſeruitium,an tranſeat ad extraneos. f.368.*

Conſil. 95. Deciſum.

*Clericus Ciuis, ius habet paſcendi cum Ciuibus,& lignandi.fol.371.*

Conſil. 96. Deciſum.

*Clericus allegans Iudicem ſuſpectum,an depoſitum facere teneatur. fol.372.*

Conſil. 97.

*De Minore inhabili ad contrahendũ,& eius reſtitutione ex contractu illicito. f.373.*

Conſil. 98.

*Bonorum ſericorum per mercatorem,dolo,& fraude emptorum,an ſit translatum dominium,& an venditores ea vendicare poſſint. fol. 374.*

Conſil. 99. Deciſum.

*Diuiſio,& Concordia,cum dolo, & ænormiſſima læſione factæ,reſcindi debent.f 376.*

Conſil. 100. Deciſum.

*Spoliatus authoritate Iudicis,vigore ſentẽtiæ ſpoliato nõ vocato,latæ,reſtitui debet etiã cum fructibus,& quando fideicommiſſum fauore familiæ factum intelligatur,& an perpetuum ſilentium,inauditos afficiat . fol.378.*

Conſil. 101.

*Filiæ Rebellium,ab eorum hæreditate non excluduntur.ad intellectum l.quiſquis §.filij vero,& §.ad filias ſanè, C.ad l. Iuliã maieſt.fol.381.*

Conſil. 102. Deciſum.

*Delictum cum Sclopo,vel Baliſta ad ſagittã an ſit proditorium,vt indultu non gaudeat,& quando, vel ex quibus præſumatur mandatum. fol. 383.*


Digitized by Google

Con-

# Index Argumentorum.

Conſil. 103. Deciſum.

*Capitaneus triremis, an, & in quo teneatur pro fuga condemnati ad triremes. Item de Banno, quos liget, & quando. fol. 389.*

Conſil. 104. Deciſum.

*Sententia ex falſa cauſa lata, eſt nulla, & falſitate vtens, cauſam amictit, ac mulier obligata, Velleiano iuuatur. fol. 392.*

Conſil. 105. Deciſum.

*Clericus effectus poſt delictum, per quem Iudicem cognoſcatur. fol. 394.*

Conſil. 106.

*In Reſcripto Principis, an attendatur data, vt ſtatim afficiat omnes, & an in generali indulgendi poteſtate conceſſa, comprabendatur coitus deteſtabilis cum Moniali. fol. 396.*

Conſil. 107. Deciſum.

*Teſtibus inueriſimilia, incredibilia, & varia deponentibus, & non conteſtibus, pauperrimis, inimicis, & ſolitis falſum deponere, credi non debet. fol. 400.*

Conſil. 108. Deciſum.

*Stuprum cum famula expoſita, qualiter puniatur, an præſcribatur, an contrà hæredes ſtuprantis detur actio, & an alimenta concubinæ debeantur. fol. 403.*

Conſil. 109. Deciſum.

*Occidens, nèdum ipſe, ſed eius filij priuantur ſucceſsione occiſi, etiam in bonis fideicommiſſo ſubiectis. fol. 407.*

Conſil. 110. Deciſum.

*Vulneratus, quando mortuus de vulneribus cenſeatur, & de pœna percuſſoris, ac de alijs. fol. 416.*

Conſil. 111.

*Mulier hypothecam expreſſam, vel tacitam, ſiuè perſonalem actionem habens, an creditoribus eaſdem habentibus præferatur, & de intellectu l. aſsiduis C. qui pot. in pign. habeant. fol. 419.*

Conſil. 112. Deciſum.

*Ex Fideicommiſſo de certa re prò primogenitis deſcendentibus, & pro paragio in beneficium fœminarum deſcendentium, an fuerit ius irreuocabile quæſitum, & ſi poſſeſſor rei ſubiectæ reſtitutioni, poſſit eam filiæ in dotem dare; Auth. res quæ, in quibus caſibus habeat locum, & de reſciſſione contractuum ob dolum, & ænormiſſimam læſionem. fol. 422.*

Conſil. 113. Deciſum.

*Tertius comparens in iudicio, inter alios moto, quando, & quomodo admittatur, & an ei competant beneficia. fol. 430.*

Conſil. 114.

*Depoſitio vnius teſtis, vel mediatoris, ſiuè proxenetæ, aut coniecturæ, quando probent, vel indicium faciant contra Officialem, vt torqueri, vel condemnari poſſit. f. 437.*

Conſil. 115.

*De ſucceſſione filiorum in pupillari ætate, vel ab inteſtato, quandocunq; decedentiũ, in bonis omnibus in beneficium proximiorũ ex parte patris, præterquàm in bonis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris, & an Conſuetudo habeat locum, patre, vel matre exiſtente in medio, & quod nouus vſus eſt eadẽ Conſuetudo, & de renunciatione particulari ſucceſſionis filiorum non neceſſaria. fol. 455.*

Finis Indicis Argumentorum.

Digitized by Google

# CAMILLI DE LARATHA I. C. CELEBERRIMI CONSILIA,

## CVM EORVM DECISIONIBVS, ſuis quibuſque locis repoſitis.

*SVMMARIVM.*

1 *Caducitas, ſeù deuolutio committitur, ob alienationem irrequiſito Domino.*
2 *Emphyteuta, alienare volens debet requirere directum Dominum, & per duos menſes expectare.*
3 *Directus Dominus non habet neceſſe probare dominium, ſi rem emphyteuticam ab extraneo vendicare vellet.*
4 *Emphyteuta canonem non ſoluens cadit à iure ſuo, & poteſt expelli.*
5 *Quod procedit etiam pacto non exiſtente.*
6 *Item etiam ſine interpellatione.*
7 *Dies legalis ſicut dies conuentionis interpellat.*
8 *Emphyteuta deficiens in parte canonis cadit à tota re.*
9 *Conditio eſt indiuidua.*
10 *Canonis non ſolutio reſpicit perſonam, non rem.*
11 *Pœna contemptus integra committitur.*
12 *Emphyteuta non ſoluens canonem cadit etiam à meliorationibus.*
13 *Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, requiritur rei, perſonæ, & agendi identitas, & num. 55.*
14 *Modus agendi in primis obſeruandus eſt.*
15 *Qualitas adiecta facit, actionem intentatam dignoſcere.*
16 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, cum diuerſa cauſa, & qualitas intentatur, & num. 18.*
17 *Cauſæ eorum obligationes ſequuntur.*
19 *Cauſa cenſetur expedita, ex qualitate propoſita.*
20 *Diſcuti non poſſunt non deducta.*
21 *Sententia vt obſtet, oportet, quod ſit deciſum illud, quod petitur.*
22 *Proteſtatio fraudulenta non prodeſt.*
23 *Proteſtatio, ſaluo iure directi Domini, & non aliter, nec alio modo, facta traditione à caducitate non excuſat.*
24 *Emphyteuta alienans partem rei cadit à tota re.*
25 *Emphyteuta alienans rem pro franca, non in rem, ſed in perſonam delinquit, & cadit à tota re.*
26 *Emphyteuticæ rei venditio pro allodiali præſumitur in fraudem Domini.*
27 *Alienatio rei emphyteuticæ, ex quibus reddatur neceſſaria.*
28 *Cauſa prima ſemper ſpectatur.*
29 *Neceſſitas voluntaria ex cauſa deſcendens, tanquam à radice infecta, nullum fructum affert.*

30 *Contractus primus quoad iuris effectum dicitur voluntarius.*

31 *Matrimonium dicitur liberum, tametſi qui contrahit ſe iureiurando ligauerit.*

32 *Initium volũtarium neceſſitatem ex poſt facto non conſiderat.*

33 *Cauſans, & non cauſatus conſideratur.*

34 *Decreta loquentia de debitis propriè, & ſtrictè, intelliguntur de neceſſarijs.*

35 *Culpa cum voluntariè ineſt, nulla neceſſitatis ratio excuſat.*

36 *Compromittens voluntariè, & ſuccumbens, contra venditorem, de euictione non agit.*

37 *Delinquens quaſi contrahit cum Fiſco.*

38 *Alienatio, quæ fit ob delictum fieri dicitur ex cauſa neceſſaria.*

39 *Emphyteuſis alienari prohibita non tranſit in Fiſcum, etiam pro hæredibus quibuſcumque conceſſa, deciſum nu. 41.*

40 *Emphyteuſim pleno iure ſpectare ad directum Dominum. deciſum.*

42 *Debitum licet à principio ſit voluntariũ, ex poſt facto eſt neceſſarium.*

43 *Prohibitiones alienationũ irrequiſito Domino non ſunt ſuperfluæ poſitæ.*

44 *Emphyteuta dum ſine Domini conſenſu alienat, circumuenit legem, & iura dominicalia.*

45 *Occaſio malignandi eſt auferenda.*

46 *Alienandi prohibitio legis, & hominis, quando concurrunt, alienatio non valet, nec in caſu à lege permiſſo, & ita deciſum pluries.*

47 *Prohibitum in termino, prohibetur & in via.*

48 *Prohibito vno, cenſentur prohibita omnia per quæ ad illud peruenitur.*

49 *Venditio rei debitoris facta per Iudicem, obligat debitorem ad euictionem.*

50 *Iudex iuri alterius derogare non poteſt.*

51 *Iniquiſſimum, lex dicit, ex facto vnius alium grauari.*

52 *Negligentiam vnius alteri incommodum eſſe non conuenit.*

53 *Iuri naturali repugnat, ex facto alieno quempiam lædi.*

54 *Sententia, & actus contra emphyteutam, feudatarium, & fructuarium Domino directo, & proprietario non vocato non præiudicat.*

56 *Fructus pro præterito emphyteuticæ rei deuolutæ debentur.*

57 *Res, & pęna, propter diuerſas cauſas exiguntur, nec pœna ſuccedit loco rei.*

58 *Furtiua res reſtituitur, & pęna furti debetur.*

59 *Prælatio etiam in bonis ſubbaſta alienatis directo Domino competit.*

60 *Emphyteuta debet Domino denuntiare venditionem, & pretium, ac eum per duos menſes expectare, & ſi rem voluerit ei dare tenetur. deciſum.*

61 *Directus Dominus præfertur vicino retrahere volenti, & ita in dies deciditur.*

62 *Dominus directus poterit purgare moram duorum menſium, ſi in re præferri voluerit.*

63 *Directus Dominus præfertur, etiam in alienationibus ſubbaſta, & ita deciſum.*

64 *Emphyteuſis ſi irrequiſito Domino alienetur, vel non ſoluto canone, directus Dominus authoritate propria eam capere poteſt.*

65 *Gloſſarum authoritas cæteris præferenda.*

66 *Directus Dominus capit rem alienatam eo inſcio, vel non ſoluto canone, abſque ſententia declaratoria.*

67 *Emphyteuta facta alienatione irrequiſito Domino, vel non ſoluto canone, ſtatim cadit à iure ſuo, nec ciuiliter, nec naturaliter amplius poſſidet.*

68 *Emphyteutæ ius per alienationem irrequiſito Domino, vel per non ſolutionem, ſtatim extinguitur.*

69 *Emphyteuta ad ſuum ius per alienationem irrequiſito Domino, vel non obſolutum canonem, extinctum, regreſſum habere non poteſt.*

70 *Priuationis ad habitum, non datur regreſſus.*

71 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*

72 *Spolium non datur aduerſus directum Dominum, qui authoritate propria res emphyteuticas caducatas capit.*

73 *Emphyteuta propter iuramentum illicò cadit à iure ſuo, & à meliorationibus.*

Dire-

Digitized by Google

74 *Directus Dominus ſtatim, quod declarat velle rem deuolutam abſque ſententia emphyteuta à iure ſuo, & meliorationibus cadit.*

75 *Directi Domini declaratoria, ſi vult rem deuolutam, licet requiratur, non tamen requiritur Iudicis ſententia.*

76 *Directus Dominus bona deuoluta poteſt alijs authoritate propria concedere.*

77 *Emphyteuticæ rei quando debetur laudemium debetur quinquageſima, vel iuxta conſuetudinem loci.*

78 *Laudemium deberi etiam de bonis ſubhaſta venditis. deciſum.*

79 *Neceſſitas non conſideratur in præiuditium alterius, niſi fauore dotis, & quomodo.*

80 *Domini conditio ex neceſſitate vaſalli deterior fieri non debet.*

## Pro Illuſtriſſimo Domino Cardinali Spinello vti Ciuitatis Auerſæ Epiſcopo, contra nonnullos poſſeſſores bonorum emphyteuticorum.

### *ARGVMENTVM.*

*De caducitate rei emphyteuticæ propter alienationem irrequiſito Domino factam, & ob cenſus biennio Eccleſiæ, & triennio priuato non ſolutos. De prælatione in alijs alienationibus factis. De laudemij, ſiue quarteriæ ſolutione, ac cenſus, & de alijs ad materiam.*

### CONSILIVM I.

ILluſtriſſimus Dominus Cardinal. Spinellus vti Auerſanę Ciuitatis Epiſcopus, tria petit.

Primò, territoria ſui Epiſcopatus in emphyteuſim cōceſſa quond. Carolo Coppulæ, ob alienationes irrequiſito Domino factas, & cenſus non ſolutos eſſe deuoluta.

Secundò quatenus, talis deuolutio non procederet, (quod non credit) in omnibus alienationibus præferri.

Tertiò, & ſi prædicta non procederent (quod etſi minus cogitat) condemnari poſſeſſores ad quartam partē pretij pro laudemio, & ad cenſus pro prȩterito non ſolutos.

Et vt ordinatè procedam quoad primum caput duplicem deuolutionis cauſam habens vnam ob alienationes irrequiſito Domino; alteram ob redditus non ſolutos circa ipſam primam cauſam deuolutionis, dico.

Primò, omnino deuolutionem ob alienationes irrequiſito Domino factas eſſe
1 commiſſam, † etiam ſi in inſtrumento conceſſionis alienandi prohibitio non adeſſet (prout adeſt) *iuxta text. in l fin. C. de iure emphyt. vbi legitur: Minime licere emphyteutæ, ſine conſenſu Domini, meliorationes ſuas vendere, vel ius emphyteuticum transferre*, per quem text. iure ſuo emphyteuta priuatur, vt ibidem voluerunt *Bart. Bald. Salycet. Iaſ. & alij, Iaſ. in l. non ſolum* §. *morte ff. de nou. oper. nunciat. Hieron. Cagnol. in auth. qui rem num. 23. C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. potuit locat. & conduct. vbi Abb. Anton. de Butr. Petr. Anchar. Bero. & Imol. in princ. Pariſ. conſ. 86. nu. 13. vol. 4. Alciat. reſponſ. 753. num. 1.* & eſt * communis opinio, & regula, vt inquit *Socc. Iun. conſ. 70. nu. 14. libr. 3. Iul. Clar. libr. 4. ſentent. recept. in* §. *emphyteuſis q. 13. in princ. Gulielm. Rodoan. in tractat. de rebus eccleſ. non alien. de caduc. ob rei alien. fol. 515. num. 1. & ſeq. Alexan. conſ. 6. nu. 4. lib. 4. Corn. conſ. 166. nu. 4 lib. 2. Cephal. conſ. 95. nu. 2. lib. 2. Corbul. in tract. de iure emphyteut. in tit. de cauſ. priuat. ob alienat. cap. decimaquarta ex cauſa num. 1. fol. 95.* qui alios adducunt.

Non obſtat ſi dicatur emphyteutam ſuas poſſe meliorationes alienare, ſaluo
2 ſuo vtili dominio; † quia directum Dominum requirere debet, ſi pro ſe vellet, pro pretio, quo verè, ab alio reperitur, & per duos menſes expectare, vt reiectis contrarijs firmat *Corbul. ibidem ampliat.*



Digitized by Google

39.*per totam*, cum emphyteuſis irrequi-
ſito Domino alienata, duplici ratione
deuoluitur; vna eſt, vt Dominus poſſit
offerre idem pretium, ſi ipſe emere volue
rit, *vt in d.l.fin. & d.cap.potuit*; altera
eſt, vt propter conſenſum, & receptio-
nem noui emphyteutæ, Dominus laude-
mium conſequatur, quod ſoluere tenen-
tur omnes, qui recipiunt, non compre-
henſi in contractu primæ conceſſionis.
3 Nec neceſſe † eſt probare dominium,
ſi vellet agere, & rem vendicare aduer-
ſus extraneum, in quem eſſet res aliena-
ta, vt declarat *Bart.in l.in venditionibus
ff.de verbor.ſignific. & in l.qui Romæ §.
duo fratres penul. col. ff. de verbor. obli-
gat.* & * communiter Scribentes *in d. l.
fin. C. de iure emphyt.* teſtatur *Bertrand.
conſ.123.num.4.lib.1. tradit Hieronym.
Gabriel.conſ.54. nu. 9.* & ante eum *Are-
tin.conſ.41.nu.4. & 5.* refert, & ſequitur
*Corbul.d.in loco limit.1.nu.2.*

Secundo veniendo ad ſecundam cau-
ſam deuolutionis, quæ eſt ob redditus,
4 ſiuè cenſus non ſolutos. Dico † emphy-
teutam Eccleſiæ per biennium cenſum
non ſoluentem cadere à iure ſuo, *vt di-
cit text.in d.cap.potuit locat. & conduct.
ibi: Ceſſando in ſolutione canonis per bien-
nium, & ſi cæleri ſatisfactione poſtmodum
ſibi conſulere ſtuduiſſet iuſtè potuiſſet ex-
pelli, vbi Gloſ. & Doctores omnes* * hoc
communiter firmant, & emphyteutam
priuari per triennium, ſimiliter à iure
ſuo cadere, dicit litera *text. in l.2.C.de
iure emphyt.ibi: Per totum triennium ne-
quit pecunias ſoluere, neque apochas tri-
butorum reddiderit, volente eum licere
à prædijs emphyteuticarijs expellere*, &
ita ex multis firmat *Iaſ. ibidem, Corneus
conſ.187.num.1. lib.1.* * communem te-
ſtantur, *Specul.in tit. de locat.§.nunc ali-
qua q.78. Bart.in l.1. C.de liber. & eor.
liber. in l.adoptiuum §.patronum ff. de in
ius vocand. Salycet.in l.fin. C.de iure em-
phyt. Anchar. & Imol. in cap.ex parte de
feud. Alex.conſ.119.in fine, & ſeq.lib.5.*
vbi ſimiliter * communem teſtatur *Goz-
zad.conſ.46.nu.13.Ruyn.conſ.162.nu.6.
lib.1.Hippolyt.Riminald.conſ.94.nu.1.lib.
1. & ex alijs Corbul. in dicto ſuo tractatu
in cauſa 15.quæſt. de cauſ.priuat. ob non
5 ſolut.canon. num.1.* & cadit † à iure ſuo,
etiam ſi de hoc nullum adfuerit pactum,
ſed ex ſola emphyteuſis natura, vt notat
*Iaſ.in d.l.fin.in 4.notab. nu.4. & ibidem
Salycet.in princ. ac Alber. num.1. Corn.
conſ.219.ex duplici capite in princ.lib.2.
Corbul. in d. cauſa limit. 1. per totam.*
6 Item etiam † ſi à Domino pro canone
interpellatus non fuerit, *vt in d.l.1. C.de
iure emphyt. ibi: Cùm neminem oporteat
conuentionem, vel admonitionem expe-
ctare, ſed vltro ſe offerre, & debitum ſpon-
7 tanea voluntate perſoluere.* Nam † dies
legalis ſicut dies conuentionis interpel-
lat, *vt eſt text. expreſſus in d.cap. potuit
in fine*, & ſecundum *Anton.Gabriel.in
ſuis commun.opinion.in tit. de ſolut. & li-
ber.concluſ.9.nu.7.verſ.quinto amplia,
gloſ.vltim.in d.cap.potuit, & ibi Io.An-
dr.in addit.Anchar.nu.9.Imol.nu.50. &
alij, ibi Scribent. Gulielm.Rodoan. in di-
cto ſuo tract.de ſolut.canon.emphyt.q.19.
nu.6.fol.433. & q.24.cap.2. num.2.fol.
494.* Pro qua re facit *gloſ. in l.ſi mora
ff.ſolut.matrimon.* quæ vult, vt dies taci-
ta, ſubintellecta à lege ita interpellet, &
conſtituat in mora, ſicut dies expreſſa,
vt etiam notant *Imol. & Roman. in l.ſi
ex legati cauſa ff.de verbor.obligat. Bart.
in l.ita ſtipulatus la grande nu.40.ff. eo-
dem, Bald.in rubr.C.de conſtit.pecun.q.3.
& in l.vnica §.cum autem col.2. C.de rei
vxor.act.gloſ.1.in 3.§. verſ.nunc de offi-
cio ff. de eo, quod cert. loc.* quam ad hoc
notat ibidem *Angel. & ex alijs idem
Corbul.eadem cauſa ampliat.3.per totam.*
Quinimmò, defectus ſolutionis canonis
8 tantæ vis eſt, † quod ſi emphyteota de-
fecerit in parte, cadit à tota re, ſicut ſi ni-
hil ſoluiſſet, vt notant *Caſtrenſ. & Alex.
in l. in executione §. ſi ita ff. de verbor.
obligat. Bald. in cap.ſi proponente de re-
ſcript. & in rubr. C.de contrahend.empt.
q.10. Iaſ.in authent. qui rem C.de ſacro-
ſanct. eccleſ.* vt etiam fatetur *Plot. in re-
petit.l.4.§.Cato nu.29.ff. de verbor. obli-
gat. Dec.conſ.120.nu.17.Roland.à Valle
conſ.17.num.14.lib.2. Caphal.conſ.139.*

nu.

Digitized by Google

*nu.18.poſt Oldrad. conſ.29. Hippolyt. Riminald.d.conſ.94.nu.2.per Imol. & alios omnes in d.cap.potuit, Franc. Viu. deciſ. 434.nu.3.Tiraquel.de iudic.in reb.exig. for.verſ.51.il ſecondo,* vbi multos more ſolito congerit, & ratio eſt. Tùm quia omnis ſtipulatio pœnæ, quando ad commiſſionem pœnæ continet conditionem,
9 ſcilicet ſi non detur, † omnis conditio regulariter eſt indiuidua, vt inquit *Caſtrenſ.in d.l.in exequutione §.ſi alia ff. de verbor. obligat. per l. cui fundum de con-*
10 *dit. & demonſtrat.* † Tùm etiam, quia delictum non ſolutionis canonis, non reſpicit rem, ſed perſonam, cui canon ſoluendus erat, & eſt pœna contemptus, non pœna ſuccedens loco rei, & pœna
11 † integra committitur, *Bald.in cap.1. §. aut ſi libellario num. 1. in fine, quib.mod. feud.amitt. Natta conſ.479. nu.8.* & ex alijs etiam reiectis contrarijs firmat *Corbul. in d. cauſ. priuat.ob non ſolut. canon. ampliat.5.nu.1.& plurib.ſeqq.*

Ex prædictis habetur, quod emphyteuta Eccleſiæ per biennium, & priuati per triennium canonem non ſoluens ca-
12 dit nedum à iure, † ſed etiam à meliorationibus ſuis, *per d.l fin.de iure emphyt. vbi in verbo cadat circa princip. gloſ. hoc denotat, quam Anton.de Butr.conſ.22.nu. 1.* à nemine dicit eſſe reprobatã, & quod non reperit per aliquem eſſe in dubium, eamque refert, & ſequitur *Iaſ.in d.l.fin. nu.103.& ſeq.* ibiq; omnes Scrib. tenẽt, & ſignanter *Alberic.in princ.idem Iaſ.nu. 4.& alij, quos congerit Corbul. vbi ſupra d.cap.15.nu.1.& ampl.39.nu.1.*& proinde cõcludendum conuentos condemnari ad relaxandum bona petita duplici ex cauſa deuoluta, vt prædictum eſt.

Non obſtat ex aduerſo prætẽdi, quod ſtante ſententia, qua Carolus Coppula fuit abſolutus à deuolutione per prædeceſſorem dicti Illuſtriſſimi Domini petita, quoad ipſam deuolutionem rei iudicatæ exceptionem oppoſitam obſtare,
13 cum rei † iudicatæ exceptio, vt obſtet tria copulatiuè requiruntur, rei, perſonæ, & agendi idemtitas, *l.cum quæritur cum duab. ſeqq. ff. de except. rei iudicat. vbi Bartol.& Doctores omnes, & Bertrand. conſ.1.num.14. lib.1.* dicit, quod eſt ipſa veritas: Videamus modo, quid tũc temporis fuit petitum, diſcuſſum, & iudicatum: nempè in primo libello, ex quo lata fuit allegata ſententia, fuit petitum territorium declarari deuolutum, ob cẽſus non ſolutos: nunc verò petitur deuolutio ob alienationes irrequiſito Domino directo factas, quod eſt pẹnitus exorbitans à prædicta petitione, & ſic eſt diuerſus modus agendi, & ex diuerſa qualitate, & qualitas eſt maximè attenden-
14 da.† Tùm quia modus agendi in primis obſeruandus eſt, *l. habebat in princ. ff.de inſtit.act. vbi gloſ.& Doctores per Innocent.in cap.dudum de elect.in l.edita C.de edend.* Tùm etiam, quia ſuccumbens ex vna qualitate, ad idem agere poteſt, ex alia *Alciat.reſponſ.31.nu.1.& ſeq. lib.6. facit, quod notat Bartol.in l.denunciaſſe §.quid tamen ff. ad l.Iuliam de adulter.*
15 Item ex qualitate adiecta, † dignoſcitur quæ actio intentata ſit, *vt per Bartol. in d.§.quid tamen:* vnde cum expreſsè, & ſpetialiter ſecundo loco in currenti iu-
16 dicio,† ex alia cauſa, & qualitate deuolutio petatur, agi poteſt, & rei iudicatæ exceptio, non obſtat, *ad text.in l.mater §.ſi quis autem ff.de except.rei iudic. vbi legitur: Si quis autem petat fundum ſuum eſſe, Titius eum ſibi tradidit, ſi poſtea alia ex cauſa petet, cauſa adiecta non debet ſubmoueri exceptione, Iſern. in cap.ſi de feud.fuer.col.2.in fine,& nu.9. ibi: Nam ſi vellet iure ſuo vendicare,&c.ſi de feud. fuer.controu. Io.Vincent.de Anna ita iudicatum firmat in allegat.8.nu.6. in fine per l. & an eandem §. actiones ff. de except. rei iudic. in quo text. legitur: Quod cum eadem res, ab eodem mihi debeatur*
17 *ſingulas † obligationes, ſingulæ cauſa ſequantur: nec vlla earum, alterius petitione vitietur, vbi Bart.nu.12.* In actione reali, ſi expreſſa ſit certa cauſa, vt in caſu noſtro agenti, ex alia; exceptio rei iudicatæ non obſtat, *per d.§.ſi quis autem,*
18 ex mutatione cauſæ, † & actionis, *l.neque C. ad exhib. ibi: Quia commutatione litis, alia res incipit,* ibiq; id firmant *Petr.*

*Cyn.Butric. Caſtrenſ. & Doctores omnes notant in l.penult. de ingen.manumiſſ. facit l. hæreditas matertera C. de petit. hæredit.cum ſimil.* Sententia enim lata, bona non eſſe deuoluta propter cenſus non ſolutos, ſuam nititur cauſam, & ad limites ſuos reſtringitur, vt decidendo arguit *Pariſ.conſ.5.nu.37.lib.1.refert, & ſequitur Pinell.in l.1.par.3.limit.2. nu.49. C. de bon.matern.Peregrin.in tract.de fideicommiſſ.art.53.nu.6. Octau.Oſaſc.Pedemont.deciſ.* 157. qui alios adducunt, & potuit eſſe, quod non erat elapſum bien-
19 nium ſolutionis; † & ſic ex qualitate propoſita tantum cauſa expedita cenſetur, *iuxta text.in l. ex teſtamento ff. de except.rei iudic. cum l.ſeq. ad quod facit lex, qui cum tutoribus* §. *traditio ff. de tranſact.* & cum qualitas deuolutionis per alienationes irrequiſito Domino, &
20 nullitatuum cõceſſionis non fuerit † deducta, diſcuti non poterat, quo caſu ſententia non obſtat, vltra prædicta *per text. in l.minor ff.de euiction.Bald.in l.receptitia nu.5. C. de conſtit.pecun. & in conſil. 462.ad euidentia lib.3. Petr.Rebuf.conſ. 176. verſic. immò ſi lata ſit ſententia,*
21 *&c.* ſubdens, † antequam obſtet exceptio rei iudicatæ, oportet, quod ſit deciſum illud idem, quod petitur, & cum deuolutio ex præſenti qualitate adiecta, non fuerit deducta, & ſic non diſcuſſa, nec iudicata cenſetur, & per conſequens prætẽſa rei iudicatæ exceptio non obſtat per iura, & authoritates iam dictas.

Nec obſtat, quod in inſtrumento illorum de Fulgore, vbi Carolus Coppula conceſſit modia 22.dicti territorij quondam Ioanni Antonio de Fulgore, nec aliud inſtrumentum in quo idem Carolus Coppula vendidit alia modia 60. Petro Antonio Coppulæ ſaluo, & reſeruato aſſenſu Epiſcopi, & non aliter, nec alio modo, & ſic ſaluo iure Domini directi, cum talis proteſtatio non excuſet, quia tali venditione, Domini cõditio fit deterior, & dicta reſeruatio tanquam fraudulenta
22 non valet, † ex eo, quia bona fide, res non geritur, vt notatur *in l. ſi ita quis* §. *ea lege ff.de verbor.obliga.ita notat Bald. in cap.Cumana nu.5. verſ. & prædicta faciunt extra de election.* Talis enim proteſtatio tanquam contraria facto non attenditur, & cum ſit contra ius, nec dependet ſolum à voluntate proteſtantis, quia etiam directi Domini requiritur voluntas, nihil operatur, vt tenet etiam *Felyn.in cap.quæ in Eccleſiarum nu.88. extra de conſtitut.Iaſ.in d.l.fin.nu.14.Ripa in cap.cum M.Ferrarienſis nu.80. eodem titulo de conſtitut.* vbi hanc* communem eſſe dicit opinionem, quam ſententiam vti ſimiliter * communem amplectitur *Dec.in conſ.160.num.2. & ex alijs eandem* * *communem tuetur Iul.Clar. lib.4. ſentent.recept.§.emphyteuſis q.13. verſic. item quæro,* & ex alijs innumeris iuribus, authoritatibus, & rationibus *Corbul.in d.ſuo tract. de iure emphyt.eademq; cauſa priuat.ob alien.&c.ampliat.31. num.2.* dicit, quod hæc ſententia non ſolum eſt magis * communis, ſed etiam verior, & quamuis aliqui ipſiſmet contrarij ab ea recedant, contrarijs reiectis firmat, quod etiam ſi in alienatione dicatur, ſaluo aſ-
23 ſenſu directi Domini, & non aliter, nec alio modo, talis alienatio, ſequuta traditione per talia verba, & proteſtationem à caducitate non excuſatur, vt ex multis firmat *Iul.Clar.& Corbul.in locis allega-*
24 *tis.* Amplius emphyteuta, † qui non totam rem emphyteuticam, ſed partem irrequiſito Domino alienat, cadit à tota, vt in indiuiduo caſus noſtri, cenſuit *Cuman.conſ.41.in fine, Berous conſ.122.nu. 6.vol.1.Crot.in repetit.l.4. §. Cato num, 61. ff. de verbor. obligat. & ex alijs per Corbul.vbi ſupra ampliat.42.nu.1. qui licet nu.6.ex Iul.Clar.& alijs,* dicat quod cadit à parte alienata, de ipſis partibus non eſt exhitandum, cum ex alijs infra dicendis totum territorium quondam Alphonſo Coppulæ conceſſum, eſt deuolutum, & ita declarari debet.

Nec minus obſtare videtur Iſabellam de Luna, & Andrianam Ritiam ex intermedia emptione ſubhaſta partis, quã poſſidet tanquam ex prætenſa neceſſaria cauſa à caducitate excuſari.

25 Primò, † quia vti allodialia, & fran-

ca

ca alienata fuerunt, & hoc modo alie-
nando, non in rem, ſed in perſonam Do-
mini deliquerunt, & ratione iſtius offen-
ſionis, quæ non poteſt pro parte fieri,
etiam ſi partem rei alienaſſet, tota re-
priuatur, vt concludit *Iaſ. in d. l. fin. num.*
*125. C. de iure emphyt. Roland. à Valle*
*conſ. 17. in fine vol. 2.* * & communi Do-
ctorum ſententia, *Natta conſ. 474. nu. 4.*
*& ſeq. Gulielm. Rodoan. in d. ſuo tract. nu.*
*9. verſ. ſi verò, & num ſeq. fol. 516. Alex.*
*conſ. 187. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Berous con-*
26 *ſil. 102. nu. 61. lib. 1.* † & in dubio rem
vti allodialem præſumitur vendidiſſe
animo præiudicandi Domino, *in d. l. fin.*
*Salycet. nu. 8. Bald. nu. 8. Iaſ. num. 86. Ca-*
*ſtrenſ. in l. ſerui elect. § fin. ff. de legat. 1.*
& eſt * communis opinio, *teſtata per Be-*
*roum d. conſ. 102. nu. 60. & ex alijs Cor-*
*bul. d. ampliat. 42. nu. 7. & 8. contraria*
*reÿciens.*
27 Secundò † neceſſitas cõtingi ſolet, ex
cauſa dotis, donationis propter nuptias,
ob perſonam redimendam ab hoſtibus,
ob vitam ſuſtentandam, ſi grandine
fortè, aut calamitate, qua alia fructus
ſunt perempti, & cum debita Caroli ex
dictis neceſſitatibus non ſint contracta,
ſed voluntariè, & ſic emphyteuſis alie-
nata, vt ex contractuum lectura, & ſi
diſſolui poſtea neceſſe fuit, *iuxta text. in*
*l. commodato § ſicut ff commod. l. ſicut C.*
*de action. & obligat.* Non ex hoc caduci-
28 tas euitatur, † quia cauſa prima eſt ſpe-
ctanda, vt poſterioris formetur euentus,
*ad text. in l. 1. circa finem C. de impon. lu-*
*crat. deſcript. lib. 10. ibi: Ad primordium*
*tituli poſterior quoque formatur euentus,*
*idem in l. ſed contra § fin ff. de negot geſt.*
*ibi: Euentum non ſpectamus, debet vtili-*
*ter eſſet captum, & ex alijs multis per Ay-*
*mon. in reſponſ. pro gen. nu. 33.* & dum
29 prima † cauſa debiti contrahendi fuit
voluntaria, neceſſitas ab ea deſcendens
tanquam à radice infecta, nullum fru-
ctum, & effectum afferre debet, *ad text.*
*in l final. C. de natur. liber. cap. ſicut, cap.*
*cum inter vos de re iudic. cap. vulnerato*
30 *1 q. 1.* Et † quoad iuris effectum primus
contractus voluntarius exiſtimabitur, *per*
*text. in l. interdum in fin. ff. de iudic. ibi:*
*Cum ſua ſpontè ſibi hanc obligationem cõ-*
*traxerunt, eſt & text. qui gladium ponit*
*ad radicem in cap. quicumque il ſecondo*
*12. q. 2. idem habetur in gloſ. cap. requiſi-*
*uit de ſponſal.* vbi liberum, aut volunta-
31 rium matrimonium, † non ideò minus
cenſetur, cum ad id contrahendum com-
pellitur, qui iureiurando ſe aſtrinxit, *fa-*
*cit l. veteres in fin. ff. de itiner. actu priu.*
*cap. 1. & cap. quæris de ætat. & qual. cap.*
*innouamus 60. diſtinct. & ex alijs pluri-*
*bus iuribus, authoritatibus, & rationibus*
*comprobat Aymon. d. reſponſ. pro gen. à di-*
*cto nu. 32. vſque ad nu. 45.* Et quod ini-
32 tium † habuit voluntarium, vt in con-
tractu mutui, & ſimilium, largiſſimo mo-
do dicitur neceſſarium, & prætenſa ne-
ceſſitas ex poſt facto non eſt conſidera-
bilis, *Alexand. conſil. 215. num. 5. libr. 6.*
33 dicens, † quod quando vnus contractus
cauſatur ab alio, non conſideratur cau-
ſatus, ſed cauſans, *l. 1. § idem Pomponius*
*ff depoſit. & ex alijs multis firmat Octau.*
*Oſaſc. Pedemont. deciſ. 167. nu. 24. & ſeq.*
& in fine in proprijs noſtris terminis de-
34 ciſum dicit; † quod verba loquentia de
debitis debent intelligi de neceſſarijs
propriè, & ſtrictè, ad quæ quis à lege, vel
à natura perſoluenda cogi poſſet, non
autem de more ab initio voluntarijs, li-
cet ex poſt facto neceſſarijs.
Tertiò, debita, quæ venditionem cau-
ſarunt, fuerunt contracta per ipſummet
Carolum Coppulam; ex quo neceſſaria
venditio dici non poteſt, nec ea iuuari
35 debet, † quia vbicumque culpa, aut fa-
cto voluntario eius accedit, qui in ea la-
borat, rationem neceſſitatis non eſſe ha-
bendam, *dicit text. in l. ſi dictum § com-*
36 *promiſero ff. de euiction. ibi:* † *Si cõpromi-*
*ſero, & contra me data fuerit ſententia*
*nulla mihi actio, de euictione danda eſt,*
*aduerſus venditorem: nulla enim neceſſi-*
*tate cogente id feci:* nam & ſi ſententiæ
iuſtæ, vel iniuſtæ neceſſe eſt ſtari, *l. diem*
*proferre § ſtari ff. de arbitr.* Tamen quia
emptoris culpa, qui compromiſit neceſſi-
tas hæc incidit, nihil contra venditorem
facit, ſic in caſu noſtro, quia culpa Caro-
li

Digitized by Google

li Coppulæ debita voluntariè contrahẽ-
tis,territoria fuerunt vẽdita, contra Epi-
ſcopum directum Dominũ,actus,& ven-
ditiones nihil afficiunt, cum nedum ex
parte venditoris, venditiones ſunt; vo-
luntariæ, vt diximus; ſed etiam ex parte
emptorum, qui vlla neceſſitate vrgente
ad licitandum aſtringebantur, *vt dicit*
*Amod. de Ponte in q. laudem. 37. fol. 15.*
*allegando Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 22.*
ergo caducitas ob alienationes irrequi-
ſito Domino euitari non poteſt. Ad hæc
37 faciunt, quæ dicuntur † delinquentem
quaſi contrahere cum Fiſco *l. Imperato-*
*res ibi: Ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti, ff. de*
38 *iure fiſci,* † & alienatio, quæ fit ob deli-
ctum, non dicitur ex cauſa neceſſaria,
ſed voluntaria, vt ex multis firmat *Ioan.*
*Petr. Surd. deciſ. Mantuan. 254. num. 28.*
39 *& ſeq.* † & emphyteuſis alienari prohi-
bita non tranſit in Fiſcum, vt ex multis,
& magis * communem dicit, *idem Surd.*
*in d. deciſ. poſt nu. 17. verſ. ſtante autem*
*num. 18. & ſequ. per totam deciſionem;*
40 & in fine † dicit fuiſſe deciſum bona
pleno iure ſpectare ad directum Domi-
41 num, † & adeò quod etiam ſi eſſent cõ-
ceſſa pro ſe, & hæredibus quibuſcumque
ob delictum non confiſcarẽtur, vt ex alijs
multis ſimiliter deciſum firmat *Borgnin.*
*Caualcan. deciſ. 32. num. 51. par. 3.* quod
dixi ad demonſtrandam potentiam dire-
cti dominij.

Quartò, etiam ſi neceſſariæ alienatio-
nes ipſæ eſſent, prout non ſunt, in præiu-
dicium alterius, & maximè directi Do-
mini eſſe non poſſunt, alias verba *in d. l.*
*fin. C. de iure emphyt. dictantia: Minimè*
*licere emphyteutæ ſine conſenſu Domini*
*meliorationes ſuas vendere, vel ius em-*
*phyteuticum transferre,* & ibi: *Atteſtatio-*
*nem Domino tranſmitti, & prædicere*
*quantum pretium re vera, ab alio accipi*
*poteſt,* & in fine ſequitur: *Sin autem ali-*
*ter fuerit verſatus, quàm noſtra conſtitu-*
*tio diſponit, iure emphyteutico cadet;* fru-
42 ſtra eſſent poſita † cum quodlibet debi-
tum, licet à principio eſset voluntarium,
tamen ex poſt facto eſt neceſsarium, *d. l.*
*in commodato* §. *ſicut ff. commodat.* & ta-
43 men dicta verba *in d. l. final.* † & in alijs
iuribus, alienationes irrequiſito Domino
prohibentia, ſuperflua, & ſine effectu po-
ſita non cenſentur, *vt in l. 1. cum gloſ. in*
§. *ait prætor ff. de vi, & vi armat. Bart. in*
*l. 4.* §. *prætor nu. 15. de damn. infect. Iaſ.*
*in l. fin. in princ. nu. 5. ff. ſi cert. petat. & in*
*l. ſi ſerui legati num. 4. ff. de legat. 1. Dec.*
*conſ. 502. num. 6. Bald. in rubr.* §. *C. de con-*
*trah. empt. q. 5. & in l. 1. poſt gloſ. ff. quod*
44 *met. cauſ.* † & eſset in poteſtate emphy-
teutę rem ſubiectam alienare, & circum-
uenire *d. l. & iura dominicalia contra*
*l. ſcire oportet ff. de tutor. & curator. dat.*
*ab his, & l. cum hi* §. *ſi cum lis ff. de tran-*
*ſact.* & in feudis firmat *Iſern. in tit. de*
*inueſt. de re alien. fact. col. 2. verſ. ſed an*
*iuditialia, & in tit. an agnat. vel fil. col.*
*fin. verſ.* alioquin per vias circumſcripto-
rias directo Domino præiuditium affer-
45 ret, quod eſse nõ debet *d. l. ſcire,* † vnde
dicit eſse auferendam occaſionem ma-
lignandi §. *ſed nedum talia Inſtit. vi bon.*
*rapt.*

Quintò *per d. l. fin. C. de iure emphyt.*
prohibetur alienatio irrequiſito Domi-
no, & idem in contractu conceſſionis, &
46 ſic concurrit duplex prohibitio, † ſcili-
cet legis, & hominis, & tali caſu aliena-
tio nunquam valet, etiam in caſu neceſ-
ſitatis, *ad text. in* §. *ſanctiſſimas in auth.*
*de alien. emphyt. ibi: Sanctiſſimas verò Ec-*
*cleſias omnes, ſeu Oeconomos Ciuitatum*
*præcipimus alienare res immobiles pro*
*captiuorum redemptione, niſi ſub hac con-*
*ditione aliqui eis dederint, vt nullo modo*
*has alienent,* & dùm dicta bona conceſ-
ſa fuerunt dicto Carolo Coppulæ, ne ir-
requiſito Domino alienaret, prout etiam
erat per dicta verba *d.* §. *ſanctiſſimas,* cla-
riſſima caſus noſtri habetur deciſio; quod
etiã in caſu neceſſitatis irrequiſito Do-
mino bona ipſa alienari non poſſint, *&*
*firmat Gloſ. in dicto verbo alienent,* di-
cens: *Quod pactum eſt ſeruandum, vt C.*
*de reb. alien. non alien. l. fin. & de pact. in-*
*ter empt. & vendit. l. fin. &* § *fin. auth. ſi*
*ſponſalia largitas, & per gloſ. in auth. hoc*
*ius porrectum in verſ. porrectum C. de*
*ſacroſanct. eccleſ. Rodoan. d. tract.* §. *cauſa*
*verò*

Digitized by Google

verò n.81.& ſeq.fol.116.Crau.cõſ.201.
n.42.& magis in terminis,vbi ꝙ d.§.ſan
ctiſſimas, procedit etiã de iure canonico,
Petr.Duen.regul.144.in verſ.conſuetudo,
Franc.Marc.deciſ.889.in fin.par.1.Bor-
gn.Caualc.deciſ.29.n.35.vnde territoria
in emphyteuſim conceſſa quondam
Carolo Coppulæ, cum prohibitione
legis,& hominis,nec ex cauſa neceſſita-
tis irrequiſito Domino alienari poſſunt;
vltra prędicta,quia qui aliquo caſu alie-
nari prohibetur, ei quoque interdicitur
illud, ex quo ad alienationem perueni-
tur, Dec.d.conſ.502. nu.3. Tiraquell.de
retract.§.1.gloſ.14.num.14.Soccin conſ.
76.nu.4.lib.2.& ex multis alijs Surd.d.
deciſ.254.nu.20.& ſeq. Iaſ.in l. quomi-
47 nus nu 18 ff.de flumin. vbi dicit, † quod
quando aliquid prohibetur in termino,
cenſetur prohibitum, & in via, quibus
deſeruit regula, l. oratio ff. de ſponſal,
48 vbi † vno prohibito cenſentur prohibi-
ta omnia per quæ peruenitur ad illud,
idem in cap. cum quidem eodem tit. lib.6.
Octau.Oſaſc.Pedemont.deciſ.168.nu.17.
qua prohibitione ſtante alienationes ip-
ſæ irrequiſito Domino factæ, etiam ſub-
haſta à caducitate non excuſantur.

Sextò,illud quod fit per Iudicem rem
adiudicantem creditori, vel alio vltimo
49 licitatori, cenſetur † ab ipſo debitore
fieri,qui primo ſpontè debitum creauit,
ideoq; de euictione tenetur,ac ſi ipſe fe-
ciſſet, & vendidiſſet, l. ſi ob cauſam, vbi
Bart.Bald.& alij, C.de euict.l.ſi pignora
ff.eodem,idem Bald.in auth.qui iurat col.
pen.verſ.modo quæro C.de bon.auth.& in
cap.quoniam frequenter §.vlt.in fin. ex-
tra vt lit.non conteſtat. vbi ex hoc dicit,
quod cum Iudex dat in ſolutum credi-
tori rem debitoris ex præcedenti cõtra-
ctu debitoris, videtur quod ipſemet de-
bitor dediſſet, qui eſt caſus noſter, quod
ex alijs firmat Tiraquell. de retractu li-
gnag. §.1. gloſ.14. nu.13. & ex hoc in ca-
ducitatem cecidit dùm Domino directo
non denunciauit, quia Iudex iuri alte-
50 rius † derogare non poterat, ſed quic-
quid decreuit,debebat intelligi ſaluo iu-
re tertij, per text.in l.Claudius ff.qui pot.
in pignor.hab. vbi in fine dicit: Nec inter
alios res iudicata alij prodeſſe, aut nocere
ſolet, ſed ſine præiuditio prioris ſententiæ,
ſolum ius alij creditori integrum relinqui-
tur, ſic in caſu de quo agitur ſententiam
Iudicis inter alios directo Domino in
ſuis dominicalibus iuribus,non præiudi-
51 care: † ſiquidem iniquiſſimum lex dicit
ex facto alterius, alium grauari, l. ſi ex
duobus in fine ff de negot.geſt.l.1.in prin-
cip.de alien.iud. mut.cauſ.fact. l.ſi ſeruus
in fine ff de diuerſ.& tempor.præſcript. l.
ſi quis in ſuo §.1. C. de inoffic.teſtament.
52 & negligentia vnius,† alij incommodam
eſſe non conuenit, l.rem hæreditariam
in fine ff. de euict. Ius quidem ex errore,
aut imperitia vnius recepit,ne fraudi al-
teri ſit,l.mandatum in fin.ff.mand.l.nam
iniquiſſimum ff.de iur.& fact.ignor.facit
text.in l.ſupra §.apud ferorem ff.de aqua
pluu.arc.ibi: Qui non fecit id reſtituere
53 oportere, † ac iuri naturali repugnare
ex facto alieno quempiam lædi, iuxta
text. in l.1. C.vt nullus ex vican.lib.11.
in §.quoniam verò in auth.vt nulli iudic.
quos duos text.adducit Roman.conſ.508.
nu.5.& refert Aym.conſ.pro gen.nu.91.
54 & in ſpetie, † quod ſententia, & actus
contra emphyteotam, feudatarium, &
fructuarium,non præiudicant, Domino,
& proprietario non vocato, & idem è
contra firmat Dec.conſ.445.nu.31.Nat-
ta conſ.688.nu.12. per Ioſeph.Ludou.de-
ciſ.Lucenſ.56. Magon.in deciſ. Lucenſ.5.
nu.14.& 15.Loffred.conſ.10.per totum
nu.10.& ſeq.& num.22.23.Oſaſc.Pede-
mont.deciſ.156.nu.6. & 7. qui alios ad-
ducunt; & tanto magis in hoc caſu, vbi
55 nõ interuenit idẽptitas cauſæ, † & per-
ſonarum,& proinde nõ obſtare,nec præ-
iuditium vlli afferre, vltra prædicta fir-
mant Doctores in cap.penult. de re iudic.
Alex. in l.ſæpè ff. de except.rei iudic. Ti-
raquell. in regul. res inter alios acta cum
alijs, quos breuitatis cauſa omitto. Vndè
cum in dictis iuditijs, & alienationibus
directus Dominus non fuerit auditus,ei
præiuditium afferri non potuit,& proin-
de territoria abſque conſenſu, & requi-
ſitione dicti Illuſtriſſimi Domini,etiam
ſubha-

Digitized by Google

ſubhaſta alienata deuoluta eſſe,maximè quod alienationes non proceſſerunt à vetuſtiori cauſa, ſed ab ipſomet Carolo Coppula, debita contrahente, vt diximus,& iuxta tradita *per Vrſill.ad Afflic.*
56 *deciſ.*191. *num.* 1. *& ſeq.* † & debentur redditus pro præterito tempore non ſoluti ſecundum *Bartol. in l. fundo §.ſi per emptorem ff.de leg.comm. vt in princ. deciſ.*171 *.dicit Guid.Pap. qui licet pedes non bene figat,tamen Addens ad eum liter. A,* dicit, quod hæc opinio eſt vera, & optima ratione fundata:nam in hac ſpecie ſunt duo,quorum quodlibet habet onus ſuum,vnum ſcilicet, quod emphyteota percipit fructus, vel per eum non ſtetit, quominus perciperet per quod ad cenſum,ſiuè penſionem tenetur,aliud quod fuit in mora,& ratione penſionis ſoluendæ per triennium, meretur expulſionem
57 ſi Domino placet; † res ergo,& pœna propter diuerſas cauſas exiguntur: nec pœna ſuccedit loco rei,*vt l.ſi quis rem ff de arbitr.* vtraque igitur exigitur,quia cum pœna expulſionis ſit pœna legalis, exigi poterit ſicut res,& pęna,ſicut eue-
58 nit in furto, † in quo reſtituitur res furtiua, & pœna propter furtum exigitur, *l.ſi pro fure 2.reſponſ.ff.de furt.*Iſtud proculdubio procedere videtur,quãdo Dominus primo expellit emphyteotam, quod tunc poteſt penſionem petere, *l. Colonus* ff. *locati, & §.ſcire autem emphyteotas in authent.de non alien.aut permut.reb.eccleſ.quod ex Bart.in l.*2. *C. de iure emphyt. & ex alijs firmat Ranchin. addens in d.deciſ.Guid. Pap.*171 *.in princip.* & ſic conuenti condemnari debent relaxare bona, tanquam deuoluta per alienationes irrequiſito Domino,& non ſolutiones canonum, ſiuè cenſuum, & quod ſoluant canones pro toto præterito tempore nõ ſolutos ratione fructuum rei perceptorum.

Quoad ſecundum principale caput, quod eſt prælationis in territorijs alienatis, & venditis, etiam ſubhaſta; dico,
59 quod † prælatio ipſa directo Domino competit,vt expreſsè habetur *in d.l.fin. C.de iure emphyt.ibi.Diſponimus atteſta-*
60 *tiones † Domino tranſmitti, & prædicere quantum pretium ab alio re vera accipi poteſt, & ſiquidem Dominus hoc dare maluerit, & tantam præſtare quantitatem,quantam ipſe re vera emphyteuta ab alio accipere poteſt; ipſum Dominum omnimodo hæc comparare:ſin autem duorum menſium ſpatium fuerit emerſum, & Dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteotæ detur, &c.* in fine cuius text. ſequitur: *Sin autem aliter fuerit verſatus,quã noſtra conſtitutio diſpoſuit,iure emphyteutico cadat,idem diſponitur in d.cap.potuit extra locat. & cõduct.* Ex quibus, & alijs iuribus habetur,quod nemo emphyteota ius ſuum vendere,nec alienare poteſt, ſi Domino directo non denũtiet,& emere pro ſe volẽti ei dare tenetur, vti *gloſ. & Doctores omnes volunt in d.l.fin. quæ gloſ. in verbo cadat, dicit ipſo iure cadat, & Bart. Bald. Salyc. & Iaſ.ibidem,* tradunt,quod quicquid contra dicta iura fit,poterit directus Dominus vendicare, quæ concluſio firmatur per eũdem *Bart. etiam in l.*1. *§.quod autem* ff. *de ſuperfic. Afflict.deciſ.*129*.nu.*8*. & Vrſill. addit ad Afflict. deciſ.*318*. num.*6*. ac declarat Euerard.in ſua centur.in loc. à feud. in emphyt. Borgn.Caualc.deciſ.*19*.num.*41*. par.*2*. Guid.Pap. deciſ.*47*. &* 411*. in princ. Corbul. in d.ſuo tract. de iure emphyt.de cauſ.priuat.ob alien.&c.cauſ.* 14. vbi cauſam requiſitionis etiã ponit *Theſaur.deciſ.Pedemont.*169*.nu.*2*.circa medium verſ.poſſet tamen directus Dominus offerre,referens ita deciſum Franc. Marc. deciſ.Delphin.*574*.par.*1*.& deciſ.*2*. par.*2*. D.de Franch.deciſ.*226*.num.*2*. &* 5.
61 Quinimmò † ſi vicinus eandem rem retrahere voluerit,directus Dominus præfertur vicino,etiam ſi alienationi conſẽtiſſet, vt deciſum tradit *Capyc. deciſ.*99*. & ex alijs ita in dies decidi firmat D.de Franch. deciſ.*510*. num.*2. quia directus Dominus habet ius commune pro ſe, quod eſt potentius conſuetudine, quam
62 habet vicinus, † & Dominus directus poteſt etiam purgare moram poſt duos menſes in iure prælationis, à tempore denuntiationis ſibi factæ, firmat *idem*

*Franc.*

Digitized by Google

*Franc. Marc. deciſ. 577. par. 1. ex Io. Andr. & alijs ibi per eum adductis.*

Non obſtat, ſi prętendatur in partitis ſubhaſta venditis prælationem directi Domini, locum non habere, quia in contrarium eſt veritas, & nedum patet ex ſupradictis, ſed in proprijs terminis, in
63 alienationibus † ſubhaſta directum Dominum præferri, decidit *Bald. ex multis in conſ. 306. lib. 1.* & quod ſic in dies deciditur firmat *idem D. de Franch. in d. deciſ. 277. nu. 2.*

Nec omittam dicere, quod alienata re Domino directo irrequiſito, & cano-
64 ne non ſoluto, † directus Dominus authoritate propria eam capere poteſt; quam opinionem firmat *gloſ. in d. cap. potuit locat. & conduct. verſ. expellat, & gloſ. in d. l. final. C. de iure emphyt.* & glo-
65 ſarum † authoritas ſemper eſt, cæteris præferenda, vt inquit *Iacob. Butric. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* & vbi gloſa firmat pedes, ab ea non eſt recedendum, vt ex alijs *Dec. cõſ. 140. nu. 7. & ſeq.* ex multis in vtroque prædictorum caſuum firmat, quod directus Dominus poſſit authoritate propria poſſeſſionem ingredi
66 abſque † ſententia declaratoria, & quod hæc eſt * communis opinio, à qua in iudicando non eſt recedendum, firmat *Aymon. conſ. 18. numer. 8.* quod ſine dubio eſſe dicit *per Bald. in cap. 1. in fine, per quos fiat inueſtit. & in cap. 2. de feud. ſine culp. non amitt. Fulgoſ. conſ. vlt. circa finem, Soccin. conſ. 167. in prima q. 2. difficultatis lib. 2. & ex alijs Corn conſ. 193 & 271. lib. 3. Abb. conſ. 62. col. 2. lib. 2.* per rationem, quia ius ſuum eſt extinctum: nam alienata re irrequiſito Domino directo, vel deuoluta propter redditus non ſolutos, nullum ius remanet
67 apud emphyteutam, † cum neque ciuiliter, neque naturaliter amplius poſſideat. Quoniam ſtante, quod per alienationem irrequiſito Domino, & per lapſum temporis ſolutionum non factarum
69 incidit in commiſſum, † & caducitatem, ius quod ante prædicta in ipſum durabat, fuit extinctum, argumento *cap. cum principale de regul. iur. in ſexto, & l. non dubium C. de legib.* Cum ergo per prædictas alienationes irrequiſito Domino, vel per tempus conuentum, non facta ſolutione, ius ſuum fuerit extinctum, ſe-
69 quitur emphyteutam † ad bona emphyteutica, regreſſum habere non poſſe, cum
70 de priuatione † ad habitum non detur amplius regreſſus, iuxta illud Philoſophi, & text. in iure noſtro *in l. qui res §. aream de ſolut. & in l. ſi cum quis §. fin.*
71 *de furt.* & qualitas † non poteſt eſſe ſine ſubiecto, *l. eius, qui in prouintia §. final. ſi cert. petat.* & tanto magis ſi conceſſio eſſet facta ad tempus 29. annorum, vt res Eccleſiæ dari ſolent, in caſibus prædictis authoritate propria, & abſque partis citatione bona capi poſſunt.

72 Nec ex aduerſo haberet locum † ſpolium, vt ex multis * communibus opinionibus firmat *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſin. 17.* per totam omnibus contrarijs reſpondens; & licet *Afflict.* hoc pręcisè non teneat, ſed quod requiratur ſententia, & ita iudicatum firmat *deciſ. 97.* tamen *Vrſill.* ibi addens explicãdo intellectum *Doctorũ* per *Afflict.* adductorum, ex eiſdem concludit ſententiam non requiri, & ſi aliquis diceret, quod requiratur ad declarationem, non eſt recedendum ab authoritatibus Doctorum, qui pro * communi teſtantur, & à deciſionibus prędictis.

Accedat, quod emphyteota iurat irrequiſito Domino, non alienare, & penſionem annuatim ſoluere abſque interpellatione, vt iam diximus, tanto
73 magis ſtante iuramento, † cuius tanta eſt vis, quod emphyteuta contraueniens illico à iure, & meliorationibus cadit, vt cõplures Doctores exiſtimauerũt, & iſta fuit originalis deciſio *Bald. in cap. querela de iureiuran.* quam prædicat * communem, ſequiturq; *Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius 2. par. verſ. teſtamentum il 3. nu. 27. de teſtam. Alex conſ. 85. & conſ. 126. lib. 1. Natt. conſ. 426. nu. 21. & licet Iul. Clar. in d. §. emphyteuſis q. 8. poſt num. 2.* Impugnare conetur, ſua tñ impugnatio non ſubſiſtit, & contra eum * eſt cõis opinio, *vt per Franc. Viu. deciſ. 501. nu. 2.*

*num.2.& in commun.opinion.239.lib.1.*
74 Immò † facta declaratione Domini ſtatim ipſo iure emphyteòta cadit, nulla alia Iudicis ſententia expectata; ſeù interueniente, *vt per Ruyn.conſ.153.nu.6. lib.1.conſ.57.nu.2. lib.4.* Quæ quidem
75 declaratoria Domini, † licet requiratur ſi vult bona, vt ſint ipſi deuoluta, *vt in d.l.1.C.de iure emphyt.ibi volentis, ibique Bartol.& alij, Dec.conſ.138.col.2.conſil. 185.num.9.conſ.206.col.2.& conſ.561. Riminald.Sen.conſ.389.num.48. Ruyn. conſ.143.num.14.lib.1. Natt.conſ.274. nu.12.* Non tamen ſententia Iudicis declaratoria, eſt neceſſaria, ſecundum *Bald. in addit. ad Specul.tit.de locat. col.7. Salyc.in d.l.1.col.2. Hoſtienſ.& Butr.* * *qui communem eſſe dicũt in d.cap.potuit, Roland.à Valle conſ.87.nu.5.& 12.* qui pariter * communem teſtatur *lib.1.Imol.& poſt eum Alex.d.conſ.6.col.pen. vol.3. & alij plerique, quos cumulat Dec.conſ.146. nu.8.& plenius Soccin.Iun.conſ.111.col. 2.lib.2.* qui magis * communem eſſe firmat: vnde tanto magis hoc eſt dicẽdum in caſu, de quo agitur, poſtquam interuenit declaratoria dicti Illuſtriſſimi Domini, & aliorum Epiſcoporum ſuorum prædeceſſorum, dicta bona pro deuolutis velle: & cum dicta territoria, cecidiſſent in commiſſum, & deuoluta ſint, vt
76 dictum eſt † Dominus directus ipſe Illuſtriſſimus, poterit etiam alijs concedere, vt voluit, & probat *Roman.conſ.212.dubio 1. ibiq; Mandoſ. addens, Alex.conſ.6. in fine lib.3. Roland.à Valle conſ.2. num. 171. vol.1.* & dum Illuſtriſſimus Dominus nõ authoritate propria cæpit, & alijs cõcedere noluit, vt poterat, ſed vrbanius agendo, via iudiciaria petijt, libentius in bonis alienatis obtinere debet, declarari deuoluta, vel & poſſeſſores iure prælationis condemnari ad relaxandum cum fructibus ſoluto pretio cum intereſſe, vel ipſis fructibus cum intereſſe compenſatis.

Quoad tertium, & vltimum principale caput, quod eſt ſolutionis laudemij,
77 ſiuè quarteriæ de dictis † emphyteuticis rebus debitis in hoc parum inſiſtam, cum *in d.l.final. C.de iure emphyteut.* ordinatum extet, ibi: *Niſi quinquageſimam partem pretij, vel extimationis loci, quem ad aliam perſonam transfertur, accipere,* quod laudemiũ, de iure communi licet ſit quinquageſima pars pretij *d. l. fin.* tamen ſoluitur, iuxta loci conſuetudinem firmat *Afflict.in cap.imperialem de probibit.feud. alien.per Federic. §. illud quoque nu. 14. & aliquando ex pacto Alex.conſ.5.& 123 in princ.lib.5. Aret. conſ.41.in fin.& dixit Hoſtienſ.in ſumm. in tit.de locat.& cond.§.quid ſi de natura, verſ.& Dominus,* quę in aliquibus locis tricenum introduxit, & alibi tertiã partẽ, *Bertrand.conſ.129.nu.4.lib.2.pro faciliori, Chaſſan.in conſuetud.Burgund.des cens §.1. gloſ.1. in princ.* & in hoc attenditur vſus in modo, & quantitate ſoluendi, vt dicit *Iſern. in §.præterea Ducatus de probib.feud.alien.per Feder.Bald.in auth. quas ruinas col.2.verſ.quarto, & ſic, &c. de ſacroſ.eccl.Imol.in d.cap.potuit nu.13. extra loc.& cond.Paris de Put.in cap.incip.pone, quod ſunt duo n.10. & 68.& in cap.ſeq.nu.33.per Amod.de Põt.in q.laudem.4.* Dum in Ciuitate Auerſę, & particulariter ipſi Illuſtriſſimo Domino, & ſuis prædeceſſoribus Epiſcopis, eſt ſolitum, & conſuetum pro laudemio, ſolui quartã partẽ pretij emptionum, vt ex facto patet, quid dubij eſſe poteſt, conuẽtos cogi debere quarteriam petitam ſoluere, iuxta conſuetum per prędicta iura,
78 etiam † de bonis ſubhaſta vẽditis, *Bald. in cap.1.in princ.de probib.alien.per Feder. ibi, ſaluo iure canonis, & hoc idem voluit in d.conſ.306.lib.1.Tiraqu.de retract.§. 1.gloſ.14.nu.14. Cæphal.conſ.255.nu.6. lib.2.quos, & alios adducit Amod.de Ponte in d.q.27.* vbi licet ſecus quando quis incidiſſet in commiſſum ex neceſſitate cauſata à lege, vel à natura, & latius diximus ſupra: tamen ſequitur, quod non ſufficit ſola addictio ex cauſa neceſſaria
79 in materia iſta, † neque eius neceſſitas in præiuditium alterius conſiderari debet, in quem ſpontè ſe quis coniecit, *Rot.deciſ.489.Bald.conſ.332.præmittendum eſt, quod ordo nu.3.lib.1.& conſ.75. quidam tutor eod.lib. Boer.deciſ.44.num.*

27.

Digitized by Google

27. *Couarr. variar. reſol. lib. 2. cap. 16. nu. 9. Octau. Oſaſc. Pedemōt. deciſ. 167. & ſeq.* Quinimmò in cauſa verè neceſſaria niſi concurrat fauor dotis, videtur quod ſolui debeat laudemium, & quomodo conſideretur neceſſitas, & procedendum ſit in caſu ſimili, *Dec. cōſ. 403. nu. 17. & cōſ. 587. nu. 7. Neuiz. conſ. 10. num. 10. Oſaſc. Pedem. d. deciſ. 165. & ſeq. Aym. pro gen. num 32. & 386.* & Domini † conditio
80 deterior fieri non debet ex neceſſitate vaſalli, & licet, vt plurimum, qui alienāt id faciunt, vt ſuis neceſſitatibus ſuccurrant, tamen deberi laudemium pluries deciſum firmat *Amod. de Ponte in d. q. 27. fol. 35.* idque in dies iudicari in Sac. Conſ. *D. de Franch. firmat deciſ. 277. & 488.* quod in dubium refragari non debet, & proinde quatenus Illuſtriſſimus Dominus, in deuolutionibus bonorum venditorum, ipſo irrequiſito, vel ob redditus non ſolutos, aut in prælatione ſuccumberet, quod non credit, condemnandi ſunt aduerſarij ad ſolutionē quarterię pro laudemio, & ad canones pro pręterito non ſolutos, & ita videtur mihi à prædicto Illuſtriſſimo Domino, vt meam afferrem ſententiam, requiſito: *Pro vltimo capite ad beneficium Actoris fuit deciſum, in banca de Viuo, pro de Felice.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Nominatus prius in dignitatibus præfertur.*
2 *Gratia facta à Rege ſtatim verbo prolata afficit omnes, etiam ignorantes.*
3 *Voluntas Regis in priuilegijs, & gratijs, ſufficit ſolo verbo expreſſa.*
4 *Penſio conceſſa gratia, etiam ante expeditionem Bullæ ſalua conſcientia, exigitur.*
5 *Papa dicēte fiat, ſtatim gratia perficitur.*
6 *Bullarum expeditio dicitur ſolemnitas extrinſeca iuris poſitiui.*
7 *Scriptura non requiritur, ad effectum gratiæ, ſed ad effectum probationis.*
8 *Regis authoritas, & prærogatiua magna eſt.*
9 *Rex ſuper omnia præcellit, & dominatur.*
10 *Sermo Regis poteſtate plenus eſt.*
11 *Prior ordine, & tempore in dignitatibus præfertur.*
12 *Ordo duplex in dignitatibus cōſideratur.*
13 *Tempore poſterior non debet locum præcedentis ambire.*
14 *Iura generaliter loquentia ſunt generaliter intelligenda.*
15 *Senectus ſemper venerabilis.*
16 *Vetuſtiori à iure incipere commodius eſt.*
17 *Dignitatem, qui prius adeptus eſt præfertur poſterioribus, & nu. 38.*
18 *Marchio, Comitem præcedere debet.*
19 *Maiori in dignitate conſtitutus conſimilem aſcitum præcedit, & nu. 23.*
20 *Maiorem authoritatem habens, & ſi tempore ſit poſterior, præcedere debet minorem, etiam tempore anteriorem.*
21 *Epiſcopus doctor, præcedit Epiſcopum non doctorem.*
22 *Dignitas eſt inſeparabilis à perſona.*
24 *Antiquitatis argumētum non valet propter accidentia, quæ ſunt maioris ponderis.*
25 *Maior, qui eſt ordine, & dignitate præfertur.*
26 *Dux Magdaloni, quia erat Comes fuit prælatus Duci Boiani eodē die creato.*
27 *Conſuetudo attenditur in præcedentijs.*
28 *Conſuetudo præcedentiæ, ſiuè ſit contra ius, ſiuè præter ius, decennio inducitur.*
29 *Conſuetudo præcedētiæ, ſufficit aliquando obſeruata.*
30 *Actus vnicus in poſſeſſorio præcedentiæ ſufficit.*
31 *Marchio Lauri, ex priori data priuilegij fuit prælatus Marchioni Orioli.*
32 *Data priuilegij fecit, quod Marchio Spinazzolę præcederet Marchionem Vulturariæ.*
33 *Data priuilegij, fuit cauſa, quod Regens Albertinus præcederet alios Regentes poſſidentes.*
34 *Data priuilegij fecit, quod Conſiliarius Nicolaus Antonius Gizzarellus præcederet Conſiliarium Fuluium Conſtantium poſſidentem.*
35 *Rex ſolo verbo creat Duces, Marchiones, & Comites.*



Digitized by Google

36 *Princeps dominium, etiam occaſione ſui priuilegij, ſiuè gratia acquiſitum tollere non valet.*
37 *Prius habens titulum à Rege præfertur, poſterius habenti.*
39 *Data priuilegij attenditur in gratioſis.*
40 *Data priuilegij concludit gratiã, & non dies literę conditionalis, ſiuè modalis.*
41 *Data inueſtituræ feudi vacaturi attenditur, non tempus vacationis.*
42 *Rex poteſt cogere Principem ad adimplẽdum ordinata.*
43 *Gratia à die data perfecta, conditionem, non recipit.*
44 *L. perfecta* C. *de condit. quæ ſub modo, habet locum, etiam in Principe.*
45 *Stylus totius ferè orbis eſt expediri priuilegia ſatis poſt gratiam conceſſam.*
46 *Gratia verbo Principis perficitur.*
47 *Pragmatica regiſtrationis gratiarum infra annum, habet locum quando adeſt negligentia impetrantis.*
48 *Negligentes permittentes labi tempus eis permiſſum, videntur, eorum ius remittere.*
49 *Annus vtendi reſcripto computatur, non à die datæ, ſed à die poſſibilitatis.*
50 *Rex diſpenſare videtur quando contrahit, vbi ius inhibet.*
51 *Conceſſio alicuius iuris, quod alicui antea competebat, etiam contra tertium valet.*
52 *Iniuria non fit alteri ſi quis reducatur ad priſtinum ſuum ſtatum.*
52 *Rex eſt ſuper omnem dignitatis gradum.*
54 *Regis plurali, & ſecundæ iuſſioni, etiam Fiſco, & Reipublicæ damnoſæ præciſè ſtandum eſt.*
55 *Iuſſio ſecunda importat clauſulas motus proprij, & nu. 60.*
56 *Voluntas geminata animum determinatum demonſtrat.*
57 *Voluntas geminata præſumptionem erroris tollit.*
58 *Regis geminatio, omne vitium excludit, & ius partis fortius reddit.*
59 *Geminatio habet vim clauſulæ non obſtãte lege, & clauſulæ ex certa ſcientia.*
61 *Geminatio vitium obreptionis, & ſubreptionis tollit.*
62 *Contractus Regis cum ſubdito ipſum Regem ligat.*
63 *Princeps ius quæſitum tertio ex contractu abſque cauſa publica tollere non poteſt, nec ex poteſtate abſoluta, & numer. 65.*
64 *Deus ſi ſubiecit leges Principi, non tamen ſubiecit ei contractus.*
66 *Rex ſemper ex iuſta cauſa reſcribere dicitur.*
67 *Probatio contra Principis reſcriptum non admittitur.*
68 *Regis à dicto recedi non debet.*
69 *Regis gratia non interpretatur, vt diminutionem recipiat.*
70 *Item neque, vt corrigatur.*
71 *Rex animata lex eſt in terris.*
72 *Rex caſus à lege non diffinitos, diffinit vt ei videtur.*
73 *Litera, ſiuè Epiſtola Regis in omnibus cauſis vim legis habet.*
74 *Literis Regis ſtãdum eſt, & temerarium eſt eis contrauenire.*
75 *Regum ſcrutator opprimi debet.*
76 *Diſputare de factis Regis, nec Iudices poſſunt.*
77 *Reges ſupremam habent poteſtatem, & eorum arbitrio gubernant.*
78 *Voluntas ſufficit pro ratione cum Rege.*
79 *Labia Regis diuinare ſolent.*
80 *Deo cur huic parcis dici non debet.*

## Pro Domino Principe Collis Andreæ de Summa, contra Dominũ Principem Montis Mileti decidenda apud ſuam Maieſtatem.

### ARGVMENTVM.

*Præcedentiam an quis à die conceſſionis, vel datæ priuilegij conſequatur?*

### CONSILIVM II.

QVamuis ſatis mihi fuiſſet determinationem præcedentiæ Principis Collis, cum Principe Mõtis Mileti, & alijs remittere Regi noſtro clementiſſimo, poſtquam de intel-

intellectu ſuæ gratiæ, & de per eum geſtis tractatur, & ſimiliter ad excelſos Iureconſultos, qui ſuo lateri aſſiſtunt, ſed quia Princeps ipſe Collis poſt ſcripta per alium Aduocatum à me, quid ſentirem, petijt, propterea dico.

Primò, verum eſſe apud ipſam Maieſtatem per Regni Neapolitani Proregem Principẽ Collis pro Principatu obtinendo fuiſſe nominatũ, & conſultatum ante Principem Montis Mileti, aliosq; aduer-
1 ſarios, † & in dignitatibus prius nominatum præferri, vt firmat *Rebuf. in tract. de nomin. q.21. nu.1. & 4.* & in hac ſpetie dignitatis, & præcedentiæ, ex multis *D. Præſ. de Francb. deciſ. 138. nu. 2.* quod etiam comprobat *Conſiliarius Fab. de Anna conſ. 136. nu. 4.*

Secundò, ſumus in gratia facta à Rege, qui ſine ſcientia concedit, *vt eſt gloſ. ordinaria per illum text. in cap. inſtitutio-*
2 *nis 25. q. 2.* quæ gratia † verbo per Regem prolata, ſtatim afficit omnes, etiam ignorantes, *per text. in cap. quidam, & cap. dudum § nos igitur de probat. in ſexto, & in cap. 1. de conceſſ. præb. eod. libr. 6.*
3 & in priuilegijs, † & gratijs, ſufficit Regis volũtas, verbo expreſſa, *ad text. in d. cap. dudum ibi: Vniuerſa priuilegia verbo, vel ſcriptis,* & in hoc omnes Doctores concordant, vt ex pluribus firmat *Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. de pub ſor. priuil. rubr. 47. num. 10. verſ. ſed in contrarium, & in verſ. aduertè ſi placet, vſque ad verſ. nunc videndum nu. 12. Chaſſan. in conſuet. Burg. des iuſtices rubr. 1. num. 180 fol. 61. Arcbid. in probem. 6. §. vniuerſitati, Felyn. Dec. & Rip. in rubrica de conſtitut.* teſtantes hanc eſſe * communem opinionem, quam firmat *Molin. de primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 7. numer. 55. Gigas in tractatu de penſ. eccleſ.*
4 *quaeſt. 34.* latè firmat, † facta gratia ante expeditionem bullæ, penſionem ſalua
5 conſcientia exigi poſſe, † quia Papa dicente fiat, de iure naturali ſtatim gratia
6 dicitur facta. † Expeditio autem literarum dicitur ſollemnitas extrinſeca iuris poſitiui, quæ licet omiſſa fuerit, non re-
7 quirit ſcripturam † ad effectum gratiæ, ſed ad effectum probationis, *idem Bellug. d. nu. 12. Chaſſan. d. nu. 180.* & alijs
8 idem in Rege, † cuius magna eſt pote-
9 ſtas, & prærogatiua, † *Eſdr. cap. 4. ibi: Rex ſuper omnia praecellit, & dominatur eorum, & omne quod dixerit illis facient, & verbum Regis non prætereunt,*
10 *& ſermo † illius poteſtate plenus eſt, Eccleſ. cap. 8.* & ſoli verbo Regis ſtatur, *cap. nobiliſſimus 96. diſtinct. facit clement. literis de probat. cap. ſi Papa de priuil. in ſexto*, vnde concluditur, à primo verbo talis gratiæ per Regem prolato ipſi Principi Collis gratiã queſitã fuiſſe, & præcedere aduerſarios tempore poſteriores.

Tertiò, Princeps Collis de anno 1607. Principatus dignitate honoratus, & inſignitus fuit, vt ex data ſui priuilegij, & non opus erat alia declaratione, & Princeps Montis Mileti, & alij poſteriori tempore, vt ex eorum priuilegiorum datis,
11 & in dignitatibus potior, † qui eſt ordine, & tempore præfertur, *ad text. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. ibi: Conſideratione tãtum tpe ante ire, vbi gloſ. & Io. de Plat:*
12 expreſsè notant, † quod in dignitatibus duplex ordo reperitur, vnus prioritatis temporis, alius maioritatis honoris, *& in l. vnicuique C. de præpoſit. ſacr. ſcrin. eod. lib. 12.* legitur: *Vt nemini penitus liceat,*
13 *cum ſit † poſterior tempore locum praecedentis ambire, idem habetur in l. 1. C. de præpoſ. ſacr. ſcrin. eod. lib. 12. in l. 1. ff. de albo ſcriben. in cap. 1. de maior. & obed. Bart. in l. 1 ff. de obſeq. l. fin. C. de zizan. libr. 12. gloſ. Alex. & Iaſ. in l. cum quis ff. ſi cert. petat. gloſ. Gemin. & Præpoſit. in cap. Iſidorus 16. diſtinct. & in cap. Epiſcopos 17. diſtinct. Innocent. & Panorm. in cap. 1. & in cap. ſtatuimus de maior. & obed. in cuius rubr. firmat Felyn. cum concordantijs: ſuffragatur regula, qui prior de reg. iur. in ſexto, quam latè Dyn. & cæteri Doctores examinant, eſt etiam text. in l. qui prior, & in l. qui balneum ff. qui pot. in pignor. hab gloſ. in auth. de æqual. dot. §. his verò poſterior, & latiſſime Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 12. conſid. 99.* Quæ
14 regula, iura, † & authoritates, cum generaliter loquantur, in omni caſu locum

B 2 habent.

Digitized by Google

habent,*iuxta not.per Bart.Bald.& alios in l.3.§.hæc regula ff.de iur.& fact.ignor. Iaſ.in l.id quod de leg.1.& cumulat Crauet.conſ.227.nu.3.*&in ſpetie,quod in dignitatibus,& honoribus,*iuxta d.regulā prior in tempore,prior ſit in iure,firmat Bald.in prin.conſtit. codic.facit lex ſemper ff.de iur. immun. vbi legitur: Semper*
15 *in † ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit, & in §. ſingulorum inſtit. de rer.di-*
16 *uiſ.legitur: Commodius † eſt itaque à vetuſtiori iure incipere, & idem in cap. antiqua de priuileg.Frecc.de ſubfeud.in pen. col.fol.471.Luc.de Pen.in l.2.nu.3.C.de Præfect.prætor.lib.12.& Chaſſan.in d.cathal.glor.mund.par.4.conſid.23.fol.92.& par.12.conſ.99.col.pen. verſ.8. & 9.fol. 328. qui in par.10. conſid. 29. fol. 198.* ex multis firmat,hanc eſſe iuris regulam,
17 quod qui prius † eſt dignitatem adeptus,præferatur alteri, eandem dignitatē poſteriori tempore conſequenti, & tradit *Grat.reſponſ.116.nu.6.lib.2.*multa adducens, & ex his concluditur, quod Princeps Collis tempore anterior alios præcedere debet.

Quartò, non ſolum, quia nominatione, verbo à Rege prolato, & data priuilegij Princeps Collis eſt in tempore anterior,ex quo præcedet aduerſarios, ſed etiam,quia ante dicti Principatus digni-
18 tatem adeptam,† erat Marchio Cercelli, & Principem Montis Mileti Comitē præcedebat,vt iuris erat,*vt per Frecc. de ſubfeud. cap. quis dicatur Marchio fol. 118.num.2.*dicentem in cętu procerum, & magnatuum Marchio ſedet,ante Co-
19 mites,& Barones: † nam qui maiorem dignitatem habet,pręcedet eum in ſimili dignitate aſcitum, qui illam maiorem dignitatem non habebat, ſed minorem, *ad text.in d.l. vnicuique C.de proxim.ſacr.ſcrin.vbi legitur: Niſi fortè,qui tempore vincitur, labores comparatione ſuperatur ſubnixus, præcedentibus dignior iudicatur,hinc gloſ.in cap.placuit in verſ.proponimus 16.diſtinct.* tradit,quod illi,qui
20 ſunt † maioris authoritatis proponi debent, licet ſint tempore poſteriores, *per quam gloſ. dicit Gemin. quem allegat Felyn.in rubr.de maior.& obedient. num.3.*
21 quod Epiſcopus, † qui eſt doctor præcedit Epiſcopum non doctorem,etiam prius promotum,& ratio eſt,quia digni-
22 tas eſt † inſeparabilis à perſona, & dum in dignitate conſtitutus adeptus fuerit alteram dignitatem, non ex hoc dereli-
23 quit priorem, † ob quam alteram ęqualem dignitatem habentem præcedere debet, ſi prior dignitas erat maior, hoc probat ad literam *text.in l.1.C.de conſul. lib.12.& ex alijs comprobat D. Regens de Ponte conſ.14.nu.44.vol.1. Natt.conſ. 62.num.3.lib.1.Maſcard.infinitos cumulans conſ.26.nu.55.qui nu.56.*dicit,quod
24 non valet † argumentum ab antiquitate propter accidentia, quæ ſunt maioris ponderis, *Menoch.in ſpetie conſ.126.nu. 3.lib.1.Cephal.conſ.615.nu.144.& 145. hinc Cardinalis à Turrecremat.in d.cap. Epiſcopos 17.diſtinct.*omnes caſus diſtinguendo pro regula tradit, quod primo loco præfertur, qui maior eſt ordine, & dignitate, ſequitur *Burſat. conſ.343. num.8.lib.4.* ac decidit *Boer.in tractatu magn. conſil. numer. 157. & propterea D.Præſ.de Franch.in deciſ.365.*decidit,
26 quod creatis † Ducibus eodem die, Magdaloni,& Boiani, fuit prælatus Dux Magdaloni, qui tempore creationis erat Comes, per rationes,iura, & authoritates,vt ibi per eum,& alia in *deciſ.144.*& ex multis alijs comprobat,& contraria etiam reijciens *Conſil.Fab.de Anna conſ. 40. à num. 14. vſque finem omninò videndus*, & ex his concluditur, quod ſi Principis Collis gratia, & data ſui priuilegij, etiam eſſet poſt datam priuilegij Principis Montis Mileti, (prout non eſt, ſed ante,) quia erat Marchio, & ſic dignior Comite,Princeps ipſe Collis Principem Montis Mileti, & alios omninò præcedere debet.

Quintò, adducitur conſuetudo antiquata, & notoria dans præcedentiam illis,qui datam priuilegij,& gratiæ ante-
27 riorem habent, † quæ conſuetudo in præcedentijs attenditur,*Bald.in cap.1.§. Marchio de his,qui feud.dar.poſ.*dicens, quod Barones penes Regem debent ſedere

dere ordinè conſueto, *& in cap.cum olim in* 1.*notab.de conſuet.* tradit pro regula, quod conſuetudo dat loca ſedendi, & ſtandi, quæ non debet præpoſterari, ex quo *Bald. & Leonin.German. conſ.*1.*nu.* 20. qui in caſu præcedentiæ Ducis Florentiæ, cum Duce Ferrariæ conſuluit, & ex alijs firmat *Conſil.Fab.de Anna d.conſil.*40.*nu.*1.*& ſeq.qui nu.*4.ſubdit, quod
28 hæc † conſuetudo, ſiuè ſit contra ius, ſiuè præter ius decennio inducitur, *ex Surdo conſil.* 18. *numer.* 8. *libr.* 1. quæ conſuetudo decennalis in hac materia ſufficit, etiam de iure canonico, *ex Aret. conſ.*73.*nu.*11.*in* 4.*dub. Grammat.deciſ.* 64.*nu.*34.*Nauar.conſ.*26.*nu.*3. qui etiã conſuluit in cauſa pręcedentię inter eoſdem Duces Florentiæ, & Ferrariæ: maximè quando differentia eſt inter particulares perſonas, & de noſtro caſu nedum adeſt conſuetudo decennalis, ſed annorum 30. *vt idem Conſil. Fab.de Anna teſtatur ibidem, qui nu.*7.*ex Rocch.de Curt.in repet.cap.fin. extra de conſtit. in rubr.*4.*q. nu.*4.*ex Marco Solone de pace poſt multos in l.*1. *Tauri num.* 101. 184.
29 *&* 215.& ex alijs cõprobat † hanc conſuetudinem non requirere longum tempus, ſed tantum ſic aliquando fuiſſe obſeruatum, & prædicta habere locum in
30 petitorio: † ſed in poſſeſſorio vnicus actus attenditur, *per cap.cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propr. Iſern. in pluribus locis, & ex Menoch.* cumulante in materia præcedentiæ, firmat *idem Conſiliar. Fab. de Anna ibidme numer.* 8. & de hoc nedum habemus conſuetudinem, ſed obſeruantiam, & plures deciſiones. Nam per Dominum Proregem, ſuumque Collaterale Conſiliũ Marchio
31 Lauri, ex anteriori tpe data ſui priuilegij, fuit prelatus Marchioni Orioli, non obſtante, quod priuilegium Orioli prius erat exequutoriatum in Reg.Cãcellar. vt teſtatur *D.Præſ.de Franch.deciſ.*62.*nu.*1. 1.*& ſeq.* & in anno 1594. in cauſa Mar-
32 chionis Spinazzolę, † cuius data priuilegij erat anterior, fuit decretum, quod præcederet Marchionem Vulturariæ, vt ex ſcripturis ex aduerſo productis, & in
33 anno 1594. † Dominus Regens Albertinus, cuius priuilegij data erat anterior, fuit declaratus debere præcedere alios Dominos Regentes, non obſtante, quod illi poſſeſſionem prius adepti fuiſſent, & priuilegium Domini Regentis Albertini infra annum non fuiſſet præſentatum, & exequutoriatum, vt ex relatis per *Frecc. de ſubfeud. libr.*2. *cap. quis dicatur Dux nu.*64. *& ſeq.* vbi omnia in proprijs noſtris terminis, & caſu, etiam reiectis contrarijs ex multis iuribus, authoritatibus, & rationibus, deciſio noſtri articuli firmatur, *& nu.*71. dictam deciſionem in indiuiduo refert, & pro pręcedentia Domini Regentis Io.Franciſci de Ponte, notabiliter conſuluit *Conſil.Fab.de Anna conſ.*42.ſcripſit, vbi ius Principis Collis in indiuiduo ex multis fundatur, & in fine refert per Dominum Proregem conſilio doctiſſimorum virorum determina-
34 tum fuiſſe † Conſiliarium Nicolaum Antonium Gizzarellum, ex data ſui priuilegij anteriori debere pręcedere Conſiliarium Fuluium Cõſtantium, non obſtante, quod Conſtantius ipſe poſſeſſionem teneret, poſſem de hoc alias adducere deciſiones, ſed quia eſt notorium, & de iure nulli dubium eſſe debet, quod Princeps Collis anterior cæteris præferatur, ſat adduxiſſe ſufficiat, ex quibus deciſionibus, & alijs iam dictis Princeps ipſe Collis ſuam habet intentionem fundatam, pro ſua obtinenda præcedentia, reſtat reſpondere contrarijs.

Prætendit namque Princeps Montis Mileti, quod licet data priuilegij Principis Collis ſit de anno 1607. non debet operari niſi ab expeditione ipſius priuilegij, quæ prætenditur facta de anno 1609. quando Rex cum particulari litera ipſum miſit Domino Proregi, & ſic nullum præiudicium afferre poteſt priuilegijs ante dictum annum 1609. & in Regno exequutoriatis, vnde quod hoc non obſtet attendatur.

35 Primò, † quia Rex ſolo verbo creat Duces, Marchiones, & Comites, *per text. in l.*1. *C.ſent.paſſ. vbi Angel. & Scribent.*



Digitized by Google

Bart.in l.1.C.de dign.lib.12.nu.29. & ex
ſola conceſsione transfert dominium,
& poſſeſſionem, dixit Bald.in l.1. C.de
rer.perm.& in conſ.295.ad euidentiam
lib.3.ſcribit Loffred.in probem. parafraſ.
feud.col.2. Angel.in l.officium ff.de re iu-
dic. & Iacob.de S.Georg. in l. traditioni-
bus C. de pact. Iaſ.conſ.27.lib.1. & Prin-
36 ceps dominium, † etiam occaſione ſui
priuilegij,& gratiæ acquiſitum tollere
non valet, ex Bald. in l. qui ſe patris nu-
mer. 12. C. vnde liber. & firmat Mo-
lin. de primogen. hiſpan.lib.4.cap.3. num.
37 21.& habens† prius cingulum à Rege
præfertur ſecundo habenti poſterius,
etiam ſi ſecundus poſſeſſor ſit, ad text.in
cap. ſanctæ crucis de reſcript. per illum
textum ita reſpondet Roman.omnino vi-
dendus in conſ.298. circa præmiſſorum,
ſequitur Iaſ.d.conſ.27. alios adducens.
Secundò, ſi Princeps Montis Mileti,
ſuum exequutoriari fecit priuilegium
38 ante Principem Collis, † tamen quia
nominatione, verbo, ſignatura, & data
priuilegij Princeps Collis prius promo-
tus fuerat, potiri debet illis honoribus,
quibus potiretur, ſi prius ſuam gratiam
exequutoriari feciſſet, ad quod vltra ſu-
pra optimè fundata, eſt etiam text.ſe-
cundum Bart.in l.pen. C.de conſul.lib.12.
cuius litera dicit: In adoranda noſtra pur-
pura, vel in conſequendis tantis conſulum
honoribus, & priuilegijs, ex anteriore pro-
uectionis ordinem ſibimet vendicantem,
quæ verba cum ſint clara, à nemine in
hoc tergiuerſari poſſunt,& dum loquun
tur in officijs,& dignitatibus, cum admi-
niſtratione,& ſic in fortiori caſus noſtri,
Princeps Collis facilius præcedere de-
39 bet: tantoq; magis, quia ſumus, † in gra-
tioſis in quibus data priuilegij attēditur,
vltra dicta adduco text.in cap.tibi qui, de
reſcript. in ſexto, in cap. ſi eo tempore eod.
tit.cap.cum tui de præb.in ſexto, cap. eam
te,& cap.cōſtitutus de reſcript. d.cap.ſan-
ctæ crucis, Luc.de Penn.in l.1. C.de Præ-
fect.prætor.in fine, Bald.& Caſtrenſ.in l.
1. C. vt lit. pend. facit l.ſi permittente C.
ad Maced. Rebuf. in d.tract. de nomina-
tione q.21.nu.1.

Tertiò, Sua Maieſtas certiorādo Do-
minum Proregem de tali gratia, mitten-
do priuilegium, & ex quo in litera dici-
tur, quod Princeps Collis inſeruiat de
ducatis ſexdecim millibus caſtiglianis,
gratia ipſa conditionalis, ſiuè modalis
prætendi non poteſt, cum à die verbi per
Regem prolati, effectuata ſit, vt ſuperius
fundauimus, & à principio gratia ipſa
fuit pura, & non à die literæ, in quam
40 prætenditur conditio, † ſiuè modus ap-
poſitus, vt ad literam dicit Iſern.in cap.1.
de natur.ſucceſſ.feud. nu.27. ibi: Proinde
ſicut conditione, exiſtente contractus ſit
purus à tempore, quo fuit initus, & non
à tempore, quo cōditio extitit, allegat text.
in l.neceſſario §.ſi pendente ff.de peric. &
comm.rei vend. vbi legitur: Iam contra-
cta emptione in præteritum, & in l.potior
ff.qui pot.in pignor.hab.& in l.nec emptio
ff.de contrahend.empt.habetur idem, hinc
Iſern.in cap.1.qui ſucc.ten. nu.17. verſ.
41 vnde, dicit quod quando fit † inueſtitu-
ra de feudo vacaturo, ſi poſtea vacat, vi-
detur facta, quando à principio fuit fa-
cta, non autem quando poſtea vacauit,
& hic allegat text.in l.de acceſſionibus in
fine ff.de diuerſ.tempor.præſcript. vbi le-
gitur: Iam enim illo in tempore, quo con-
trahebat videri conſenſiſſe, venditioni ſi
pecuniam non intuliſſet: ſequitur Io.Vinc.
de Anna ſingul.264. allegando text. in
cap.moribus, ſi de feud.defunct.milit.con-
trou.fuer. Conſil.Fab.de Anna conſ. 45.
nu. 43. & ſi gratia ipſa fuiſſet conditio-
nalis, (prout non fuit,) ſed pura, & ſo-
lutio pecuniæ adhuc non fuiſſet facta,
adhuc ſuum habuit effectum à die, quo
verbo prolata fuit, & in memoriali, &
contractatione conceſſa per prædicta
verba d.l. de acceſſionibus, & circa ſolu-
42 tionem duc. ſexdecim mill. † Rex pote-
rat cogere Principem Collis pro adim-
plemento, ad text.in l.naturalis §.1.ff.de
præſcript.verb. l.1.ff.de rer.permut. l. iu-
riſgentium §.1.C.de pact.l.quoniam aſſe-
ueras C.de rer. permut. Sed dum dicta
gratia Principis Collis à die, quo fuit
43 verbo prolata per Regem, † & à priui-
legij data fuit perfecta, vt iam fundaui-
mus,

Digitized by Google

mus,& in ea Rex conditionem,ſiuè modum vllum apponere non poterat, *per text.in l.perfecta C. de don.* *quæ ſub mod. in princ.dicentem: Perfecta donatio, conditionem poſtea non capit,Bald.conſ.*327. *pridie conſuluit lib.*1. intelligens, & am-
44 plians † *d.l.perfecta* habere locum, etiã in Principe, ſiuè Rege, quod ex alijs firmat *Io.Lopez in repet. cap.per veſtras de donat.inter vir.& vxor.§.69.* & ſic patet, quod dicta gratia Principis Collis fuit pura, & conditio, & modus non adfuit, nec adeſſe poterat.

Nec obſtat ex aduerſo prætendi gratiam ipſam fuiſſe factam,ſiuè expeditam tempore dictæ Regiæ literæ, & miſſionis priuilegij,& ſic eſſe poſteriorē, & ſic antea à die datæ priuilegij obſtare Regiam Pragmaticam de priuilegijs infra annum præſentandis,nam reſpondetur.

45 Primò, † quia communis eſt ſtylus in toto ferè orbe in Regijs; Cancellarijs, gratias fieri,& deinde longo tempore poſt ſignaturam, ſeu gratiam conceſſam verbo,vel in ſupplicatione per verbum fiat, expediri priuilegium ſub data diei gratiæ conceſſæ,vt eſt notorium,& teſtatur *Frecc.d.cap.quis dicat.Dux num.*70.
46 *fol.*139.vbi ſubdit, † quia tunc per verbum Principis, perfecta eſt gratia, & vltra ſupradicta multa adducit,& in ſpetie non obſtante,quod priuilegium Domini Regentis Albertini non fuerat infra annum præſentatum, & oppoſita dicta Regia Pragmatica, ac cæteri Domini Regentes in poſſeſſione exiſterent,in fine refert fuiſſe per doctiſſimos delegatos à Domino Prorege deciſum Dominum Regentem Albertinum, cuius priuilegij data erat anterior debere præcedere alios, quæ deciſio cum ſit puntualis ad cauſam, licet de ea, & alijs dixi ſupra *num.*31. *& ſequ.* eam hic repetere volui.

47 Secundò, † Pragmatica prætenſa non obſtat, quia habet locum quando negligentia impetrantis,habentis priuilegiũ, ſiuè literas gratiæ, & conceſſionis penes ſe retinuit in præiudicium Curiæ,& ſubditorum, vt litera ipſius pragmaticæ do-
48 cet: † quia negligentes permittentes labi tempus, à lege eis indultum,videntur eorum ius remittere, *l.ſi eo tempore C.de remiſſ. pign. cum ſimil.* Non enim negligentibus ſubuenitur, ſed rerum neceſſitate impeditis,*ad text.in l.non enim ff.ex quib.cauſ.maior. vbi gloſ. & Doctores.* Dum ergo priuilegiũ Principis Collis per Suam Maieſtatem fuit miſſum Domino Proregi, poſt elapſum annum à die datæ,& ex cauſa valdè nota, vt colligitur ex litera Domini Ducis Pignarandæ in actis producta, ac abſque culpa,& negligentia ipſius Principis Collis, ei tempus anni non decurrit,*per gloſ.in d. l. non enim ff.ex quib.cauſ.maior. vbi in text. verſ.reſtituit legitur: Sed temporis anguſtia impeditus, & per text. in l.quod fortè ff.de damn.infect.dicentem: Tunc rectè dicitur, cum non ipſius negligentia,ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit, & per alios text. concordantes in d.gloſ.* quod in indiuiduo decidit,*Felyn.in d.cap.eam te de reſcript.*
49 *num.*20. dicens in computando † anno dato ad vtendum reſcripto nè ſpiret per ſecundum impetratum ab aduerſario; non computari à tẽpore datæ,ſed à poſſibilitate præſentãdi.Sic Principi Collis annus pragmaticæ non decurrit, niſi à die,quo priuilegiũ fuit ei miſſum á Domino Prorege, & modum præſentandi habuit,quod ſtatim infra tẽpus exequutoriari fecit, ex quo pragmatica ipſa nihil obſtare poteſt, quin à die datæ præcedere debeat.

Tertiò,dum in dicta litera Rex dicit, quod fecit talem gratiam Principi Collis ab anno 1607.mittendo priuilegium cum tali data,& à dicto tempore, vſque ad tempus literæ annus pragmaticę iam erat elapſus, expreſsè determinat: quod gratia ipſa à dicto anno 1607.ſuum haberet effectum,& ipſi pragmaticæ,& om
50 ni alio impedimento † fortè exiſtẽti videtur diſpenſare, & eo ipſo tollere pragmaticam,& iura contraria, ex quo Rex contrahit, vbi ius inhibet, verba ſunt *Iſern.in cap.1.num.3.tit.quid ſit inueſtitura verſ.eo ipſo,per text.in l.pen.C.de donat.*

Digitized by Google

donat. inter vir. & vxor. & quod Rex
hoc potuit facere, eſt text. in l. quæris C.
de natal. reſtit. & probatur in cap. ſi quis
non habens in auth. quib. mod. nat. effic.
leg. ibi: Poſtea verò ad illam deducat na-
turam, ac probat gloſ. in l. ſi vnus §. ſi pa-
ctus ne peteret, ff. de pact. vbi quan-
51 do alicui conceditur; † quod quis redu-
catur ad illud ius, quod antea ſibi com-
petebat, etiam ſi hoc fiat in pręiudicium
alterius, non poteſt ille, qui ſentit dam-
num ex tali conceſſione conquęri, quod
ex eo lædatur, hinc gloſ. in cap. ab exordio
52 diſtinct. 53. dixit, † quod non fit iniuria
alicui, ſi quis reſtituitur ad priſtinum
ſtatum, congerit pulchrè Albert. Brun.
in conſ. 1. Frecc. de ſubfeud. in d. cap. quis
dicat. Dux nu. 68. in fine 1. col. verſ. quod
potuit Princeps, quibus addo Curt. Iun. cō-
ſil. 1. num. 22. Hippolyt. Rimin. conſ. 18.
nu. 23. vol. 1. Quinimmò ſi iuſtitia ipſius
Principis Collis, non eſſet tam notoria,
& ſua gratia eſſet poſterior (prout eſt an
53 terior) adhuc Rex, qui eſt ſuper omni
gradu dignitatis, & ab eo deriuantur
omnes dignitates, vt dicit Cyn. in l. quo-
ties C. vbi Senat. vel clariſ. ipſum Prin-
cipem Collis, quod cæteros præcederet
poterat iubere, ad text. in d. l. vnicuique
C. de profeſſ. ſacr. ſcrin. lib. 12. vbi in ſpetie
firmat Io. de Plat. nu. 3. Auila de Prætor.
cap. 44. ante numer. 2. & per Conſiliar.
Fab. de Ann. conſ. 136. num. 8. & 9. ſed
dum Princeps Collis tempore ſuæ gra-
tiæ, verbo, & ſcripto eſt anterior, om-
nium aduerſariorum facilius, & omninò
præcedere debet.

Quartò, de tali præcedentia Principis
Collis habetur Regis quatriplicata iuſ-
ſio, & voluntas: prima, quando verbo
mandauit: ſecunda, quando in memo-
riali ſcribi iuſſit: tertia, dum dictum pri-
uilegium firmauit: quarta, quando per
dictam literam exequi voluit, cui plura-
54 li, † & etiam ſecundæ iuſſioni præciſe
ſtandum eſt, per text. in auth. de mandat.
Princip. §. deinde competens collat. 3. vbi
Bart. & in auth. vt nulli iud. §. & hoc ve-
rò iubemus collat. 9. etiam ſi ſecunda iuſ-
ſio eſſet in damnum Fiſci, & Reipublicę,
55 & importat † clauſulam motus proprij,
& certæ ſcientiæ, vt ex alijs firmat Frāc.
Marc. deciſ. 806. nu. 2. lib. 1. & ex prædi-
56 ctis actibus habetur † Regis geminata
voluntas, quæ animum deſtinatum, &
determinatum demonſtrat Alex. in l. 1.
in princ. ff. de verb. oblig. Felyn. in cap. cum
Ioānes de fid. inſtrum. Bero. conſ. 175. nu.
3. vol. 3. & infert certam ſcientiam, Fe-
lyn. in cap. ſi quando de reſcript. Io. Andr.
Panormit. & alij in cap. porrecta de con-
firm. vtil. vel inutil. Bero. conſ. 72. num. 3.
57 vol. 1. & erroris † tollit præſumptionem
Alex. in rubr. ff. de verb. oblig. Bero. conſ.
148. nu. 17. vol. 1. maioremq; veritatem
inducit Afflict. deciſ. 236. nu. 3. Fab. de
Monteleon. in pract. arbitr. par. 1. in verb.
meretricario morbo nu. 23. quos refert, &
ſequitur Hippol. Rimin. conſ. 45. num. 92.
58 lib. 1. ipſęq; Regis † geminationes om-
ne vitiū excludunt, & ius Principis Col-
lis fortius reddunt, per notatā in l. cum
fidem, C. de non numer. pec. ſcribit Paul.
de Caſtr. conſ. 186. & congerit Aymon.
59 conſ. 53. & quod † geminatio habet vim
clauſulæ non obſtante lege, & clauſulæ
ex certa ſcientia, dixit Ant. de Butr. in
cap. in Eccleſiarum pen. col. de conſtit. dicit
Bald. in l. nec damnoſa C. de precib. Imper.
offer. & tantum operatur ſecunda iuſſio,
ſeu geminatio literarum Regis, quan-
60 tum † motus proprius, refert, & ſequitur
Roman. in l. ſi viro §. de viro ff. ſolut. ma-
61 trim. † remouetq; inſuper vitium ſub-
reptionis, & obreptionis, congerit Nicol.
Euerard. in loco, an geminatio in 1. & 2.
col. pen. Frecc. in d. cap. quis dicat. Dux
num. 69. verſ. item ne dum geminata, ex
quibus patet ipſius Principis Collis præ-
cedentiæ nullo modo contrariari poſſe.

Quintò, licet gratia Principis Collis
à principio fuiſſet pura, & perfecta, adeò
quod cōditio, aut modus apponi non po-
terat, tamen audita voluntate ſuæ Maie-
ſtatis, quod ſoluerentur ducati ſexde-
cim mille Caſtigliani, acceptauit velle
eos ſoluere, dummodo pręcederet alios,
qui poſt dictum annum 1607. gratias
obtinuerāt, & proinde ipſa Maieſtas pro
exequutione ſuæ præcedentis volunta-
tis

Digitized by Google

tis iam acceptatæ antè gratias aduerſariorum, vt ex litera Domini Secretarij de Zarate miſit priuilegium cum expeditione dicti anni 1607. temporis gratiæ perfectæ, adeo quod poſſumus dicere tale negotium tranſiuiſſe in contractum,
62 & contractus † Regis, cum ſubdito ligat ipſum Regem, eiuſq; ſucceſſorem, nec poteſt reuocari, *ad text. in cap. 1. de nat. feud. & in cap. 1. vbi plen. per canon. de probat. Bart. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. in 3. quæſt. princ. ſcribit Bart. Soccin. conſ. 4. num. 1. per totum lib. 3.* Immò
63 Princeps † ius quæſitum ex contractu, etiam in ſpetie abſque cauſa publica tollere non poteſt, ſecundum *Bald. in d. cap. 1. de nat. feud. ante nu. 1.* vbi inquit, quod
64 quamuis † Deus ſubiecerit Principi leges, non tamen illi ſubiecit contractus, & *Molin. de primogen. hiſpan. lib. 3. cap. 3. numer. 15. & ſequent.* ex pluribus *
65 communibus opinionibus † firmat Regem ius tertio quæſitum ex contractu, nec ex poteſtate abſoluta tollere poſſe, ſed iuſtiſſimus, & benigniſſimus Rex noſter nè dum à tali oblatione, & contractu recedi noluit, ſed in dicta litera cum data priuilegij anni 1607. ſuã declarauit voluntatem, vt Princeps Collis præcederet alios, qui poſt dictam priuilegij datam eandem dignitatem obtinuerant: ex quo gratia iam quæſita fuerat à die quo fuerat verbo prolata.

Sextò, litera ex aduerſo producta per quam Rex mandat, quod in hac cauſa præcedentiæ fiat iuſtitia, non ſolum non obſtat, ſed etiam pro ipſo Principe Collis facit, dùm ſua pręcedentia eſt tam iuſtiſſima, & ipſamet Maieſtas in dicta præcedenti litera ſuam declarauerat voluntatem, & gratiam conceſſam à dicto anno 1607. mittendo priuilegium cum
66 talis temporis data: † nam taliter Rex reſcribendo, præſumitur ex iuſta cauſa feciſſe, prout fecit ex ſuperius dictis, quæ iuſta cauſa in Rege eſt præſumenda, ſecundum *gloſ. in l. relegati in princ. ff. de pœn. vbi Bart. & Cyn. in l. reſcripta C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Adeo quod non
67 admittitur † probatio in contrarium ſecundum *Panormit. & Felyn. in cap. quã in Eccleſiarũ de conſtit. per Franc. Marc. d. deciſ. 806. nu. 7. par. 1.* & à particulari litera, in qua Rex dicit feciſſe dictam gratiam Principi Collis ab anno 1607.
68 recedi non poteſt, † ſed obſeruãda eſt, vt iacet, ex adductis *per Oldrad. conſ. 230.*
69 *nu. 3.* nec ad eius † interpretationem, per quam ad diminutionem temporis, & gratiæ ipſius deueniretur, ne lex circumſcribi videatur, *l. 2. §. hoc etiam huic legi C. de iuram. calumn.* & quemadmodum Iudex ſententiam non poteſt mutare, ſic
70 nec † interpretari, ea interpretatione per quam ad correctionem deueniat, vt plene notantur *in l. ab exequutore ff. de appell.* ex pręd ictis, & alijs firmat *Oldrad. conſ. 230. nu. 3. vſque in fine.*

Accedat, quod fides Secretarij ſuæ Maieſtatis, quod Marchio Vulturarię fuerat conſultatus ante Marchionem Spinazzolæ, ad demonſtrandum, quod non obſtãte anteriori conſultatione Marchio Vulturariæ ſuccubuerat, & pręlatus Marchio Spinazzolæ in data priuilegij anterior, nõ obſtat, quia in dicta fide non dicitur Marchionem Vulturariæ, ex tunc obtinuiſſe ſui Marchionatus gratiam, quia potuit eſſe, quod fuerit conſultatus, & non obtinuiſſe, prout re vera tunc temporis non obtinuit, ſed poſt Marchionem Spinazzolæ, ex quo ſuccubuit, vt diximus.

71 Vltimò, † Rex eſt lex animata in terris, *ad text. in auth. de conſul. §. fin. collat. 4. cum ibi adductis per gloſ. Chaſſan. in cathal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. verſ.*
72 *182.* & ipſe † ſolus caſum à lege non diffinitum diffinit, prout ipſi videtur, *l. cum de nouo C. de legib. l. itaq; ff. de fideicommiſſ. Chaſſan. dicto in loco verſ. 69.* & tanto magis in caſu, de quo agitur, concurrit veritas, gratiam ipſam fuiſſe conceſſam à dicto anno 1607. & ab ipſo tẽpore ſuum effectum habere debere, vt ipſa Maieſtas in dicta litera cum dicta data declarauit, cui literæ eſt præciſe
73 ſtandum, vltra prædicta, † quia litera, ſiuè epiſtola miſſa per Regem in omnibus cauſis vim legis habet, *text. & ibi*

*Angel.*

Digitized by Google

*Angel. in l. item veniunt de petit. hæredit. Martin. Laud. in tract. de primogen. num. 68. Chaſſan. in d. cathal. glor. mund. par. 3. conſid. 24. verſ. 104.* & ideo ab ipſa
74 litera recedi non debet, quia temerarium eſſet Maieſtatem Regiam velle terminis limitare, *iuxta illud Prouerb. cap.*
75 25. ſcrutator Maieſtatis opprimitur, dicit *Luc. de Pen. in l. contra col. 4. in fine C. de re milit. lib. 12.* Quinimmo nec Iu-
76 dices † de factis Regis diſputare poſſe, *dixit Gratian. in cap. in iſtis 4. diſtinct. l. proſpexit ff. qui, & à quibus l. final. C. de legibus, ibi: Quis tantæ ſuperbiæ tumidus eſt, vt Regalem ſenſum contemnere audeat? & vtrobique Scribent. Molin. de primogen. hiſpan. lib. 4. cap. 11. num. 61.*
77 cum Reges † ſupremam habeant poteſtatem, & eorum arbitrio omnia guber-
78 nantur, † & in eis ſufficit pro ratione voluntas, nec cur ita facis dici poteſt, *vt in Eccleſ. cap. 8. Iſern. in tit. quæ ſint reg. nu. 8. verſ. hæc videntur contraria in fine, vbi add. liter. B,* & hoc non ſine ratio-
79 ne, † quoniam diuinatio in labijs eius, *vt in Prouerb. cap. 16.* Sicut & Deo cur
80 huic † parcis dici non poteſt, *cap. quamuis in princ. de pœn. diſtin. 3.*

Ex quibus videtur per ſuam Maieſtatem, ſuosq; doctiſſimos Conſiliarios reſcribi debere Domino Proregi, quod in fauorem Principis Collis ſuam exequatur gratiam, vt præcedat Principem Mõtis Mileti, & alios aduerſarios, quibus eandem dignitatem poſt eius priuilegij datam conceſſerat, & ita ſentio, remittendo omnia ad eandem Maieſtatem, ſuoſque Conſiliarios diſertiſſimos, qui adeò omnia in ſcrineo pectoris habent, & non immerito eorum ſit leges promulgare.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Feudi cuiuſcumque, & eius partes alienatio eſt prohibita, de iure diuino, communi feudorum, & Regni.*

2 *Subfeudorum in alienatione, Regis, & Baronis requiritur aſſenſus.*

4 *Alienatio rei particularis ſubfeudi omnino requirit aſſenſum.*

5 *Francorum iure cum viuatur in Regno, ideò ad ſolum primogenitum ſpectant, quia indiuidua.*

6 *Feuda omnia in Regno ſecundum ſtatuta Regni conceſſa cenſentur.*

7 *Francorum ius facit feuda indiuidua.*

8 *Feuda diuiſa non transferuntur.*

9 *Feudi res particularis ſi venditur ſine Regio aſſenſu, nullo tempore præſcribitur.*

10 *Rex diuidit vnum in pluribus, & è contra.*

11 *Papa Eccleſias diuidit, & Imperator, & Rex in Regno Prouintias.*

12 *Vaſalli intereſt plures non habere Dominos.*

13 *Dòmini intereſt vnicum non plures habere feudatarios.*

14 *Feuda, & ſubfeuda ęqualiter diuidi prohibentur.*

15 *Feuda non differunt, teneantur à Rege, vel Barone.*

16 *Rex Dominus feudorum omnium, quæ de publico ſunt, quia patrimonium Regis.*

17 *Adhoamenta, & ſubuentiones authoritatem Regis, & publicam vtilitatem ſubſtinent.*

18 *Feuda non habent caput, & quid ſit vocari partem aliquam caput feudi.*

19 *Vocabuli ab etymologia non arguitur.*

20 *Nomen non tribuit ius tituli.*

21 *Parte digniori ſubfeudi conceſſa, non intelligitur totum ſubfeudum conceſſum.*

22 *Pars non prædicatur de toto in conceſſionibus.*

23 *Excluſus à toto, intelligitur excluſus à parte totius.*

24 *Caput idem eſt principium in re inanimata.*

25 *Caput feudi an per Baronem concedi poſſit.*

26 *Nominum diſtinctio non inducit pluralitatem feudorum.*

27 *Feudum licet diuerſa habeat corpora, & territoria, tamen Vniuerſitas eſt facti.*

28 *Subfeudi pars non dicitur ſubfeudum de per ſe, ſed pars, & omnes partes inte-*

Digitized by Google

*integrum conſtituunt.*

29 *Subfeudum indiuiduum, & quare.*

30 *Feudum, ſeù fundus vectigalis non diuiditur, nè ſolutio confundatur.*

31 *Subfeudi pars nominata caput, non eſt ſeparata reſpectu plurium corporum.*

32 *Conceſſio vnica vnicum facit ſubfeudum.*

33 *Dominium vtile vnicum, preſupponit poſſeſſionem naturalem vnicam.*

34 *Dominium totius feudi ſemper reſidet penes ſubfeudatarium legitimè inueſtitum.*

35 *Alienatio rei particularis ſubfeudi ipſo iure eſt nulla.*

36 *Diuiſionibus feudorum aſſentire per Regiam pragmaticam, etiam Proregibus eſt prohibitum.*

37 *Contractus nullus, nec naturalem, nec ciuilem parit actionem.*

38 *Dominium rei particularis ſubfeudi ſine aſſenſu alienata non abdicatur à Domino.*

39 *Feudum eſt homo mutus, & tanquam pica, & organum petit, & ſuam gerit vicem.*

Pro Domino Comite Meliſiæ.

## *ARGVMENTVM.*

*Alienata parte ſubfeudi plani, & deinde alia re nominata caput ſubfeudi ſine Regio aſſenſu, an venditor, qui primam rem alienatam recuperauit, partem dictam caput ſecundo loco alienatam recuperare poſſit?*

## CONSILIVM III.

QVOD pars ſubfeudi nominata caput ſecundo loco ſine Regio aſſenſu alienata recuperari poſſit, his medijs demonſtrare conabor.

1 Primò, † feudi alienatio eſt prohibita de iure diuino, *iuxta illud Leuit. cap. 25. ibi: Terram quoque non vendat in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni mei eſtis*; & ſine Regio aſſenſu de iure communi feudorum feudi alienatio, ſimiliter prohibita eſt, *cap. Imperator Lotharius de probib. alien. per Lothar. cap. Imperialem de prohibita alienatione per Feder.* vbi * communiter Doctores, & ē de iure Regni, vt de prohibitione Regalium eſt, *Conſtitut. Regni ſcire volumus de feudis quaternatis, eſt conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ*, & omnia alia feuda etiam plana alienari prohibētur quocumque alienationis titulo inter viuos, & in vltima voluntate, in totum, vel in partē, vt dicunt verba: *Conſtit. Regni hac edictali*, quæ loquitur de feudis planis, vt per colūnas diſcutiendo firmat *Camer. in d. cap. imperialem de prohibit. alienat. per Feder. fol. 40. lit. A, & ſeq.*

2 Secundò, † in ſubfeudis alienādis requiritur aſſenſus prioris Domini, ſcilicet Regis, vt dicit *gloſ. in d. cap. imperialē §. illud verſ. niſi requiſitus de probib. alien. per Federic.* & latè firmat *Iacob. de feud. in tit. & cum pacto de non alienando nu. 21. qui poſt nu. 22.* dicit, quod hæc opinio eſt magis * cōmunis, & in iudicando non eſſet tutum ab ea recedere, *Cagnol. in l. conſilij § ſocij mei nu. 9. ff. de reg. iur. Zaſ. de feud. in 9. par. verſ. ſed occurrit.*

3 Nam apud ipſum † vaſallum poſt factam ſubinfeudationem nō remanet, neque directum, neque vtile dominium, ſed ſolummodo quædam reliquiæ vtilis dominij, quæ tanquàm modici momenti non attenduntur; ſed attenditur prima, & potior cauſa, quæ eſt dominium directum remanſum penes Regem primum Dominum, *Clarus in §. feud. q. 32. verſ. in propoſito ex multis firmat.* Quinimmo licet *Afflict. & aliqui alij* teneant in alienatione ſubfeudi plani aſſenſum Baronis ſufficere; ſed quod requiratur etiam Regis, non eſt recedendum ab opinione *Iſern. in d. cap. imperialem nu. 9. ibi: Conſenſus vtriuſque eſt neceſſarius, vbi addit. lit. L, & latius nu. 63. ibi: Nam vterque debet conſentire Camer. in d. cap. imperialem lit. Q, & latius fol. 73. lit. C*, hoc etiā tenent Sūmiſtæ, quia agitur de intereſſe

vtriuſque

Digitized by Google

vtriuſque, *argum.l.fin. C.de auth. præſt. cap. ad hæc in fine de offic. Archid. cum aliȷs per gloſ.ibi lit.C,* alias ſolus Baro cõcedendo,facilius poſſet Baroniam diminuere in præiudiciũ Regis,& ſic aſſenſus Regis,& Baronis requiritur,inde dixit etiam *Bald.in l.ſi permittente C.ad Maced.* quod feudatarius feudatarij debet requirere aſſenſum primi Domini, ſcilicet Regis,quia penes eum eſt ius principale,ſecundum *Guliel. de Cun.*& pro hoc facit *cap.Honorij incip.ſi contingat,*quod eſt pro *deciſ.*noſtri articuli,quod aſſenſus vtriuſque requiratur,ſed quid in hoc va
4 gandum,† ſi in caſu noſtro fuit alienata res particularis ſubfeudi, vt puta domus,vel vinea,quę diuidit feudum,quod fieri non poteſt, niſi ex expreſſa ſcientia Domini,ſcilicet Regis,& Baronis,vt eleganter explicat *gloſ.Pariſ.in* §.2.*nu.*29. *&* 30.*refert,& firmat Regens de Ponte de mente Iſern. Capyc. & Camer. in eius conſ.*3.*nu.*32.*& ſeq.& ſignanter nu.*46.
5 *& ſeq.*ſubdens,† maximè in Regno vbi Francorum iure viuitur,& ad vnum tantum ſpectãt feuda, ſuntque indiuidua,& alienari non poſſunt ſine aſſenſu prioris Domini, ſcilicet Regis, & Baronis, vt prædiximus.

6 Tertiò, † feuda omnia in hoc Regno cenſentur conceſſa ſecundum ſtatuta Regni,ſcilicet *cap.conſiderantes*, vbi legitur: *Primogenituræ,& maſculini ſexus prærogatiua ſeruata*, vbi *Napod. addens* dicit, quod feuda non veniũt ad primogenitos ordinatione teſtatoris, ſed iure ſucceſſorio vigore præſentis Capituli, ꝙ etiam ex multis ibi firmat *Io. Ant.de Nigr.nu.*39 *& ſeq.* quia capitula in Regno pro lege ſeruari debẽt, vt in ſpetie ad illius intellectum,dixit *Iſern.in conſtit.vt de ſucceſſionibus pen.col. verſ.ſimile quærunt fiſcales fol.*268.& quod feudum veniat ad primogenitos ſecũdum ius Francorum,firmat etiam *Iſern.in d.cap.imperialẽ de prohib alien.per Feder.nu.*38.*circa finem,vbi addit.lit.N, & Capyc. in eodem cap.in fine , Præſ.de Franch.deciſ.*4. *num.*3.*&* 16. *Regens de Ponte d.conſ.*3.
7 *nu.*47.& proinde† per dictũ ius Francorum dictum ſubfeudum eſt indiuiduum, *Iſern.in d.cap.imperialem nu.*36.*Camer. fol.*105.*lit.G,* & quando de feudo, contra ius Francorum, vt in caſu noſtro, de parte,& ſic diuidendo diſponitur, diſpoſitio non valet, *Afflict.deciſ.*219.*num.*2.
8 Quinimmò † diuiſa non transferantur, vt expreſsè dicit *Iſern.in d.cap.imperialem §.præterea Ducatus nu.*36. *ibiq; Camer.fol.*106.*propè lit. E,* & hoc adeò eſt
9 verum,†quod ſi vendatur res particularis ſubfeudi, vt domus, vel vinea, nullo tempore præſcribitur, *per conſtitut.conſtit. §.cæterũ cum concordantibus, Luc.de Penn.in l.*2.*C.de omni agr.deſert.num.*9. *Afflict.deciſ.*254.*nu.*4. *Camer.in d.cap. imperialem fol.* 32.*lit.M, & ſeq.* latiſſimè firmat,& ſic diuidi non poterat.

Quartò,in alienatione rei particularis dicti ſubfeudi omnino Regius requirebatur aſſenſus,& nõ ſolius Baronis, quia
10 Rex † vnum diuidit in plures, & è contra *l.*1.*C.de Metrop.Berit.lib.*11. *§.illud in auth. vt iud.ſine quoq.ſuffrag.Albert. Brun.conſ.*54.*nu.*4.& de vno feudo facit plura, *Iſern.de cõtrou.feud.apud part.ter. num.*11.& in alijs locis per *Frecc.de ſubfeud. lib.*1. *de origine Baronum num.* 30. *fol.*13. *Regens de Ponte conſ.*57. *num.*8.
11 & ſicuti Papa Epiſcopatus diuidit, ſic Imperator,& Rex in Regno ſuo Prouintias,& feuda conſtituunt,& diuidunt,dicit *gloſ. in cap.*1. *diſtinct.* 10. quam dicit notabilem *Laudenſ. in tractat.primogen. nu.*299. *refert Frecc.de ſubfeud. cap.quis dicat. Comes nu.*34 *fol.*107. quia Regis deſtinatione hoc fit, *l.quod in rerum §.ſi quos ibi: Cum noſtra deſtinatione feudorũ nomina,non natura conſtituantur, Iſern.in*
12 *cap.*1.*de capit.qui cur.vẽd.n.*22.&† ſicut intereſt vaſalli plures non habere Do-
13 minos, † ita intereſt Domini plures non habere feudatarios in eodem feudo, maximè nè obligatio, & ſeruitium diuidantur, *Bartol.in l.*2.*§.ex his cum ibi notatis ff.de verb.oblig.facit l. tutor §. Lutius ff. de vſur.Curt.Iun.in* 4.*par.ſui tract.num.* 143.*in fin.*intereſt etiam Domini feudũ præſeruari integrum, *Frecc.de ſubfeud.q.* 8.*nu.*1.*verſ.ſed pone contrarium per tot.*

Quin-

Digitized by Google

14 Quintò, † diuiſio eſt prohibita tam de feudis, quàm de ſubfeudis, cum feuda minima à maioribus non differant, & eiſdem regulis ſubijciantur, *cap.* 1. §. *fin. de his, qui feud. dar. poſſ. cap.* 1. *de feud. dat. mn. valuaſ.* & eorum eſt æquata condi-
15 tio, † nec differunt teneantur à Rege, vel à Barone, nec dubitatur, quia Baroni conceſſum eſt, cum deriuent á ſuo capi-
16 te, † & ſic à Rege Domino omnium feudorum, quæ de publico ſunt, quia feuda
17 patrimonium ſunt Regis, † & per ſubuentiones adhoamenta, ac ſeruitia perſonalia feudatariorum Regia authoritas ſuſtinetur, & Regni publica vtilitas in expulſione hoſtium, & vt Regis ſubditi in pace fruantur, & iuſtitiæ vigor ſit omnibus æqualis, omnia prædicta dicit *Frecc. lib.* 1. *de ſubfeud. cap. fuit dubitatum in parlamento nu.* 7. *& ſeq. fol.* 18. & ad ſolum Regem pertinet, vnire, & diſunire, iuribus, & authoritatibus in præcedenti *nu.* 4. vnde in alienatione rei particularis ſubfeudi Regius requirebatur aſſenſus.

Non obſtat ſi dicatur, quod res particularis dicti ſubfeudi alienata nominatur eius caput, & ſic ipſius emptorem poſſe recuperare aliam partem, & non dimittere ſuam venditori.

18 Primò, † quia nomen caput in noſtro caſu eſt, vt nomen proprium, quod ponitur ad beneplacitum pro habẽda cognitione rei, *l. ad recognoſcendos C. de ingen. & manumiſſ. l. ſi quis in fundi vocabulo*
19 ff. *de legat.* 1. & propterea † ab etymologia proprij vocabuli arguere non licet,
20 dicit *Imol. in cap.* 1. *de iudic.* † & nomen non tribuit ius tituli, *clem. fin.* §. *fin. de ſentent. excomm.* vbi idem *Imol. nu.* 4. *ac Cardin. & Doctores*; in qua clementina habetur, quod ſi Papa etiam ex certa ſcientia nominet aliquem Canonicum non ex hoc, ius canonicatus ei tribuitur, nec efficitur Canonicus, ſic in caſu noſtro, nõ ex quo dicta res particularis dicti ſubfeudi vocatur caput, ius Vniuerſitatis totius feudi prędicti ei tribuitur.
21 Secundò, † conceſſa parte ſubfeudi non intelligitur cõceſſum totum ſubfeudum, licet pars cõceſſa ſit dignior, quam alia omiſſa, ſicut qui legat partem non intelligitur legare totum, *argum. l. fin. C. de pact. conuent. l. maritus ff. de legat.* 1.
22 quia † pars de toto non prædicatur, *l. qui ſolidum ff. de legat.* 2. & excluſus à to-
23 to † intelligitur excluſus à parte totius, *l. cum totum de except. rei iudic. l. ſi vnum* §. *ſi cum decem de pact. dotal.* & in re
24 inanimata † caput idem eſt principium, prædictas, & alias quamplures rationes ponit *Bald. in rubr. de allod. nu.* 8. firmans prædictam noſtram concluſionem, quod parte ſubfeudi conceſſa, licet ſit dignior, non intelligitur conceſſum totum ſubfeudum, quod latius firmat *Paris de Put.*
25 *de reintegr. feud.* † *cap. an Baro poſſit concedere caſtrum, vel caput feudi per totum fol.* 118. *à terg.*
26 Tertiò, † diſtinctio nominum non inducit pluralitatem feudorum, quando ex alijs conſtat vnicum eſſe, idemq; corpus ſecundum *Bald. in l. Caius* §. *Titius per illum textum ff. de legat.* 2. quod pro-
27 cedit in feudis, † cum feudum licet cõſtet ex pluribus, & habeat diuerſa corpora, & diuerſa territoria, *l. pupillo* §. *territorium ff. de verb. oblig.* tamen eſt vniuerſitas facti ſecundum *Iſern. in tit. quid ſit inueſtit. ſub num.* 5. *Camer. in d. cap. impe-*
28 *rialem fol.* 39. *lit. A, & ſeq.* † & quælibet pars ſubfeudi non dicitur ſubfeudum de per ſe, ſed pars ipſius ſubfeudi, quæ pars cum alijs corporibus, ſiuè partibus omnia ſimul vnita vnicum, & integrum ſubfeudum conſtituunt, vt latè, & eleganter explicat *Gloſ. Pariſ. in* §. 1. *gloſ.* 4. *num.* 29.
29 Et quod † dictum ſubfeudum ſit indiuiduum, vltra ſupradicta *nu.* 3. eſt etiam indiuiduum, quia corpora ſubfeudi non deſeruiunt, ſed ipſe ſubfeudatarius, cui, vt ſeruiat datur ſubfeudum, *cap.* 1. §. *fin. ex quib. cauſ. feud. amitt. Bald. in prælud. feud. nu.* 8. *Paris de reintegr. feud. in pro-*
30 *hem. nu.* 12. ex quo † nec diuidi poteſt, ſicut fundus vectigalis non debet diuidi, nè præſtatio vectigalis confundatur, *per l. communi diuidundo ff. commun. diuid. Paris de reintegrat. feud. cap. diuiſio*



Digitized by Google

*rei emphyteuſis num.6.fol.*25.

31 Quartò,† licet ſubfeudū dicatur pars feudi dominantis,non dicitur ex toto ſeparatum, *Gloſ.Pariſ.*§.1.*gloſ.*1.*fol.*14. Tamen quia continet plura corpora, quantum ad feudum dominantem dicitur res ſingularis; quantum verò ad res particulares, in quibus conſiſtit, eſt vniuerſitas, ſicut de Regno, & Comitatu, dicit *gloſ.in probem.conſtit. col.*8. *argum. l.na-*

32 *ue ff. de euict.* † vna eſt enim dicti ſubfeudi conceſſio,vnum eſt ſubfeudum,ſcilicet vniuerſitatis, quamuis ſint plura corpora,*argum.l.grege ff.de legat.*2.*l.ſcire debemus ff.de verb. oblig.* §.*ſtipulationum l.cum eiuſdem de ædil edict. l.in cõmodato* §.*duob commod. l. quod ſæpe* §. *in his,& §.igitur ſi grex ff de contrah.empt.*

33 Item vnum † eſt dominium vtile, & vna naturalis poſſeſſio vniuerſitatis eiuſdem, non autem ſicut plura corpora ſunt plura dominia vtilia,nec plures poſſeſſiones, vt per eandem *gloſ.in probem.conſtit.Re-*

34 *gni col.* 8. † & ſi dominium vtile totius ſubfeudi prædicti ſemper reſideat, & ſit penes ſubfeudatarium de integro ſubfeudo legitimè inueſtitum, & in caſu noſtro penes venditorem rei particularis dicti ſubfeudi,in qua venditione Regis debebat interuenire aſſenſus,& non interuenit,vt prædictum eſt.

35 Quintò, † contractus alienationis rei particularis dicti ſubfeudi, in quo Regis non interuenit aſſenſus, qui interuenire debebat,vt ſupra *in princ.num.*2. *eſt ipſo iure nullus,cap.*1.*de probib.feud.alien.per Lothar.cap.*1.*circa finem,de prohib.alien. per Federic.cap.*1.§.1.*de vaſall qui contr. conſtit.Lothar.feud.alien. cap. quæ in Eccleſiarum extra de conſtit. Specul. in tit. de feud.* § *quoniam, vbi Io.Andr. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, ibi, omnes alienationes ,ſeù quoſcumque contractus ſuper feudis,& rebus feudalibus minuendis, aut commutandis nullam omninò firmitatem habere , niſi de ſpeciali noſtra licentia confirmetur*:quæ conſtitutio cum generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda de omnibus feudis, & ſubfeudis, cum non differat feuda teneantur à Rege,vel à Barone,vt fundauimus ſupra *nu.*5. *per totum*; & Carolus V. Imperator, & huius Regni Rex, feliciſſimæ recordationis,non contentus de tantis iuribus diuiſionem,& diſmembrationem

36 feudorum † prohibentibus,per *Pragmaticam nouem capitum, quæ eſt quinta de feud.de anno* 1531.ordinauit quod Proreges diuiſionibus, & diſmembrationibus feudorum aſſentire non debeant,ſed ſibi ſoli reſeruauit, & cum alienationi rei particularis dicti ſubfeudi Regius non interueniſſet aſſenſus, ſequitur talem contractum eſſe ipſo iure nullum

37 per ſupradicta iura; † & ex dicto nullo contractu ſine Regio aſſenſu non oritur, nec ciuilis, nec naturalis actio, nec diſpoſitio,*l.ſi non ſortem in* 2.*reſponſ. de condit.indeb. vbi notabiliter Bart. nu.* 2. *ibi in* 2.*reſponſ. l non dubium C.de legib.vbi Doctores Roman.conſ.*437.*nu.*4. & nullum ius in re feudali conſtituitur, *cap.*1.*de ſucceſſ feud.vbi Iſern.& Doctores,Regens de Ponte conſ.*36.*nu.*41. nec momento ius in re conſtitui,dixit *Camerar.in d.cap. imperialem fol.* 18. *liter. G.*

38 Quinimmo † dominium rei particularis dicti ſubfeudi ſine Regio aſſenſu alienatæ nunquam fuit abdicatum ab ipſo venditore,*Præſ.de Franch.deciſ.*102.*nu.*32. & ſic venditor ipſe adhuc perſiſtit legitimus vtilis Dominus,& in legitima omnium corporum poſſeſſione rerum particularium ipſius ſubfeudi.

39 Vltimo dicitur, † quod feudum eſt homo mutus, & vtitur miniſterio hominis loquentis, apud quem conſiſtit, vt ſibi loco,& vice ſui, & tanquam pica, & organum petat,ſuamq; gerat vicem in hac parte, vt ſic intelligamus hunc habentem feudum, eſſe intus in feudo, & feudum intus in eo, ſicut in *cap.ſcire* 7.*q.*1. & habens feudum gerit vicem, & perſonam ipſius feudi,vt organum, *l.venditor ff. de hæred. vel act. vend.* ex multis firmat *gloſ.pen. in conſtit. Regni conſuetudinem de rei actio.& except.fol.*280.*Frecc. de ſubfeud. de forma in præmiſſ. nu.*6.*fol.* 382. §. 3. vnde ſtante nullitate contractus alienationis rei particularis dicti

ſubfeudi,

Digitized by Google

ſubfeudi, in quo Regius debebat interuenire aſſenſus, & non interuenit, & quod dominium ipſius ſubfeudi, ſuarumq; rerum particularium omnium, numquã à venditore fuit abdicatum, concludendum ſequitur,
40 † ipſi venditori concedendam eſſe reiuendicationem, rei particularis dicti ſubfeudi contra emptorem, eiuſq; hæredes, *per cap.1. §. rei autem de inueſtit. de re alien. fact. vbi Iſern. cap.1. de controu. inter vaſall. & Domin. de beneſ. inueſt. Afflict. in cap.1. § præterea de capit. Corrad. & deciſ. 265. nu. 21. circa finem*, vbi adducit etiam *cap. Abbate ſanè de ſentent. & re iudic. in ſexto, dicta conſtitut. conſtitutionem diuæ memoriæ l. iubemus §. ſanè ſi hæc in fine, C. de ſacroſanct. eccleſ. l. non dubium, C. de legib. l. quemadmodum de agric. & cenſit. lib. 11. vbi Doctores omnes*, & rei vendicabit nõ obſtante, quod particularis res ſubfeudi prædicti ſine Regio aſſenſu alienata, & diſmembrata nomen capitis ipſius ſubfeudi retineat, & ita iudicandum eſſe cenſeo.

Hæc requiſitus ſcripſi à quondam Domino D. Thoma Moles olim Magnæ Curię in ciuilibus Iudice meritiſſimo, cognato dicti Comitis Meliſiæ, qui poſtea retulit per hæc, & ſecundum prædicta in Prouintiali Audientia Calabriæ Vltra fuiſſe iudicatum, parteſque ipſas neque appellaſſe.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Proprietas rei controuertitur quando petitur creditum cum facultate vendendi, & adiudicatione.*

2 *Litigioſa efficitur res, quando de proprietate agitur.*

3 *Lite non enarrata aſſenſus corruit, tertio non nocet, & eſt ſubreptitius, & num. 6.*

4 *Princeps in præiudicium tertij non concedit.*

5 *Ius tertij in aſſenſu ſemper cenſetur exceptum, & eo maximè per clauſulam ſaluis iuribus curiæ, & alienis.*

7 *Modicum, & inefficax quodcumque ius tertij in impetrationibus à Principe exprimi debet.*

8 *Litis pendentia, etiam ſi doloſè non exprimatur impedit vires aſſenſus.*

9 *Litis generalis mentio non ſufficit, ſed verus ſtatus cauſæ exprimi debet, vt aſſenſus valeat.*

10 *Inſtantia ſi perit, non pereunt effectus conſumati, inter quos eſt vitium litigioſi.*

11 *Inſtantia in cauſis dotalibus non perit.*

12 *Litis conteſtatio perpetuat actionem, & tranſit ad hæredes, etiam extraneos.*

13 *Generaliter dictum, generaliter eſt intelligendum.*

14 *Pœnales, & etiam feudales actiones per litis conteſtationem perpetuantur.*

15 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*

16 *Inſtantia licet pereat, effectus tranſmiſſionis ad hæredes non perit.*

17 *Concluſione facta, cauſa dicitur completa, & ſententiata.*

18 *Cautio pecuniam liberatam extare facit, & conſeruat iura, in cuius præiudicium fit liberatio.*

19 *Dominus poſſidens poteſt opponere contra non ſucceſſorem in feudo.*

20 *Feuda ſi vendita extent cum iuribus Dominicalibus, Dominus obijcere non poteſt.*

21 *Mulieres Neapolitanæ habent aſſenſum ſuper feudis, etiam titulatis, ſeruata forma inſtrumentorum dotalium.*

22 *Clauſula pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cum poteſtate capiendi, &c. ad habendum, &c. rem obligatam faciunt alienabilem ſine alio aſſenſu, num. 6. & eſt communis contra Frecciam, & nu. 26. 27.*

23 *Rex conſentiendo perdit dominium rei cui aſſentit.*

24 *Obligatio eſt cauſa alienationis, & per eã tranſit dominium directum, & ciuilis poſſeſſio.*

25 *Rex feudum mutat in burgenſaticum, ſiuè allodium.*

28 *Quod per ſe haberi non poteſt, per extraneum quandoque quis habet.*

29 *Pretium peruentum ex feudo eſt burgenſaticum.*

30 *Pecunia etiam non burgenſatica extare præſumitur per cautionem, vt ſupra, & tranſit ad quoſcumque.*

31 *Pecunia peruenta ex venditione feudi ad priſtinam reddit naturam.*

32 *Pecunia depoſita cenſetur eiuſdem qualitatis, prout erat tempore contractus.*

33 *Feudo vendito cum pacto de retrouendendo ad inſtantiam creditorum, cum aſſenſu, in eius pretio creditores ſine aſſenſu præferuntur.*

## Pro D. Pompeo Piccolomineo de Aragonia, cum creditoribus Marchionis Liciti.

### *ARGVMENTVM.*

*De nullitate aſſenſus per ſubreptionem, Tranſmiſſione inſtantiæ ad hæredem ſuper feudo, etiam in gradu non ſucceſſibilem, & qualiter.*

### CONSILIVM IV.

Qvamuis per Dominum Collegam quamoptimè ſit ſatisfactum, tamen in hac cauſa hæc tria mihi fundãda videntur. Primo, quod prætenſi ex aduerſo carent aſſenſu, ex quo quamuis habeant, nullius eſt roboris, & momenti.

Secundo, D. Ioannis Baptiſtæ inſtantiam pro ſuo recuperando credito peremptam non eſſe, & in D. Pompeum eius hæredem teſtamẽtarium eſſe tranſmiſſam.

Tertio, D. Pompeum debere in prędicto credito ſuccedere, etiam ſi ſuper feudis ſit, non obſtante, quod eſſet quoad feuda in gradu non ſucceſſibili.

Quoad primum caput dicitur, quod D. Ioannes Baptiſta petijt ſibi pro ſuo
1 ſatisfieri † credito ſuper feudis, cum facultate vendendi, & adiudicatione, &
2 ſic de † proprietate feudorum ègit, quo caſu res litigioſa efficitur, *vt in auth. litigioſa C. de litig. ibi, de cuius dominio agi-*
3 *tur, &c.* † de qua lite non fuit facta mẽtio in memoriali eorum aſſenſus, & per conſequens aſſenſum non valere, *text. eſt in cap. 1. extra de teſtament. cap. ex literis de dol. & contum. cap. 1. vt lit. pẽdent. cap. cauſam quæ de teſtam. cap. dudum de priuileg. argum. l. tutores C. de excuſ. tutor. Frecc. de ſubfeud. q. 30. nu. 2.* etiam quia in præiudicium D. Ioannis Baptiſtæ non valet, *l. authoritate C. vnde vi l. 2. §. merito §. ſi quis à Principe ff. ne quid in*
4 *loc. publ.* † cum Princeps in præiudicium tertij conceſſiſſe non intelligatur, nec cogitaſſe prędſumitur, *Frecc. d. q. 30. nu. 3.*
5 nam in aſſenſu ius tertij ſemper exceptũ videtur, *l. cum filius ff. de teſtam. milit. Io. de Plat. in l. quæcumque nu. 2. de fide inſtrument. & iur. haſt. fiſc. C. lib. 10.* & expreſsè ius D. Pompei fuit exceptum dum Rex in aſſenſu dicere conſueuit, & dixit, iuribus curiæ, & alienis ſemper ſaluis; & ſi tacitè intelligeretur, aliquid prędiudicare non poſſet, ex quo non reperitur res in eodem ſtatu, in quo erat, & ſic non poſſet retrotrahi ante litem motam.

Secundo, negari non poteſt, quin prætenſus ex aduerſo aſſenſus non ſit pręiudicialis; nam ipſi creditores ſine aſſenſu, in feudis nullum ius habent, ſi ergo Princeps eis conceſſit aſſenſum, non ne eſt in præiudicium dicti D. Pompei? certè ſic: ergo debebant narrare Principi creditum D. Mariæ, & litem motam per dictum D. Ioannem Baptiſtam, ad hoc vt Princeps diſcernere habuiſſet, quod poſt quam dicti impetrantes nullum habebant ius, & poſſidens feuda erat vallatus tot clypeis, quod cum factum nõn
6 fuiſſet, merito ex aduerſo aſſenſus † non nocet, & cenſetur ſubreptitius, ita eleganter poſt *Innocent. in cap. cum dilectus de reſcript.* conſuluit *Aretin. conſ. 7. in*
7 *fin.* † & ſi modicum ſit, & inefficax quodcumque ius tertij, in impetrationibus à Principe, expreſſa debet fieri mentio, vt firmat *Ant. de Butr. in cap. in noſtra de reſcri-*

*de reſcript.* Nam vbi trahi poſſet ad iniuriam alterius, præſumitur obreptitium, ſecundum *Bald. in l. nec auus C. de emancip. liber. qui Bald. in cap. fin. per illum*
8 *textum, vt lit. pend.* voluit, † quod iſta pendentia litis, etiam ſi non doloſe exprimatur, impedit vires priuilegij aſſenſus, ſequitur *Iaſ. in l. 2. C. vt lit. pend.*
9 vbi ponit, † quod requiritur expreſſio de vero ſtatu cauſæ, nec ſufficeret generalis mentio litis, vt clarè etiam conſuluit *Ancbar. conſ. 16. circa finem*: ſed ſic eſt, quod minimè fuit narratum, litem ſuper feudis fuiſſe motam, & compilatum proceſſum, ergo aſſenſus eſt nullus; & etiam ſi
10 prætenderetur † inſtantiam crediti D. Ioannis Baptiſtæ eſſe peremptam non obſtaret, quia effectus iam conſumati nõ pereunt, inter quos eſt vitium litigioſi, quod non perit, perempta inſtantia, *gloſ. in l. properandum §. & ſiquidem ſuper verſ. iudicij de iud. Bart. in l. cum lite mortua ff. iud. ſolu. Caſtrenſ in l. 2. num. 2. verſ. in contrarium C. de fruct. & lit. expenſ. Iacobin. in l. cum motu nu. 3. C. de tranſact. vbi Angel. nu. 2. & alij per eoſdem adducti*, vnde non video, cur aſſertus creditorum aſſenſus non ſit nullus? & ideò habendus, ac ſi non adeſſet, & reſpectu noſtri crediti ex cauſa dotium D. Mariæ, ampliſſimus adeſt aſſenſus legis, de quo inferius dicetur.

Quoad ſecundum principale caput dicitur. Primo, quod licet dictum creditum dependat ex cauſa dotium D. Ma-
11 riæ, † & in cauſis dotalibus inſtantia non pereat, vt latè firmat *Iaſ. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 20. verſ. ego autem te-*
12 *neo, &c.* Tamen facilius, † quia per litis cõteſtationem perpetuatur actio, & tranſit ad hęredes quoſcumque, etiam extraneos, per quos finiri poteſt, *l. final. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum in fine ibi: Sed licet ipſe actor defecerit, tamen ſuæ poſteritati cauſæ curſum eum definire poſſe diffinimus, vt eius hæredibus, & ſucceſſoribus liceat eam adimplere nullo modo triginta annorum exceptione ſublata, vbi Salyc.* rationem aſſignat, quia effectum ſuum produxit, & conſumauit circa perpetuationem actionis, qua de cauſa ſi lis, ſiuè inſtantia litis poſtea expirat, non eſt curandũ, referens *Gloſ. & Doctores*, in hac opinione eſſe, quæ *lex fin.* loquitur in actione perſonali, & etiam reali, vt dicit *gloſ. 2. in princ. & ita tranſit Cyn. & Salycet. per l. ſicut, eodem, & cum*
13 *d. l. final.* generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda, quod compręhendat omnes, & quaſcumque actiones, etiam
14 ad hæredes non tranſmiſſibiles † per litis conteſtationem perpetuari, & ad hæredes quoſcumque tranſire, prout de pęnalibus loquitur *l. 1. C. ex delict. defunct. & inſtit. de tempor. & perpet. act. § pęnales, ibi: Si ab ipſis principalibus fuerunt conteſtatæ, & hæredi dantur, & contra hæredes, vbi gloſ. & Doctores*, & ſic etiam de feudalibus, *l. omnes C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, & regul. l. omnes ff. de regul. iur.* cuius litera dicit: *Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent*; &
15 qui omne dicit nihil excludit, *l. Iulianus, & l. ſi auus meus §. 1. de leg. 3. Roman. in l. id tempus ff. de vſucap.* & quod actiones feudales præciſè tranſeant in hæredes, vltra prædicta apertè ſenſijt, dùm in feudalibus loquitur, *Iſern. in cap. imperialem §. præterea ſi inter duos ſup. nu. 76. per hæc verba ibi: Tranſlatio iudicij, & proſequutio litis, nunquam fit, de perſona in perſonã, niſi in hærede, & vniuerſali ſucceſſore, Innoc. in cap. quia verò extra de iud. l. Pomponius §. cum quis de acquir. poſſeſſ.*
16 Secundò, † licet inſtantia pereat, effectus tranſmiſſionis ad hęredes non perit, *Bartol. in d. l. cum lite mortua ff. iud. ſolu. vbi Doctores omnes, Roman. in l. cum mota C. de tranſact. nu. 7. vbi etiam Iacobin. num. 3. gloſ. in l. properandum §. & ſi quidam C. de iud. in verſ. iudicij, ibi: Imò in 40. annis perpetuatur per d. l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, & eo maximè prædicta procedunt in caſu noſtro, cum in noſtra inſtantia ſit facta concluſio, & ad dicendum, † & concluſione
17 facta, cauſa ipſa dicitur conſumpta, *l. quamuis indubitati ad l. Iul. de adulter. l.*

*ſi rem § fin. ff. de euict. Bart. in l. ſi mater §. eandem in fine ff. de except. rei iudic.* & paria ſunt eſſe concluſum in cauſa, & ſẽtentiam eſſe prolatã, *Iacob. in l. alia C. de his, quib. vt indig. nu. 5. & 6. authoritate Cyni, & aliorum*, & ſic remanebat ſolum exequi, & dùm feuda fuerant vendita, pretiumq; liberatum creditoribus, ipſo
18 D. Pompeo inaudito, † cum cautione in forma, quæ cautio pecuniam liberatam extare facit *l. 1. & 2. ff. de fruct. ear. rer. quæ vſu conſum.* & per eam conſeruãtur iura ipſius creditoris, in cuius præiudicium liberatio ipſa fieri non poterat, *l. Procuratoris § fin. ff de trib. act. vt latè vtrumque per D. de Franch. deciſ. 75. nu. 9. & 10.* creditores ipſi quantitates receptas reſtituere debent.

Quoad tertium, & vltimum principale caput dicitur. Primo, quod licet ex
19 aduerſo † creditores non poſſint opponere D. Pompeum non eſſe ſucceſſorem: quia hoc ſpectaret ad Dominum quando poſſideret, vt eſt deciſio *Iſern. in cap. 1. de inueſtit. de re alien. fact. num. 3. ibi: Quia poſſeſſor, & cap. 1. de capit. Corrad. ibi, circa tertium num. 3. vbi addit.* Nec
20 Dominus poſſet obijcere, quia feuda vendita extant cum iuribus dominicalibus, tamen attendendo originem huius
21 crediti, dicitur, † quod eſt ex cauſa dotium D. Mariæ, quæ vigore gratiæ mulieribus Neapolitanis nubentibus conceſſæ, habet aſſenſum ſuper feudis, etiam titulatis, ſeruata forma inſtrumentorum dotalium, latè *Frecc. de ſubfeud q. 12. nu. 16. & per totum, & per totam pragmaticam de feud. 6.* quod procedit in matrimonijs contractis, & inſtrumentis confectis, etiam ante dictam Pragmaticam ibi: Etiam titulatis, & cautelæ confectæ,
22 & conficiendæ, in quibus adſunt † clauſulæ, pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cum poteſtate capiendi, &c. ad habendum, alienandum, &c. Operantur, quod ſi eſſet propriè feudum abſque alio aſſenſu obligari, & alienari poſſet, vt latè firmat *Camer. in cap. imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.*
23 *fol. 45. lit. F, & ſeq.* & Rex † ita conſentiendo amiſit dominium, & quæſitum fuit D. Mariæ, *argum. l. quædam ff. de euiction. & l. ſi fundum, & l. nemo C. de reb. alien. non alien. & l. 1. & 2. C. de remiſſ. pign.* cum Dominus dedit conſenſum, quod vaſallus poſſit obligare feu-
24 da, † & per obligationem venit ad alienationem, *Bartol. in l. in quorum de pign. per l. oratio de ſponſ.* ergo dominium directum feudorũ obligatorum in D. Mariam pro ſuis recuperandis dotibus, & ciuilis etiam poſſeſſio tranſiuit, *ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. in amittenda, & l. ſi quis §. differentia, & argum. inſtit. de rer. diuiſ. §. per traditionem, Doctores omnes in cap. 1. de feud. non habent. propr. feud. nat. & Iacob. de Belloviſ. verſ. propterea* ſubdit, ſibi imputet Dominus, qui hac lege feudum dedit, & in caſu noſtro ita largè obligari conſenſijt, ex quo nec ipſe Dominus dictum creditum impedi-
25 re poſſet, † & Rex poteſtatẽ habet hoc faciendi, & etiam mutandi feudum in burgenſaticum, vt dicit *Iſern. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis num. 4. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. nu. 32. non amplius inſiſtendum.*

Secundo, pro faciliori diuiſione cauſę
26 dicitur, † quod omne creditum ſuper feudis, cum clauſulis prędictis ad habendum, alienandum, &c. & authoritate propria capiendum, ſine alio aſſenſu cedi poteſt, vltra *Capyc. in inueſtit. feud. in verb. neceſſitas verſ. ſecundo quæro, & alia per D. Collegam adducta, idem Capyc. deciſ. . . nu. 10. author. Iſern. Ant. de Alex. & aliorum, latè Diomed. Maricon. addens in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, ibi: Habeo debitorem inſtrumentarium, &c. ac Bald. in cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. nat. num. 4.* à qua opinione licet videatur diſſentire *Frecc. q. 32.* Tamen à tantis viris recedendum non eſt, & alijs per eundem ibidem allegatis, qui
27 de hoc † * cõmunem, & veram opinionem faciunt, *& ſi Frecc.* vidiſſet *Capyc.* & prædictos alios, vtique ab eis non diſſenſiſſet cum clauſulæ prædictæ in inſtrumentis dotalibus non deficiant, & licet D. Maria in D. Ioannem Baptiſtam

ad

ad maiorem cauthelam,cum aſſēſu ſuas ceſſiſſet dotes, etiam ſine aſſenſu cedere poterat,vt notat *Bald.in l.1. C.de priuil. dotal.col.4.verſ.quęrunt Doctores de pulcherrima quæſtione, & eſt text. in l. emptor nominis, & in l. venditor actionis ff. de hæred.vel act. vend. Salyc.in l.ſi in ſolutum C.de actio.& oblig. Alex.in l.ſi viro ff. ſolut. matrim.* meritò D. Ioannes Baptiſta, & ſucceſſiuè D. Pompeus ſuccedunt in locum D.Mariæ ex cauſa ſuarum dotium,vt fuit petitum, & iuris eſt,
28 *l.1.de his,qui in loc.prim.ſucc.* † Nam quod quis ex ſua perſona habere non poteſt,per extraneum habet,*l.ariſt.quib. mod.pign.vel hypot.tac.contrah.*ergo nullum debet eſſe dubium in fauorem D. Pompei pronunciandi.

Vltimo ex abundanti dicitur,quod D. Ioannes Baptiſta egit pro pecunia per eū D.Mariæ mutuata, & alia per eandem ipſi donata inſtando pro venditione, & adiudicatione feudorum, quod poterat etiam ſine aſſenſu, ( vt prædicitur,) quæ
29 poſtmodum vendita, † & pretium peruentum ex feudo eſt burgenſaticum, vltra per D. Collegam, eſt *text. in cap. ſi vaſallus ſi de feud.fuer.controu. ibi: Nec quod accepit tranſactionis nomine*, late *D. Præſ.de Franch. deciſ. 64. nu.3.* quæ
30 pecunia † licet burgenſatica ſit,tamen attento præſenti ſtatu præſumptio eſt, quod etiam ſi pecunia non eſſet burgenſatica extaret, *Iſern.in cap.1. §.item ſi ſit de controu. inter maſcul. & fœmin.* & ſic trāſitoria ad hæredes quoſcumque,quæ pecunia, tempore contractus D. Ioannis
31 Baptiſtæ † erat burgenſatica, & venditis feudis ex vrgenti cauſa ad priſtinam naturam redijt, *l.2.§.id quoque de collat.*
32 *bonor.* † & depoſitata cenſetur eſſe eiuſdem qualitatis,prout erat tempore contractus mutui, & donationis prædictæ, *Bart.in l.ſequitur §.idem labeo ff. de vſu-*
33 *cap.* quibus,& alijs rationibus licet, † in feudo cum pacto de retrouēdendo poſtmodum retrouendito inſtantibus creditoribus cum aſſenſu, Sacrum Conſilium iunctis aulis iudicauit in fauorem creditorum ſine aſſenſu, ipſoſq; præferendo poſterioribus aſſenſum habentibus, *D. Præſ.de Franch.d.deciſ.64.* idem iudicandum in caſu noſtro, etiam quod aſſenſus in noſtro credito non extaret, non obſtante alia deciſione eiuſdem *D. de Franch. 75.* & ſtylo liberationis pretij feudorum creditoribus aſſenſum habentibus,cum illud procedat quando ad inſtātiam creditorum ſine aſſenſu,qui nullam habent actionem ſuper feudis, quæ vendi non poſſunt, niſi inſtantibus creditoribus cum aſſenſu, *vt ex eadem deciſ.D.de Franch.64. nu.16.* & poſtquàm prætenſis ex aduerſo creditoribus prætenſum aſſenſum,licet inualidum habentibus, non inſtantibus ipſis, feuda fuerunt vendita, ſed vrgente D. Ioanne Baptiſta ſolo, eiuſq; compilato proceſſu procedit *dicta deciſ.64.* qua determinatur, pecuniam ex feudo peruentam creditoribus ſine aſſenſu liberandam, iuxta anterioritatem,vt in fine; ſed pro noſtro recuperando credito, adeſt ampliſſimus aſſenſus legis, & etiam aſſenſus hominis in D. Ioannem Baptiſtam, licet eo opus non erat, & hæc ſufficiunt pro victoria D.Pompei tanti viri in extrema neceſſitate redacti, & ad perpetuum carcerem condemnati, eo maximè, quia dotes D. Mariç eius Auiæ iure ſucceſſionis ei ſpectant. Quæ omnia Domini iudicantes penſare dignentur.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Poteſtas,voluntas,& modus omnes,actus canonizant.*

2 *Scientia habetur pro modo.*

3 *Modo, & ſcientia omiſſis num actus perficiatur.*

4 *Dux belli, & magiſter militum mobilia tantum inter milites diuidere poteſt.*

5 *Poſſeſſionem ſui officij,vt quis habeat,tria requiruntur,ſcilicet electio,acceptatio, & ingreſſus.*

6 *Conſuetudo pro iuriſdictione acquirenda eſt ſeruanda.*

7 *Officialis etiam Prorex, quicquid ante*

*prædi-*

Digitized by Google

prædicta facit, eſt nullum.

8 Priuilegium Imperatoris ante coronationem non valet.

9 Priuilegium ante adeptum officium, vel dignitatem ex importunitate conceditur.

10 Collaterale conſilium vacante Prorege, quæ ſunt iuſtitiæ tantum facit.

11 Capitulum ſede vacante, neceſſaria non voluntaria, ac iuſtitiæ, & non gratiæ gerit.

12 Munus Regentium quale ſit, & nu. 93.

13 Prorex, nec Regis Vicarius habet poteſtatem donandi, quæ Regis ſunt.

14 Adminiſtratorum nullus poteſt, quæ principalis ſui ſunt, donare.

15 Adminiſtrationem quantumcumque liberam quis habeat alienare non poteſt.

16 Poteſtatem faciendi, quicquid Dominus potuerit, donare non poteſt.

17 Frecciæ dictum reijcitur.

18 Differentia magna inter Proregem, & Vicarium.

19 Rex neminem dominio rerum ſuarum abſque legitima cauſa priuare poteſt.

20 Princeps quantumuis generaliter commiſerit, non intelligitur poteſtatem ius alterius tollendi, commiſiſſe.

21 Conceſſio, & donatio à Principe non ritè facta, eſt nulla.

22 Potentia eſt principium cuiuſcumque actus.

23 Voluntas actuum humanorum radix eſt, & ſubſtantia.

24 Contraria duo ſimul in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt.

25 Reſcripta diuerſa de eodem, & eadem die ſunt nulla.

26 Teſtamenta duo eodem die ſcripta diuerſis hæredibus relictis non valent.

27 Contrarietas reddit rem ſuſpectam, & dubiam.

28 Contrarietas propter impetrantis falſam ſuggeſtionem perueniſſe præſumitur.

29 Conditio fit per ablatiuum abſolutum, & dicitur expreſſa conditio.

30 Conditione non adimpleta, omnia, quæ ſequuntur ſunt nulla.

31 Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica.

32 Conditione non ſeruata, actus redditur nullus.

33 Forma quando deficit in actu agens dicitur delirare, & nu. 35.

34 Solemnia, qui non ſeruat actum illuſorium facit.

36 Conceſſio in tertij voluntatem collata, donec tertij voluntas ſuperueniat nullum ius conceſſionario quæritur.

37 Dictio, ad, inducit conditionem, & quomodo.

38 Beneplacitum facit diſpoſitionem conditionalem.

39 Bona non à merito, ſed à fato perueniunt.

40 Impoſſibile eſſe, quod ab vnius voluntate deſideratur.

41 Impoſſibilis conditio vitiatur ex defectu voluntatis.

42 Habere nemo dicitur id, quod à ſolo Principe habere poteſt.

43 Futuro, & incerto ab euentu, quæ pendent non ſunt in conſideratione.

44 Conditionis natura eſt, vt adimpleatur antequam emolumentum perueniat.

45 Aduerbium diſpoſitionem in futurum ſuſpendens, conditionem facit.

46 Actus, qui Superioris conſenſum ſperat, nullum ſortitur effectum conſenſu non ſequuto.

47 Contractus ſaluo aſſenſu ſtat in ſuſpenſo, donec aſſenſus non interueniat, & numer. 57.

48 Conditio dupliciter conſiderari poteſt.

49 Conditio donec impleatur non dicitur contracta obligatio.

50 Conditio, quæ reſoluit, reſolutione non facta, actus remanet purus.

51 Conditio quando reſpicit perfectionem actus, eſt ſuſpenſiua, quando diſceſſum ab actu, reſoluit.

52 Ius quod quis non habet in alium transferre non poteſt.

53 Diſpoſitio à ratificante, non à ratificationem promittente facta cenſetur.

54 Actus tunc perficitur quando ratificatur.

55 Confirmatio ſuperioritatis manifeſtum eſt ſignum.

56 Alterius nomine geſtum robur non habet, niſi ratum habeatur.

58 Tran-

Digitized by Google

58 Tranſactio facta cum clauſula ſaluo beneplacito curiæ, vel Papa non inducit ſimoniam.
59 Beneplacito non ſequuto, actus remanet eluſorius.
60 Conditio nihil ponit in eſſe.
61 Dictio, tamen, eſt reſtrictiua, ſeu limitatiua.
62 Imolæ, & Decij, reijcitur contrarietas.
63 Conditio de præterito, vel de præſenti non ſuſpendit actum.
64 Conditio dependens ex futuro euentu ſuſpendit.
65 Conditio donec impleatur, dominij tranſlationem impedit.
66 Conceſſio ſine aſſenſu eſt nulla.
67 Beneplacitum poſt mortem non impetratur.
68 Commendator nihil aliud eſt, quam ſimplex depoſitarius, & detentor.
69 Dominium, & poſſeſſio eſt penes deponentem.
70 Poſſideri per alios poteſt.
71 Poſſidere meo, & alieno nomine poſſum.
72 Faciens per alium per ſe ipſum facere videtur.
73 Poſſum per alium, quod per me.
74 Delicto deperdita, indulgentia reſtituuntur.
75 Spolians de facto, ius ſuum amittit.
76 Iniuriæ occaſio naſci non debet, vnde iura naſcuntur.
77 Conceſſionario caſtri non licet illud authoritate propria inuadere, ſed iuris ordine ſeruato.
78 Mandati fines excedens à iure ſuo cadit.
79 Voluntas Principis, talis eſſe præſumitur, qualis legis ſcriptæ.
80 Priuilegio abutens amplius eo vti non poteſt.
81 Voluntas Principis, quando abeſt à conceſſione per importunitatem expreſſa cenſetur.
82 Conceſſio iniuſta ex tedioſa poſtulatione orta præſumitur non ſpontanea.
83 Importunitas arguitur ex contrarietate in actibus.
84 Clauſula derogatoria facit ceſſare voluntatem.
85 Princeps per importunitatem concedens, nihil concedit.
86 Clauſula de mera, pura, & ſpontanea voluntate, quæ conceſſionem motu proprio præſupponit, quamuis ſubreptionis vitium tollat, non tamen intentionis, & voluntatis defectum.
87 Conceſſionem iniuſtam non ita de facili Princeps concedit.
88 Clauſula motu proprio ſolus Princeps vtitur, & nu. 91.
89 Actus à quolibet minimo dicitur motu proprio factus.
90 Clauſula motu proprio, deficiente concedentis voluntate, nihil operatur.
92 Clauſula motu proprio poſita à Superiorem non recognoſcente, alios effectus habet, quam ſi eſſet ab inferiore.
94 Quæſtores ſubſcribentes non ſubſcribenda puniuntur.
95 Dominium eodem iure retransfertur, quo fuerat tranſlatum.
96 Priuilegio Principis conceſſa non requirunt traditionem.
97 Reus Maieſtatis etiam poſt mortem damnatur.
98 Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & apparere non poſſe.
99 Negatiua, quando eſt coarctata ad aliquam ſcripturam, probatur per inſpectionem illius ſcripturæ.
100 Sententiam non eſſe latam, probatur per inſpectionem libri, vbi ſententiæ deſcribuntur.
101 Affirmatiua, & negatiua in ſcriptura poſita, probatur per ſcripturam.
102 Citatio rei neceſſaria eſt ante ſententiam.
103 Fidelis quilibet præſumitur in dubio.
104 Præſumitur pro delinquente in delictis, & contra Fiſcum.
105 In dubio ſemper excluditur delictum.
106 Probationibus, qui indiget, luce meridiana clariores facere debet.
107 Probatio iuri conſona ad excludendum delictum præualere debet.
108 Imperatori rebellem, quem aſſerenti non creditur.

109 Te-

Digitized by Google

109 Teſtimoniũ in cauſa propria nemo fert.
110 Clement. 1. de probat. non procedit in inferioribus à Principe.
111 Defenſio iuris naturalis, nec per Principem, remitti poteſt.
112 Aſſertiones ſine cauſæ cognitione factæ non obſtant.
113 Notorium illud dicitur, quod ex actis reſultat, & quomodo inducatur.
114 Notorium non dicitur, quod ex actis nõ conſtat, nec præſumitur, quando probari debet.
115 Notorium non ſufficit dicere, cum debeat ex actis conſtare.
116 Notorium debet eſſe verum, quando de eo fit aliqua diſpoſitio.
117 Notorium eſſe non poteſt, quod verum non eſt.
118 Notorium triplex eſt.
119 Notorio facti permanentis nullus debetur iuris ordo.
120 Notorio facti tranſeuntis omninò debetur probatio.
121 Notorium præſumptionis omnem iuris ordinem requirit.
122 Notorium non dicitur, quando aduerſus delictum competit excuſatio.
123 Rebellionis delictum an ſit notorium, ſententia declaratoria requiritur, & nu. ſeq.
125 Sententia declaratoria, ante apprehenſionem requiritur, etiam in pœnam ipſo facto quando quis incidit.
126 Cap. Regni bona proditorum, & nuper apud tranum intelliguntur in proditore manifeſto, amittente dominium ſuorum bonorum ipſo iure.
127 Sententia declaratoria ſemper neceſſaria eſt, etiam contra rebellem.
128 Feudo quis non priuatur ſi de culpa legitimè non ſit conuictus.
129 Feudo quemquam priuare, nec Papa, nec Imperator poteſt, niſi cauſa cognita, & præuia ſententia.
130 Papæ, & Imperatori licet Deus ſubiecerit leges, & tributa, non tamen ſubiecit conuentiones, & contractus, quibus obligantur.
131 Quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter.
132 Res inter alios acta, alijs nõ præiudicat.
133 Confeſſionis erroneæ, falſæ, & per vim, & metum extortæ ratio haberi non debet.
134 Conceſſio feudi, quod vacat ex vna cauſa, ſi vacet ex alia non valet.
135 Donatio facta purè, quæ vt valuiſſet fieri debebat in diem, feudo aperto non conualeſcit.
136 Futura non veniunt in conceſſione præſentium.
137 Veritas narratorum attenditur à tempore conceſſionis.
138 Futura ſolus is concedit, qui ſuperiorem non recognoſcit.
139 Feudi vacaturi conceſſio prohibita, & quare.
140 Sententia requirit Iudicis ſubſcriptionem.
141 Sententiæ debet deſcribi annus, menſis, & dies, & publicè præſentibus Officialibus recitari.
142 Litera quod non dicit, nec nos dicere debemus.
143 Pœna populi rebellis in Dominum ſuum, quæ ſit.
144 Defuncti memoria poſt quinquennium damnari non poteſt.
145 Feudo quando quis priuandus venit, coram paribus curiæ proceſſus formandus eſt.
146 Vaſallus de perſona ſeruire debet contra inimicos Domini ſui.
147 Culpa omiſſionis, & commiſſionis inter ſe differunt.
148 Feudum propter ſeruitia non præſtita non amittitur.
149 Paupertas nimia excuſat à ſeruitio.
150 Adhoæ ſolutio ſufficit pro ſeruitio, & loco ſeruitij perſonalis.
151 Excuſatur qui, quod non potuit non fecit:
152 Vaſallus non tenetur vltra poſſe, nec euidenti periculo ſe exponere.
153 Commorari cum inimicis non ſufficit, ſed eſt neceſſe contra Dominum commorari.
154 Licentia tributa per Principem Orãgiæ, vt vaſalli commorarent cum inimicis eos excuſat, & nu. 155.

Aſſa-

Digitized by Google

156 *Aſſaliens caſtrum, vt committat rebellionem, oportet, quod ſit ipſius Domini, & ibi Dominus habitet, vaſallo ſciente.*

157 *Vis in alium æquè vaſallum commiſſa Maieſtatis pœna non cohercetur.*

158 *Vaſallus ſi accedit cauſa recuperandi ſua caſtra modo meliori quo poteſt, excuſatur.*

159 *Defenſio omni iure eſt permiſſa.*

160 *Reſtitutio de omnibus delictis ob bonum pacis per Cæſaream Maieſtatem die 28. Aprilis anni 1528.*

161 *Reſtitutio alia de menſe Aprilis anni 1530.*

162 *Conceſſa quantitate ſuper pluribus corporibus, à corpore alieno reſtituto non ſit deductio.*

Pro D. Michaele de Mauro ex perſona D. Lauræ Carafæ, filiæ quond. Alexandri Carafæ, contra Regium Fiſcum, & D. Scipionem de Loffredo, ſuper reſtitutione Caſtri Rotundi.

## ARGVMENTVM.

*De rebellione, reſtitutione, annullatione conceſſionum, & alijs.*

## CONSILIVM V.

IN hac cauſa de pluribus eſt exhibtandum.

Primò, prætenſam cōceſſionem per Principē Orangię Ioanni Gaſpari de Loffredo ob prætenſam dicti Alexandri rebellionem non obſtare.

Secundò, nec aliam conceſſionem per Cæſaream Maieſtatem Imperatoris Caroli V. factam Capitaneo Figheroæ, item nec ſententiam inde ſequutam in fauorem ipſius Figheroæ contra Loffredum.

Tertiò, prętenſam dicti Alexandri rebellionem, nō ſubſiſtere etiam ex vi ampliſſimæ reſtitutionis, & generalis indultus per eandem Cæſaream Maieſtatem.

Quartò, credita prætenſa per Loffredum prædictum ſuper dicto caſtro non militare.

Quintò, ipſum Michaelem tanquam legitimum ſucceſſorem dictum caſtrum obtinere debere cum fructibus, & ordinatè procedendo.

Quoad primum, de cōceſſione in Loffredum an ritè, vel rectè proceſſerit eſt videndum, de concedentis poteſtate, voluntate, ac modo; quæ tria, poteſtas, vo-
1 luntas, & modus, † ſecundum *Bald. in conſ. 326. Rex Romanorum num. 2. lib. 1.* omnes actus canonizant, cum ſine potentia nihil ad actum deducatur, & ſine voluntate nihil conſenſu perficiatur, ac ſine modo nihil in ſuum finem dirigatur,
2 quamuis idem *Bald.* † pro modo ſcientiam notauerit *in l. cum teſtamentū nu. 3. C. de iur. & fact. ign.* & omiſſo modo vo-
3 lūtas, & ſcientia † duo tantùm actū perficere, dicebat idē *Bald. in l. omne verbum nu. 8. C. commun. de legat.* Vt tandem ad poteſtatem me vertam, dico conceſſionem Caſtri loci Rotundi in Loffredum ex defectu poteſtatis eſſe nullam: nam aut Princeps Orangiæ dictum caſtrum conceſſit, vt Dux belli, aut vt Prorex Regni, ſi vt Dux Belli, nulla fuit conceſſio,
4 cum mobilia tantum inter milites Dux Belli, & Magiſter militum diuidere poſſit: immobilia autem vt caſtra, & feuda, quæ iure belli occupaſſet, cum ſolius Regis bellum indicentis ſit, donare, minimè valet, *l. Diuo ff. de iur. fiſc. Bald. in l. ſi quis pro redemptione col. 1. verſ. ibi in ſimili etiā modo C. de donat.* Rex dumtaxat ſolus immobilia hoſtium bona, vel quæ ex culpa ad Regem deuoluuntur concedit, *l. 1. C. de pet. bon. lib. 10. latius Frecc. de ſubfeud. lib. 2. ſub tit. quis dicat. Dux num. 31. & 32. fol. 130. in vltimo impreſſo*; ergo vt Dux belli dicti feudi conceſſio non ſubſtinetur, & vt Prorex nequaquàm ſuſtinebitur, cum dictæ conceſſionis tempore adhuc legitimè Prorex nō erat: illa enim conceſ-

Digitized by Google

conceſſio fuit facta die 29. Nouembris
anni 1528.& Principis Orágiæ commiſ-
ſio,in qua Prorex à Cęſarea Maieſtate
denunciabatur fuit die 25. Aprilis anni
1529. Neapol.pręſentata,& publicata,
vt fol.775. à quo tempore Principis iu-
riſdictio,vt Prorex cæpit,cum tria requi-
5 rantur, † vt quis in quaſi poſſeſſione ſui
officij dicatur, electio, acceptatio,& in-
greſſus, *l. Publius meuius ff.de condit. &
demonſtrat.l.meminiſſe, & l.obſeruare* §.
*poſt hæc ff.de offic.* Proconſ. ante verò ge-
rere non poteſt,*l.pridie ff. de fer. Paris de
ſindic.in cap.incip.in officijs, & eſt parti-
cularis text.in l.1. ff.de offic.Præfect.au-
guſt.& ibi Bald.* quod maximè verum
erit in Regno noſtro, ſæpius enim Pro-
reges videmus, in Regnum accedentes,
qui non prius adminiſtrare incipiunt,
quàm poſt ingreſſum præſentatâ, & pu-
blicata commiſſione,receptoq; ab eo iu-
ramento ſolito. Quæ conſuetudo etiam
6 in Officialibus † pro iuriſdictione acqui-
renda, ſeruanda erit, dixit *Iureconſultus
in d.l.obſeruare §.ingreſſus etiam*,& quę-
7 cumque Proreges † ante prædicta face-
rent, eſſent nulla *d.l. obſeruare*, & facit,
8 quod dicitur de Imperatore,† quod non
valet eius priuilegium ante coronatio-
nem, *Gloſ.in verſ.inſulas l.bene à Zenone
C.de quatrien.præſcript.* Huiuſmodi enim
priuilegia, & donationes, ex nimia pe-
tentium importunitate,frequentius con-
9 ceduntur † inquit *Luc. de Penn. in rubr.
col.1.nu.21.& 24.C.de aur.coron.lib.10.*
quam importunitatem huic,de qua agi-
tur, conceſſioni cauſam dediſſe, firmiter
mihi perſuadeo,vt infra latius dicam,
*ad text.in l.1.C.de petit.bonor.ſublat. lib.
10.* & proinde conceſſionem fuiſſe nul-
lam iudicãdum erit. Quæ nec aliquid ex
Regentium ſubſcriptione iuuari poterit,
quod ex Collateralis Conſilij authorita-
te ipſa ius,& robur quærere cupiat : cum
ea conceſſio non à Collaterali Conſilio
facta fuiſſet, ſed à Principe Orangiæ vti
Prorege, vt ex ipſius initio habetur ; &
ideò omitti poſſet de authoritate Colla-
10 teralis Conſilij † verbum facere, etiam
quia vacante Prorege ea tantum poſſet,
quę iuſtitiæ eſſent,& ex cauſa neceſſaria,
non autem quæ gratiæ,*vt Doctores* * cõ-
*muniter tenent in cap. verum, & præci-
puè Ant.de Butr. nu.7. verſ.item nota de
for.compet. tradidit Rota in deciſ.6. de
rer.permut. in nouis, Bellamer. conſ.20.
primo videre occurrit col.4. verſ. ideò li-
cet capitulum*, vbi quod licet capitulum
11 ſede † vacante ex iuris conceſſione in
totali iuriſdictione Epiſcopi ſuccedat,
hoc tantum intelligitur ad ea, quæ ſunt
iuſtitiæ,non ad quæ ſunt gratiæ,ſicut sũt
collationes beneficiorum, & ad neceſſa-
ria,non autem ad voluntaria,& quod idẽ
ſit in Collegio ſecularium perſonarum
mortuo Rectore,vt per Collegium,Col-
legij nomine ſolæ literæ iuſtitiæ expe-
diantur, & ideò non ſe intromittere po-
teſt circa collationem officiorũ,ſeù alia,
quæ gratiã ſaperẽt,latiſſimè dixit *Franc.
Marc.in deciſ. Delphin.803.in 1.par.per
totam, & ſignanter in fine*, & ita ſeruari
ſubdit: Ergo nec ex Regentium ſubſcri-
ptione dicta conceſſio ſubſtinebitur,quin
nulla remaneat. Munus verò Regentiũ,
12 quale ſit,dixit *Frecc.de offic. Mag. Can-
cellarij nu.29.fol.53.* & quod Cõſilium
Collaterale mortuo Prorege poſſit ſo-
lum iuſtitiam exercere,dixit *Camer.in
cap.imperialem de probib. feud. alien.per
Feder.fol.79. lit.N, verſ.quod notate*,
quod non facit ad noſtram quæſtionem:
ſed poſito, quod tempore habili Prin-
ceps Orangiæ eam vti Prorex conceſſiſ-
ſet,etiam nulla eſſet; cum Prorex in Re-
13 gno † eam facultatem nõ habeat,vt Re-
gis bona,& fiſcalia donare,& alienare
poſſit,prout nec Regis Vicarius haberet,
*text.eſt in cap.final.de offic.Vicar.in ſex-
to,Iſern.in cap.imperialem de prohibita
feud.alien. per Feder. nu.12. ibiq; addit.
lit.B,Capyc.fol.31.Camer.fol.76.lit.R,&
ſeq.* quod generale eſſe in omni admini-
14 ſtratore, † ſubdit *text. in l. interdum* §.
*qui tutela ff.de furt.l.qui fundum §.ſi tu-
tor ff.pro empt.l.* Procurator *cui generali-
ter libera ff.de Procur.l.contra iuris §.fi-
nal.ff.de pact. l.iuriſiurandi ff.de iureiur.
& inſtit.de auth.tutor.in princ.& proin-
de ibi dicebat Iſern.* quod quantumcum-
que

Digitized by Google

15 quę † quis liberam habeat adminiſtrationem donare tamen non poterit, niſi id ſpetialiter concedatur, *l.ſilius ff.de donat.l.1.ff.de offic.Procurat.Cæſar. l.Præſes C. de tranſact.* cum hoc à iure tacitè ſubintelligatur probibitum, nè alienet legibus ſupradictis, immò fortius ſecundum *Bald.in l.1.in fine C.de bon.matern.* quod ſi tributa eſt poteſtas faciẽdi, quicquid verus Dominus, de re ſua facere
16 poſſet, adhuc non cenſetur † facultas alienandi tradita, prout idem dixit *in l.ſi Procurator C. de Procur.* quibus non ob-
17 ſtabunt † dicta per *Frecc. d.cap. quis dicat. Dux nu.* 33. cum iura per eum allegata, quod Vicarius donare poſſit, illud non dicant, & contradicunt textui particulari *in d.cap.fin.de offic.Vicar.in ſexto,& text in l.tutor,qui dignitate ff. de adminiſtrat. tutor.* allegatos per *Frecc.* licet corruptè, nam debebat allegare *text. in l. cum plures, §. cum tutor ff. eodem,* qui non loquitur de Vicario, ſeu Locumtenente, ſed de tutore, qui non rebus, dumtaxat datur, ſed perſonæ, & ea-
18 dem ratio non eſt in Prorege, † & Vicario, inter quos magna eſt differentia, vt *per Camer. vbi ſupra allegato fol.79. lit. B, ibi quarta concluſio ſit, nec in gloſ.in verb.literarum cap.ſtatuimus de reſcript. in ſexto,* aliquid de Vicario dicitur, quod applicabile eſſet, vt idem allegat ex men-
19 te *Bald.* eo magis, † cum nec Rex ipſe poterit aliquem dominio rerum abſque legitima cauſa priuare, quia eſſet contra ius gentium reſcribere, *Bald. in probem. ff.nu.4. Doctores omnes * communiter in cap.cum Eccleſiarum de conſtit. text.particularis in l.venditor §.ſi conſtat ff.commun.prædior.Soccin.conſ.164.col.7. verſ. ſecundum fundamentum lib.2.* vbi multos congerit, & inquit hoc etiam ratione deficientis poteſtatis, ſi id eſt in Rege, quãto magis Prorex, ſeu Vicarius non poterit aliquem ſuis bonis priuare, niſi iuris ordine ſeruato; & in quacumque gene-
20 rali commiſſione † à Principe facta, non venit, quod quis poſſit alteri ius tollere, *Bart.in l.dotali C.de teſtam.milit.Aretin. conſ.penult.circa finem.* Ergo cum Prorex conceſſerit dictum caſtrum Loffredo, hoc nullo iure facere potuit, cum cauſa non adfuerit, & illa, quæ præſupponitur cauſa.ſ.rebellio, cum ad non cauſam reducatur, vt in facto demonſtratur, perinde eſt, ac ſi à principio cauſa non fuiſſet: vnde omittendo concluſionem ſolitorum, & inſolitorũ concedi debet, Proregem donare nõ poſſe, & ideò cum prætenſa con-
21 ceſſio, ſeu donatio † à Principe Orãgiæ, non ritè, neque rectè proceſſerit, illam nullam, & inualidam fuiſſe, & eſſe, ſequitur, *l. rei capitalis §.final. in fine ff de pœn.* cum cuiuſcumque effectus potentia ſit
22 principium: † qua deficiente quicquid geritur incongruum, ac nullum reputatur, *l.1. §.ſed ſi filiusfamilias ff.de legat.3. l.1. ff.de reg. caton. l.ſi minor ff. de ſeru. export.* Erit etiam nulla, & inualida
23 dicta conceſſio ex defectu voluntatis, † quæ voluntas actuum humanorum radix, & ſubſtantia vocatur, ſine qua nulla eſt ſubſtantia, *l. obligationum ſubſtantiæ ff.de action. & obligat. l.1.§.conuentiones ff.de pact.* & proindè antequàm vlterius progrediar, aduertendum cenſui, quod in re, de qua agitur, duæ leguntur ſcripturæ, eodem die ſcriptæ, & ab eiſdem ſubſcriptæ, inter ſe contrariæ: quarum vnam commiſſionem vocabo, alteram priuilegium; in commiſſione præſupponitur informationem captam de rebellione Alexandri, non autem notorij rebellis: in priuilegio dicitur conſtare de notoria Alexandri rebellione: in commiſſione præſupponitur bona Alexandri ob dictam prætenſam rebellionem deuoluta eſſe ad Regiam Curiam, in priuilegio dicitur ob notoriam rebellionem bona deuoluta, in commiſſione deponuntur bona Alexãdri penes Loffredum nomine Regiæ Curiæ, in priuilegio conceduntur, & donantur Loffredo ſimpliciter: in commiſſione Loffredus dictorum bonorum depoſitarius efficitur, donec declaratio contra Alexandrum ſequatur, qua declaratione ſequuta ex nunc pro tunc fit conceſſio, in priuilegio bona abſque alia declarationis expectatione, conceduntur: in commiſſione dicitur bo-



Digitized by Google

na Alexandri deuenienda pęnes Regiam Curiam, donec ipſe Alexander comparuerit, ac ſuam claruerit innocentiam, & ſic non erat notorius rebellis: in priuilegio, vt notorius tractatur, & de ſuis bonis diſponitur, nulla alia declaratione expectata, in commiſſione apparet intẽtio Principis Orangiæ procedendi contra Alexandrum iuris ordine ſeruato: in priuilegio Alexander ſuis bonis ſpoliatur de facto, & Loffredus prædictis bonis inueſtitur nullo ordine ſeruato; In duobus tantum dictæ ſcripturæ conueniunt primum, quod cõceditur annua perceptio ducat. 200. ſuper dicto caſtro, & duobus alijs, & quod ſunt conditionales, & ad beneplacitum Cæſareæ Maieſtatis, cum ergo tot inter dictas ſcripturas ad ſint contrarietates, & impoſſibile eſt duo
24 contraria † eſſe in eodem ſubiecto, *l. vbi repugnantia ff. de regul. iur. l. ſi ancillam ff. pro ſuo, Bald. in conſ.* 313. *ſub nu.* 3. *lib.* 3. dico, quod neutra valeat, & vtraque ſit nulla dictis iuribus, *l. vbi repugnantia, & l. ſi ancillam, & proinde dicebat Ant. de Butr. in cap. ex tenore ſub nu:*
25 9. *de reſcript.* † quod diuerſa reſcripta ab eodem, ſub eadem data impetrata non valent, & ſunt nulla, facit quod notat *Iſern. in d. cap. imperialem §. præterea ſi inter duos nu.* 75. vbi proponendo quęſtionem ſabatinam, ſi appareant duo te-
26 ſtamenta † eadem die ſcripta, & in vno eſſet Titius hæres inſtitutus, & in alio Sempronius; dixit ſecundum opinionem *Azon.* neutri hæreditatem deberi, & ſic
27 vna contrarietas † reddit rem ſuſpectã, & dubiam, *cap. 1. vt eccleſ. ben. l. eos, & l. qui falſa, & varia ff. de falſ.* tot contra-
28 rietates † facient nullam, & præſupponendum eſt potius perueniſſe propter nimiam Loffredi importunitatem, & ex falſa eius ſuggeſtione, quàm ab ipſo Principe, *cap. fin. de reſcript. in ſexto, & l.* 2. *C. de petit. bon. ſublat. lib.* 10. per quæ iura *Anchar. omninò conſ.* 188. *num.* 6. Abſuit etiam ex alio ſatis apertè à dicta conceſſione Principis concedentis voluntas, cum non purè, & ſimpliciter, ſed ſub cõditione, quod ex infraſcriptis manifeſtè

demonſtrabitur: Conceſſerat enim Princeps Caſtrum loci Rotũdi, quod ex prætenſa Alexandri rebellione ad Regiam Curiam peruenire debebat Loffredo ex nunc pro tunc ſequuta declaratione per ablatiuum abſolutum loquendo, ergo antequám ſentẽtia dicta eſſet, nullum ex volũtate Principis ius Loffredo tranſlatum erat: ex quibus etiam apparet Alexandrum non fuiſſe notorium rebellem, poſtquam ſententia erat neceſſaria, & ipſe poterat in defenſionibus ſuam demonſtrare innocentiam, vt ex eadem ſcriptu-
29 ra; ablatiuum abſolutum conditionem facit, *l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtrat. l. ab emptore ff. de pact. l. euictis ff. de vſur. & in prædictis ll. Bart. & Doctores, Bald. in l. 1. num. 6. C. quand. lic. ab empt. diſced. Dec. in cap. tranſlato in 2. lect. nu.* 3. *de conſtit. & in conſ.* 89. *nu.* 2. *verſ. prima eſt, vbi Dec.* dixit, quod talis conditio, quæ reſultat, ex ablatiuis dicitur expreſſa, & allegat *Bart. in l. 1. col. fin. ff. de condit. & demonſtr.* & ideò niſi conditio obſeruata fuerit effectum non habet, *Bald. conſ.* 498. *quæritur nu.* 3. *lib.* 5. *per text. in l. iubemus §. ſi autem C. ad trebell.* quod verificatur etiam ſi à Principe aliquod diſponeretur per ablatiuum abſolutum, quia actus ſic geſtus ſubiacet, etiã vitio nullitatis, & omnia inde ſequuta
30 dicuntur nulla conditione † non adimpleta, *Roland. à Vall. cui me remitto nàm multa ad propoſitum dicit, & multa allegat in conſ.* 65. *nu.* 20. *vſque* 26. *lib.* 3. & ideò dicitur, quod conditio debet ſpeci-
31 ficè † adimpleri, *l. qui hæredi ff. de condit. & demonſtr.* cum importet formam *Bald. in authent. matri, & auiæ C. quando mul. tut. offic. fung. pot.* qua non ſeruata
32 actus redditur nullus, † *l. non dubium C. de legib.* & vbicumquè actus peccat in
33 forma † dicitur agentem delirare, & actum fruſtatorium facere, caſus eſt *in l. non ſolum ff. de action. & obligat. notat Ripa poſt Paul. in l. 1. §. ſi quis ita nu.* 29. *ff. de verb. obligat. in ſpetie dixit Alciat. in l. nemo poteſt nu.* 23. *de legat.* 1. vbi tenet,
34 quod qui ſolemnia † non ſeruat, videtur illuſorium actum facere voluiſſe, *l. an*

*inuti-*

Digitized by Google

inutiles *ff. de acceptil.* Conceſſerat Princeps Orangiæ ſequuta declaratione, pro ut iuris, & ſic dedit formam qualiter actus ille adimpleri debebat, ea enim forma nō adimpleta, omne quod ſequu-
35 tum fuit, nullum dicitur † ex prædictis, quia non ritè factum, *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. l. non putaui §. non quętis ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. quoties ff. qui ſatiſd. cogant.* & ſic in Loffredum nullum ius tranſlatum cenſetur, & cum ſententiæ declaratoriæ rebellionis prolatæ fuerint contra aliquos expreſſè exceptuatos, & rebelles declaratos in Indultu, tanto magis requirebatur ſententia contra dictum Alexandrum; qui etiā quod, ſi aliquod crimen commiſiſſet, fuit per dictum Indultum ampliſſimè reſtitutus, & cum ſententia declaratoria rebellionis contra Alexandrum numquàm prolata fuerit, ſequitur quod nullū ius in Loffredum tranſlatum fuit, & per conſequens in dicta conceſſione, deficit voluntas, & modus, cum neutrum fuerit adimpletum.

Fuit etiam ex alio dicta conceſſio cōditionalis, cum Princeps Orangię dictum caſtrum Loffredo conceſſerit ad beneplacitum Cæſareæ Maieſtatis, quod beneplacitum cum ab alio, quám á concedēte procedere debuiſſet à futuro euentu, & incerto dependebat, potuiſſetq́; eſſe, & non eſſe, & ex eo conceſſionis perfectio proficiſcebatur, & conceſſionem cōditionalem fecit conditione ſuſpenſiua,
36 non reſolutiua: † Quod enim ad tertij voluntatem conceditur, & refertur, conditionale eſt, & ex tali conditione prius quàm illius tertij voluntas ſuperueniat ad actus perfectionem, nullum ius conceſſionario quæſitum intelligitur, *cap. ſi pro te de reſcript. in ſexto, vbi* communiter *Doctores, gloſ. in clem. 1. in verb. exequutorem verſ. ſolutio ibi de conceſſ. præb. vbi Archidiac. præcipuè col. 8. ſub 6. oppoſitione*, & proindè dicitur, quod dictio,
37 ad, † facit actum conditionalem, quando ipſi dictioni aliquid adijcitur adimplendum per aliquem, vel pendet ex viribus fortunæ: ſi verò adijceretur aliquid explicādum per honoratum, faceret modum, *Bart. in l. quibus diebus §. termilius nu. 9. ff. de condit. & demonſtr. quem ſequutus fuit ibi Imol. & Soccin. in princ. Ruyn. conſ. 177. nu. 12. lib. 1.* vbi propriè quando aliquid refertur ad voluntatem alterius, & idem *Bart. in l. 1. nu. 23. ff. eodem, per l. ſi vis ff eod. tit. hinc idem Bart. in l. centeſimis § fin. nu. 9. verſ. ſi verò diceret ff de verb. oblig. quem ſequutus fuit ibi Angel. & Felyn. in cap. ex literis num. 13. verſ. ſubdit Bart. de conſtit.* quod ſi Iudex dicet pono te ad confinia, ad beneplacitum meum, vel ad voluntatem meam, non intelligitur ille confinatus, niſi poſtea declaraſſet, ſe velle, eum confinatum eſſe: Cum ea verba (ad beneplacitum) diſpoſitionem faciant conditionalem, ac ſi Iudex dixiſſet pono te ad
38 confinia ſi voluero, † per *l. poſt dotem ſecundum 2. lectur. ff ſolut. matrim.* Ergo in re, de qua agitur, cum beneplacitum Cæſareæ Maieſtatis fuerit reſeruatum, & alia explicanda ex viribus fortunæ, & futuro, ac incerto euentu, cum ex vnius ſupremi Iudicis dumtaxat dependebat voluntate, conceſſio conditionalis redditur, ſiquidem *Ioannes Carion in ſuo libello cronicorum lib. 3. de quarta monarchia ſub tit. de Comitibus Prouincialibus*
39 *fol. mihi* 415. Principum bona, † non illorum propriè eſſe, quia ea merentur; ſed quia eis ſunt deſtinata fato, quod adeò incertum eſt, quando quid à Principe ſperatur, quod dixerunt aliqui; im-
40 poſſibile etiam eſſe, † quod vnius Principis voluntate deſideratur, *ad text. in l. idem Iulianus §. conſtat de legat. 1. vbi Iaſ. & Doctores not.* ea tamen impoſſibilitate, qua diſpoſitio vitiatur, & annul-
41 latur, † ex defectu voluntatis per impoſſibilem conditionem exiſtentem, *l. non ſolum ff. de condit. & demōſtr. l. impoſſibilis ff de verb. oblig. l. impoſſibilium de regul. iur. §. ſi impoſſibilis inſtit. de inutil. ſtipul.* & non ea impoſſibilitate, qua diſpoſitio remaneret pura, reiecta cōditione, quod tantum eſt fauore vltimæ voluntatis, *l. 1. ff. de condit. demonſtr. & §. impoſſibilis inſtit. de hæred. inſtit.* Quod adeò impoſſi-



Digitized by Google

42 bile reputatur, † quod nec habere dicitur ille, quia Principis voluntate tãtum aliquid conſequi poteſt, *Paul. de Caſtr. in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum nu. 16.* ff. *de liber. & poſthum.* Quæ autem à futuro,
43 & incerto † euentu dependent, & poſſunt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, non ſunt in conſideratione, cum nullam habeant ſpem, in aliquo verò de præſenti, *Aegid. Bellamer. in deciſ. 749. in fine, Felyn. in cap. in noſtra ſeptimo corollario de reſcript. qui ad prædicta multa allegat, & Gomeſ. in regul. cancell. de non toll. iure quæſit. concluſ. 4. circa principium*: huiuſmodi erat prætenſa conceſſio in Loffredum facta, quæ tota à futuro euentu dependebat, & ſic conditionalis erat: quando enim conceſſioni aliquid adiungitur, quod adimplendum venit antequam emolumentum quæratur, tunc conceſſio conditionalis redditur, quia natura con-
44 ditionis eſt, † vt adimpleatur, antequàm petatur emolumentum, *Paul. de Caſtr. in d.* §. *termilius num. 3. ex not. in gloſ. quæ incip. quo caſu in fin. l. cum pater* §. *cum Titio de legat. 2.* & regula eſt, quod om-
45 ne aduerbium † diſpoſitionem ſuſpendens in aliquem futurum euentum, conditionem facit *Bart. in d. l. 1. nu. 22. ff. de condit. & demonſtrat.* vbicumque enim actus ſine conſenſu ſuperioris perfici nõ
46 poteſt, tunc actus, † donec conſenſus ſuperioris ſuperueniat, nullum ſortiri poteſt effectum; quia factum, quod indiget approbatione, vel confirmatione ſuperioris, non trahit ſecum effectum, donec approbetur, vel confirmetur à ſuperiore, *Bald in l. 1.* §. *deportatis ff. de legat. 3. Afflict. in cap. imperialem nu 12. de probibit. feud. alien. per Feder. Tellus Hernandes in comment. conſtitut. Taur. l. 26. col. 38. fol. mihi 208. col. 3.* & faciunt notata per Doctores in materia alienationis feudi,
47 ſaluo Regio aſſenſu, † quod donec non ſuperuenerit aſſenſus, contractus ſtat in pendenti, de quo per Doctores *in d. cap. imperialem, ſed quia ſecundum Oldrad. in conſ. 285. allegationes col. pen. verſ. ad*
48 *hoc reſpondetur*, † conditio duplex eſt, vna quæ ab initio ſuſpendit, altera quæ
49 reſoluit, † & prima ſic ſuſpendit, quod ante eius exiſtentiam nulla intelligitur contracta obligatio, ſed tantum ſpes eſt in debitum, *l. cedere diem ff. de verbor. ſignif. l. legata ſub conditione relicta* ff. *de condit. & demonſtr. l. ſub conditione ff. de condit. indeb. l. neceſſario* §. *ſi ſub conditione* ff. *de peric. & commod. rei vend.* alte-
50 ra, quæ reſoluit † præſupponit ius purum exiſtere, licet reſolubile, qua reſolutione non facta, actus purus remanebat, *l. proponebatur* ff. *de caſtrenſ. pecul. l. 2.* ff. *de in diem addict.* dixit *Gomeſ. de impetr. benef. vac. perſ. bab. fam. Card. q. 10. & alibi ſæpius, idem Gomeſ. d. conſ. Oldr. 285. meminit.* Modo videndum eſt, an dicta conditio, quæ ex dicta clauſula ad beneplacitum inducitur, ſuſpenſiua, vel reſolutiua ſit, & in hoc eſt aduertendum: nàm *Imol. in l. centeſimis* §. *fin. col. penult.* ff. *de verbor. obligat. col. fin.* dicebat, quod dicta clauſula videtur facere conditionem puram reſoluendam ſub conditione, & ſequitur *Dec. conſ. 108. nu. 5. Bart.* autem *Angel. & Felyn.* quos ſupra allegaui, contrarium tenuerunt, quod dicta clauſula facit diſpoſitionem conditionalem, ſed conditione ſuſpenſiua, non autem reſolutiua; Pro veritate cuius propoſitionis animaduerto, quod quando
51 conditio † appoſita reſpicit actus perfectionem ſuſpendit, ſed quando reſpicit diſceſſum ab actu, tunc reſoluit, ita magiſtraliter *Soccin. in l. quibus diebus* §. *quidam Titio num. 8. verſ. præterea* ff. *de condit. & demonſtrat. per gloſ. notab. in d. l. 2. ff. de in diem addict. & in l. obligationum ferè* §. *conditio ff. de action. & obligat. Neguſant. de pignor. in 4. par. princ. nu. 37. verſ. prædictorum, binc Oldrad. d. conſil. 285.* in proprijs terminis dicit, quod quando pro conditione adimplenda alicuius voluntas requiritur, conditio eſt ſuſpenſiua, quando autem ſufficit, quod non appareat voluntas reſiſtens, cõditio eſt reſolutiua, in lege de qua agitur Principis beneplacitum reſeruatum, pro conceſſionis perfectione requirebatur, eiuſq; aſſiſtens voluntas deſiderabatur: Ergo diſpoſitio ſub conditione

ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſiua, & non pura reſoluenda, tamen, vt alij dicebant, noluit Princeps Orangiæ eam conceſſionem ſimpliciter facere, quia non poterat, vt ſupra diximus, cum nemo plus iuris in alium tranſ-
52 ferre poſſit, † quam ipſe habet, *l. nemo plus ff. de regul. iur.* ſed cum de re aliena, ſcilicet Cæſareæ Maieſtatis ad beneplacitum diſponeret, pro actus perfectione aſſenſu Regis reſeruato, ac eiuſdem ratificatione, per aliud priuilegium in forma valida, expediendum promitteret: Ergo actus inutilis erat ante ratificationem ſubſequendam, & beneplacitum ſuperueniendũ, quia ratificatio facit, quod
53 diſpoſitio † cenſeatur facta à Domino ratificante, non autem ab alio ratificationem reſeruante, *l. ſi pupilli §. item quęritur, & § ſeq. ff de negot. geſt. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 10. num. 66.* &
54 tunc actus perficitur, † cum ratificatio ſubſequitur, vt idem Tiraquell. ibidem
55 latiſſimè probat: Cõfirmatio † eſt actus ſuperioris, & ſuperioritatis manifeſtum ſignum, *vt not. Bald. in l. fin. C. de leg. verſic. vlterius noto, Reſtaur. Caſtell. de Imper. q. 50. nu. 4.* qui enim actui dat robur, quia alias inutilis eſſet, ipſum actum cõficere cenſetur, *idem Tiraquell. ibidem nu. 67.* vbi etiam, quod nomine alterius
56 geſtum † robur non habet, niſi ille ratum habuerit, *cap. ſi tibi de præb. in ſexto,* & ante ratificationem nullum ius quęſitum intelligitur; ergo ſi ratificatio, & beneplacitum ſuperueniẽs erat illud, quod perficere debebat conceſſionem, & ex ratificatione actum ſuum habebat effectum, & robur, conditio dicitur ſuſpenſiua, & non reſolutiua, & idem eſſet, ac ſi conceſſio fuiſſet facta ſaluo beneplacito
57 Cæſareæ Maieſtatis: † ſiquidem per huiuſmodi conceſſionem nullum ius tranſlatum intelligitur de præſenti, *Brun. cõſ. 23. nu. 4. Octau. Oſaſc. Cacher. deciſ. Pedemont. 7.* niſi ius quodam præparatorium ad obtinendum plenius ius, perficiẽdum facto, & miniſterio ſuperuenientis beneplaciti, ac ratificationis, *l. oratio ff. de ſpõſal. dixit, & allegauit ſimilia Staphil. in tract. de grat. ſub tit. de mand. part. prouid. cap. incip. 3. form. nu. 12. verſ. nec obſtat fol. mihi 33. & proindè dicebat Rebuf. in prohem. concord. verſ. vigeſimoquinto,*
58 quod tranſactio † facta cum dicta clauſula ad beneplacitum Curiæ, vel de beneplacito Papæ, non inducit ſimoniam cum tota à beneplacito Curiæ, vel Papæ dependat, & ex prædictis ſtante dicta conditionali diſpoſitione in Loffredum, nullum ius, nec in re, nec ad rem tranſlatum fuiſſe cenſetur, niſi ſpes quædam cõſequendi ab Imperatore, §. *ex conditionali inſtit. de verbor. obligat.* & cum di-
59 ctum beneplacitum † nunquam fuerit ſubſequutum, nullum etiam ius tranſlatum intelligitur, *d cap. ſi pro te de reſcrip. in ſexto, latè Gomeſ. in d. q. 4. verſ primus*
60 *eſt*, conditio † enim nihil ponit in eſſe, *l. neceſſario ff. de perſ. & comm. rei vend.*

Quod eo magis mihi perſuadeo cum dictæ clauſulæ ad beneplacitum, alia dictio, ſcilicet, tamen, adijciatur: Conceditur enim ad beneplacitum tamen Cæſa-
61 reæ Maieſtatis, quæ dictio, tamen, † eſt reſtrictiua, ſeu limitatiua diſpoſitionis, vt per *Aretin. in l. 1. §. pupillus circa princ. de acquir. poſſeſſ. Ruyn. conſ. 1. nu. 12. lib. 4. per l. pro hærede § quid tamen ff. de acquir. hæredit.* Si ea dictio limitat, & reſtringit diſpoſitionem, conceſſio in tantum facta cenſetur, in quantum concurrat beneplacitum, & ſuperueniat ratificatio; ergo antequã prædicta adimpleãtur, deeſt concedentis voluntas, quibus
62 ſtantibus non obſtabunt † conſiderata per *Imol. & Dec. vbi ſupra,* qui loquuntur in ſatis diuerſo caſu; ibi enim non erat beneplacitum reſtrictum ad tertiũ, nec dependebat à futuro euentu, ſed reſtrictum erat ad vnum ex contrahentibus, in actu de præſenti ſecundum *Imol.* & in actu de præterito ſecundum *Dec.* &
63 conditio de præterito, † vel de præſenti non ſuſpendit actum, *l. cum ad præſens ff. ſi cert. pet. §. conditionales inſtit. de verb. oblig. & l. conditio in præteritum ff. eodem.* Conditio autem, quæ à futuro, & incer-
64 to euentu dependet, ea eſt, † quæ actum ſuſpendit, & nihil ponit in eſſe, *d l. cum ad præſens, & l. itaque ff. ſi cert. pet. alia*



Digitized by Google

per Dec.conſiderata dictione, ad,& de
conditione reſolutiua ſunt ſupra reſolu-
ta, & reſpondebat etiam Felyn. in d.cap.
ex literis nu.13.de conſtit. qui videatur,
rogo, & ſecundum Imol. ibi, aliam reci-
pit interpretationem quando aliter con-
ſtaret de voluntate diſponentis, quia
tunc dicta clauſula, ad beneplacitum,fa-
ceret actum conditionalem,& non purũ,
quæ voluntas ſi ex ſupradictis conſide-
ratur,vndique habetur, quod potius vo-
luiſſet facere actum conditionalem,
quàm purum, & cum prædicta conditio
65 tranſlationis † dominij fuerit adiecta,
ante eius exiſtentiam, nullum ius trãſla-
tum intelligitur, ſecundum Imol.in l.ſub
conditione col.2.nu.4. verſ.ſed non placet
ff.de ſolut.qui cõfirmat dat l.lege obueni-
re ff.de verb.ſignif. Ergo ante confirma-
tionem datam non intelligebatur,& da-
66 ta conceſſio † tanquam ſine aſſenſu erit
nulla, vt per Camerar.in d.cap. imperia-
lem fol.29.lit. V, & ex prædictis firma
remanet noſtra concluſio, quod dicta
conceſſio facta ad beneplacitum tamen
Cæſareæ Maieſtatis ſit conditionalis,
conditione ſuſpenſiua, & non reſoluti-
ua, & proinde nulla, cum dictum bene-
67 placitum † numquam interpoſitum fue-
rit,nec vlterius interponi poſſet, d. l. ne-
ceſſario ff. de peric. & comm.rei vend. &
cum ſub diuerſis conditionibus reſcrip-
tum in beneficiũ Loffredi Princeps Orã-
giæ ſcribi mandaſſet, ſcilicet ſequuta
declaratione rebellionis Alexandri, &
beneplacito Cæſareę Maieſtatis; interim
his conditionibus pendentibus, nomine
Regiæ Curiæ Loffredum Caſtrum tene-
re dicebat, ergo dominium, & poſſeſſio
dicti Caſtri ſemper pęnes Regiam Curiã
remanſit, non ſuperueniente Cæſareæ
Maieſtatis beneplacito, Loffredus vti
Commendatarius, Detemptor,& Admi-
niſtrator dicti Caſtri præſumi poteſt, &
non poſſeſſor, vel Dominus. Commen-
dator enim, nihil aliud eſt, quàm ſim-
68 plex Depoſitarius, † l.commendare ff.de
verbor.ſignif. l.Lutius ff. depoſit. cap.ne
quis arbitretur 22.q.2.& pęnes talem
non adeſt,niſi ſola detentio,text.eſt in
l.licet §.rei ff.depoſit. Dominium, & poſ-
69 ſeſſio † pęnes deponentem, Gloſ.1. in l.
1. ff.depoſit. & gloſ. in verb.terminos, l.
Lutius ff.eodem, not. etiam gloſ. in cap.ſi
conſtiterit de accuſat.& omnes,gloſ.etiam
in cap.nemo de elect. in ſexto, facit text.
in cap. cũ nobis eod.tit. & quod per alios
70 poſſidere poſſumus, † nullum dubium
eſt, l.ſi id quod §.1.ff.de acquir.poſſeſſ. &
71 meo, † & alieno nomine poſſidere, l.
quod meo nomine ff.eodem, & qui per aliũ
72 facit, † per ſe ipſum facere videtur, l.ita
autem §.geſſiſſe ff.de adminiſtr.tutor. l.1.
§.deieciſſe ff. de vi, & vi armat. & quod
73 poſſum per me, † & per alium poſſum,
l.ſi mihi §. regula ff. de legat. 1. & quod
dominium dicti Caſtri prætendatur pę-
nes Regiam Curiam dixit Imperator in
prætenſa conceſſione Figheroæ de anno
1534. vbi nulla facta mentione dictæ
conceſſionis in Loffredum, & Alexan-
drum numquam fuiſſe rebellem, & ſi in
aliquo crimine incidiſſet,quod expreſsè
negatur,fuerat per eandem Cæſaream
Maieſtatem ampliſſime reſtitutum,vt in-
fra plenius dicemus,cum quicquid deli-
74 ctum abſtuliſſet,indulgentiam reſtituiſ-
ſe cenſetur, l.final.§.final. C.ſentent.paſſ.
vnde concluditur ex prætenſa conceſſio-
ne Principis Orangiæ dictum Caſtrum
in Loffredum tranſlatum non fuiſſe, nec
quoad dominium, nec quoad poſſeſſio-
nem,vt ſupradictum eſt.

Nec omittam, quod cum eam conceſ-
ſionem obtinuerit Loffredus, vicinus,ac
potentior, nullo iuris ordine ſeruato, de
facto, ac manu armata Alexandrum ſuo
Caſtro ſtatim ſpoliauit, eiuſdem Caſtri
75 poſſeſſionem capiendo, † ex quo ſpolio
omne ius,quod forſan,ex prætenſis con-
ceſſionibus conſequi potuiſſet amiſiſſe
cenſetur, l.ſi quis in tantam C. vnde vi,
quem text.in feudis etiam locum habere
dixit,Curt.in tract.feud.in 5.par. nu.55.
Afflict.in conſtit.Regni violentias nu.22.
Pro qua pęna euitanda dictis priuilegio,
& commiſſione iuuari non poterit, ne
76 inde iniuriarum † naſcatur occaſio, vn-
de iura naſcuntur, l.meminerit C.vnde
vi, per quam l. dixit ibidem Bald. quod
ſi Im-

Digitized by Google

ſi Imperator conceſſerit alicui Caſtrum,
77 ei non † licebit propria authoritate Ca-
ſtrum inuadere, ſed iuris ordine ſeruato,
tanto magis in re, de qua agitur, cum
Princeps cõmiſſionem firmaſſet pro tra-
denda ſibi poſſeſſione, qua commiſſione
78 cum abuſus fuerit, † à ſuo iure cecidit,
vt ad literam habetur *in d.l. meminerit,*
& in proprijs terminis notat ibi *Bald.* de
cuius legis intellectu, & materia multa
videri poterint *per Afflict. in conſtit. cir-
ca violentiarum num.* 3. *verſ. bis ſubdo*
79 *quæſtionem*, voluntas † enim Principis
talis eſſe præſumitur, qualis eſt lex ſcrip-
ta, *l. ex facto in princ. & ibi Doctores* ff.
*de vulgar. & pupill. ſubſt.* abfuerat ergo
Principis voluntas à dicto ſpolio, & Loſ-
fredus ex eodem ſpolio ſuo iure priua-
tus cenſetur, nec amplius dictis priuile-
gijs vti poterit, cum ipſis abuſus fuerit,
80 † *l. auxilium* ff. *de minor. l. ex qua perſo-
na cum concord.* ff. *de reg. iur.* Abſuit etiã
81 Principis voluntas † à dicta conceſſione
cum per importunitatem omninò factam
fuiſſe cenſeatur, *l.* 1. *C. de pet. bon. ſubl. lib.*
10. vbi Imperator annullat tales con-
ceſſiones, immò petentem punit, cum
82 enim non concedenda † conceduntur,
præſumptio eſt, frequenti, & tedioſa po-
ſtulatione fuiſſe conceſſa, & non ſpontè
dixit *Bald. in eadem l.* 1. *circa princ.* quam
83 importunitatem † arguunt etiam tantæ
contrarietates inter commiſsionem, &
priuilegium, vt prædiximus ex doctrina
*Anchar. d. conſ.* 188. *num.* 6. & ſic huiuſ-
modi conceſsio eſt nulla ex defectu vo-
luntatis, quæ abeſſe præſumitur, propter
84 clauſulam † derogatoriam, *d.l.* 1. *& l. nec
damnoſa C. de precib. Imperat. offer.* vt in-
quit ibidem *Io. de Plat. nu.* 7. *verſ. reſcrip-
tum ergo, & Bald. circa princ. ibi, quia
noſtra voluntas non eſt in reſcripto col.* 2.
*verſ.* ius iſtam, vbi quod ratio dictæ le-
gis, eſt deficiens voluntas concedentis,
*argum. l. Celſus* ff. *de acquir. hæredit. & l.
doli mali* ff. *de nouat.* hinc dicebat *Iſern.
in cap.* 1. *§. ſimiliter poteſt ſub nu.* 28. *col.*
5. *verſic. item ſi propter de capit. qui cur.
vend.* Certum eſt non valere, quod per
85 importunitatem † à Principe elicitum
fuit; quapropter facta fuit quædam Cu-
ria, vt ibi per *Iſern.* & licet prædicta reci-
piant limitatiõẽ, quando Princeps mo-
tu proprio rem conceſſiſſet, *eadem l.* 1. *in
fine.* Tamen in dubio conceſſionem fa-
ctã ad alterius poſtulationem præſumi,
niſi aliter expreſsè dicatur, dixerunt Do-
ctores *in d.l.* 1. *Bart. nu.* 15. *Angel. in fin.
Io. de Plat. num.* 7. *verſ. ſed quæro, Bald. in
l.* 2. *C. eodem col fin. verſ. quæro quid in
dubio*, & omnes mouentur per text. *cap. ſi
motu proprio de præbend. in ſexto*; nec ob-
ſtabit, ſi legatur in priuilegio de mera,
86 pura, † & ſpontanea voluntate, quaſi ex
hoc præſumatur conceſsionẽ motu pro-
prio factam, quia prædicta clauſula quã-
uis ſubreptionis vitium tolleret, non ta-
men etiam intentionis defectum, vt *not.
Ioan. Andr. & Doctores in d. cap. ſi motu
proprio, Abb. in cap. quia circa nu.* 7. *de
conſangu. & affinit. Felyn. in cap. in noſtra
ſub decimo corollario col.* 14. *verſ. & pau-
lo poſt de reſcript. Vitalis in tract. clauſul.
clauſ.* 24. *cap.* 15. *in rubr. de vi, & effectu
clauſularum in cap. incip. ſubſequenter nu.*
16. *fol. mihi* 68. & quod dicta clauſula
non ſit poſita, ex concedentis intentione
aduertatur, quod in commiſſione nihil
dicitur, quod concedit ex liberalitate,
& ſic ad partis poſtulationem potius præ-
ſumendum, cum ſi ſciuiſſet Princeps di-
87 ctam conceſſionem prohibitam † de iu-
re, non conceſſiſſet, vel non, ita de facili,
*cap. literis de reſcript.* & quod dicta clau-
ſula ex Principis voluntate non proceſ-
ſerit ex eius poteſtate ſuam poſſumus ar-
guere voluntatem, cum ex iuris interpe-
tratione talis mẽs Principis dicatur, qua-
lis de iure eſſe debet, *Bart. in d.l. ex facto
ff. de vulgar. & pupill ſubſtit. Alex. nu.*
8. *Iaſ. nu.* 5. *Dec. conſ.* 95. *in princ.* Cum
& ſi Reges, Imperatores, & Pontifices, &
alij Superiorem non cognoſcentes ea
clauſula motu proprio, quoad omnes mo-
tu proprio vti potuiſſent, non tamen ea-
dem clauſula, inferiores ab eis vti poſsẽt
88 vti Proreges, † & Legati, ſecundum opi-
nionem *Io. Monaci, Archidiac. & Philip.
Franch in cap. final. de offic. legat. in ſexto,*
quæ opinio licet non tranſeat ſine con-
tradi-

Digitized by Google

traditionibus, cum quilibet etiam mini-
89 mus † ſuos actus motu proprio gerere
poſſit, vt per *Dec. in l. 3. 1. not. quod quiſ-
que iur. & alij Doctores in d. cap. fin. de
offic. legat. in ſexto.* Hoc tamen verum
90 erit† ad tollendam ſubreptionem, vt di-
xi, ſed quod ex dicta clauſula quis pote-
ſtatem, quàm habuit acquirat, ex qua
impotentia, & voluntatis defectus cenſe-
tur, nullus eſt qui dicat; immò expreſsè
dixit *Philip. Franch. in d. cap. final. verſic.
in gloſ. final.* quod deficiente concedentis
91 poteſtate† talis clauſula nihil operatur,
in iſto caſu concedens inferior, impotẽs
neſciuiſſe præſumitur: nam ſi ſciuiſſet nõ
contuliſſet, dixit *Zabarell. in clement. 2.
verſ. ſi tamen velles de offic. Iudic. ordin.*
nihilominus eſto, quod inferioribus con-
92 ueniat, † alios effectus habebit, ſi à Su-
perioribus apponatur, quàm ſi ab infe-
rioribus, *Rebuf. in tract. concord. de form.
mand. Apoſtolic. ſub 29. effectu*, cum legi-
bus inferior derogare non poſſit, & iuri
alterius pręiudicare, & alia ex dictæ clau
ſulæ virtute inferuntur, & in hoc mirum
in modum Regentes, Quęſtores, & alij,
qui priuilegium ſubſcripſerunt, in culpa
93 fuerunt, cum eorum munus † optimè
proſpicere, ſi quę Principi ſubſcribenda,
& conferenda offerantur, ſint conceſſibi-
lia, ſcriptaq; in priuilegio ritè, rectèque
proceſſerint, & in proprijs terminis quã-
do delinquẽtium bona ad Fiſcum deuo-
luta petuntur, eas poſtulationes reijcere
94 debent, & Quęſtores puniuntur, † dictæ
*d. l. 2. quæ videatur C. de pet. bon. ſublat.
vbi Doctores omnes*, & in hoc vnum tan-
tum conſiderabile ſubnectam, quod tunc
temporis Sigiſmundus de Loffredo erat
Regens, & conceſſio admodum vitioſa
Ioãni Gaſpari de Loffredo fiebat, ex quo
quid ſequitur omitto; & ex prædictis ſi-
militer concluditur dictam cõceſſionem
eſſe nullam, & ex ea nullum dominium,
nullamq; poſſeſsionem dicti Caſtri in
Loffredum tranſlatam fuiſſe, vt ſupra.
Nec Loffredum ipſum iuuari poſſe præ-
tenſa emptione illius pluris à D. Petro
de Toledo Vicerege, cum fuerit de anno
1534. poſt Alexandri reſtitutionem, per
generale Indultum, de quo infra.

Quoad ſecundum principale caput,
de conceſsione ab Imperatore facta Ca-
pitaneo Figheroę, & de ſententia ind-
ſequuta in eius fauorem contra Loffre-
dum, paucis me expediendo, dico quod
licet Alexander non fuiſſet rebellis, & ſi
in aliquo deliquiſſet, quod negatur per
generale Indultum Cæſareæ Maieſtatis
fuit ampliſſimè reſtitutus de mẽſe Apre-
lis anni 1530. & prædicta conceſſio Fi-
gheroæ fuit de anno 1534. quæ in qua-
dam parte aſſertionis nobis prodeſt dum
dicit dictum Caſtrum fuiſſe tunc tempo-
ris pęnes Regiã Curiam, ergo per prius
non conceſſum, & per conſequens per re
ſtitutionem Alexandro reſtitutum: nàm
ſicut ipſo iure bonorum dominium in
Fiſcum tranſit, ob alicuius rebellionem,
ita etiam ipſo iure reſtituitur per Princi-
pis reſtitutionem, ex regula illa genera-
li, quod eiſdem modis, quibus dominiũ
95 transfertur, † eiſdem ipſo iure retranſ-
fertur, *ad not. in gloſ. in fine in l. 1. C. de
inoffic. donat. Alex. conſ. 10. nu. 2. lib. 1. l.
nihil tam naturale ff. de regul. iur.* & in
96 priuilegio facto † per Principem non
requiritur traditio, *Doctores in cap. 1. quid
ſit inueſtit.* maximè in Regno noſtro, vt
dicebat *Bald. in l. 1. in fine C. de rer. per-
mut.* Si dominium per dictam reſtitutio-
nem erat pęnes Alexandrum retranslà-
tum, & de reuocanda poſſeſsione lis age-
batur contra Loffredum, quæ ratio po-
terit haberi de prædicta prætenſa con-
ceſsione in Figheroam de anno 1534.
lite pendente, eo magis cum dicta con-
ceſsio facta fuerit à Cæſarea Maieſtate
iuribus alterius ſaluis, & ſicut ius per di-
ctam reſtitutionem erat Alexandro rein-
tegratum per dictam conceſſionem nul-
lum ei præiudicium illatum fuit, & in
hoc alio talis dicta conceſsio Imperato-
ris nobis profuit, cum ex ea clariſsimè
apparuerit, nullam fuiſſe conceſsionem
Principis Orangiæ in Loffredum, cum
Figheroa contra dictam conceſsionem
Principis Orangiæ obtinuiſſet, quæ ſen-
tentia nullum præiudicium afferre po-
tuit, quia res inter alios acta, alijs non
præiu-

Digitized by Google

præiudicat toto titulo eodem.

Progrediendo ad tertium principale caput de rebellione Alexandri, quæ ex aduerſo ex pluribus conſtare prætenditur.

Primò, ex præſumpta informatione relata in conceſſione Loffredi.

Secundò, per aſſertionem Principis Orangiæ in priuilegio Loffredi.

Tertiò, per aſſertionem D. Petri de Toledo in ſupradicta venditione pluris dicti Caſtri facta eidem Loffredo.

Quartò, per aſſertionem Imperatoris in conceſſione Figheroæ.

Quintò, per aſſertionem in prædicta ſententia inter Figheroam, & Loffredum.

Sextò, per confeſſionem eiuſdem Alexandri in ceſſione per eum facta Loffredo.

Septimò, per quandam prætenſam notam à libro Iudicum rebellium extractam.

Octauò, per teſtes productos in hoc proceſſu per Loffredum, & proindè cum hodie poterit conſtare de Alexandri rebellione, quamuis lata non fuerit ſenten-
97 tia; † poterit etiam ferri contra defuncti memoriam, *iuxta text. in l. fin. C. ad l. Iul. Maieſtatis*, quibus omnibus ordinatè reſpondendo dico.

Quoad primum, quod eſt de prætenſa informatione, ſatis erit dicere, quod non
98 apparet, nec nunquam apparuit, † & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non poſſe apparere, *l. cum res §. itaque ff. de legat. 1. l. rutilia polla ff. de contrah. empt. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tut. Corn. conſ. 245. nu. 4. lib. 2. Brun. conſ. 84. nu. 4. & facit text. l. titia teſtores meas, vbi Bart. ff. de legat. 1. l. fin. C. de reb. cred. l. actor C. de probat.* Ex quibus habetur, quod quando nega-
99 tiua eſt coarctata † ad aliquam ſcripturam, probatur per inſpectionem illius ſcripturæ, eſt etiam *text. in l. non aliter, & ibi Bart. ff. de Aduocat. diuerſ. Iud.* & quod voluit *Bart. in l. 2. in fine poſt gloſ. & Iacob. Butric. C. de error. Aduocat.* quod iſta
100 negatiua ſententiã † non eſſe latã, probatur per inſpectionem libri, vbi ſunt deſcriptæ ſententiæ; & iſta non reperitur, cum ergo nos dicimus informationem non eſſe captam, iſta negatiua probatur ex ſe, quia dicta informatio, & ſententia nunquam apparuit, quæ ſi verè capta fuiſſet, non tantum laboraſſet Loffredus, dum probare nixus fuit in hoc proceſſu Alexandrum rebellem, ergo de ipſius rebellione per prius non conſtabat, quia Loffredus vti potẽs eo tempore, eam informationem habere potuiſſet, præſentaſſet, & ea vſus fuiſſet: nec proderit ſi diceretur, quod nos non ſumus in negatiua, negatiuę, ſed potius affirmatiuę, cũ Princeps affirmatiuè aſſerat informationem captam, quia ſortitur idem, quod dictum
101 fuit de negatiua † etiam in affirmatiua, vt in ſpetie dixit *Bald. in l. fin. nu. 3. C. de reb. cred.* Quando negatiua probanda venerit per certam ſcripturam, vt in re, de qua agitur, ſufficit dicere, in proceſſu non adeſt, & probat *Dec. conſ. 487. nu. 4. & 496. num. 7. & alij, quos omitto.* Ergo Princeps cum dixit rebellionem conſtare per informationem, quæ informatio etiam ſi adeſſet, non obſtaret, vt in ſpetie *Bald. in conſ. 359. proponitur num. 2. verſ. item Princeps lib. 1.* vbi ſi Princeps prætẽdit informationem per quaſdam literas, ſuper qua informatione ſe fundet, iſta informatio, ſiuè relatio non præiudicat
102 ignoranti, † quia Princeps citare debet, dum pronunciat, *d. l. meminerit, & l. ita Diuus ff. de adopt.* quia ſemper poſſeſſor citandus eſt, *cap. licet Epiſcopo de præbend. in ſexto, l. ſi deſerta C. ſi propter publ. penſit.* tanto magis cum dicta informatio non videatur: quinimmò de ea nulla ratio haberi debet, & ideò ipſa informatione non apparẽte, ceſſabit etiam præſumptio rebellionis Alexandri, cum
103 in dubio quilibet fidelis † præſumatur, & gratus, niſi contrarium probetur, *l. non omnis §. à barbaris ff. de re milit. l. omnimodo C. de inoffic. teſtam. Iſern. in cap. ſancimus col. 2. §. fin. circa finem, quo temp. mil. & in cap. 1. §. porrò nu... quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. facit text. in l. marito ff. pro ſoc.* quia in delictis ſemper præ-
104 ſumitur pro eo, † qui excuſat delictum,

*Bald.*

Digitized by Google

*Bald. in l. precibus nu.* 21. *C. de impub. & alijs ſubſt.* & ideò dixit *idem Bald. in l. ſi quis teſtibus nu.* 8. *verſ. ſed nota C. de teſtib.* qui allegat inimicitiam, debet eam probare, quia quilibet præſumitur ami-
105 cus, ſemper in dubio † excluditur delictum eſſe in his, quæ poſſunt eſſe ad bonum, & malum, vt permulta dixit *Aym. conſ.* 9. *nu.* 20. *Grammat. deciſ.* 18. *num.* 5. & propterea requiritur magis clara probatio, quia præſumptio, quæ vertit con-
106 tra eum, † qui habet probare aliquid, afficit ipſum duriori probatione, adeò quod requiruntur probationes luce meridiana clariores, *l. final. in princ. & ibi Bart. ff. quod met. cauſ. notat Bald. in l. ſiue poſſidetis col.* 2. *C. de probat. Innocent. in cap. quia veriſimile de præſumpt.* Quinimmò cum pro parte Alexandri ſit ſatis legitimè probatum ipſum ſemper fuiſſe
107 fidelem, † iſta probatio tanquàm magis veriſimilis, & habens iuris præſumptionem pro ſe, attendens ad excluſionem delicti, omninò præualere debet, prout notatur in locis prællegatis, *& in cap. in veſtra de teſtam.* ad quod bene facit, quod dicit *Petr. de Anchar. in conſ.* 254 *in quæſtione Presbyteri nu.* 30. *verſ. in iſta veritate dico*, quod cæteris paribus magis creditur teſtibus, deponentibus de bonitate alicuius, quia excludunt delictum, ex quo habent præſumptionem pro ſe, quàm deponentibus contra, allegat *text. in cap. final. de præſumpt. eſt gloſ. notabilis in cap. clerici, vel continentes* 51. *diſtinct. cuius meminit, & ſequitur Roman. conſ.* 241. *num.* 5. *vbi multa per ibi addentem*.

Quoad ſecũdum, tertium, & quartum, de aſſertione rebellionis Alexandri, nulla eſt habenda ratio, cum Proregi, Regi,
108 & Imperatori, non credatur, † dum aliquem aſſerunt rebellem, *Iſern. in cap. ſãcimus il ſecondo num.* 3. *circa finem, quo temp. mil. ibiq; Afflict. num.* 2. *Dec. conſ.* 410. *nu.* 9. *& latiſſimè Gigas in tract. de crimine læſæ Maieſtatis lib.* 2. *q.* 19. vbi me remitto, & eſt ratio ſecundum *Iſern.* ibi, quia in cauſa propria nemo teſtimo-
109 nium fert, † *l. nullus ff. de teſtam.* Nec obſtabit *text. in clement.* 1. *de probation.* quia omiſſis alijs reſponſionibus, non
110 procedit † in inferioribus ſuperiorem recognoſcentibus, ſed in ſolis ſuperiorem non recognoſcẽtibus, vt in ſpetie dixit *Alex. in conſ.* 124. *num.* 2. *in fine lib.* 2. *cõſ.* 112. *nu.* 6. *lib.* 7. *& conſ.* 34. *nu.* 4. *lib.* 6. *Dec. conſ.* 528. *num.* 5. vt in caſu noſtro, quia ſumus in aſſertione Proregis, etiam non habet locum dicta clementina, quãdo eius, quod aſſeritur in contrarium eſt veritas, *vt per Soccin. conſ.* 164. *colum.* 5. *verſ. ſed hanc obiectionem lib.* 2. *collegium Doctorum Florentinorum inter conſilia Curt. Sen. conſ.* 50. *&* 59. *verſ. credi enim verbis Principis*: Clementina ipſa procedit quando Princeps aſſerit factum proprium, quia factum alienum noſſe non poteſt, niſi per alterius relationem, & ita tradit *Luc. de Penn. in l. cognouimus verſ. proſunt autem C. de manc. & col. lib.* 11. *& alij, quos latè congerit Tiraquell. de vtroque retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 14. *nu.* 49. etiam quia tertio inaudito, & indefenſo nocere non poteſt; cum ipſa defen-
111 ſio, quæ naturalis iuris eſt, † nec per Principem remitti poſſit, *clement. paſtoralis cum ſimilib. de re iudic.* & tanto magis dictæ aſſertiones non nocent, quia
112 factæ ſunt ſine cauſæ cognitione, † & potius ad confirmationem cõceſſionum, quæ tunc fiebant, vt omnia in ſpetie comprobat ex pluribus *Dec. conſ.* 606. *num.* 9. & quod ſint factæ ad partis ſuggeſtionem demonſtratur, quia Princeps Orangiæ inquit: *che tutti loro beni deueno venire in potere della Regia Corte, fin che comparendono eſſi moſtraſſero la loro innocentia*, & ſic dubitabat an rebellio vera eſſet, an verò per calumniam figuraretur, & tanto magis, quia ſe refert ad informationem, quæ numquàm apparuit, de qua nulla eſt habenda ratio, vt ſupra fundauimus. Et dum in priuilegio dicitur rebellionem notoriam Alexandri conſtare per informationem, quæ licet non adfuerit, vt prædiximus, videamus modo ſi Alexander notorius fuerit rebellis, ita vt contra eum tãquàm notorium rebellem procedi potuerit, ſi

tene-

Digitized by Google

tenemus opinionem, quod illud dicitur
113 notorium,† quod ex actis reſultat,pro-
ut reſpondit *Soccin.conſ.38.col.7. verſic.*
*ſeptimo principaliter lib.1. & Soccin. Iun.*
*conſ.16.nu.18. lib.1. Pariſ.conſ.111.nu.*
*7.lib.4.Neuizan.conſ.82.nu.32.quos al-*
*legat Menoch. de arbitr.iudic.lib.2. cent.*
*2.caſ.166.num.6.* vbi etiam multa quo-
modo inducatur notorium, quam opi-
nionem credendum eſt Principem Orã-
giæ ſequutum fuiſſe,cum aſſerendo Ale-
xandrum notorium rebellem ſubdat hoc
conſtare ex informatione, & ſic ex actis,
res erit expedita, cum ex actis non con-
ſtet,nec notorium quid eſſe præſumatur,
quia iſta qualitas, quod ſit notorium
probari debet, *Iſern. in d. cap.ſancimus,*
*quo temp. mil.* notorium ergo dici non
114 poteſt, † & proindè dicebat *Abb. in*
*cap.conſuluit 2.notab.de appellat.* non eſ-
ſe de facili procedendum ſuper aliquo,
tanquàm notorio, quia multa dicuntur
notoria, quæ non ſunt, & licet dicatur
115 aliquid eſſe notorium,† & non indige-
re probatione ipſius facti, tamẽ opus eſt,
quod Iudici conſtet ex actis,notorium
eſſe,cum non proſit ſolum allegare,*Cyn.*
*in l.ea quidem 2.q.vbi etiam Bald.colum.*
*pen. verſ. quæro an ſit neceſſe C. de accu-*
*ſat. ſequitur Iaſ.in l.ſi verò §.qui pro rei*
*qualitate col.2.verſ.ſecundo aduerte ff.qui*
*ſatiſdar.cogant.vbi poſt Alex.*per eum al-
legata inquit, ita ſe habere* cõmunem
opinionem,immò dixit *Dec.in d.cap.con-*
*ſuluit in 3. notab.* quod quando diſponi-
116 tur aliquid ſuper notorio † non ſolum
conſtare debet,illud eſſe notorium, ſed
prius factum illud eſſe verum,quia quod
117 non eſſet,verum notorium † eſſe non
poteſt,*cap.quanto de tranſl.prælat.idem*
*Dec.in d.conſ.606.num.13.verſ.non ob-*
*ſtat, quod delictum eſſet notorium,ſequi-*
*tur Roland.à Valle conſ.99.nu.15.lib.1.*
118 Item notorium tripliciter † conſidera-
ri poteſt;facti permanentis,facti tranſeũ-
119 tis, † & præſumptionis:in notorio facti
permanentis † nullus requiritur iuris or-
120 do: † in notorio facti tranſeuntis licet
non debeat iuris ordo ſeruari, tamen
conſtare debet, quia per inficiationem
poteſt effici res dubia,& non dicitur am-
plius notorium: in notorio autem præ-
121 ſumptionis † omnis iuris ordo ſeruan-
dus erit, *Angel.de Peruſ.notat in repet. l.*
*ſi vacantia nu.156. C.de bon.vac.lib.10.*
licet aliter diuidat, & diſtinguat *Ant.de*
*Butr.in tract.de not.in 4.art.* Attamen
in ſubſtantia idẽ eſt notorium facti tran-
ſeuntis,nequaquàm,cum ſatis in proceſ-
ſu dubium ſit illud delictum, licet nos
non adeſſe delictum clarè eſſe prætenda-
122 mus, † & quando aduerſus delictum
aliqua excuſatio, ſeù defenſio compete-
re poteſt, non poteſt dici notorium, &
tunc ordo iuris ſeruandus eſt,egregiè di-
xit *Aretin.conſ.163.nu.6. Collegium Flo-*
*rentinorum inter conſil.Curt.Sen.24. nu.*
*13.* aſſerens omnium eſſe * communem
opinionem,*Iul.Clar.in pract.crimin.q.9.*
*nu.3.verſ.ſed aduerte,Menoch.de arbitr.*
*iudic.lib.2. centur.3. caſu 235. num.15.*
& quod Alexandro aduerſus prætenſum
delictum competebat defenſio idẽ Prin-
ceps in eadem conceſſione eam reſerua-
uit,dum dixit: *ſin che comparendo perſo-*
*nalmente moſtraſſe ſua innocentia:* Ergo
delictum non erat notorium, ſi de inno-
centia conſtare poterat: de notorio præ-
ſumptionis non loquor,cum pars aduer-
ſa eo vti non poſſit,dùm in eo iuris ordo
requiratur,quia facta inſtantia per Ale-
xandrum, vt ex aduerſo declararentur
capita rebellionis,non ſolum non fuerũt
declarata capita ad finem defendendi,
ſed dictum, nunquam poſſediſſe caſtrum
ob rebellionem Alexãdri fol.18. à terg.
123 & quod in rebellionis delicto † etiam
notorio ſentẽtia declaratoria adhuc re-
quiratur *Couarr.in repetit.cap.alma ma-*
*ter nu 9.de ſentent.excommun. in ſexto,*
qui ſubdit opinionem * communiter re-
ceptam,*allegans Iul.Clar. vbi ſupra nu.*
*9.verſ.præterea quæro,*& non ſolum præ-
dicta notorij ſententia non apparet, ſed
nec ſententia rebellionis declaratoria,
quàm ferendam reſeruauit etiam Prin-
124 ceps in dicta conceſſione, † quæ ſen-
tentia de iure omninò requirebatur, ad
notata per *Iſern. in ſæpius allegato cap.*
*ſancimus,& in cap.imperialem §. callidis*
*nu.*

Digitized by Google

*num.21. Luc.de Pen.in l.cum allegas col. pen. C. de re milit. Capyc.in inueſtit.feud. cap.feuda amittuntur verſ.ſententia priuatiua fol. mihi 45. Gigas in d.tract.crimin. læſæ Maieſtat. lib.2.q.25. latiſſimè Grammat.deciſ.105.nu.55.& ad hoc accedat, quod voluit Cardin.conſ.127.incip. hunc punctum*, quod ſi vaſallus commiſit culpam, per quam eum iura Regni priuant feudo, quod requiratur, quod iſtud declaretur per ſententiam, de quo plenius per *Felyn .in cap. cum ab homine col. 5.num.10. de iudic. & in cap.Rodulphus nu.35.de reſcript.Abb.conſ.3.col.3. lib.2. ſub 8.q.verſ.item,vt ipſe*, & ſubdit, quod
125 † vbicumque quis incidit in pœnam ipſo facto ante apprehenſionem, ſeù exequutionem, ſententia declaratoria requiritur, & in hoc eſt aduertendum, quod licet in Regno per *Capitula Regni bona proditorum, die Mercurij, & nuper apud*
126 *Tranum*, diſponatur, † quod in crimine læſæ Maieſtatis dominium ipſo iure amittatur, tamen hoc intelligitur in proditore manifeſto, & publico, vt per *Lucã de Penna in apoſtilla d. cap. nuper apud Tranum, & in l.2.nu.2.C.de pet.bon.ſubl. Grammat.in d.deciſ.105.num.35.& per addit.Iſern.in d.cap.ſancimus in verb.rebellatum*, quod non erit in rebelle non publico, & non notorio, quia eo caſu nõ poterit damnari, niſi fuerit citatus, conuictus, aùt confeſſus, & ad ſuas defenſiones admiſſus, & facit, quod habetur *in d.l.1. verſ.deprehenſus de pet.bon. ſublat. lib.* 10. vbi * communiter Doctores, qui hæc examinãt, & quod ſemper ſit neceſ-
127 ſaria declaratoria ſentẽtia, † ſiuè quis ratione culpæ veniat priuandus, ſiuè intelligatur ipſo iure priuatus, primo caſu requiritur ſententia ad bene eſſe, ſecũdo caſu ad exequutionem eſſe, *not. Bald.in cap.1.num.1. de feud. ſine culp. non amitt.* ſed quomodo prædicta ſententia procedere poterat, ſi nullum præcedebat delictum, nec culpa, & niſi quis de culpa le-
128 gitimè conuictus † fuerit feudo priuari minimè poteſt, *cap.1.de feud.ſine culp.non amitt, & duo alij tituli, quib.feud.amitt. latiſſimè per Capyc.in ſua inueſtit.in verbo feuda amittuntur*, vt ommittam alios Doctores, qui in ſuis tractatibus, hanc materiam priuationis tractant: inde dicebat eleganter *Bald.in cap.1.in princ.de natur. feud. per illum textum*, quod nec
129 Papa, † nec Imperator poſſit deueſtire vaſallum ſemel inueſtitum, niſi cauſa legitima, & culpa conuictum, & per ſentẽtiam, & licet Deus ſubiecerit Papæ, &
130 Imperatori leges, † & tributa, non tamen ei ſubiecit conuentiones, cõtractus, & conſuetudines feudales, quibus obligatur, *idem voluit Bald. in auth.omnes peregrini nu.7.C.comm.de ſucc.Curt.in tract.feud.2.part. verſ.duodecimo quæro*; & eo magis, vt dixi in re, de qua agitur, ſententia requirebatur, cum de voluntate concedentis appareat eam eſſe ferendam, dum quilibet in re ſua eſt modera-
131 tor, † & arbiter, *l. in re mandata, C. mandat.*

De quinta aſſertione, quæ eſt ſententia inter Loffredum, & Figheroam nulla eſt habenda ratio, tãquam res inter alios
132 acta, † & non ſolum inter alios, ſed inter eos, quorum intererat Alexandrum rebellem iudicari, aliter iura vtriuſque corruebant, quæ non in alio, fundabantur, quàm in rebellione Alexandri, & proinde tanquam res inter alios acta ipſi Alexandro, non nocere, latiſſimè *Tiraquell. in tractatu res inter alios acta per totum.*
133 Quoad confeſſionem † ipſius Alexandri, quàm primo loco poſuimus nulla debet ratio haberi, quia falſa, erronea per vim, & metum extorta *toto titulo ff. & C. quod vi metus cauſ.* & proinde reuocata per eundem Alexandrum, quæ nec parti aduerſæ in aliquo prodeſſe poterit, cum teſtetur Alexandrũ ipſum fuiſſe rebellẽ de menſe Auguſti anni 1529. quæ rebellio ſi eſſet vera fuiſſet poſt cõceſſionem eidem Loffredo factam de anno 1528. ergo non eſt verum Alexandrum fuiſſe rebellem tempore conceſſionis, & iſtius rebellionis prætenſæ anni 1529. Quoad validitatem priuilegij Loffredus vti non poteſt, cum conceſſio fuerit facta, ex quo Princeps videbat feu-

dum

Digitized by Google

dum deuolutum ex Alexandri rebellione, quod non erat verum, ideò ſi conceſſio feudi fiat ſub expreſſione, quod va-
134 cet ex vna cauſa, † & re vera non vacat, vel vacat ex alia cauſa, cōceſſio non tenet, *text. eſt expreſſus in cap. ſuſceptum de reſcript. in ſexto, & cap. ex parte de conceſſ. præbend. eodem lib. 6. & in proprijs terminis Iſern. in cap. moribus nu. 2. vbi prædicta allegat, & multa iura, & ibi Aluarot. & Afflict. & Loffred. ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer. Cardin. conſ. 92. Dec. conſ. 129. nu. 40. conſ. 544. num. 29. conſ. 606. nu. 15. & in l. fin. nu. 17. in fine C. de pact. Gomeſ. in Regul. Cancell. de impetr. benef. per obit. fam. Gardin. q. 4. Camer. in cap. imperialem fol. 9. verſ. nam videmus etiam, qui pro hoc allegat alium text. in cap. 1. de cleric. qui inueſt. ſec.* vbi
135 vult, † quod ſi donatio eſt facta purè, & non valet, & valuiſſet in diem, feudo aperto non validatur, quia illa validatur tantum in diem, quæ à Principe facta fuiſſet, & quando conceditur, quod præ-
136 ſens eſt, † non venit futurum, *l. ſi à colono, & l. cum ſtipulatus ff. de verb. oblig.* & ideò ſi Rex concedit feudum Titij, quem creditur eſſe mortuum, & viuit, nō confirmatur poſtea ſi moriatur, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. cap. decimo quarto nu. 6.* qui alios multos allegat idem affirmantes, quos nè tædio afficiam ommitto, veritas
137 enim † narratorum conſideranda eſt, ſecundum tempus conceſſionis, & non eſt idem iuris narrata prius fuiſſe vera, vel poſt conceſſionem verificata, dixit *notab. Abb. in cap. quia circa in 1. colum. num. 4. de conſangu. & affinit.* & quamuis replicari poſſit vtrumque conceſſum fuiſſe, non ius præſens dumtaxat, & deuolutum, ſed ius futurum deuoluendum, vt in priuilegio Principis habetur, ibi transferens omne ius: nihilominus eſt aduertendum huiuſmodi conceſſionem iuris
138 futuri, † & deuoluendi fieri non poſſe à Prorege, & ab inferiore ſuperiorem recognoſcente, ſed tantum quando conceſſio fieret à Principe nullum habente ſuperiorem, & à Pontifice, vt in ſpecie dixit *idem Iſern. in d. cap. moribus*, & proinde dicebat *Abb. in cap. 2. nu. 2. de conceſſ. præbend.* quod beneficium viuentis non poteſt conferri per inferiorem à Papa, qui nec hoc conſueuit facere, propter votum captandæ mortis, licet poſſit ipſe ſolus, *in cap. inter cætera num. 5. & in cap. relatum num. 6. de præbend.* quia Papa quàmuis ſolus beneficia vacatura conferre poſsit: de honeſtate tamen facere non debet, *idem Abb. in cap. propoſuit nu. 5. de conceſſ. præbend.* & quod inferiores Principe non recognoſcente ſuperiorem non poſſint concedere feuda deuoluenda, dixit *Reſtaur. Caſtell. in tract. de Imperat. q. 110. verſ. 244. Afflict. deciſ. 292. num. 4.* & idem *Reſtaur.* dixit, quod ſolus Princeps, & non inferior eo poteſt facere expectatiuam de feudo, vel alio iure à tertio poſſeſſo, hinc dicebat *Philip. Franch. in cap. pen. §. prohibemus de offic. legat.* quod Legatus à latere non poteſt ius ad vacatura beneficia concedere, & ibi etiam *Anchar.* quod ſolus Papa hoc poteſt: ergo cum tempore conceſſionis Caſtrum loci Rotundi non erat deuolutum, nec de rebellione conſtabat, reſpectu eius, quod veniebat deuoluendum ex ſecunda rebellione prætenſa, non cenſetur facta conceſſio, etiam ſi hoc dictum fuiſſet, cum in hoc deficiat poteſtas, & proindè voluntas: Omittendo hic illam quęſtionem tanquàm non neceſſariam, an ius ſuperueniens authori proſit ſingulari ſucceſſori, quia iſta quæſtio procederet quando conceſſio fuiſſet facta à Rege, Imperatore, vel Pontifice, & non à Legato, vel Prorege, vt ſupra fundatum eſt; & ſic illud, quod forſan pars ex confeſſione Alexandri pro ſe adduceret, cōtra ipſam facit, & quidem firmiter mihi perſuadeo, quod niſi ea conceſſio ita proceſſiſſet in priuilegio, Alexander non puteo ſummerſus interijſſet, ſed peius, cum conceſ-
139 ſio feudi vacaturi † ſoleat triſtes parere euentus, & proinde fuit prohibita, *l. fin. C. de pact.* quod ſatis in Alexandro ſcelerè interempto verificatum extitit.

Quoad ſeptimam, aſſertio, quàm pars prætendit extracta à libro iudicum re-



Digitized by Google

bellium, dicitur ſimiliter non obſtare, quia illa Alexandro non nocet, immò prodeſt, & ad hoc adduco formalia verba, videlicèt: *El Caſtillo de loco Rotundo en Tierra de Bare rebelle publico, eſte Caſtillo fuè de Alexandro Carafa concedido à Iuan Gaſparo de Loffredo, y lo poſſee Donato Antonio de Loffredo ſu hijo, es Tierra morada*; & latè deſcribuntur tur omnia particularia dicti Caſtri, & denique dicitur: *que haſta à hora nò hà cõpareſcido.* Quæ nota nullo modo ſententiæ vim habere poteſt, in qua requiritur
140 Iudicis ſubſcriptio, † vt *in auth. vt diuin. ſuffrag. in rubr. & nigr. gloſ. in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. Bald. in l. fideicommiſſa §. quouis de legat.* 3. Item debet ſcri-
141 bi annus, & dies, † & debet partibus recitari publicè, & præſentibus Officialibus, *l. 2. & 3. C. de ſentent. ex breu. recit. l. cum ſententia C. de ſentent. & interloq. omn. iudic.* Item non fuit auditus in hoc Alexãder, quod ſolum ſufficeret pro nullitate, *clement. paſtoralis de ſentent. & re iudic.* Quinimmò poſtquam cõmiſſio Iudicum rebellium fuit per Cæſaream Maieſtatem expedita eadem die poſt generale Indultum anni 1528. vt ex ea, quæ procederent, iuxta formam indulti hodiè per nos expediti, & ex dicto indultu Alexander, quatenus eſſet rebellis fuiſſet ampliſſimè reſtitutus, præfati Iudices contra Alexandrum procedere non poterant, prout nec proceſſerunt, immò fauerunt ipſum, dum petijt reſtitutionem Caſtri prædicti, ad quam non ſolum admiſerunt, ſed eidem Alexandro alimenta dari iuſſerunt, vt ex proceſſu, quia ſi fuiſſet rebellis minimè dediſſent, & ex prædicti notamenti lectura non apparet Alexandrum declaratum rebellem, ſed verba rebellionis reſpiciunt Caſtrum loci Rotundi rebellem publicum, hoc verum fuit, quod Caſtrum prædictum Alexandrum Dominum eiecit, & Venetis adhæſit taliter rebellionem committendo in Alexandrum Dominum vtilem, & Regem, vt latiſſimè per teſtes ad Alexãdri inſtantiam productos, quod etiam euidenti ratione probatur: nam notiſſimum eſt Venetos non pati eſſe Barones in eorum dominio, & ſic Alexander non poterat, ſic eiſdare, quia ſimiliter Caſtro priuabatur, ſed vaſalli dicti Caſtri Venetis adhæſerunt cauſa obtinendi libertatem, nè dum reſpectu Baronis, verum etiam reſpectu Regis, & Alexandrū fuiſſe rebellem negatur, quia hoc literæ
142 non dicunt, nec nos dicere debemus, † *argum. l. de pretio ff. de public.* aliter alias induceretur abſurdum, quia propter delictum ſubditorum, & rebellionem Caſtri, ſuo Caſtro, & feudo priuaretur Baro. Hoc ſcriptum non reperio in omnibus titulis, & libris, quos legerim, tractantes materiam, *quib. mod. vaſall. feud. priu.* pœ-
143 na autem, † qua populus ſuo Domino rebellis plectitur eſt, quod vaſalli efficiuntur ſerui, omnibus eorum bonis priuati, terra patitur aratrum, & in alium locum habitatores transferuntur, dixit *Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter poteſt in fine de capit. qui cur. vend.* non tamen propterea Baro eius Caſtro priuatur cõtra, *l. ſancimus ff. de pœn.* ibi debet eſſe pœna, vbi adeſt noxa, & propterea ſublatis prædictis, quæ per partem aduerſam prætendi poſſent, fruſtra quæritur procedi ad prolationem ſententiæ contra memoriam defuncti Alexandri, cum prædictus Alexander numquàm rebellis fuiſſet, nec hodie probatur, & quando aliquid probaretur, quod non conceditur, memoria defuncti hac in re delinquen-
144 tis † elapſo quinquennio minimè damnari poteſt, dixit *Gigas in d. tract. lib. 1. q.* 23. hanc etiam dixit eſſe * communem opinionem *Grammat. in d. deciſ.* 105. *nu.* 22. *argum. l. 2. C. de apoſt. ſub num.* 20. *& ſeq. & tot. tit. C. ne de ſtat. defunct.*

Deueniendo ad octauum, & vltimum caput, quod eſt prætẽſæ rebellionis Alexandri per teſtes depoſitæ, quod nouum eſt aliquem rebellem ſuo feudo deueſtire, & illud idem feudum alteri concedere, quæ forma rehaberet proceſſum contra ſpoliatum, vbi ſunt pares Curiæ, qui
145 interuenire habent, † quando aliquis feudo priuatur, *cap. 1. de conceſſ. feud. apud part. term. vbi Iſern. ſub num. 7. verſ. in* vno

Digitized by Google

*vno caſu*, vbi proceſſus? vbi informatio? vbi notorietas delicti? vbi ſententia declaratoria? nullus fuit in dicta conceſſione modus, nec ordo ſeruatus, ſed cum Loffredus Caſtri Carouinei Dominus optaret aliud Caſtrum proximum, quod erat Caſtrum loci Rotundi, iſtud deſiderium fuit cauſa prætenſæ rebellionis, (& de delicto nunquam commiſſo Deus ſcit, qui reſpondet pro pauperibus oppreſſis, & derelictis,) & demum dicti teſtes examinati ſunt vaſalli producentis, viles, & ſuſpectiſſimi, producti ad alium finem, contra quos Alexandri defenſio, competeret ſi viueret, cum etiam ſuper primo crimine ſaltim examinari debuiſſet, & ſæpius petitum, & inſtatum fuit, & in hoc maxima debet ratio haberi de teſtibus ad Alexandri inſtantiam productis, delictum excludentibus.

Vlterius conſideretur, omnes iſtos teſtes de rebellione loquentes eſſe nulliter examinatos, quia præceſſerat indultus generalis, per quem omnes fuerunt reſtituti, aliquibus ſolummodo exceptis fol. 136. poſtea fit commiſſio Iudicibus rebellium fol. 769. & propriè fol. 770. vbi ſolum tribuit eis poteſtatem recipiendi teſtes contra exceptuatos, iuxta indultum, vnde contra Alexandrum non exceptuatum teſtes de rebellione, vlterius recipi non potuerant, cui conſiderationi accedant ipſimet Iudices rebellium, in eorum litera directa Cæſareæ Maieſtati, vbi dicunt: *Pues antes de ſer verificada la condition de ſer declarados por rebeles hà venido l'indulto fol.* 549. & ſic de prædictis teſtibus, & probationibus poſt indultum ex aduerſo productis nulla eſt habenda ratio, Et ex abundanti, nè & iſtis machinationibus ſigillatim reſponſum deſit, ex aduerſo opponuntur.

Primò, in articulo ſecundo vſque ad duodecimum, quod Alexãder ſeruitium
146 non præſtitit, † de perſona in primo bello contra inimicũ, *iuxta text. in §. ſed nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amitt.* Reſpondetur, quod hoc ſi verum eſſet, de iure tamen non priuaretur ipſo iure, & conſequenter ſuorum bonorum conceſſio fieri non poterat, ſed requirebatur ſententia, in hoc enim diffe-
147 runt culpa omiſſionis, † & commiſſionis, vt per *Iſern. in cap. ſanè, quo tempor. mil. num. 68. in fine, ibi: Proprium ſerui-*
148 *tium non præſtitit*, † *vtile dominium non perditur ipſo iure, vbi addit. hoc in ſpetie notat, & latè concludit Iacobin. in ſuo tract. in verſ. & promiſerunt, eidem Domino in vltima quæſtione verſ. quinto, ego autem in ſecreto, vbi allegat Iacob. de Beluiſ. Bald. & alios.* Item reſpondetur, quod ſi ſeruitium non præſtitiſſet, excu-
149 ſaretur tamen † ex nimia eius paupertate, vt tradit *Iſern. in cap. imperialem, cap. firmiter num. 34. verſ. ſi verò propter paupertatem, & in cap. 1. §. ſed nec eſt alia nu. 35. verſ. ſi verò non poſſet, quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt. Iacob. in verſ. & promiſerunt q. 24. in nona cauſa*, & quod fuerit pauperrimus, patet, quia aliud nõ habebat niſi hoc Caſtrũ, quod erat redditus ducat. 150. vt ex Iudicum rebellium nota ſuperius allegata, & propter eius eximiam paupertatem cum vxore, & familia aliquando victu indigebat, vt deponunt teſtes in facto adducti.

Demùm reſpõdetur in iure, quod pro
150 ſeruitio † ſufficit ſolutio adhoæ, quæ in Regno ſuccedit loco ſeruitij perſonalis, & ita ſemper fuit obſeruatum, vt teſtatur *idem Iſern. in d. cap. firmiter, verſ. quia in Regno, & verſ. videmus*, & certè Alexander adhoam ſoluit, imò tunc non habens, vnde ſolueret cæpit pecuniam ad intereſſe, quàm poſtea reſtituere non valens, fuit carceratus, vt deponunt teſtes in facto ſimiliter adducti, ex quibus etiam patet Alexandrum ſeruitia perſonalia præſtitiſſe.

Opponitur ſecundo in articulis duodecimo vſque ad decimumſextum, quod de menſe Aprilis 1528. Alexander audiens Ciuitatem Monopolis rebellionem commiſiſſe, illuc acceſſit, ibiq; in vaſallum Venetorum ſe dari curauit, quo peracto, & Caſtrum loci Rotũdi cum acceſſiſſet acclamauit Marce, Marce, & in hoc quæſo aduertatur inueriſimilitudo ſupra relata, quæ teſtes omnes falſos red-



Digitized by Google

dit,& etiam ex eorum contrarietate in ſuis dictis, vt in facto eſt reſponſum falſiſſimi demonſtrantur.

De tertia oppoſitione in articulo 16. quod Gabriel Baronus vti Vicerex Venetorum tranſiens per Caſtrum loci Rotundi Alexander eum capere,& carcerare non fecit: hoc enim eſt falſum cum nunquàm prædictus Gabriel fuerit Vicerex Venetorum, vt ex libris hiſtoriarum dicti belli, & dum vaſalli, vnanimiter ſe inimicis dederunt ijdem Officiales Venetorum, Alexandrum carceratum detinebant: quomodo Alexander Gabrielem capere poterat, & auxiliũ à vaſallis habere? & quãto magis dictus Gabriel ibat inermis tanto magis certum eſt ipſum ad Ciues, & ad hunc Caſtrum acceſſiſſe, tanquàm ad homines ſuos, & ad iuriſdictionem ſuam, prout latè de omnibus prædictis deponunt teſtes,
151 † quarè Alexander excuſandus eſt, ſi non fecit, quod non pôterat, vt tradit *Bart.in l.1.§.occiſor ff. ad ſyllan.* Nec
152 teneri vaſallos † vltra poſſe,*cap.1.verſ. ſi autem poterat, vbi Afflict.in 16.notab. de nou.form.fidel.* nec euidenti periculo ſe exponere, *iuxta gloſ.in cap.1. in princ. verſ.ſed & conuenit,quib.mod.feud.amit.* Clarum eſt autem,quod eo tempore miſerrimus Alexander hoſtibus circuitus, ſuiſq; vaſallis deſtitutus ſolus ſine auxilio,ſi quid contra hunc Gabrielem deſignaſſet, manifeſtæ morti, ac dedecori ſe ipſum, & vxorem ſubmiſiſſet.

Quarta oppoſitio in artic.17.vſque ad 20. quod Alexander dicto Gabrieli præſtitit ligium iuramentum eſt pęnitus falſa, & nemo deponit de viſu, niſi vnus Antonius de Marinello, qui erat famulus, & vaſallus Donati Antonij de Loffredo, & omnia in omnibus articulis deponit ad vnguem, prout articulata ſunt, & certè ſi hoc verum eſſet appareret in libro homagiorum inimicis pręſtitorum, qui liber eſt pęnes Regiam Curiam, & dùm in eo Alexander non eſt adſcriptus, quicquid de hoc prætenditur, & teſtes deponerent eſt falſum.

Circa quintam oppoſitionem in art. 21. vſque ad 30. reſpondetur,

Primò, quod Alexander fecit ſuum poſſe, vt vaſalli eum cum vxore aſſociarent in Ciuitate Tarenti locum tutum,& noluerũt,& ipſe propter ſuam extremam neceſſitatem non perfecit,vt bene multi teſtes deponunt, etiam ex quo nec Gabrieli contradicere valuit, vnde excuſatur, vt per *Iſern. in cap.1. §.porrò nu.23. quæ ſit prim.cauſ.beneſ.amitt.*

Secundò, reſpondetur, quod non ſufficit commorari cum inimicis, ſed com-
153 morari † contra Dominum requiritur, vt per *Iſern.in cap.1.§.porrò nu.19.verſ. quærit autem,gloſ.quæ ſit prim.cauſ.beneſic.amitt. & ibi gloſ. Aluarot. Cardin. & Afflict.deciſ.307. in princ. Curt.in 4.par. in verb.dictiq; vaſalli cauſ.5.*

Tertiò,reſpondetur, quod eo tempore Princeps Orangiæ Vicerex,& Capitaneus Generalis ad bonum finem dedit
154 licentiam Baronibus Regni, vt cum inimicis conuerſarent,vt teſtatur *Camer. in d.cap.imperialem fol.36.lit.K,* quæ li-
155 centia abſque dubio excuſat † ex his, quæ latè in hoc caſu in indiuiduo producit pro Duce Grauinæ, *Dec.conſ.604.* & 605.

Vltimo ex aduerſo in artic.30.& ſeq. prætenditur, quod cum Io. Gaſpar de Loffredo poſſeſſionem Caſtri loci Rotundi adeptus fuiſſet: nonnulli Veneti inter quos erat Alexãder eam Terram ingreſſi,expulſis Cuſtodibus,Alexander ipſius poſſeſſionem per menſem detinuit,idque de menſe Augusti anni 1529. prout dicunt teſtes Loffredi ſuper art.38: 39. & 40. ad hoc reſpondetur.

Primò, quod ſi dicta cauſa eſſet vera, (quod expreſsè negatur,) non tamen conceſſionarius potuiſſet ex ea iuuari, quia tempore conceſſionis non erat, & tanquàm noua non venit in conceſſione, vt latè ſupra fundauimus.

Secundò,teſtes hoc deponentes erant vaſalli Loffredi,quarè ipſis de facili non eſt credendum.

Tertiò,hoc caput,aut eſt omninò falſum,aut fuit machinatio ipſius Loffredi, verum eſt enim, quod Loffredus cæpit

deti-

Digitized by Google

detinere Caſtrum loci Rotundi in fine Decembris 1528. & eo tempore retinuit carceratum eundem Alexandrum vſque ad menſem Octobris anni 1529. quo tẽpore per vim, & metum ab eodem extorſit prætenſas ceſſiones: ſi ergo de menſe Decẽbris 1528. vſque ad menſem Octobris 1529. carceratus extitit, quomodo medio tempore poterat hoc pertractare certè, aùt hoc omninò falſum, aùt idem Loffredus aduenientibus Venetis in Terram loci Rotundi curauit Alexandrum à carceribus educi, & inter Venetos commiſcere, vt ſic perduellionis nota ipſum afficere potuiſſet; ſic enim ipſius teſtis vigeſimus ſuper 33. artic. fol. 125. inquit Alexandrum á Terra Carouinei, (quæ Terra erat Loffredi) ad Terram loci Rotundi carceratum fuiſſe deductum.

Quartò, reſpondetur, quod ſi hoc verum eſſet, quod omninò negatur; nulla tamen ex hoc vmbra rebellionis oriri
156 poſſet: † vt enim aſſaliens Caſtrum dicátur rebellionem committere, duo requiruntur; Primò, quod ibi habitet Dominus, idquè ſecundum aliquos notum ſit vaſallo aſſalienti, licet in hoc aliqua ſit controuerſia. Secundo requiritur, qđ ipſum Caſtrum ſit ipſius Domini, & in hoc adeſt controuerſia, vt notat *Iacob. in d. tract. feud. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere felloniam in decima cauſa priuat. nu.* 33. *ac Curt. in 4. par. in* 10. *cauſ. priuat. num.* 32. *& ſunt verba clara Iſern. in allegato cap. 1. §. porrò in princ. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. ibi, aſſaliuit domum, vel vicum Domini, vbi erat Dominus, &c.* verùm eſt autem, quod eo tempore, nec Cæſarea Maieſtas in hoc Caſtro aderat, nec ipſum caſtrum pęnes Cæſaream Maieſtatem reperiebatur, ſed illud poſſidebat Loffredus, vt ſupra diximus; quarè nulla perduellionis ſuſpitio in hoc conſiderari poterat, ſed
157 fuiſſet potius vis † quædã ipſi Loffredo per Alexandrum illata, ex quo perduellionis nota non oritur, vt per Doctores ſupra allegatos, quos miror non allegaſſent textum ad hoc egregium *in l. ſi quis ingenuum §. final. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* vbi inquit Iuriſconſultus, quod in ciuilibus diſſentionibus ſæpè Reſpublica læditur, non tamen in exitium Reipublicæ extenditur, per quem textum id in ſpetie, quod quærimus determinauit *Bart. in conſtitu. qui ſint rebelles in verb. rebellandos nu.* 1. 2. & 3. *Anchar. conſ.* 287. *nu.* 1. *verſ. contrarium de iure, Gigas in tract. de crimine læſæ Maieſtatis verſ. rebellibus act.* 13. Quod quidem in caſu noſtro eſt fortius credendum, cum impoſſibile ſit voluiſſe Alexandrum poſt Cæſaream victoriam, quæ præceſſerat ſuum Dominum victorem derelinquere, vt adhæreret hoſtibus victis, & iàm eo tempore fugatis.

Quinto reſpondetur, quod conceſſio Principis Orangię, per Collaterale Conſilium, fuit declarata nulla, ex quo condemnauit Loffredum ad reſtituendum dictum Caſtrum Ferdinando Figheroæ, & ſolum remanſerunt Loffredo prætenſa credita, vt ex ſententia, & ſic Loffredus non habebát ius in dicto Caſtro pro prætenſa conceſſione per Principem Orangiæ ſibi facta, nec pro prædictis creditis, cum agere debuiſſet ordinariè, & ſic, licitè Alexander ſi acceſſiſſet ad dictum Caſtrum, (quod negatur) cauſa recuperandi fuiſſet potius, cum omni modo meliori poterat, de quo excuſaretur, vt
158 determinauit, † in ſpetie *Bald. in l. data opera num.* 67. *de his, qui accuſ. poſſ. Innocent. in cap. olim cauſam de reſtit. ſpol. & latè Calcan. conſ.* 51. *nu.* 2. & 3. Talis
159 enim defenſio † omni iure diuino, naturali, canonico, & ciuili permiſſa eſt, *cap. Dominus noſter, & cap. notandum* 23. *q.* 2. *l.* 1. *§. cum arietes ff. ſi quatrup. pauper. feciſſ. dic. l. hoc iure ff. de iuſtit. & iure l. ſi alius §. belliſſime ff. quod vi, aut clam.*

Sed quid in hoc vagamus cum ex generali indultu, ſi Alexãder in aliquo crimine incidiſſet, fuit ampliſſimè reſtitutus, vt fol. 536. & ſeq. vbi Imperator ob bonum pacis remittit omnia delicta læſæ Maieſtatis, quamuis grauia etiam, quod de eis particulariter mentio fieri
160 debuiſſet, † necnon reſtituit omnes delinquentes ad omnia bona burgenſati-



Digitized by Google

ca, & feudalia in ampliſſima forma, ſub die 28. Aprilis 1528. cui ampliſſimæ reſtitutioni pars opponit. Quod dubitantibus Iudicibus rebellium, ſi ipſa reſtitutio extenderetur ad bona alienata, illis Imperator fol. 549. reſpondit, talem reſtitutionem non extendi ad bona alienata, ſed verum eſt dicit pars aduerſa, quod Terra loci Rotundi reperiebatur alienata: ergo in reſtitutione non comprehenditur, ad quod faciliter reſpondetur, tres alienationes factas fuiſſe. Primã per Principem Orangiæ ipſi Loffredo de menſe Nouembris 1528. Secundam ab Imperatore prædicto Figheroæ de menſe Ianuarij anni 1534. Tertia à D. Petro de Toledo, qui concedit illud plus Loffredo pro ducatis mille, reſtitutio
161 verò eſt de menſe † Aprilis 1530. & ſic nihil diſputandum de ſecunda, & tertia alienatione, quæ ſubſequitur: nàm ſi reſtitutio ſuum ſortitum fuerat effectum fruſtra de eadem re vlterius diſponi poterat; & alienatio, quæ reſtitutionem præcedit ea ſola eſt, quæ facta fuit per Principem Orangiæ, & in hoc iterum commemoro, quod conceſſum fuit, nàm non ſolum Caſtrum, ſed ſolum annui ducat. 200. adeò quod quicquid ſuperfuiſſet apud Regiam Curiam remanſerat; quarè & in hac cõceſſione iterum diſtinguendum eſt, quod aùt quærimus de iſto redditu annuorum ducatorum 200. aùt de eo, quod plus dictum Caſtrum valet, ſi de eo, quod dictum Caſtrum plus valet, quod iam remanſerat pęnes Regiam Curiam, nullam in hoc video difficultatem, quia per reſtitutionem illicò reſtitutum fuerat, & ſic integrum Caſtrum eſt reſtituendum, cum prædictæ conceſſiones aduerſus ampliſſimam reſtitutionem non obſtent, & cum dicti ducat. 200. annui fuerint conceſſi ſuper Terra prædi-
162 cta, † & ſuper duobus alijs Caſtris, ſequitur quod talis deductio facienda eſſet pro rata, *iuxta text. in l. apud eos* §. *& quia C. de deb. ciu. lib.* 11. *& in l.* 1. *C. quo quis ord. cõu. vbi Luc.* & ita fuit determinatum per Regem Federicum, quod fieret diuiſio debiti pro rata, teſte *Afflict. in conſtit. ſi quis in poſterum num.* 26. *& ſeq. verſ. ego vidi Regem Federicum*, & in contingentia ſimilis facti per eoſdem Iudices rebellium de anno 1534. in cauſa inter Regium Fiſcum, & Donatum Mariam Franconum, Franciſcum Antonium, & Reuerendiſſimum Fr. Oriam Cõmendatorem, fuit determinatum, quod vltra quantitatem gratiæ factæ omnia bona reſtituerentur, & quantitatis conceſſæ fieret contributio ſuper omnibus bonis, ſuper quibus conſtituta fuit, ſed nec pro rata dictum Caſtrum tangente poteſt, nec debet deduci: nam quis hanc conceſſionem opponit Loffredus, non quia ei obſtet exceptio rei iudicatæ per ſententiam Figheroæ, qua fuit dictum conceſſionem Loffredi non obſtare, Caſtrum fuit datum Figheroæ, & Loffredo remanſit ſola quantitas, nec Figheroa ſua conceſſione ſe iuuare poteſt contra Alexandrum, quia fuit poſt eius ampliſſimam reſtitutionem, quatenus in aliquo crimine incidiſſet, tanto magis dum in conceſſione Loffredi adeſt clauſula ſaluis iuribus cuiuſcumque, & etiam declarat, dictum Caſtrum eſſe in dominio Regiæ Curiæ, & ſic nulla conceſſio ex aduerſo contra Alexandrum opponi poteſt, & per conſequens eſt iudicandum in fauorem dicti pauperrimi Michaelis de Mauro prædicti Alexandri Carafæ nepotis, & hæredis ex filia, beneq; fuiſſe à ſententia reclamatum, & Dominum Scipionem de Loffredo nũc prędicti Caſtri loci Rotundi detemptorem condemnari dicit ad relaxandum illud cum fructibus.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Præfationes, & declarationes, cauſam finalem demonſtrant.*
2 *Cauſa finalis, ex pluribus oſtenditur.*
3 *Contractus, ex qualitate contrahentium declaratur.*
4 *Cauſa finalis eſt, ex qua oritur contractus.*
5 *Finalis cauſa attenditur in contractibus.*

6 Cau-

6 *Cauſa, & mens contrahentium ſemper attenditur.*

7 *Interpretratio, quam veriſimiliter interrogati contrahentes feciſſent, eſt attendenda.*

8 *Cauſa contractus reducta ad non cauſam reſoluit contractum.*

9 *Obligatio, quæ adempta cauſa finali, & motiua non poſſet adimpleri euaneſcit.*

10 *Solutio correſpectiua ad ædificia ſtatuta, ſtat vt indiuidua, & tanquam vna iudicatur.*

11 *Qualitates conſideratæ à contrahentibus ſi deficiant, & in contractu promiſſa deficiunt.*

12 *Ceſſante cauſa finali ceſſare debet promiſſio.*

13 *Emphyteotici contractus, qui ſint.*

14 *Remiſſio mercedis habet locum in locatione, & nu. 20.*

15 *Emphyteotæ ſit remiſſio quando ad deſtinatum vſum dari non poteſt vſus, & num. 21.*

16 *Vſus rei quando haberi non poteſt, dicitur res perempta.*

17 *Emphyteutica res ad menſuram conceſſa pro parte, quæ perit habet remiſſionem.*

18 *L. Lutio de euict. reſoluitur.*

19 *Periculum rei emphyteoticæ, & locatæ, quàm ob cauſam ad Dominum directum ſpectet.*

22 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. habet locum etiam in contractu emphyteutico.*

23 *L. 2. C. de reſcind. vendit. habet locum in omnibus bonæ fidei contractibus.*

24 *Locatio, contractus bonæ fidei eſt.*

25 *Læſio demonſtratur ex quantitate redditum.*

26 *Extimatio rei ſecundum redditus ſit.*

27 *Læſio oſtenditur quando vltra mercedem conſuetam ſoluitur.*

28 *Ex nimia, & exorbitanti ſolutione intolerabile damnum habetur.*

29 *Enormiter læſis, & deceptis ſuccurrendum eſt.*

30 *Promiſſori debet dari tempus habile ad aliquid faciendum ſecundum ſuam qualitatem.*

31 *Fieri poſſe dicitur, quod commodè fieri poteſt.*

32 *Diſpoſitio ſecundum qualitatem perſonarum præſumitur.*

33 *Mora vbi non eſt, fruſtra de ea diſputatur.*

34 *Petere nequit, qui contrarium poſtulaturus eſt.*

35 *Lucrum magnum quando adeſt, augmentum peti poteſt.*

36 *Renuntiationes ſunt odioſæ, & ſtricti iuris, & de ſtylu Notariorum.*

37 *Contractibus principalibus extinctis, omnia acceſſoria, & dependentia pereunt.*

38 *Acceſſoria ſine principalibus non ſubſiſtunt.*

39 *Deciſiones plures ſimiles contractus decidentes.*

## Pro Cenſuarijs magnifici Iulij Angriſani, contra ipſum Iulium.

### *ARGVMENTVM.*

*De Regio banno impediente fabricas, & ſi eo ſtante Cenſuarij territoriorum ad opus fabricandi teneantur ſoluere cenſus cōuentos, ac de alijs ad rem.*

## CONSILIVM VI.

Non ſolum ex facti ſerie contractus Cenſuariorum magnifici Iulij Angriſani reſcindi debēt, ſed etiam ex reſultantibus in iure, & proindè animaduerto, cenſuarios ipſos territoria extra ianuam S. Ianuarij huius Ciuitatis conduxiſſe principaliter pro fabricando, & hanc finalem huius contractus fuiſſe cauſam, ſine qua alias non contraxiſſent: Aſſumptum hoc tripliciter comprobatur.

Primò, ex lectura contractus dum ibi dicitur, quod quilibet cenſuarius teneatur conſtruere domum, & erogare in fabricam

Digitized by Google

bricam ducatos centum, hæ vtique præ-
1 fationes, & declarationes, † in contracti-
bus finalem cauſam oſtendunt *Dec. conſ.* 600. *nu.* 2. verba narratiua, etiam eam
2 demonſtrant *Pariſ. conſ.* 23. *lib.* 1. ſicuti prohemium, † & *Bart. in l. fin.* ff. *de hæred. inſtit. cum vulg.*

Secundò, ex geſtis poſt contractum dum cenſuarij erogauerunt in fabricam ducatos 5140.

Tertiò; ex qualitate contrahentium, quia ferè omnes ſunt fabricatores, & ob id nimis eſt inuerisimile attenta eorum qualitate territoria ad alium vſum, quã fabricæ conducere voluiſſe, poſtquàm vix ex eis ad rationem ducator. 8. pro quolibet modio percipiebatur, & pro cenſu ad rationem ducat. 200. ſoluiſſent: Ideoq; verè ipſos pro fabricando accepiſſe aſſerendum eſt: quinimmò quando in dubio eſſemus, ( prout in clariſſimis verſamur, ) & cauſa contractuum ignoraretur, tunc ex qualitate contrahẽtium
3 declararetur, † ita *Bart. in l. cum in plures verſ. aut de hoc dubitatur* ff. *locat.* & hãc finalem cauſam non negat aduerſarius, ſed eam declarat in artic. 2. 4. & 5. fol. 232. & legitur in inſtrumentis fol. 7. 8. 112. 119. & 123. & quod fortius ipſe Iulius conſueuit cum licentia fabricandi per eum obtentam, & productam fol. 32. fabricari facere, ac declarauit fol. 38. ergo de tali finali cauſa non dubitandum,
4 etiam quia aliter † non contraxiſſent, *ex reg. leg. tutor* §. *curator ff. de min.* 25. *annis*, & in contractibus cauſæ finales ſunt
5 attendendæ, † non verba, *Soccin. conſil.* 251. *lib.* 2. *col.* 7. *Pariſ. conſ.* 72. *nu.* 52. *volum.* 4. Cauſa enim verborum, & mens
6 contrahentium ſunt inſpicienda, † *vt in l. ſi in venditione, & ibi gloſ. pen.* ff. *de contrah. empt. & per gloſ. in l. Blanditus C. de*
7 *fideiuſſ.* & in contractibus † illa interpretatio ſumenda eſt, quam contrahentes interrogati feciſſent, *vt ex vulgat. gloſ. & ibi Bald. in l. tale pactum* §. *fin. ff. de pact.* Cumque per bannum vltimum emanatum cenſuarij omninò fabricare non valeant, propterea cauſa cõtractus ad non cauſam reducitur, vnde oritur ipſius cõ-
8 tractus reſolutio, † & fit locus conditioni, *l.* 1. ff. *de condit. ſine cauſ. Iſern. in rubr. quæ ſint regal. feud. nu.* 5. *& notatur in l. cum te, vbi Salycet. & alij C. de pact. inter empt. & vendit. Aymon. conſ.* 299. *nu.* 1. *hinc Bald. dicebat in l. nec apud C. de hæred. inſtit.* contractum ex defectu cauſæ finalis vitiari, *Dec. conſ.* 351. *num.* 5. Dùm igitur cenſuarij ſe obligauerunt ad cenſum propter promiſſam fabricandi licentiam, & ſpem ædificiorum, quod ex ſuperioribus patet, non poſſe veridicè
9 tergiuerſari, † cum hæc obligatio deueniſſet ad caſum, à quo incipere non poſſet attenta intentione, ac cauſa motiua, & finali, vtique ipſa obligatio euaneſcit, extinguitur, & actio non datur, *ex regula l. pluribus* §. *& ſi placet, & ibi Bart.* ff. *de verbor. obligat. & in l. quia in eum* ff. *ad l. aquil. & bene per Bald. in l. ad comparandas C. mandat.* quod eo magis procedit cum impedimentum, ac caſus ſuperuenerit ex poſt facto, *iuxta gloſ. in l. habitatores* §. *final. ff. locat.* Quarè rogo Dominos Iudicantes, vt conſiderent, qđ
10 hæc promiſſio, † & ſolutio cenſus eſt correſpectiua, ac habet oculum ad ædificia futura, & licet ſic videatur inter ſe diſtincta, ac ſeparata, tamen in intellectu, quia alias non contraxiſſent ipſi cenſuarij, nec tunc cenſum veriſimiliter promiſiſſent, ſtant vt indiuidua, & tanquàm vnum iudicantur, ex traditis *per Bart. ex l. græcè* §. 1. *de fideiuſſ. & in l. eadem dicemus* §. *cato ff. de verbor. obligat.* ad quod faciunt ea, quæ dicuntur de pacto de retrouendendo, vt tàm ipſa pacta, quàm venditio corruant, tanquã indiuidua attenta voluntate venditoris, qui alias non vendidiſſet, *iuxta text. in l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* Cum igitur promiſſio cẽſus, ſit correſpectiua ad facultatem fabricãdi, cum licentia per ipſum Iulium obtenta, cum qua ipſis cenſuarijs cenſuauit, quæ facultas, & licentia fabricandi ex vi vltimi banni ſublata remanet, propterea dum qualitates iſtæ à contrahentibus conſideratæ, & promiſſę, nunc deficiunt, ac etiam promiſſio incidendi lapides ſimiliter deficiat, vt ex mandato

fol.

Digitized by Google

11 fol.326.deficit, † & promiſſio, *Dominus Minad.conſ.15.nu.7.per text.in l.1.& 2. C. de condit. ob cauſ. notabiliter Roman. conſ.417. Ancharan.conſ.402. & Tiraquell. tradit regulam notabilem in tract. ceſſante cauſa 21.limit.nu.4.* quod etiam promiſſio, vel donatio ex aliqua parte contrahentium in earum mente conſiderata licet verbis non expreſſa, tunc ea 12 ceſſante, ceſſat, † & ipſa promiſſio, vt habetur *in l.etiam ſi partis ff. de legat.1.l. ſi legatarius C.de legib. l.qui tutelam in princ.ff.de teſtam.tut. & Bart. in l. cum quid ff ſi cert.pet.* ſed facilius in caſu noſtro cum cauſæ finales, ſcilicet ipſa fabrica, & facultas fabricãdi, & incidẽdi lapides, ſunt valdè expreſsè, vt ſupra fundauimus: ideò cum qualitates ipſæ ceſſent, vt ſupra; promiſſio cenſus ceſſare debet, & ex capite inobſeruantiarum prædictarum, pars territoria recipere tenetur ſolutis ipſis cenſuarijs meliorationibus omnibus ducat.5140.erogatis, vt ex appretio.

Secundo principaliter conſidero contractus iſtos propriè emphyteoticos denominari, ſiquidem verè emphyteutici 13 contractus dicuntur † quando ſub paruo canone pro ſimplici tantum directi dominij recognitionem res conceditur, & ſi penſio non ſit modica, ſed magna, fructus rei correſpõdens tunc impropriè eſt emphyteuſis, & in omnibus locationibus aſſimilatur, & tunc proculdubio fit 14 remiſſio mercedis, † prout fit cæteris conductoribus, firmat *Alex. conſ.112.nu. 5.& ſeq.vol.1. Natta conſ.49. Cagnol.in l.2.nu.202.C.de reſcind.vend. Iul. Clar. lib.4.ſententiarum §.emphyteuſis q.1.verſic. & aduerte*, qui dixit, quod in hoc omnes conſentiunt, & præ cæteris rogo legatur, *Catell. Cott. in memor.in verbo emphyteotæ regulariter*, qui multos cõgerit, & hanc * communem opinionem eſſe demonſtrat, cum in caſu noſtro penſio nè dum fructibus correſpondeat, ſed ſuperexcedit, meritò quemadmodum conductores, quando vſus rei ipſis caſu fortuito impeditur, remiſſionem, & excomputum petere poſſunt: ita etiam in iſtis cenſuarijs dicendum eſt, qui ob bãna re conducta, ad deſtinatum vſum fabricæ, vti prohibentur; ſunt ad hoc iura ſatis aperta, & vulgata *text. in l.ex conducto l.ſi fundus l.ſi quis domum, & l.habitatores ff. locat.* Ex qua concluſione tollitur motiuum, quod tunc tantum emphyteotæ fit remiſſio, vbi res caſu ma te periret, quoniam militat in propria emphyteuſi, non autem in iſtis contractibus, qui locationibus accedunt: immò in propria emphyteotica re fit remiſſio ca-15 nonis, † quando ad deſtinatum vſum vti ea non poteſt; cum pro fabricando tantum territorium ipſum conceſſum fuerit, vt ſupra, & per vltimum bannum pęnitus, & in totum fabricari prohibetur territorium ipſum, in totum peremptum cenſetur: nam res dicitur perempta 16 † cum eius vſus haberi non poteſt, *l.ſi is qui rem §.eam qui ff.de furt.* & ſic ſtante prædicta fabricandi prohibitione territorium in totum peremptum cenſetur, propter quod ſolutio canonis, nullatenus debetur, *vulgat.l.1. C.de iure emphyteut.* & quando emphyteuſis conceditur ad ratam pretij pro qualibet pertica pro ra-17 ta perempta † fit remiſſio canonis, vt tenet *Iul.Clar.in d §.emphyteuſis q.8.verſ. cum etiam*, nec obſtat *l.Lutio ff. de euict.* 18 † cum eius diſpoſitio habeat locum in emptione, & venditione tantum, vbi transfertur dominium in emptores, ſed 19 in emphyteuſi, † & locationibus non transfertur dominium, quia ſemper remanet pęnes directum Dominum, ideò periculum rei emphyteoticæ, & locatæ ſpectat ad ipſum directum Dominum, *d.l.1.de iure emphyteut.* & res ei perit, cuius eſt *l.pignus de pignor. act.* ſed in contractu emphyteutico, & locationis, res directo Domino remanet etiam poſt cõtractum perfectum, ſecundum *Bart.in d.l.1.C.de iure emphyteut. poſt num.3.* ſed facilius in contractibus prædictis, cum non propriè ſint emphyteotici, ſed impropriè, & in omnibus locationibus aſſimilantur, vt ſupra, & remiſſio mercedis 20 competit cum re conducta † conductores ipſi liberè vti frui non valeant facto ſupe-

ſuperioris, vel alio caſu fortuito, vt firmat *Firmian.in tract.gabell.in 2.par. q.* 12. & ſi vſus rei pro parte impediatur, pro parte fit remiſsio, *Bart. in l.ſi vno* §. *item cum quidam l.ſi quis fundum* §. *Imperator* ff.*locat.Paul.de Caſtr.in d.*§.*item cum quidam nu.*3.*Cott.in memor.in verbo conductor in verſ.quarto adde,& in*

21 *verbo emphyteota regulariter,* † excomputum debetur, tàm ſi impedimentum ſit diuinum,quàm ſi ſit humanum,ſecundum *Bart.& alios in prædicta allegata l.ex conducto* §.*ſi vis maior num.* 1. *ff. locat.*

Tertio cõſidero,quod facilius remiſſio canonis fieri debet,quando quidem in contractibus adeſt læſio; & quàmuis aliqui Doctores exitauerint,ſi in contractu

22 emphyteutico cadat lęſio † ſtante,quod in ſimilibus per Sacrum Conſilium fuit deciſum, vt in proceſſu ideò pertranſeo, & cum potius de locationibus tractetur, vt ſupra fundatum eſt, proindè in talibus contractibus, remedium *l.2.C.de reſcind.*

23 *vendit.* † locum habere affirmare debemus,quæ in omnibus bonæ fidei contra-

24 ctibus procedit, † qualis eſt locationis contractus, *l.3.C.commun.vtriuſq.iudic. gloſ.in l.ſi olei in verb.obtuli C.locat. eleganter Bart. & Bald. in d.l.item ſi pretio* §. *quemadmodum ff. eodem, latiſſimè Fabian. de Monte in eius tract. de empt. & vendit.*8.*q.principali nu.*9.

25 Læſio enormiſſima † primo demõſtratur ex quantitate redditum iſtius territorij, *iuxta text.in l.ſi quos C.de reſcind. vendit.* nec nouum eſt rem ſecundum

26 redditum extimari, † *l.*3. §. *diui fratres ff.de iure fiſci, & l.ſi fundum per fideicommiſſum, ibi excuſſo pretio, ſecundum redditum de lega.*1. vt ex relatione Tabularij demonſtratur, quod erogauerunt in fabricam ducat.5140. quorum intereſſe ad rationem ducat.8.per centum eſt ducat.411.1.0.qui coaceruati cum ducat. 234.1.16. cenſuum,faciunt ſummam ducat.645.2.16.& de fructibus, & penſione domorum percipiuntur tantum ducat.264.3.10.vt ex dicta relatione fol. 73. & ſequ. adeò quod non ſolum adeſt læſio vltra dimidiam iuſti pretij,& redditus,ſed longè maior, abſque tot laboribus,& ſudoribus in fabricando erogatis.

27 Læſio ſecundo apparet, † quia ſoluũt ſatis longè maiorem ſummam conſuetæ mercedis,*Roman.conſ.*245.*Ari.Pin.in l.2.in 1.par.cap.3.num.*17. *C. de reſcind. vendit.* & ſolita merces vix erat ad rationem ducat. 8. pro quolibet modio, poſtquàm tota maſſaria,iardenum,& domus dictus Iulius in anno 1575.per triennium affictauit annuos ducat.40.cenſuauit annuos ducat.234.1.16.vt fol. 73.& ſteriliorem partem,propter quod conductores non ſolum læduntur vltra dimidiam ſolitæ penſionis,ſed vltra vicies to-

28 tidem, † & ſic intolerabile cenſetur dãnum,*Bart.in l.licet C.locat.& in d.l.item ſi prætor* §.*quemadmodum* ff.*eodem, Aret. conſ.*5.*col.*2. *Alex.conſ.*107.*lib.*6.*num.*1. *Canoniſtæ in cap. propter ſterilitatem extra locat. Gabr.commun.opinion.tom.*3. *in tit.de iure emphyteut.col.*2. Iſtis itaque

29 cenſuarijs taliter læſis, † & deceptis ęquum eſt ſuccurri, maximè pro æqualitate ſeruanda, *iuxta l.final.C.de fruct.& lit.expenſ.* & ſic prædicti contractus ſunt reſcindendi,vt in ſimilibus per alias ſententias Sacri Conſilij fuit deciſum fol. 115.& 355.

Vna ex aduerſo poteſt fieri obiectio, videlicèt, quod ipſe Iulius conceſſit, & locauit territorium prædictum in anno 1579. cum licentia fabricandi, quod à dicto anno 79.vſque ad annum 83. vltimi anni erant elapſi ferè quatuor anni, infra quos totum territorium fabricare potuiſſent.

Hæc enim obiectio ex facto, & relatione Tabularij fol. 73. tollitur,qa quilibet cenſuarius tenebatur infra annum conſtruere domum vnam,& erogare in fabricam ducatos centum, vt ex conceſſionibus, & dum in duodecim partitis cenſuatis fabricare tenebantur duodecim domos, & erogare ducat. 1200. & fecerunt ſatis maiorem numerum domorum,& erogarunt ducat.5140.& elapſo anno non fuit alius terminus præfixus,

quo

Digitized by Google

quo fit, vt circumſcripto termino ceſſet omnis mora, licet ad finem fabricandi conduxerint, & fabricare promiſerint, non propterea aſſiduè, & ſine aliqua intermiſſione fabricare cogebantur, *ex regul. text. in l. quod dicimus* ff. *de ſolution.*
30 promiſſori † enim debet dari tempus habile, attenta illius qualitate ad aliquid faciendum, *iuxta text. in l. ſi fundum inſtit. de inutil. ſtipul.* Ideò enim tàm magnum ſoluebant cenſum, vt cum eorum commoditate paulatim, & quando eis placuiſſet, ędificia conſtruere potuiſſent,
31 ex quo illud dicitur fieri, † quod commodè poteſt, *vt not. Iſern. in cap. ſi inter Dominum* §. *ſi à morte verſ. & nota, quia dicit de alien. feud. patern. per text. in l: nepos proculo ff. de verbor. ſignific.* Immò ex qualitate perſonarum id magis liquet
32 diſpoſitio, † namque regulariter procedit ſecundum qualitatem perſonarum, *ex regul. text. in l. plenum* §. *equitij ff. de vſu, & habit.* dicatur quæſo quomodo infra annum, vel ante vltimum bannum cenſuarij pauperes artiſtę erogare poterant tot miliaria ducatorum, vt totum fabricarent territorium, in tanto modico tempore, non ſolum eis erat difficilè, ſed impoſſibile, attenta eorum qualitate, ob quod cum non fuiſſet terminus pręfixus, & fabricauerunt ſatis vltra promiſſa fru-
33 ſtra de mora diſputatur, † quia re vera non adeſt, ad quod optimè eſt *text. in l. ſancimus* §. *item qui in inſulam ff. de verbor. obligat.*

Et quatenus ſuper excōputo pronunciandum eſſet, non poteſt ex aduerſo opponi, quod ſicut lucrum ex cenſuatione proueniens fuiſſet conductorum, ita & dānum emergens nunc petere nequeant,
34 † cuius contrarium non fuiſſent poſtulaturi, *ad text. in l. penul. C. de ſolution.* Profectò in caſu de quo agitur, cum fructus vix ad penſionem ſufficientes percipiantur, & amittantur ducat. 5140. expenſi in fabricando, cumq; vſus rei per bannū impediatur, claram iuris habemus diſpoſitionem, à qua nullo pacto recedere poſſumus, conductoribus excomputum fieri debere, vt latè ſupra fundatum eſt,
35 & quando † lucrum magnum adeſſet, prout verè magnum ſuperuenit dānum, fortè pars augmentum tunc poſcere poſſet, *iuxta gloſ. in l. ſi merces* §. *vis maior in verb. cui, ff locat. de quo per Iſern. in cap. 1.* §. *ſi quis demanſo nu. 18. de contr. inueſt.* vnde prætextu lucri non exiſtentis, emendatio damni emergentis non eſt aliquo modo deneganda, & reducendum eſt territorium cenſuatum, ad granum vnum pro palmo, vt hodie cenſuātur alia territoria contigua, vt fol. 356. vel reſcindi cōtractus omnes ſolutis meliorationibus, ſtante ſupradicta enormiſſima lęſione, inobſeruantia ipſorum contractuum, & falſi cum reuerētia aſſertione, ex parte dicti Iulij, dum dixit, quod cenſuarij inciderent lapides in reliquo eius maſſariæ, & poſteà mons ipſe erat, & eſt magnificorum de Fonſeca, ad quorum inſtantiam vigore decreti Domini Conſiliarij Vincentij de Franchis cenſuarijs ipſis fuit mandatum, vt lapides non inciderent fol. 326. In tantum, quod adeſt falſa aſſertio, & inobſeruantia lapides incidendi. Rurſus alia inobſeruantia, quod cenſuauit cum licentia fabricandi, quam ipſemet Iulius præſentauit fol. 32. & fatetur fol. 38. & ſic noua prohibitio fabricandi non debet afficere ipſos cenſuarios, ſed ipſum Iulium, qui cum licentia cenſuauit, de qua omni iure tenetur, & ſic omninò reſoluendi, & reſcindendi ſunt contractus ipſi.

Et huic tàm indubitatæ, ac rationi conſonæ concluſioni, generalis renunciatio exceptionum, ex pluribus non ob-
36 ſtat, † quia renunciationes ſunt odioſæ, & ſtricti iuris, & potius de ſtylu Notariorum, vt tradit *Dec. conſ.* 352. & proindè veniunt ſtrictiſſime interpretrandæ, maximè vbi ab idiotis perſonis factæ reperiuntur, quales ſunt ipſi cenſuarij, quapropter ſi verum, prout veriſſimum puto contractus omnes eſſe reſolutos, & reſciſſos, ex defectu cauſæ finalis, læſionis enormiſſimæ, & inobſeruantię promiſſionum ex parte dicti Iulij deficientium, vt ſupra; & extinctis principalibus contra-
37 ctibus omnia acceſſoria, † & dependentia

Digitized by Google

tia pereunt, *Bald. in cap. 1. de vaſal. de-*
38 *crepit. ætat.* renunciationes † tanquam acceſſoriæ, ſine principalibus non ſubſiſtunt, *ex regul. text. l. qui per manus ff. de iure codic.* meritò talium renunciationum non curandum, & ideò conſimilibus, & fortioribus, non obſtantibus renunciationibus Sacrum Cõſilium plures reſciſ-
39 ſit contractus, † vt ex ſententijs dictis fol. 315. & 355. & ſic in fauorem ipſorum cenſuariorum iudicandum puto ex prædictis *referente Domino Carolo Finitio Regio Conſiliario, iunctis aulis, aliqui fuerunt condemnati ſoluere medietatem cenſuum, aliqui integrum, & cum aliquibus ſuperſeſſum. Ioanne Dominico Cioffo Actorum Magiſtro.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegij ſumma, & conceſſio illius vigore.*
2 *Vltima derogant primis.*
3 *Solutio annua per Religionem Benedictinam, Summo Pontifici pro conſeruatione priuilegiorum.*
4 *Papa recipiendo annuam ſolutionem videtur omnia priuilegia confirmare.*
5 *Priuilegia per receptionem pecuniæ tranſeunt in contractum.*
6 *Contractus, ex conuentione legem accipiunt.*
7 *Priuilegiorum obſeruantia in contractum tranſacta, in præiudiciũ eius, cui ius eſt quæſitum, non reuocatur.*
8 *Papa, & Princeps, eorumq; ſucceſſores per contractum obligantur, & nu. 10.*
9 *Deus ex promiſſione obligatur.*
11 *Papa, ſiuè Princeps animal eſt rationale, & mortale, & legis naturæ, & diuinæ ratione non eſt ſolutus, & nu. 23.*
12 *Papa, & Princeps licet ſint Domini legum, tamen non ſunt morum.*
13 *Princeps contractui ſuo, nec de plenitudine poteſtatis contrauenire poteſt.*
14 *Princeps quod contraueniat ſuo contractui inſolitum eſt.*
15 *Papa ligatur promiſſione, iuramento, & voto.*
16 *Fide recta nihil in Principe refulget ſplendidius.*
17 *Eccleſia adeò cultrix eſt iuſtitiæ, quod iniuſtitiam, nec in ſe, nec in alios patitur.*
18 *Variatio in Eccleſia deteſtatur.*
19 *Iuſtitia nulla maior, quam quæ ex contractu, & pacto oritur.*
20 *Lex noua ſi tollat legem veterem, non tamen tollit pactũ vetus, & quæ ſit ratio.*
21 *Ius tertio quæſitum etiam in ſpe non tollitur.*
22 *Principi ſi ſunt ſubmiſſæ leges à Deo, non tamen pacta, & contractus.*
24 *Principis actus ſub lege diuina, & naturali ſunt.*
25 *Papa contractum etiam libertatis cum ſubdito ſine iuſta cauſa non reuocat.*
26 *Noſtrum quod eſt, ſine noſtra voluntate auferri non poteſt.*
27 *Papa, vel Princeps, ſi eorum contractus ad libitum reuocarent, carerent hominum commertio contrahendo.*
28 *Papam, vel Principem hominum carere commertio, ſatis eſſet abſurdum.*
29 *Pęna inter maiores eſſet, ſi quis hominum careret commertio.*
30 *Cõceſſio facta capta informatione, & cum decreto præſumuntur omnia ſolemniter proceſſiſſe.*
31 *Læſio non præſumitur, immò excluditur quando in alienatione adeſt decretum.*
32 *Legitimè factum retractari non debet.*
33 *Papa per generales prouiſiones iuri alterius non derogat.*
34 *Generales probibitiones, particularibus priuilegijs non præiudicant, & nu. 36.*
35 *Speties generi derogat, & non è contra.*
37 *Immunitas ſpetialiter conceſſa non tollitur per generalem impoſitionem onerum.*
38 *Cancellatio omnium priuilegiorum non operatur contra priuilegium alicui ſpetialiter conceſſum.*
39 *Legis nouæ diſpoſitio caſus priuilegiatos non includit.*
40 *Statutum generale non intelligitur loqui in caſibus ſpetialibus, & nu. 42.*
41 *Diſpoſitio generalis occidendi adulterum non comprehendit patronum adulterum*



Digitized by Google

*rum in libertum ſuum.*

43 *Clauſulæ ampliſſimæ quibuſcumque priuilegijs non obſtantibus non operantur, niſi tenor derogandi ponatur.*

44 *Teſtamenti reuocatio in ſpetie eſt facienda, & nu. ſeq.*

46 *Ananiæ opinio reijcitur, & confirmatur contraria eius opinio, & communior.*

47 *Spetialis mentio priuilegiorum requiritur in derogatione, alias generalis non operatur.*

48 *Clauſula non obſtante, vel derogatoria, vel ad futura, quid operetur, & nu. 49. 50. & 55.*

51 *Clauſula motus proprij, quid importet.*

52 *Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates.*

53 *Verba derogatoria impediunt voluntatem ſequentis actus, vltimæ voluntatis, & contractus.*

54 *Derogatoria clauſula præcedens habet vim proteſtationis, & declarat in futurum concedenda.*

56 *Deciſiones in exemplum non obſtant, quia ex modica mutatione facti totum ius mutatur.*

57 *Dictio excedentia eſt modificatiua.*

58 *Dictio ſiuè verbum, quæcumque, eſt vniuerſale.*

59 *Vniuerſalium verborum vis eſt, vt omnia, quæ dici, & excogitari poſſunt includat.*

60 *Totum qui dicit nihil excludit.*

61 *Vniuerſalia verba, trahuntur etiam ad caſum improprium.*

62 *Dictio, ſiuè verbum, etiam, de ſui natura adiungit caſui magis dubitabili, & implicat minus dubitabile.*

63 *Exceſſus præſuppoſitus in maleficijs, comprehendit omne maleficium.*

64 *Vniuerſalitas quando non verificatur in ſolo principali, extenditur ad acceſſoria & appendices.*

65 *Acceſſoria naturam principalium ſequuntur.*

66 *Acceſſorium non regulat principale, ſed è contra.*

67 *Stipulatio pœnalis etiam acceſſoria non veſtit pactum nudum ſuper ſorte, & principali.*

68 *Ordo S. Benedicti priuilegium habet, & decretum alienandi, & in emphyteuſim concedendi quæcumque eorum bona.*

69 *Libertas extimationem non recipit.*

70 *Læſio attenditur à tempore contractus.*

Pro veritate iurium Monaſterij S. Seuerini, cum Marchione de lo Zirò.

## *ARGVMENTVM.*

*De priuilegio Apoſtolico conceſſo Ordini S. Benedicti, ſiuè ſanctæ Iuſtinæ, alienandi bona cum decreto duorum fratruũ, an tale priuilegium reuocari poſſit, ſtante receptione pecuniæ, & an contractus bonorum taliter alienatorum ſit nullus, & bona auocari poſſint.*

## CONSILIVM VII.

1 BEnedictinus, ſiuè ſanctæ Iuſtinæ ordo † ab Eugenio IV. ſummo Pontifice, particulare habet priuilegium, & poteſtatem alienandi bona minus vtilia, vſque ad ſummam florenorum ducentorum, & ab Innocentio VIII. nè dum confirmatum, ſed & ampliatum, ad quæcumque alia bona, etiam dictum valorem excedentia, alienationesq́; ipſas fieri per duos Monachos tantũ electos ad bona vendenda, & decreta interponẽda. Dubitatur an ſtãtibus poſterioribus Põtificalibus ꝓhibitionibus, bona Eccleſiaſticã ſine decreto Apoſtolico alienari nõ poſſe. Alienatio & in emphyteuſim conceſſio per Monaſterium S. Seuerini Marchioni de lo Zirò territorij extra ianuam Spiritus ſancti, propè mœnia Ciuitatis Neapolis, ad granorũ quinque pro quolibet palmo anno quolibet, cum donatione riparum, ſine Apoſtolico decreto facta, ſit nulla, ita vt poſſet per Monaſterium reuocari, & bona auocari; & licet

F prima

prima facie videretur dicendum, quod
2 ſic, † cum vltima derogent prioribus, *vulgat. l. pacta nouiſſima, vbi Dec. Iaſ. & alij C. de pact.* Tamen dictam poteſtatem taliter alienandi dicti ordini conceſſam, eſſe validam, & eius vigore validè potuiſſe, & poſſe quæcumque bona alienare, & cōcedere, vt infra demonſtrabitur.

Primò, verum eſſe pro dictæ poteſta-
3 tis, & aliorum priuilegiorum† obſeruantia, quod ordo ipſe anno quolibet ſoluit Summo Pontifici vntiam auri vnam,
4 quam† capiendo Summus Pontifex priuilegia omnia, inter quæ ſunt dicta de rebus alienandis, ratificare videtur, vt tradit *Alex. conſ. 88. colum. pen. lib. 5. poſt Bart. in l. litibus C. de agric. & cenſit. lib. 11. Dec. conſ. 58. nu. 2. Ruyn. conſ. 39. nu. 2. vol. 4. Tiraquell. de conſtit. part. 3. li-*
5 *mit. 30. nu. 12.* per quam † receptionem pecuniæ, & ratificationem priuilegia, & eorum obſeruantia, trāſacta ſunt in contractum, *iuxta tradita per Paul. de Caſtr. in conſ. 287. primum dubium procedit nu. 2. verſ. qui etiam dicunt vol. 1. per text. in l. fin. C. de præd. cur. lib. 10. idem dicit Bal. in l. qui ſe patris C. vnde liber. verſic. hoc ſcias, poſt Nicol. de Mat. Dec. conſ. 689.*
6 *nu. 5.* & cum † contractus ex conuentione legem accipiant, *l. 1. §. ſi conuenerint ff. depoſit. l. contractus ff. de re iudic.* Se-
7 quitur dictorum † priuilegiorum approbationem, & obſeruantiam in cōtractum tranſactam, in præiuditium illorum, quibus ex ea eſt ius quæſitum, non reuocari, vt notat *Innocent. in cap. nouit de iudic. Io. Andr. in addit. Speculat. in tit. de conſt. §. nunc dicendum verſ. quid ſi vniuerſitas, Bart. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure, Bald. in d. l. qui ſe patris C. vnde liber. plenè notat Ant. de Butr. in cap. cum M. de conſtitut. & per Roman. conſil. 352. nu. 16.*

8 Secundo, † dico dubium non eſſe, Papam, ſiuè Principem, eorumq; ſucceſſores ex contractu de conuenientia ligari, vt quemlibet priuatum, *vt eſt text. in cap. 1. de probat. cap. 1. de naut. fen. cap. poſtquam 23. q. 2. l. digna vox ff. de legib. vbi Bald. l. Princeps ff. de conſtit. Princ. l.*
9 *1. ff. de ſenat.* Qui *Bald.* † quærit an Deus ex promiſſione obligetur? & inclinat, quod ſic, & pro dicta opinione allegat Magiſt. ſentētiar. & ipſe *Bald. dicit in l. 1. in princ. ff. de pact. & in l. 1. in fine C. de tranſact. & in cap. 1. per illum textum de natur. feud. ac probatur in 3. Regum cap. 8. ibi, Dominus Deus Iſdrael, qui cuſtodis*
10 *pactum*; & Papa, † ſiuè Princeps ligatur taliter, quod ipſi, & ſui ſucceſſores à contractibus factis non recedere, nec reuocare ſolent, *d. cap. 1. de probation. vbi Doctores, & in cap. 1. de nat. feud. notant Cyn. & alij in d. l. digna vox, Iaſ. in l. teſtamentum C. de teſtament. Bertrand. conſ. 360. ſpectabilis ante finem lib. 1. Crauett. de antiquit. tempor. par. 1. nu. 17. Soccin. conſ. 4. nu. 1. & per totum lib. 3. Hippolyt. Riminald. conſ. 68. nu. 7. lib. 1.* & ex alijs multis, & de * communi opinione teſtatur *Mandoſ. addens ad Roman. d. conſil. 352. verſ. careret per col.* & ex pluribus alijs * communibus opinionibus firmat *Molin. de primogen. hiſpan. lib. 3. cap. 3. nu. 15. & ſeq.*

11 Tertio, † Papa, ſiuè Princeps animal eſt rationale, & mortale, & ideò nulla
12 lex † nullus Senatus poteſt eum abſoluere à lege naturæ, vel à dictamine rationis, vel legis æternæ, & licet ſit Dominus legum, tamen non eſt morum, *Bald. in repetit. l. ſi aquam C. de ſeruit. & aqu.* nec eſt ſupra legem contractus, *Stephan. Aufrer. in repetit. clement. 1. de offic. ordin. fol. 15. col. 1. Dec. conſ. 48. nu. 5. & in d. l.*
13 *digna vox*, dicit, quod † Princeps contractui ſuo, nec de plenitudine poteſtatis contrauenire poteſt, & etiam dicit *Bald. in cap. 1. §. ad hæc verſ. item nota ex gloſ. de pac. iuram. firm. Igne. in repet. l. donationes, quas diuus col. 3. C. de donat. inter vir. & vxor. Barb. conſil. 20. pul-*
14 *chrè col. 5. lib. 2.* dicit, † quod inſolitum eſt Principem contra conuentiones, & pacta venire, cum alijs pluribus allegatis per *Cott. in ſuis memor. verſ. Papa li-*
15 *gatur*, ibi in ſpetie firmans, † quod Papa promiſſione ligatur, ac iuramento, & voto, ex ſingulari doctrina *Antonij de Butr. in cap. 1. colum. 3. de conſtit. & ex*

*alijs*

Digitized by Google

*alijs per eundem Cott. dicto in loco.*

16 Quartò, nihil eſt, † quod ampliori luce refulgeat, quam recta fides in Principe, *dicit text. in l. inter claras C. de ſumm. trinit. & fide cathol.* & hoc maximè verum eſt, † in Eccleſia, quæ cultrix eſt iuſtitiæ, & quicquam iniuſtum non patitur in ſe, vel in alium fieri, dicit litera text. *in cap. 1. de alien. feud. cap. 1. §. ſed diuerſum*, † in qua etiam variatio abhorreretur, *clement. cum illuſio de renunciat. cap. cum autem de iurepatron. cum ſimil. & Bald. in conſil. 136. pactum lib. 3.* dicit, † quod nulla maior iuſtitia eſt, quam illa, quæ ex pacto, & contractu oritur, *& conſ. 90. ſciendum colum. 2. lib. 2.* dicit, quod licet per legem nouam tollatur, l. vetus, non tamē tollitur pactum vetus, quia eſſet contra ius gentium, naturalem obligationem tollere, & illam naturalem iuſtitiam, quæ orta eſt conſenſu, immò ius † tertio quæſitum ex contractu, etiam in ſpe tolli non poteſt, ſecundum *Bald. in d. cap. 1. de nat. feud. ante num. 1.* vbi inquit, † quod quamuis Deus ipſi leges ſubmiſerit, non tamen ſubmiſit pacta, & contractus, *idem Bald. Bart. & alij in d. l. digna vox C. de leg.* † & Princeps licet ſit ſolutus legibus, non tamen eſt ſolutus lege diuina, vel naturali, ſub qua ſunt actus ſui, † *clement. paſtoralis de re iudic. & ita exponitur illud Ioſue, ideſt cuſtodies, & facies omnem legem, vt dicit Archiep. Taurin ſuper Luc. cart. 60. circa medium.*

(In the margin beside the lines above: 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24.)

25 Quinto, magis in ſpetie, † quod Papa ſuum contractum cum ſubdito, etiam ſi libertatem contineat, ſine iuſta cauſa nō reuocat, demonſtratur, *ex gloſ. ordinaria in cap. ad Apoſtolicæ de re iudic. in ſexto*, vbi eſt expreſſum, conceſſionem per Sūmum Pontificem factam, primatibus Alemaniæ de eligendo Imperatorē, per eundem ſine iuſta cauſa non reuocari, *quam gloſ. ſequitur Iaſ. in l. ſi pecuniam num. 6.*

26 *ff. de condit. ob cauſ.* ea ratione, † quia quod noſtrum eſt ſine noſtra voluntate auferri non poteſt, *ad text. in regul. id quod noſtrum ff. de regul. iur.* & huius eſt

27 etiam ratio, † quia ſi eſſet in ſola Papæ, & Principis voluntate, contractum, quem cum ſubdito facit, infringere, veriſimiliter nullus contraheret, & ſic hominum commertio careret contrahen-

28 do: † eſſet autem abſurdum, vt qui Papa, vel Princeps eſt, hominum careret commertio, ſumitur hæc ratio, *ex text. ad propoſitum notabilem in l. quod ſi minor, in l. non ſemper ff. de minor.* Inter ma-

29 iores enim † pœnas reuocatur inter homines eſſe hominum carere commertio, *l. hi qui factam C. de Apoſtat. Roman. d. conſ. 352. nu. 24.*

Vltimo dicitur, quod dicta conceſſio

30 Marchioni fuit facta capta † informatione per duos Monachos, cum interpoſitione decreti, iuxta iam dictam poteſtatem ipſi Religioni conceſſam, & ſic præſumitur, interueniſſe omnia in priuilegijs contenta, & conſequenter cauſæ cognitionem requiſitam *in l. magis puto §. nè paſſim ff. de rebus eorum, vt per gloſ. in l. 1. C. de fide inſtrum & iure haſt. fiſc. lib. 10. Guid. Pap. conſ 50. Curt. conſ. 43. col. 5. cum alijs adductis per Neuiz. conſil.*

31 *86. nu. 2.* Immò ſtante † decreto dolus, aùt læſio non præſumitur, ſed excluditur, *l. 1. & ibi Bart. C. de decur. lib. 10.* & per authoritatem Apoſtolicam vigore dictorum priuilegiorum decretū, & omnia legitimè proceſſiſſe, & proindè impu-

32 gnari non poſſe, † quia factum legitimū retractari non debet, *iuxta text. in cap. audita de reſtit. ſpoliat. vbi Summus Pontifex dicit: Quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit, vt reuocetur, quod per vos factum eſſet authoritate literarum noſtrarum, & ibidem per gloſ. in d. verb. non intelleximus.*

Ex prædictis habetur priuilegium, & poteſtatem dictæ Religioni conceſſam poſſe bona alienare, & in emphyteuſim concedere, cum decreto duorum ex Monacis non eſſe reuocatam, & conceſſionem dicti Marchioni factam eſſe validam, & propterea reſpondendo contrarijs dico.

Primò, iura, & bullas in contrarium adductas, & quæ adduci poſſent, prohibentes alienationes rerum Eccleſiaſtica-



Digitized by Google

rum, abſque Apoſtolico decreto non obſtare: nàm aut ſunt particulares, & in eorum particulari caſu reſident, & ad noſtrum non extenduntur, aùt ſunt generales, & cum clauſulis quantumuis ampliſſimis, & generaliſſimis, & noſtræ conceſſioni, nec præiudicant, quia Papa per generales ſuas ordinationes, & pro-
33 hibitiones, † nunquam iuri alterius derogare intendit, nec vult, *per text. in cap. quod verò 25. quæſt. 2. cuius litera dicit: Quod verò dicitis noſtris temporibus debere ſeruari, quæ à meis quoque prædeceſſoribus tradita, & cuſtodita ſunt, abſit hoc à me, vt ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis in qualibet Eccleſia infringam, quia iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo*, ex quo ore Summi Pontificis habetur priuilegia per eum, & ſuos prædeceſſores perturbari non debere.
34 Secundò, † dictas generales prohibitiones, particularibus priuilegijs, numquàm præiudicare, per veram iuris concluſionem, & regulam *generi de reg. iur.*
35 *in ſexto*, † vbi generi per ſpetiem derogatur, & non è contra, & habetur etiam in *gloſ. in cap. dudum de præb. & dign. in ſexto, ibi: Quod ſecundum canonicas, & legitimas ſanctiones per ſpetiem generi derogatur, vbi gloſ. firmat, & concordantes text. adducit, ac notatur in l. hac perpetua C. vbi de cur. vel cohort. &c. ibi: In exceptis videlicet, his qui armata militia præditi ſunt, vel alias beneficio Principis ſe ſe defendunt, ad idem eſt text. in l. decurionibus C. de decur. lib. 12.* vbi simili-
36 ter legitur: *Omnia priuilegia, quæ iamdudum Diuorum Principum iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non præiudicatura quacumque generalitate pragmaticæ, vbi gloſ. & Doctores, & ita per iſtos text. voluerunt Bald. conſ. 60. quadam ſoror de Ordine Minorum in fine vol. 5. & idem Bald. in cap. 1. col. penult. verſ. pone Princeps de re-*
37 *ſcript.* dicit, † quod immunitas alicui ſpetialiter conceſſa, non tollitur ex gerali impoſitione onerum, *per d. l. decurionibus, & alia, & in d. cap. latè, ſequitur Barbat. & latius Felyn. col. 8. verſ. ſecunda diſpoſitio, cuius l. decurionibus, voluit*
38 *gloſ.* quod vbicumque aliquod † priuilegium eſt ſpetialiter emanatum in fauorem alicuius, ſi poſtea generalis cancellatio omnium priuilegiorum venerit, illud priuilegium in alterius fauorem introductum, cancellatum non videtur, quod *ex Bal. & alijs firmat Barbat. in conſ. 23. nu. 16. inter conſil. Alexan. lib. 4.* vbi multa ad caſum noſtrum.
39 Tertio adduco, † quod ſtatuti diſpoſitio caſus priuilegiatos non includit, vt notabiliter firmat *Salycet. in l. vltim. in princ. verſ. ex quo nota bonum argumentum C. de iur. dot.* quod ſtatutum generaliter diſponens inſtrumenta publica non probare, niſi ſint regiſtrata in memorialibus, ſiuè prothocollis, non comprehendit inſtrumenta dotalia fauore dotis, ita
40 priuilegiata: † nec generale ſtatutum intelligitur loqui in caſibus ſpetialibus habentibus ſpetialem fauorem, *per text. in l. ſi adulterium* §. *liberto patroni fa-*
41 *mam ff. de adulter.* vbi diſpoſitio † Diui Pij generaliter permittens adulterum occidi, non trahitur ad patronum à liberto inuentum, qui ſpetialiter occidi prohibetur, quem ad hoc notat, & dicit ſingularem *Iaſ. in l. cohæredi ſubſtitutus* §. *diſcretus in 4. notab. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Abb. in cap. verum de for. compet. nu. 22. Domin. Gemin. in cap. fin. nu. 3. de immunit. eccleſ. lib. 6. & latè adducta per Tiraqu. in tract. de præſcript.* §. *1. gloſ. 11. nu. 1. & nu. 4.* qui expreſsè conclu-
42 dit, † quod habens particulare priuilegium, de quo loquitur generale ſtatutum, ipſum generale, particularem non comprehendit, *& ex alijs multis comprobat in legibus cõnubialibus in gloſ. 7. verſ. expreſsè nu. 92. & ſeq.* & quod Papa eccleſiaſticis priuilegijs non derogat, vltra prædicta eſt etiam *text. ad literam in cap. de eccleſiaſticis 25. q. 2. dicens: De eccleſiaſticis priuilegijs, quod veſtra paternitas ſcribit, hoc poſpoſita dubitatione tenens, quia ſicut noſtra defendimus, illa ſingulis quibuſcumque Eccleſijs ſua iura ſeruamus, nec illi, quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante derogabo*; & ſic ex vi di-

cti,

Digitized by Google

cti, & aliorum canonum clariſſimè habetur voluntatem Summorum Pontificum numquàm fuiſſe, nec eſſe priuilegijs alicui quæſitis derogare, & in nihilo eis præiudicium afferre, & tanto minus dictis præfatæ Religioni conceſſis, quia etiam in contractum tranſiuerunt, vt ſuperius fundauimus.

43 Nec obſtant † clauſulæ in ipſis bullis generales, & prohibitiones, quantumuis ampliſſimæ eſſent, etiam dictantes priuilegijs quibuſcumque non obſtantibus, ipſiſq; priuilegijs etiam derogando, niſi ſpetialiter, & de ipſius tenore mentio fuerit facta.

Primò, per *text. in l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de legat.* 3. vbi dum diſponit, quod teſtator poſſit ſuum reuocare teſtamentum, dicit: *Sed hoc ita locum ha-*
44 *bebit*, † *ſi ſpetialiter dixerit prioris voluntatis ſe penituiſſe*, cum in ſpetie di-
45 cere † debet non obſtante tali lege, vt notat *Bart. in l. final. verſ. quæro quid ſi Imperator C. ſi contra ius, vel vtil publ.* & expreſsè voluit *Cyn. in l.* 1. C. *quando imper. inter pupill. & vid.* & licet *Ioannes de*
46 *Anan.* † *in ſuo conſ.* 56. *per conſ. Feder. de Sen.* 47. dicat in contrarium eſſe * communem opinionem, & allegat etiam *Felyn. ita tenuiſſe in cap. nonnulla extra de reſcript.* ſalua pace *Felyn.* ibi tenet contrarium, dum dicit, quod ſunt nonnulli alij caſus, in quibus non ſufficit, quod reſcriptum dicat non obſtante lege in contrarium faciente, ſed debet fieri mẽtio ſpetialis, & iſtam opinionem latè, & ſubtiliter, remouendo contraria firmat *Paul. de Caſtr. in conſ.* 278. *paſſus iſte dubitabilis videtur lib.* 1. quem refert, & firmat *Dec. conſ.* 164. *viſo tenore priuilegij alti paſſus;* dicens * communem eſſe opinionem in qua plures Doctores numero, & pondere concurrunt, contraria ſimiliter reijciendo, & ſignanter, quod contrarium voluit *Federic. de Sen.* eius quod dixerat *d. conſ.* 43. poſtea mutando, & maturius loquendo *in conſ.* 233. talis caſus eſt Monaſterij cuiuſdam Ordinis, vbi latè arguit ad partes, & firmi-
47 ter in iſta concluſione reſidet, † quod ſpetialis mentio ſecundum formam priuilegiorum requiratur, alias nunquam locum haberet priuilegium, quia ſemper illæ clauſulæ generales de ſtylu Curiæ ponuntur, & iſta opinio attenditur, & præualet *Roman. conſ.* 327. iſtæ ſunt rationes, quibus moueor, & ſi *Anan.* prædictos, & alios multos vidiſſet, qui ita tenent, à ſua opinione * communi contraria receſſiſſet, prout *Feder. de Sen.* fecit, quam opinionem, quod verba præfata non ſufficiant, ſed requiritur, quod fiat ſpetialis mentio, tenet etiam *Alex. conſil.* 25. *nu.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 163. *lib.* 7. *Carol. Ruyn. conſ.* 226. 228. *lib.* 1. *conſ.* 5. *conſ.* 10. *lib.* 2. *plenius Ioannes de Selu. in tract. de benefic. par.* 4. *q.* 14. *Anton. Rub. conſ.* 24. *Soccin. Iun. conſ.* 131. *num.* 10. 28. *& ſeq. lib.* 1. *idem Dec. in l. certum ff. ſi cert. pet.* vbi licet videatur aliquantulum ſubſiſtere, ex quo ſimilis cauſa pendebat tunc de facto coram eo; ob quod clarè non decidit, tamen conſulendo, idem tenuit in *conſ.* 582. *& in d. conſ.* 164. vbi hanc opinionem * communem eſſe firmat, cõtraria reijciens, vt prædiximus, & idem tenet *Neuiz. in ſuo conſ.* 12. *nu.* 174. *inter conſil. Albert. Brun.* dicens, non obſtat
48 clauſula, † quod tenor non obſtantium habeatur pro expreſſo, etiam ſi talia forent, de quibus eſſet facienda mẽtio ſpetialis, quia reſpondetur, quod omiſſa cõtrarietate *Federici* in conſulendo, & varietate Doctorum, magis * cõmunis opinio eſt, quod non ſufficiant pręfatæ clauſulæ, non obſtantibus, &c. & quod priuilegio non dicatur eſſe derogatum ſufficienter, niſi de eo fiat ſpetialis mentio,
49 † deciſum refert ſimiliter *Grammat. noſter in deciſ.* 20. *circa finem, & per totam,* aliqua de prædictis referens.

Secundò, tanto magis in caſu noſtro, quia in priuilegijs particularibus poteſtatis præfatæ conceſſæ, dicto ordini, ad-
50 ſunt clauſulæ † derogatoriæ ad futura, de quibus etiam neceſſe erat mentionem particularem fieri, & expreſsè reuocari, *iuxta l. ſi quis in principio teſtamenti cum ſua materia ff. de legat.* 3. *iuncta l. nec dãnoſa C. de precib. Imperat. offer. & iuxta*



Digitized by Google

*tradita per Bart. in l. omnes populi in 4. q. 3. q. principalis verſ. circa ſecundum ff. de iuſtit. & iur. & per Canon. in cap. 1. de reſcript.* & ita in priuilegijs Principis determinat *Iaſ. conſ.* 105. *in cauſa mota col. 2. verſ. unde ſuccedunt trita regula lib.* 1.

Tertiò, prædicta procedunt etiam ſi
51 adſit clauſula † motus proprij, *iuxta notata per Imol. in cap. mandatum colum. penult. de reſcript. & per Felyn. in cap. cum olim 5. col. verſ. amplia ſecundo, etiam ſi Princeps de re iudic. Soccin. Iun. conſ. 77. nu.* 108. *lib.* 1. & cum in generalibus prohibitionibus nulla ſit facta mentio clauſularum derogatoriarum dictorum particularium priuilegiorum, ipſa priuilegia afficere non videntur, *per d. l. ſi quis in principio teſtamenti de legat. 3. l. ſi mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat.* 1. quæ licet
52 loquantur † in vltimis voluntatibus, idē eſt in contractibus, & actibus inter viuos, vt notatur per *gloſ. in l. pacta nouiſſima C. de pact. & ideò dicit Bald. in l. clari C. de*
53 *fideicommiſſ.* † quod verba derogatoria impediunt voluntatem ſequentis actus, tàm in vltimis voluntatibus, quā in contractibus, *& Roman. in d. cōſ. 436. nu.* 21. dicit, quod in materia hæc traditur firma regula, quod vbi reſcriptum primum priuilegiatum, habet ad ſequentia clauſulam illam derogatoriam, numquàm per ſecundum derogatum cenſetur primo, niſi in ſecundo de eo expreſſa mentio fiat, & quod determinat etiam *Archidiac. 25. q. 2. in Summa in d. cap. cum illis*, allegans ad hoc probandum, *d. l. ſi quis in principio teſtamenti verſ. ſed hoc, ita demùm Ioan. Andr. in cap. 1. de exceſſ. prælat. quod confirmat Roman. in d. ſuo conſ.* 436.

Quartò, adducitur ratio adducta per
54 *Roman. in d. ſuo conſil.* quæ eſt, † quod præcedens clauſula derogatoria habet vim proteſtationis, & declarat in futurum concedenda, *l. qui aliena §. fin. de acquir. vel amitt. hæred. l. at ſi quis §. plerique ff. de relig. & ſumpt. fun. l. fin. §. item ſi prædixerit ff. naut. caupon. cum ſimilib.*

Cum itaquè in præpoſitis priuilegijs di-
55 ctæ Religioni conceſſis, † adſint clauſulæ derogatoriæ ad ſequentia, conſequēs eſt, vt generalis clauſula, prohibitionibus ſequentibus non deroget, vt ex iā dictis bene fundatur, & ex multis alijs *Aymon Crauett. in conſ.* 126. contraria diſcutiēdo reijcit in fine, & firmat quod ſufficit ſpetialis derogatio, & præmiſſa fundamenta, quibus probatur communis opinio, procedere videntur, licet ad partis inſtantiam reſcribatur.

Quinto, & vltimo dicitur, quod etiam ſi in dictis prohibitionibus clauſulę quātumuis derogatoriæ, & ſpetiales adeſſent, in caſu noſtro non ſufficerent, quia priuilegia ipſa fecerunt tranſitum in contractum per receptionem vnciæ auri quolibet anno continuò per Summos Pontifices receptæ pro confirmatione, & obſeruantia priuilegiorum dicti Benedictini Ordinis, ex quo per ipſos Summos Pontifices ab eis recedi non debet, vt ſuperius fundatum eſt, & pro-
56 inde deciſiones in exemplum, & alia iura per Reuerendum Villaut in contrarium adducta, nec obſtant, quia ſunt de rebus locorum talia priuilegia, & alienandi poteſtatem non habent, & forſan per tunc temporis Monaſteriorum patronos, & defenſores prædicta non fuerunt oppoſita, vel ex alio diuerſo facto, & cum ex modica mutatione facti, totum ius mutetur, de talibus deciſionibus ratio vlla in caſu, de quo agitur, haberi debet, etiam quia res inter alios acta, vnde prædictam conceſſionem Marchioni prędicto, vt ſupra factam, ob particularis Apoſtolici aſſenſus carentiam reſcindi non debere concludendum videtur.

Nec impugnaret ſi dicatur, quod poteſtas alienandi in dictis priuilegijs contenta, prima ſit de rebus parum vtilibus vſque ad valorem florenorum ducentorum, & in ſecunda licet dicatur, & quæcūque alia bona etiam dictam ſummam excedentia, quod poſſet importare duplum tantum, & ſic non vltra florenos quatuorcentum, quia reſpondetur.

Primò, quod parcat mihi Reuerendus Alphonſus Villaut S. Seuerini Abbas, qui multa in hac cauſa ſcripſit, ſed tamen

non

non fundauit, quo iure ad duplum poſſet
talis alienatio interpretrari, ſed ponde-
rando dicta verba; & primò, dictam di-
57 ctionem, excedentia, † dico, quod eſt
augmentatiua, *vt in l. ea tamen adiectio
ff. de legib.* & verbum, quod poſtea ſequi-
58 tur, ſcilicèt † quæcumque alia bona eſt
verbum vniuerſale, *vt in cap. nemo poteſt
diſtinct. 1. de pœn. & ex text. iunctis his,
quæ tradit Archidiac. & Io. Andr. in cap.
nemo poteſt de præbend. lib. 6. & idem Io.
Andr. in cap. quicumque de ſentent. excom
mun. eodem lib. 6. & quod traditur in
cap. 2. de coniug. lepr.* voluit enim Papa
Innocentius poſſe alienari, nè dum bona
parum vtilia valoris ducentorum flore-
norum, ſed etiam, & quæcumque alia,
etiam dictum valorem excedentia: nam
ſi voluiſſet, quod dicta bona florenorum
ducentorum, vel quatricentorum tãtum
alienarentur, non dixiſſet principaliter, &
in principio orationis augmentatiuæ, &
quæcumque alia bona, etiam dictam
ſummam excedentia per verba vniuer-
ſalia.

59 Secundò, † verborum vniuerſalium
ea eſt vis, vt omnia includat, quæ dici,
60 vel excogitari poſſunt, † nàm qui totum
dicit nihil excludit, *l. Iulianus ff. de legat.
3. l. à Procuratore C. mãdati, l. omnes C. ſi-
ne cenſ. vel reliq. cap. ſolita de maiorit. &
obedient. cap. 2. de obſeruat. ieiun. cap. ſi
Romanorum 10. diſtinct.* Ideò quando
contrahitur ſocietas omnium bonorum
vniuerſaliter, omnia veniunt, quæ exco-
gitari poſſunt, licet ſecus ſit in ſocietate
ſimpliciter contracta, *l. 3. §. 1. iuncta lege
coiri ff. pro ſoc. notat gloſ. in cap. paſtora-
lis de donat. in verſ. temporaliter*, & adeò
61 lata eſt ſignificatio verborum † vniuer-
ſalium omnia comprehendẽs, quod tra-
huntur etiam ad caſum improprium,
*per gloſ. in l. 2. §. alias C. de quatrien. præ-
ſcript.* & nulla diſtinctio, nulla reſtrictio,
aut limitatio ad verba vniuerſalia fieri
poteſt, vt ex iuribus, & authoritatibus
multis firmat *Aym. in ſuo conſ. 294. nu. 1.
& 2.*

62 Tertiò, † ponderando verbum, etiam,
video habere naturam addendi caſui
magis dubitabili, & implicandi caſum
minus dubitabilem, *vt in l. ſi conten-
dat cum ſua gloſ. ff. de fideiuſſ. & notant
Doctores in l. cum antiquioribus in princ.
C. de iure deliber. & tangit Bald. in l. ge-
rit ff. de acquir. hæredit.* & dum dicta di-
ctio, etiam, adiungit caſum magis dubi-
tabilem, debet intelligi in ſumma ma-
gna, & indefinita, & declarans ſequens
verbum, florenos ducentos, excedere
63 ſummam indefinitam, † eo quia dum
loquitur de exceſſu in maleficijs, com-
prehenditur omne maleficium, ſecũdum
*Bald. in l. ſi quis in hoc genus C. de Epi-
ſcop. & cleric. Alexan. in l. aut facta in
princ. de pœn.* ſic in caſu noſtro dum le-
gitur, etiam dictos florenos ducentos ex-
cedentia, debet referri ad omnem, &
quamcumque ſummam, & quantitatem
vniuerſalem, abſque vlla limitatione, ſi-
cut præcedens, & principale verbum,
quod poſſint vendi quæcumque bona,
verbum vniuerſale, vt diximus, & cum
64 dicta † vniuerſalitas verificari non poſ-
ſit in ſolo principali, niſi includantur ac-
ceſſoria, & appendices, vniuerſalitas ipſa
ad acceſſoria, & ad appẽdices ipſas tra-
hi debet, *cap. quanto, vbi Dec. in 2. notab.
de iudic. & per Aym. conſ. 149. nu. 6.*

Quartò, & fortius dicta verba, & quæ-
cumque alia bona ſunt poſita, tanquàm
principale, & dicta verba ſequẽtia, etiam
dictos florenos ducentos excedentia,
ſunt poſita tãquàm acceſſoria, & ſic dum
natura principalis eſt vniuerſalis, vt fun-
65 dauimus, † ipſa verba ſequentia, tan-
quàm acceſſoria, eiuſdẽ naturæ ſui prin-
cipalis ſunt, & ab eo non ſeparantur, *d. l.
fin. & ibi Bartol. & notatur in l. 1. C. per
quas perſ. nob. acquir.* & in indiuiduo ca-
ſus noſtri facit, quod dicit *Frãc. de Aret.
in l. ex pupillari ff. de vulg. & pupill. ſubſt.*
66 quod acceſſorium non debet regulare
principale, ſed è contra, & inde eſt, quod
67 ſtipulatio pœnalis, † etiam acceſſoria
non veſtit pactum nudum ſuper ſorte, &
ſuper principali, *l. nuda de contrahend. &
comm. ſtipul. & l. ſi pactum, & firmat
Franc. de Aret. dicto in loco, vbi addit.* ex
alijs ſimiliter comprobant: facit etiam,
quod

Digitized by Google

quod de acceſſorio idem iudicatur, quod de principali, *l. ſi ex toto de legat. 1. cum ibi adductis per Alexand. eſtq; cap. acceſſorium de regul. iur. in ſexto, cap. quoniam §. ſi autem de conceſſ. præbend. in ſexto, & per Gulielm. Rodoan. in d. tract. de rebus eccleſ. non alien. in 12. q. de augmento rei alienatæ.*

68 Ergo ex prædictis fundatur † Monaſteria præfatæ Religionis ex vi particularium priuilegiorum poſſe quæcumquè bona ad quamcumque ſummam aſcendentia, alienare, & in emphyteuſim concedere cum decreto duorum ſuorum fratrum, & conceſſionem dicto Domino Marchioni taliter factam reſcindi non poſſe, nec expediens eſſe: nam ſi reſcinderetur ob carentiam Apoſtolici aſſenſus, eſſet in maximum prçiudicium Religionis priuilegiorum, & in vanum ſolueretur annua auri vncia Summo Pontifici, pro conſeruatione dictorum, & aliorum priuilegiorum, ac alienandi liberta-
69 tis, † quæ extimationem non recipit, quia libertas toto mundi auro non comparatur, *l. libertas ff. de regul. iur. l. final. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. liber homo ad l. aquil. & l. liber homo de verb. obligat.* & ideò magis expediens eſſet nè dum habere canonem de ipſis bonis ſubmiſſis, ſed ea perdere, potiuſquàm ſua priuilegia deteriorare, & in obſeruan-
70 tiam deducere bene verum eſt, † quod ſi adeſſet læſio habito, reſpectu ad tempus conceſſionis, *iuxta l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit. l. 3. §. Diui ff. de iure fiſci, & per Aymon conſ. 105. nu. 16.* poſſet Monaſterium de ea agere, & ita pro veritate negotij rogatus à Reuerendo Priore Sancti Seuerini conſului, die 8. Maij anni 1610.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Frater conſanguineam ſororem excludit ſoluto tamen paragio, & quid in vterina.*
2 *Mulier habens filios qualiter diſponat.*
3 *Fœmina in Regno excludũtur à maſculis, & quid in vterina.*
4 *Sororem de iure communi æqualiter cum fratre ad parentuum ſucceſſionem admitti, qualiter intelligatur, & nu. 17.*
5 *Fœminarum nulla ſucceſſio multis legibus ordinatur.*
6 *Filiæ propter maſculum excluſæ debetur paragium.*
7 *Sententia Regis pro lege eſt.*
8 *Statutum loquens de ſucceſſione patris, ad matrem extenditur, & quarè.*
9 *Neptis ex filio præmortuo amitam excludit.*
10 *Contrahentes ligantur legibus loci contractus, niſi aliud dixerint.*
11 *Teſtator in dubio dicitur diſponere ſecundum ius loci diſpoſitionis.*
12 *Pater contra ſtatutum diſponere nõ poteſt.*
13 *Argumentum de dote ad alimenta procedit.*
14 *Agnationis, & Cognationis differentia iure nouo ſublata eſt.*
15 *Alendi, & Dotandi neceſſitas, à quo perueniat.*
16 *Frater vterinam dotare tenetur.*
17 *Soror vterina non niſi legitimam habet in bonis matris.*
18 *Fœmina de ſuis dotibus, qualiter & quando teſtatur.*
19 *Mulier, vt ſecundo nubat poteſt paciſci in præiudicium filiorum primi matrimonij pro filijs ſecundi.*
20 *Fœminis hæreditas matris ſtrictius debetur quàm patris.*
21 *L. hac edictali C. de ſecundis nuptijs declaratur.*

## Pro D. Alphonſo Falangola.

## ARGVMENTVM.

*Numquid fœmina non familiæ origine, nec patria, aùt habitatione Neapolitana, iure ſecundi matrimonij filios vniuerſales hæredes inſtituat, legitima tantum filiabus primi matrimonij relicta, ad intellectum legis hac edictali, C. de ſecundis nuptijs.*

CON-

## CONSILIVM VIII.

Beatrix de Loria in ſuo vltimo teſtamento Alphõſum Falangolam eius filium ex quondam Ioanne Antonio Falangola ſuo ſecundo viro ſuſceptũ vniuerſalem inſtituit hęredem,& cum Helenam,Rebeccam, & Iuliam Falangolam ex Nicolao Antonio Falangola eius primo quond. viro procreatas particulares inſtituiſſet hæredes in legitima,vel in eo, quod de iure eis competit, ipſa Rebecca petijt dictum Alphonſum ad portionẽ integram bonorum matris communis teſtatricis condemnari ex pluribus.

1 Primò, † nam & ſi iure conſuetudinario huius Neapolitanæ Ciuitatis,ſorores conſanguineæ à fratre excluduntur, & paragium habent, *iuxta conſuetud.ſed ſi morienti*, & iudicatum firmat *Præſid. de Franch.deciſ.26. nu.4.* & vterinæ habebunt portionem per *conſuetud.ſi qua mulier*, forſan quia frater non tenetur vterinam maritare,*vt ex Napod.idem Præſid.in d.deciſ.26. & deciſ.375.num.3.&*

2 *ſeq.* † Mulier habens filios de dotibus,ac de alijs bonis ei peruentis ab agnatis, & cognatis non poteſt diſponere, niſi de decem partibus vnam, *vt in eadem conſuetudine ſi qua mulier, vbi Napod.relatus à Præſ.de Franch.in deciſ.396. nu.2. & deciſ.435.nu.36. verſ.& hinc dicebatur, & deciſ.632.nu.7. & deciſ.667.nu.2.* quod mater in his decem partibus habet labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, vnde ſi vltra decimam diſponit filium ſecundi matrimonij hæredem vniuerſalem inſtituere non potuit.

Secundò, de iure Regni *per conſtit.in*

3 *aliquibus*, † licet ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tamen aliqui Doctores dicunt non procedere in ſorore vterina, per eandem rationem, quia frater vterinam ſororem maritare non tenetur,*vt ex Napod.in rubr.conſuetudin.ſi qua mulier,& expreſſius in conſuetud.ſed ſi morienti,verſ.cum fratres,Præſid.de Franch.deciſ.26.nu.6.* & ſic dictæ vterinæ ſorores in integris ſolutionibus debent ſuccedere.

Tertiò,de iure communi Romanorum

4 in bonis paternis, † & maternis ſoror inſimul cum fratre ſuccedit ſublata ſexus differentia, quam contra legem duodecim tabularum poſteritas induxerat, *per text. in l.maximũ vitium C.de liber.præter.l.leg.12.tabul.C.de leg.hęred.ibiq́; gloſ. & Doctores*,& ſic iſtę ſorores in portione eis tangente ſuccedere debent.

Quartò,de directo obſtat *text.in l.hac edictali C.de ſecund.nupt.* in quo ad literam diſponitur contra conuentam.

His & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem eſſe puto.

5 Primò, † de iure diuino hæreditas parentum debetur maſculis, & non fœminis. *Numer.cap.20.* circa finem,quando Deus loquutus fuit Moyſi de morte Aron ibi,cumq́; Aron ſpoliaſſet veſtibus ſuis induit eis Eleazarium filium eius, & illo mortuo in montis ſupercilio aſcendit cum Eleazario,*per quem text.ita firmat Felyn.in cap.Eccleſia S.Mariæ col.3. nu.6.de conſtitut. Barbat. in cap.Raynutius de teſtament.col.35. Corn.conſ.115. in hac conſultat.in fine lib.2. eſtq́; de mente Iaſon.in l.inter ſtipulantem §.ſacram col.antepen. ff.de verbor.obligat. & Nicol.de Lira,& D. Auguſtin.firmat, Afflict.in d.conſtitut.in aliquibus nu.2.* dicẽs, quod in tota ſacra Scriptura non reperitur, quod fœmina ſucceſſit.

Secundò, de lege Moſayca fœminæ per maſculos à ſucceſſione excluduntur, ex multis firmat *Tiraquell. de retract.lignag.in præfat.nu.9.*

Tertiò, lex Salica, quam per viginti rationes comprobat *Pirr.Albergher. lex Longobarda, & lex Barbara*, ſtantibus maſculis prohibet fœminas ſuccedere, *Afflict.in d.conſtitut. in aliquibus col.2. & alijs, Io.de Neuiz. in ſylu.nupt. lib.1. cap.incipient.veniendo igitur ad quaſt.noſtram nu.169.fol.mihi 23.*

Quartò,de iure communi Romanorum maſculi præferuntur fœminis,*per text.in l.lege 12.tabul. C.de leg.hæred.ibi: Deinceps*

Digitized by Google

*ceps autem legitimas fœminarum portiones, ſi iura conſanguinitatis non poſſident poſſeſſione legitima repelli, cum maribus eadem ſucceſſio pateat*; quod concordat cum media iuriſprudētia, quæ ſolos maſculos admittebat, quia commodius erat ita iura conſtituere, vt plerumque ad maſculos confluerent, §. *cæterum inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Napod. in conſuetud. ſi qua mulier lit. B, verſ. abſque diſcretione ſexus*, & non opitulantur verba ſequentia in eiſdem lege, & §. admittētes fœminas cum maſculis ad ſucceſſionem, quia loquuntur in ſucceſſione collateralium; in cæteris verò conceſſum non intelligitur, & remanet prima diſpoſitio *in ead. l. &* §. quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.

Quintò, de iure Regni expreſsè habe-
6 tur, † quod ſtantibus filijs maſculis fœminæ à ſucceſſione excluduntur, & paragium tantum habere debent, *vt in conſtitut. Regni in aliquibus ad literam*, mādat, quæ loquitur tàm in bonis paternis, quàm maternis, per verbum *parentum ſucceſſiones*, cuius verbi appellatione veniunt pater, & mater, *l. ſi quis à liberis* §. *item in liberis* ff. *de liber. agnoſc. l.* 1. §. *generaliter de leg præſtand. contra tabul. bonor. poſſeſſ. gloſ. in conſtitut. foriudicatorum in verſ. aſcendunt, & proindè Iſern. in d. verſ. parentum*, dixit habere locum in bonis paternis, & maternis, ſi ita fuerit *per cōſuetud. interpretratum*, & in hac concluſione reſidet *Iſern. ibidem col.* 8. *&* 9. *verſ. ſed nunquid filius maſculus præferatur in ſucceſſione bonorum matris*: vnde dum per *conſuetud. Neapol. incipient. ſi moriatur aliquis, vel aliqua*, habetur, quod filijs maſculis, & fœminis ſuperſtitibus, maſculi tātum ſuccedant cum onere dandi paragium ſororibus, ſequitur, quod filia fœmina non ſuccedat, prout ita deciſum firmat *Afflict. deciſ.* 178. *nu.* 1. *& in d. conſtitut. in aliquibus num.* 49. *dicit: Ego ſemper eſſem in voto per text. huius conſtitut. quod etiam quod non probetur conſuetudo prædicta; quod ſoror à fratre debet habere legitimam in bonis maternis per rationes pro iſta parte inductas hic per Andr. & ita audiui pluries fuiſſe iudicatum, etiam per ſententiam Regis,*
7 † *quæ facit ius generale in Regno, vt in l. fin. C. de leg. & ex alijs ſuper eum d. nu.* 49. & per Sacrum Conſilium indiſtinctè iudicari dictam *conſtitut. in aliquibus* habere locum tàm in bonis paternis, quàm maternis, etiam conſuetudine ſublata, teſtatur *Præſ. de Francb. in d. deciſ.* 171. *& deciſ.* 667. *nu.* 4. *Regens de Pōte conſ.* 74. *nu.* 8. *vol.* 1. dum ipſa cōſtitutio non diſtinxit, ſi filij maſculi ſint ex vno, vel vtroque latere, nec nos diſtinguere debemus, & verba ſtatuti præciſa non recipiunt diſtinctionem, *l. in fraudem ff. de milit. teſtam.* cum ſimiliter, & à verbis conſtitutionis recedere non debemus *l. ſi ſeruus ſeruum* §. *non dixit ff. de acquir. hæredit. l.* 1. § *ſi is, qui nauem de exerc. l. non aliter ff. de legat.* 3. *l. prætor* §. *donans vi bon. rapt. l. ſi verò* §. *viro ſolut. matrimon.*

Sextò, ſi in patre tantum dicta conſtitutio loquuta fuiſſet, (prout non fuit,) ſed in patre, & matre, vt diximus, adhuc fœminę à ſucceſſione matris excluſæ cēſentur, & tm̄ legitimam habere debent,
8 cum quando ſtatutum dat ſucceſſionem patris, etiam quod nihil dicat de matre, idē iuris erit in ſucceſſione matris, quod filiæ excluſæ ſint per id, quod decidit *Bart. Angel. & Paul. in l. ſeruo legato* §. 1. ff. *de legib.* vbi dicunt, quod in iſtis ſtatutis excludentibus fęminas propter maſculos non eſt inſpiciendum, ad quem verba diriguntur, ſed ad quem effectum mens ſtatuentium dirigitur, dum mens, & etiam verba talis *conſtitutionis in aliquibus, & ſtatuentium*, quod maſculis exiſtentibus fœminæ excluduntur; prout ita eā intellexerunt *Iſern. & omnes Scribentes ad eam*, & ita obſeruatur in Regno dicit *Afflict. ibidem nu.* 7. ibi tamen,
9 quod idē ſit primo, † & fortius in nepote ex filio præmortuo excludente amitam, rejectis contrarijs decidit *Præſ. de Franch. deciſ.* 32. *num.* 9. *& in deciſ.* 182. *num.* 10. *&* 11. *dicit*: Quia videmus ex conſtitutionibus Regni, & conſuetudinibus huius ciuitatis Neapolis, & quaſi ſtatutis

tutis

tutis totius Italiæ filios maſculos fęminis excluſis, matribus ſuccedere, dummodò dotentur: ipſamq; conſtitutionem habere locum, tàm in bonis paternis, quàm maternis, concludit *Minad. in d. conſtitut.4. notab. num.19. fol.132. à tergo,* & apertè habetur ex *gloſ. in eadem conſtitut. verſ. ſuccedat,* dum vult prærogatiuam ſexus, etiam in collaterali linea ſeruari, non facta bonorum differentia, dum indiſtinctè conſtitutio ipſa loquitur, & ita fuit interpretata, & deciſa ſiuè maſculi ſint ex vno, vel vtroque latere, aut vterini fœminas excludere debent per prædicta, & alia infra.

10 Septimò,† contrahentes in Regno ſecundum Regni conſtitutionē contrahere videntur, *l. ſemper in ſtipulationibus, vbi Dec. ff. de regul. iur. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua ff. de ædilit. edict. latè Felyn. & Dec. in cap. cum M. Ferrarienſis,* & etiam

11 in dubio† teſtator videtur diſponere ſecundum ius cōſtitutionis Regni, *Anchar. poſt Bald. in l. tres fratres ff. de pact.* ſequitur ſimpliciter *Alex. in l. Gallus §.1. in fine ff. de liber. & poſthum. & firmat Arnon. ſingul.90.* & etiam ſi teſtator dixerit, inſtituo filios meos maſculos, & fęminas in eo, quod eis tangit, intelligitur, quod eis debetur de iure Regni, vel cōſuetudine, *idem Arnon. cautel.25.* dum per ſtatutum, ſcilicèt per dictam *conſtitutionem in aliquibus,* ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt, & habet locum tàm in bonis ex ſucceſſione patris, quàm matris, fœminę ipſæ debent habere legitimam tantum, & dū noſtra teſtatrix expreſsè, iuxta dictum ſtatutum diſpoſuit, iſtæ filiæ fœminæ ſolum legitimam prætendere poſſunt, & Alphonſus vniuerſam hæreditatem, licet ex vno tantum latere ſit coniunctus, quia ſumus in matre, quæ ita per ſuum teſtamentum diſpoſuit, confirmando ſe dictæ Regni conſtitutioni.

Non obſtat primum contrarium, quod ex conſuetud. Neapol. mulieres habentes filios niſi de decē partibus diſponere poſſunt, quia nō ſumus in Neapolitano, nec ita contractū eſt; ſed in extera, dum ſecundum ius Regni diſpoſuit, & ita diſpoſuiſſe cenſetur, quod ſtantibus maſculis fœminæ ab inteſtato non ſuccedunt, vt ſuperius fundatum eſt, tanto facilius ex teſtamēto, in qua teſtatrix ſe conformauit *dictæ Regni conſtitutioni in aliquibus,* ſed quia non ſumus in Neapolitano in hoc non inſiſto.

Conſtitutionem Regni in aliquibus diſponentem ſtantibus maſculis fęminas non ſuccedere, non habere locum in fratre, ſiuè filio vterino, quia vterinam ſororem maritare non tenetur, vt in ſecundo contrario, nec obſtat.

Primò, quia ſupra benè fundatum eſt dictam conſtitutionem clarè loqui, ſucceſſionem patris, & matris maſculis tantū deferri, & abſquè diſtinctione ex vno, vel ex vtroque latere, aut vterinus ſit filius maſculus, & ita indiſtinctè in bonis maternis, & paternis maſculum fœminis præferri, teneri, obſeruari, ac decidi, firmat *Præſ. de Franch. d. deciſ.171. & ex alijs ſupra nu.5. & 6.* & cum per dictam prohibitionem mater nō prohibeatur teſtari, conformando ſe dictæ conſtitutioni. Maſculum ſibi vniuerſalem inſtituit hæredem, & fœminas particulares hęredes in legitima, vel in eo, quod de iure

12 eis debetur, talis diſpoſitio valet. † Imò ſtante huiuſmodi ſtatuto excludente fęminas, non poteſt pater, ſiuè mater, neque teſtamento, neque pacto facere, vt filiæ fęminæ ſuccedant, quia ius eſt quæſitum maſculis, *vt ex Bald. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. & alijs in l. fin. C. de pact. ibid; Iaſon nu.19.* atque omnes prædictos ſequitur *Pirr. Albergher. in l. ſalica in 5. atteſtatione fol.23.* vbi ad regulam, quod maſculis ſtantibus, fœminæ non ſuccedāt viginti adducit rationes ad noſtrum caſum facientes, quas breuitatis cauſa omitto.

Secundò, quia dicta præciſa aduerſa ratio non videtur facere differentiam rationis, quare frater magis conſanguineam, quàm vterinam dotare tenetur, & dum non adeſt diuerſitas rationis frater

13 vterinam ſororem dotare debet, † & argumento de alimentis ad dotem, & ita concludit *Tiraquell. de primogen. q.62. nu.3.*

*nu.3.& ſeq. Surd.de aliment.par.1.q.25. nu.19. ex plurib.ſeqq. reiecta l. cum plures §.cum tutor ff.de adminiſtr.tutor.dictante : Non dabit dotem ſorori alio patre nata,*quia ſatis lex procedit inſpecto iu-
14 re † ff. ſecundum quod agnati non ſuccedebant cum cognatis,*vt inſtit.de legit. agnator.ſucceſſ. & ad Tertull.* & ſi inter eos non erat ſucceſſio, non erant dotandæ. Cum nouo iure hoc ſit ſublatum, & inſimul ſuccedunt §.*nulla autem auth.de hæred.quæ ab inteſt. l.fin. §.ſed neque C. de legit.hæred.*& ſignanter inter vterinos ſucceditur, *auth.poſt fratres la prima C. de ſuis,& legit.* & conſanguinea, & vterina cum fratre ſunt in eodem gradu, &
15 ex affectione,† & charitate oritur neceſſitas dotandi, ſicut alendi, & eadem cadit affectio ſecundum naturalem cauſam erga vterinam,ſicut erga conſanguineã, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.*
16 vnde frater † ſororem vterinam dotare tenetur, vt *Surd. dicto in loco,* hanc partem veriorem, æquiorẽ,magis tutam,& magis veram eſſe affirmat, & quod ſo-
17 ror † vterina in bonis maternis non poſſit habere, niſi legitimam,adeſt particularis deciſio Sacri Conſilij, *per Piſanellum adducta addentem ad Affl.deciſ.160.* quæ ponit gladium ad radicem, quod alio non eſt opus, ſic abſque dubio ſuccedit diſpoſitio *conſtitut. in aliquibus,* quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt,& tanto facilius ex teſtamento ſecundum eandem conſtitutionem facto.

Ad tertium, & vltimum contrarium, quod de iure communi filij tám maſculi, quàm fœminæ æqualiter parentibus ſuccedunt. Dico ipſo iure in contrarium adducta loqui in parentibus ab inteſtato decedentibus, *d.l.12.tabul.C.de legit. hæred.ibi: Simili modo ad prædicta iura*
18 *legitimæ † ſucceſſionis ab inteſtato vocatis,idem in d.§.cæterum inſtit.de legitim. agnat.ſucceſſ. §.1.in auth.de hæred.ab inteſtat.venient.in auth.in ſucceſſione C.de ſuis,& legitim.& in omnibus,gloſ.& alibi,* & mulier de iure communi teſtari non prohibetur, *vt ex gloſ.in l.ſi quæramus ff. qui teſtam.facer.poſſ.* Immò mulier de ſuis dotibus teſtari potuiſſe, & poſſe,vt in terminis decidit *Præſ.de Frãch.deciſ.196.in fine,* & dicta Domina dum condidit teſtamentum, in quo dictum Alphonſum ex ſecundo matrimonio natum ſuum vniuerſalem inſtituit hæredem, & dictam Rebeccam, aliasq; filias ex primo matrimonio particulares hæredes in legitimã, vel in eo, quod de iure eis ſpectabat, quod intelligitur de iure Regni, vt diximus ſupra *num.7.* conformando ſe cum dicta *conſtitutione in aliquibus,*per exiſtentiam maſculi fœminas excludente,iuxta notata per *Bart. & alios in l.hæres mei §.cum ita ff.ad trebell. Hippolyt.Rimin. conſ.47. num. 20.* eius diſputatio eſt valida, & de iure Regni, & etiam communi Romanorum, dictę filiæ licet in legitima ſint inſtitutæ, teſtamentum matris impugnare non poſſunt, dicit *Præſ. de Franch.deciſ.667. nu.1.& in fine.*

Et licet *Iſern. in d.conſtitut. in aliquibus col.3.* in terminis ipſius conſtitutionis videatur facere differẽtiam bonorum *per text.in l.de emancipat. & in authent. poſt fratres C.de legitim.hæred.* Tamen loquuntur quando ſucceſſores oẽs ſunt maſculi, vel omnes ſunt fœminæ, inter quos non eſſet habenda prærogatiua ſexus, quia adeſt ſexus, & tunc debet per ius commune declarari, ſed cum *per d. conſtitut.in aliquibus,*aperta ſit mens ſtatuentium, ſtante maſculo fœminam non admitti, & ſi admitteretur contra conſtitut.fieret, & nulliter, *l.ea lege ff. de leg. vt dicit Minad.in deciſ.36.nu.11.& per totam,*ad noſtrum caſum multa dicit, ergo dictæ filiæ fœminæ, niſi legitimam tantum, in qua inſtitutæ fuerunt,habere poſſunt.

Non obſtat, quod in primo matrimonio per patrem teſtatricis, fuit pactum cum primo viro, quod de ſuis dotibus non potuiſſet diſponere, niſi de ducatis
19 mille, † quia pactum illud intelligitur rebus ſic ſtantibus,nàm mortuo marito, vt ſecundo nuberet, potuit illud reſcindere,vti ex iuſta cauſa,vt nuberet,ſecun

dum

Digitized by Google

dum *Napod.in conſuetud.* & *ſi mulier*, & quiſquis in re ſua eſt moderator, & arbiter, *l.in re mãdata C.mandati*, & in trãſlatione rerum quæcumque pacta apponi poſſunt, vt in inueſtitura feudi, *de feud. non hab.propr. naturam feud.* & ſignanter in dotatione, quæcumque pacta volunt contrahentes præfigi poſſunt, & diſponere ad libitum mulieres de ſuis dotibus, & bonis paternis, & maternis habitis, vt deciſum prædiximus per *Præſ.de Franch.d.deciſ.196.in fine*, & contractus ex conuentione partium legem accipiũt, *vt in regul. contractum ff. de regul. iur.*

Vnde ex hac ſola poteſtate ipſa Beatrix
20 diſponere potuit, † etiam quia filiabus hæreditas matris ſtrictius debetur, quàm hæreditas patris, *vt per Afflict.in d.conſtitut.in aliquibus nu.7.per text.in l.1. in longobard. & in auth. ſi qua mulier C.de ſacroſanct.eccleſ.*

21 Quartò, † non obſtat diſpoſitio *legis hac ædictali C.de ſecundis nuptijs*, quia loquitur, quãdo mulier ad ſecunda vota tranſiens ſecundo viro pluſquàm vni filio primi matrimonij relinquere non poteſt, quod non eſt in caſu noſtro, quia ſumus in filio maſculo à matre poſt mortem patris inſtituto, vbi ſtante vitrici morte, nulla ſuſpitio *dicta l.hac ædictali* cadere poteſt, & mater filios ſecundi matrimonij meliorare poteſt, filijs primi matrimonij legitima relicta, vt iſta Domina fecit, & potuit *per text.in auth.de nupt.§. penult. incipiente, illud quoque ſuper hoc addiximus*, licet hortando, & non ſanciẽdo dicat, quod æqualiter filij inſtituantur, vt in fine *d.§. legitur*, per quem textum, quod mater filios ſecũdi matrimonij meliorare poſſit, firmat *Bald.conſ.30. nu.4. caſus talis eſt lib.* 3. quem adducit ad hoc *Io.Dilect.Durand. de arte teſtandi tit.de legitim.cautel.65.num.2. item Bald.Paul.de Caſtr. & Iaſon in authent. vnde ſi parens C. de inofficioſ. teſtament. idem Bart. in l. 1. C.de inoffic. donat. & in d.l.hac ædictali, & cum diſtinctione Paul. de Caſtr. & Salycet.* quod quando relinquitur filijs ſecundi matrimonij contemplatione vitrici, vel nouercæ, quod non proſit refert, & ex prędictis firmat *Franc.Marc.q.27.per totam par.2.* & dum in caſu noſtro tempore diſpoſitionis vitricus erat mortuus, talis diſpoſitio etiam attenta diſtinctione *Paul.de Caſtr. & Salycet.* vel etiam in terminis noſtris, quod inter filios ſecundi matrimonij meliorari poſſit relicta legitima filijs primi matrimonij deciſum firmat *Gaſpar Theſaur. addens ad deciſione Antonij Theſauri 170. colum.1. in princ.* Ex quibus concludo ſolam legitimam relictam deberi filijs primi matrimonij, & ita iuris eſſe conſulo.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pater pro filijs natis, & naſcituris ſtipulari poteſt, & eis acquiritur actio.*
2 *Gloſ. l.ſi tibi decem §. ſi pactus ff.de pact. declaratur.*
3 *Promiſſio quando venit in filium per modum donationis, aditionem hæreditatis non requirit.*
4 *Filiatio eſt qualitas naturalis expreſſa in ſtipulatione, quæ non vincitur à qualitate hæreditaria, quæ eſt de iure ciuili, & tacita.*
5 *Filiorum, & hæredum mentio in ſtipulatione, qualiter intelligatur.*
6 *Donatio cõtemplatione matrimonij acquiritur filijs vti filijs ſecundum aliquos.*
7 *Regula, quod pater quando ſtipulatur ſibi, & filijs, intelligitur vti hæredibus, duobus modis limitatur.*
8 *Donatio contemplatione matrimonij, ex quibus percipiatur, & nu.9.*
10 *Dominij tranſlatio per quæ verba fiat.*
11 *Poteſtas alienandi conceſſa, non facit trãſferre dominium.*
12 *Ius oritur ex facto.*
13 *Ius mutatur ex modica facti mutatione.*
14 *Hæredum ſuorum appellatione, veniunt tàm ſui, quàm extranei, etiam quod poſtea nominentur filij, & num.* 18. *& ſeq.*
15 *Suorum appellatione quando veniant, etiam extranei.*
16 *Verba præcedentia in toto contractu poſi-*



Digitized by Google

ta cenſentur etiam in odioſis repetita.

17 Promiſſio contemplatione matrimonij expreſsè pro filijs vti filijs facienda eſt, alias vti hæredibus acquiretur.

18 Hæredum nomen in contractu intelligitur propriè, & requiritur, quod vocatus ſit hæres.

19 Contradicere ſibi ipſi alienum eſt à Bart.

20 Filij in relicto non incipiente à perſona patris, veniunt vti filij.

21 Stipulatio pro filijs regulariter vti hæredibus facta cenſetur, idem ſi ſit dubium nu. 22. & 25.

23 Qualitas naturalis expreſſa vincit tacitam qualitatem hæredis, cum limitatione ſua.

24 Rationes plures quis amplexus præſumitur, non vnicam.

25 Pater præſumitur in dubio pro filijs vti hæredibus ſtipulari.

26 Repugnantia excludi debet quacumque interpretratione.

27 Filiorum ſequens nominatio, intelligitur ſecundum præcedentem ſtipulationem pro hæredibus.

28 Sequentia declarantur à præcedentibus, maximè vt tollatur correctio, & num. 35. vbi plures deciſiones.

29 Sequentia quandoq; reſtringunt præcedentia.

30 Suorum appellatione veniunt filij, ſed nõ niſi hæredes patris, & in poteſtate ſiſtentes, & nu. 31.

32 Hæredum appellatione in feudo filij non veniunt, niſi ſint hæredes.

33 Appellatione hæredum maſculorum ex corpore legitimè, non veniunt deſcendentes niſi ſint hæredes.

34 Cauſa in matrimonio contrahendo non eſt finalis, ſed impulſiua.

35 Matrimonij cauſa non infert, quod ſtipulatio intelligatur facta pro hæredibus.

36 Contemplatio neceſſe eſt, quod ſit cauſa proxima acquiſitionis, vel remota, & immediata.

37 Donatio facta Titio, & ſuis, intelligitur de hæredibus, idem ſi dicatur Titio, & filijs nu. 38.

39 Doctor ſibi ipſi contradicens, tollendus eſt de numero contrariorum, & de eo non curandum.

40 Doctori creditur magis legenti, quàm conſulenti.

41 Ratio Bertrandi non militat.

42 Bartoli authoritas Bertrandi præferenda.

43 Donatio ſi facta ſit patri, & demum filijs, filij non venient niſi patris hæredes.

44 Filij appellatio regulatur à præcedenti verbo hæredum, etiam in feudis, & num. 45.

46 Finalis cauſa eſt, quæ diſpoſitioni cohæret.

47 Extenſio de perſona ad perſonam non fit.

48 Donatio præſumitur facta contemplatione notorum, non ſecus.

49 Filio patris contemplatione, quando donatum cenſetur.

50 Patris merita conſideranda, non filiorum.

51 Patris contemplatione, quod datum eſt filio, ac ſi pater dediſſet eſt.

52 Patris contemplatione, quod factum eſt ad patrem refertur.

53 Patruus donando nepotibus videtur fratri, & eius contemplatione donare.

54 Neptis à patruo inſtituta præſumitur contemplatione patris ſui.

55 Donata filio à conſanguineis patris, contemplatione patris, & ipſi patri donata videntur, idem in donatis ab extraneo, quando merita non proceſſerunt, & nu. 57. & 58.

56 Donata ſponſæ à conſanguineis viri, viro intelliguntur donata.

59 Donans pro alio, illum alium repreſentat.

60 Pater ſi ſibi donata ſtipuletur pro filio, intelligitur vti hæredi, & poſt mortem patris, & nu. 61.

62 Pater vt donata filio non alienet cautela eſt, quod exprimatur filios donatarij ſuccedere vti filios.

63 Omiſſum pro omiſſo habetur.

64 Propoſitum in mente retemptum nihil operatur.

65 Euentus triſtis non eſt attendendus.

66 Filij ſicuti in antefato, vti hæredes ſuccedunt, ita etiam in alijs donatis, & numer. 67.



Digitized by Google

68 *Feudum contemplatione patris datum cenſetur primo patri, & deinde filio vti hæredi.*
69 *Conſtitutum, & præcarium operantur, tranſlationem dominij.*
70 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*
71 *Subrogatus ſapit nuturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & nu. 72. & 73.*
74 *Verborum non eſt à ſignificatione recedendum.*
75 *Contractus eſt ſtricti iuris, & non niſi expreſſa complectitur.*
76 *Stipulationes ita latè patent ſicuti verba, quibus ſunt conceptę, per quæ verborum obligationes determinantur.*

Pro D. Fabio Caracciolo, contra D. Laudoniam Ruffam, & D. Troianum Caracciolum filium.

## ARGVMENTVM.

*De datis, & promiſſis contemplatione matrimonij, patre ſtipulante pro ſe, & hæredibus, & poſtea nominatim pro filijs, an filij veniant vti filij, vel vti patris hæredes, & de poteſtate alienandi.*

## CONSILIVM IX.

EX alijs dictis, & etiam ex aduerſo prætenſis, reaſſumẽdo, in hac cauſa duo diſcutienda veniunt.

Primũ an ſupplementum bonorum valoris ducatorum trigintaquinque millium, iuxta promiſſionem quondam Pauli, & Liuij Caraccioli in capitulis matrimonialibus D. Flaminij Caraccioli, cum Domina D. Laudonia Ruffa, filij ipſi ſuppletionem habeant ex eorum propria perſona, vel vtį Flaminij patris hæredes, taliter quod creditoribus bona ipſa ſint obligata.

Secundum, an dicta bona ſint acquiſita Flaminio, & deinde eius filijs ex iuris diſpoſitione, vel vigore pacti in dictis capitulis adiecti, illis verbis, verum, &c.

Et cum iuſtitia D. Fabij alias, in facto, & in iure, voce, & in ſcriptis dicta, ſit tàm notoria: quia vt audio, veriſſimas facti, & iuris concluſiones, ex aduerſo controuerti prætenditur, ad primi principalis articuli coniecturas deueniamus.

Prima enim ex aduerſo prætenſa con-
1 iectura eſt, † quod pater ſtipulari poteſt pro filijs natis, & naſcituris, & eis acquiritur actio, *l. quodcumque* §. 2. *ff. de verb. obligat.* maximè in contractu matrimonij, *ex Goffred. in l. ſi quis operas ff. de oper. libert. Bertrand. conſ.* 234. *col.* 2. *Tiraquell. de iure primogen. in* 6. *q. nu.* 3.

2 Secundò, † pars adducit tres diſtinctiones *gloſ. in l. ſi tibi decem* §. *ſi pactus ff. de pact.* Quarum prima diſtinctio eſt, quando expreſsè pro filijs hæredibus ſtipulatũ eſt, tunc veniunt vti hæredes: ſecũda quando vti filijs, & tũc vti filij veniunt: tertia quando eſt in dubio, & tunc veniunt vti hæredes. Prætendit promiſſionem eſſe factam contemplatione matrimonij, cum certa perſona, & quod ibi ſint nominati filij, & ſic eſſe in ſecundo caſu gloſ. & pactum in beneficium filiorum, vti filiorum, non vti hæredum eſſe factum, & ius quæſitum, *ex Bart. & alijs in d.* §. *ſi pactus.*

3 Tertia, † coniectura eſt, quod talis promiſſio veniat filijs ex donatione paterna per modum donationis, quæ non requirit aditionem hæreditatis.

4 Quartò, † quod filiatio ſit qualitas naturalis expreſſa in ſtipulatione, & eſſe hæredem ſit de iure ciuili, & tacitè, & naturalia à iure ciuili vinci non poſſe, nec expreſſum à tacito, & ſic, quod qualitas naturalis expreſſa qualitatem hæredis tacitam vincat, *ex Fort. Garſ. in l. Gallus* §. *quidam rectè num.* 6. *verſ. aliter ff. de liber. & poſthum. Ruyn. ibidem num.* 83. *& ex alijs.*

5 Quintò, † ſi in ſtipulatione ſit mentio de filijs, & hæredibus in re tranſitoria ad extraneos hæredes, videtur ſtipulari



Digitized by Google

filijs,& hæredibus,ſin autem requiritur, quod ſint filij,& hæredes,aut fit mentio de filijs in actu, qui conueniri poteſt filijs,vt filijs,& filijs vti hæredibus, & in dubio pater poteſt ſtipulari filijs,non vti hæredibus,etiam in re tranſitoria ad extraneos hæredes, *ex Soccin. Iun. in d.l. quod dicitur verſ.interdum* ff. *de verbor. obligat. & ex Iſern. & Feudiſtis*, in feudis conceſſis Titio,& filijs,& hæredibus, & Titio, & filijs, quod in primo caſu requiritur,quod ſint filij, & hæredes in ſecundo,quod ſint filij,*ex Artman Piſtor. q.1.tom.2.*

6 Sexta, † coniectura,quod in donatione contemplatione matrimonij, veniant filij vti filij, *ex Dec.conſ.234.num.4. & conſ.607. nu.10. Bertrand.conſ.167.nu.4.vol.3.par.1.& conſ.234.nu.11.vol.2. Soccin.Iun. conſ.58.lib.2. Menoch.conſil. 506.nu.10. & 16.Regens de Ponte conſ. 80.nu.16. vol.1.* & ex alijs etiam ſoluto matrimonio per mortem vxoris,quando ſuperſunt filij, *ex Molin.de primogen. hiſpan.lib.4.cap.2.nu.18. & alijs.*

7 Septimò, † ad dicta Doctorum,quod quando pater ſtipulatur ſibi,& filijs cenſetur ſtipulari vti hæredibus, duas adducit limitationes. Primam, vt non procedat in re non tranſitoria ad quoſcumque hæredes,cum præſumatur ſtipulari filijs, vt filijs, *ex Bertrand.d.conſ.234.nu.11. lib.2.Maſcard.concluſ.1157.limit.4. nu. 11.& ſeq.* cum bona donata contemplatione certi matrimonij, non poſſint tranſire ad filios alterius matrimonij, quia eſſet contra ſubſtantiam pacti. Pro ſecunda limitatione dicit,quod quando pater ſtipulatur ſibi, cadit difficultas ſi filijs, vti filijs,vel vti hæredibus,ſed ſi ſtipulatur filijs tantum, & non ſibi tunc cenſetur ſtipulaſſe vti filijs, *ex Bald. in d. §. ſi pactus in fine*, ( hoc verum in re,quæ ſumit originem tranſmiſſionis à patre, ) *Alex.in d.l.quod dicitur nu.16.Iaſ.num. 27.verſ.vnde reſponde aliter,& ex Maſcard.in d.concluſ.1157. in 1.limit. nu.5. 6. & alijs.*

Circa ſecundum principalē articulum pars ſimiliter coniecturat.

Primò, promiſſionem ipſam factam filijs contemplatione patris, ceſſare, & prætendit, quod Paulus, & Liuius ex-
8 preſsè† donarunt cauſa matrimonij,cum dicta Laudonia, & donarunt Flaminio, & ſuis filijs naſcituris, & vt lautius poſſet in dicto matrimonio viuere, & ſic nō eſſe in dubio, ſed in claris, *ex Bertrand. conſ.176.nu.4.vol.3.*

Secundò, quod Paulus, & Liuius non intellexerunt facere niſi Flaminium fratrem diuitem, vt vxorem ditiorem inue-
9 niret, † & promiſſorem, & bona eius venire obligata pro antefato, & dotium reſtitutione dictæ Laudoniæ, *ex Bald.in l.ſi præſes de donation. Molin.de primog. lib.4.cap.2.num.18.Feder.de Sol.de lucr. dot.lib.1.q.21.*

Tertiò,quod talis refectio nō fuit promiſſa Flaminio, nec præceſſit verbum actum ad tranſlationē dominij,*ex Iſern. in cap.1. §. ſi libellum de alienat.feud. patern. nu.* 8. cum non ſufficiat dicere re-
10 futo, † ſed requiritur nomen dono,vendo,transfero,vt ibi.

Quartò, coniecturat,quod verba, ibi, Flaminius poſſit diſponere in vita, & in morte,non poſſunt intelligi de pecunia reficienda,per Paulum,& Liuium,ſed de ducatis trigintaquinque mille, quos aſſerebant habere proprios Flaminium, & ſi intelligeretur de pecunia reficienda, non poſſe Flaminio acquiri, per dictam diſponendi poteſtatem ſibi traditam,
11 cum tradita poteſtate † diſponendi non cenſeatur tranſlatum dominium,*ex Soccin.conſ.131.col.fin. lib.1. Hieronym.Gabr.conſ.143.nu.6. lib.1. & ex deciſ.Theſaur.97.*

Coniecturis ipſis, & alijs, quæ ex aduerſo adduci poſſent, non obſtantibus contrariam ſententiam iuri, & æquitati conſonam, & veriorē eſſe dijudico,& ſic pro Domino Fabio iudicandum. Et cum
12 ex facto† ius oriatur,*l.ſi ex plagis §.in cliuo* ff. *ad l.aquil. l.ex facto ff. de negot.*
13 *geſt.* † & ex modica mutatione facti totum ius mutetur,*vt per Alber.in d.§.in cliuo*, pro reſolutione primæ aduerſæ coniecturæ, videamus quid inter partes

ipſas

Digitized by Google

ipſas contractatum fuit: nam inuenio, quod Flaminius in principio ſui matri-
14 monialis contractus ſtipulauit, & promiſſionem recepit pro ſe, ſuisq; hæredibus, & ſucceſſoribus, quo caſu veniunt hæredes tàm ſui, quàm extranei, *l. hæredis appellatione l. ſciendum ff. de verbor. ſignif. & ex alijs per Anton. Gabriel. in ſuis commun. opinion. lib. 6. concluſ. 2. nu. 1. vbi nu. 2.* Ampliat etiam ſi dixerit pro hæredibus ſuis, vt in caſu noſtro, & hanc * cõmunem eſſe opinionem, & ſi in alia parte contractus veniunt nominati filij, & contrahentes non expreſſerunt pro filijs vti filijs, ſtipulari: vti hæredibus ſtipulatum cenſetur, *Corn. conſ. 53. col. 2. & 3. lib. 3. poſt Speculat. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc autem videndum verſ. item quod præcedente, Natt. conſ. 64. nu. 12. Hippolyt. Rimin. conſ. 59. nu. 92. vol. 1. cum alijs cumulatis per Surd. deciſ. 322. num. 69.*
15 Et licet relatiuum † ſui plures habeat ſignificationes, & quandoq; extraneos etiam comprehendat, ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum mentem acquirentis, vt poſt alios notat *Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 22. num. 28.* Tamen quia etiam nomen filiorum, ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum mentem acquirentis, etiam ad extraneos extenditur, vt latè *Peregrin. loco citato nu. 44. 50. & ſeq.* & conſequenter eadem ratio iam militat in vtroque modo requiſitionis, vt rei natura conſideretur, ſi tranſitoria ſit ad extraneos, vt eo modo cenſeatur acquiſita, ſic etiam inſpicitur mens acquirentis, quomodo acquirere præſumitur, & cum hic expreſsè Flaminius pro hæredibus ſtipulatus ſit, & de ſupplemento pecuniæ tranſitoriæ ad extraneos hæredes filij ad ipſa bona ſi patris non ſint hæredes venire non
16 poſſunt, cum regulare ſit, † quod poſita in præcedentibus, in ſequentibus, & in toto contractu repetita cẽſeantur, etiam in odioſis, *ad text. in l. 3. §. filij ff. de liber. & poſthum. cap. ſecundo requiris de appellat. & ex alijs Natt. conſ. 64. nu. 12.* & quamuis pater pro filijs ſtipulari poſſit, & eis acquiri, dum pro eis non ſtipulatus fuit, ſed pro hæredibus, defectus voluntatis obſtat.

Ad ſecundam partis coniecturam, quod ipſi filij ſint expreſsè vocati, & iuxta ſecundam diſtinctionem, *gloſ. in d. l. ſi tibi decem § ſi pactus ff. de pact.* quam pars pro ſe prætendit, dicitur non obſtare, & eſt totum contrarium, quia pater, & contrahentes omnes pro ſe ipſis, & hæredibus ſuis ſtipulati ſunt, & ſic prima diſtinctio dictæ gloſæ, quia expreſsè pro hæredibus ſuis ſtipulatum fuit, & etiam, quod dubiè pro hæredibus, & filijs ſtipulatum eſſet, tertia diſtinctio eiuſdem gloſæ Fabium tueretur, quia pro hæredibus ſtipulatum fuit, & cenſetur: vnde filij ſi patris non ſunt hæredes, ad tale ſupplementum venire non poſſunt, quam *gloſ. Bartol. in d. §. ſi pactus,* dicit optimè loqui, & auream appellat *Bald. nu. 5. & Angel.* inquit, nullam aliam inueniri meliorem, & ab omnibus notabilem reputari, *Caſtrenſ. & Fulgoſ.* cum ea tranſeunt, & eſt * communiter approbata ſecundum *Alexand. ibidem numer. 7. Iaſ. numer. 2.* eamq; * communem aſſerit *Fortun. Garſ. in d. l. Gallus §. quidam rectè num. 53. & 60. circa medium,* & magis * communem *Rubr. num. 149. & 151. & ex alijs multis firmat Surd. d. deciſ. 322. nu. 32. Conſiliar. Fabius de Anna conſ. 52. num. 15.*

Non obſtat ex aduerſo prætendi talem promiſſionem, & in contractu matrimonij, eſſe acquiſitum filijs vti filijs, quia opus erat non ſtipulari pro hæredi-
17 bus, ſed ſpecificè pro filijs vti filijs, † & eis ita acquiri, alias intelligitur acquiſitum ius filijs vti hęredibus patris per diſtinctiones dictæ gloſæ, & alias * communes ſupradictas authoritates, *ex Surd. d. deciſ. 322. nu. 84. & ſeq.* & ex alijs infra, & *nu. 53.* maximè quod ſumus in
18 contractu, † in quo hæredis nomen intelligitur propriè, & requiritur, quod vocatus ſit hæres; & ſic Flaminij filij aliter, quam vti hæredes venire non poſſunt ſecundum diſtinctionem *Alexan. in d. l. Gallus §. etiam ſi parente nu. 5. verſ. ſecundo fallit ff. de liber. & poſthum.* Ergo



Digitized by Google

go contemplatio matrimonij in hoc nihil operatur, poſtquàm filijs vti filijs facta non fuit, immò pro hæredibus, vt eſt dictum, & plenius infra.

Et licet doctrinis ex aduerſo adductis dum non adeſt prætenſum factum non eſſet opus reſpondere, & ipſis reſpondeat *Surd. d.deciſ.*322. tamen quatenus citatur *Bart. in d.l.ſeia*, quod pars prætendit, non dicit expreſsè, & proindè nè ſi-
19 bimet contradicat, † quod eſt alienum à *Bartol.* ſtandum eſt alijs locis, vbi hanc quæſtionem tractauit *in d.§.ſi pactus nu.* 8. vbi dixit, quod pater cenſeatur ſtipulatus pro filijs, vti hæredibus, & eſt * communis opinio, vt prædiximus *nu.* 14. *& ſeq.*

Nec *Bald. in d. authent. quas ruinas* nobis aduerſatur, ſed tantum dicit, quod
20 tunc † filij veniunt tanquàm filij quando relictum, ſiuè datum non incipit à perſona patris, ſed quando incipit à perſona patris, vt in caſu noſtro, tunc filij non veniunt niſi ſint patris hæredes, ita tenet ipſemet *Bald. cum Gloſ. in d.§.ſi pactus nu.* 3. & communem * opinionem adduximus ſupra *num.* 16. *& ſeq.* & ex prædictis prima, & ſecunda partis coniectura, & Doctorum authoritates reſolutæ remanent.

Ad tertiam partis coniecturam, quod talis promiſſio ad filios Flaminij perueniat ex donatione paterna per modum donationis, quæ non requirit aditionem: Reſpondetur, quod hoc ex facto non apparet, dum Flaminius pater nihil donauit ſuis filijs, & ſtipulatus ſit pro hæredibus, nec fundauit in iure: Immò ſi pro filijs ſtipulatus eſſet, prout non ſtipulatus fuit, vltra quod ex prædictis patet, filios non niſi, vti patris hæredes venire
21 poſſe, † regulariter ſtipulatio intelligitur facta pro filijs tanquam hæredibus, *Ruyn. conſ.* 179. *num.* 11. *verſ. nec obſtat lib.* 2. & ante eum idem probauit *Bald. Caſtrenſ. & Corn.* quos ponit, & ſequitur *Cephal. conſ.* 303 *nu.* 74. *& ſeq. & nu.* 99. *& ſeq.* ad contraria etiam reſpondens *Surd. d. deciſ.* 322. *num.* 80. & ſi eſſemus
22 in dubio, † prout in claris verſamur, quia pro hæredibus ſtipulatum fuit, adhuc filij Flaminij vti patris hæredes venire non poſſunt, *l. tale pactum §. final. ff. de pact. Gloſ. in d.§.ſi pactus, vbi Bartol. num.* 8. *& in d.l. Gallus §. quidam rectè nu.* 9. *vbi ſequuntur Angel. & alij*, & ex pluribus * communibus opinionibus, & authoritatibus firmat *Surd. d. deciſ.* 322. *& nu.* 32. *& Conſil. Fab. de Anna d. conſil.* 52. *& nu.* 15.

Ad quartam coniecturam, quod filiatio ſit qualitas naturalis expreſſa, & eſſe
23 hæredem, eſt de iure ciuili, & tacitè, † & qualitas naturalis expreſſa vincit tacitam qualitatem hæredis. Reſpondetur, quod ſi in filijs concurrit qualitas naturalis, & qualitas expreſſa, & qualitas ſãguinis, videatur potior, tamen ſi intelligamus de filijs tanquam hæredibus factam eſſe mẽtionem, ea non excluditur, ſed vtraque concurrit, quia non negatur, quin vocati ſint filij, ſed dicitur, quod vocati ſunt cum qualitate, quod ſint hęredes, nec ipſi filij excludi poſſunt niſi hæreditatem recuſent: procederet autem contrarium ſi velimus excludere qualitatem ſãguinis, quam dicimus eſſe conſiderandam, ſed non ſolam, pro quo
24 facit, † quia in dubio motus quis præſumitur non vnica ratione, ſed pluribus *Salycet. in l.* 2. *C. de noxal. Iaſ. in authent. quas actiones C. de ſacroſanct. eccleſ. Gozzadin. conſ.* 203. *num.* 19. *Ripa in rubr. ff. ſolut. matrim. num.* 62. *vbi addit Imol. & Curt. Sen.* Dicendum eſt ergo, ſtipulantem conſideraſſe, & ſanguinem, & ſucceſſionem, poſtquàm inuicem ſe compatiuntur, nec vnus reſpectus alium expellit, vt puntualiter firmat *Surd. d. deciſ.* 322. *nu.* 63. *verſ. bis verò refragatur, & num.* 64. & ſic quarta ex aduerſo coniectura non obſtat, maximè quia iam fundauimus, quod ſi pater ſtipulatus fuiſſet pro filijs ſuis, ipſi filij ad bona non niſi vti patris hæredes, venire poſſunt, & hæc eſt magis * communis, & verior ſententia comprobata authoritate ferè omnium Doctorum, vt prædiximus *nu.* 14. *& ſeq.*

Circa quintam ex aduerſo coniecturam,

Digitized by Google

ram, quod in actu, qui poteſt conueniri filio, vt filio, & filio vti hæredi in dubio pater videtur ſtipulari filijs vti filijs, & non vti hæredibus, etiam in rę tranſmiſſibili ad extraneos hæredes. Reſpondetur, quod hoc quidem non militat, & eſt contra tertiam diſtinctionem, *gloſ. in d. §.*
25 *ſi pactus*, dicentis, † quod in dubio cenſetur ſtipulatum filijs vti hæredibus, ad quod plures adduximus * cōmunes opiniones ſupra *nu.* 14. 16. *&* 24. & dum in principio contractus Flaminius ſtipulatus eſt pro ſe, & hæredibus, ſi poſtea intelligeremus filios eſſe vti filios vocatos, & non vti hæredes, certè ſubeſſet repu-
26 gnantia, † quæ excludi debet quacumque interpretratione, *Bartol. in §. idem quaſi num.* 3. *in fine ff. de condit. indebit. Alex. conſ.* 170. *lib.* 6. *infinitos ponit, Grauett. in reſponſ. pro gener. nu.* 303. *& plu-*
27 *rib. ſeq.* † nominatio filio, &c. debet intelligi ſecundum præcedentem ſtipulationem de hæredibus, ſcilicet, vt filij ſint
28 vocati, ſi patris ſint hæredes: † ſequentia enim declarantur à præcedentibus, *l. ſi fuerint §. final. ff. de rebus dubijs, l. ille, aut illa §. cum in verbis ff. de legat.* 3. *Alexand. conſ.* 47. *nu.* 18. *lib.* 1. vbi ſubdit, maximè id procedere, vt tollatur
29 correptio; † & quamuis aliquando ſequentia reſtringant præcedentia, tamen quando præcedentia ſunt clara, & ſequentia ſunt dubia, vt in caſu noſtro, vbi expreſsè ſtipulatur pro hæredibus ſuis, & pro filijs vti filijs, nulla adeſt ſtipulatio, tunc res caret difficultate, quia ſequentia intelliguntur, ſicut ea, quæ præcedunt, ita poſt *Cyn. inquit Bald. in l. legatorum petitio §. final. ff. de legat.* 2. *Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium §. final. nu.* 3. *ff. de legat.* 1. Cum ergo filij pronuntiatio dubia ſit, & poſſit referri ad filios vti hæredes, & ad filios vti filios, (vt ipſa pars in dicta quinta coniectura fatetur,) vtique hæc dubitatio declaratur à præcedenti ſtipulatione, quæ pro hæredibus ſimpliciter facta fuit, vt firmat *Surd. in d. ſua deciſ.* 322. *num.* 55. *verſ. quinta deducitur, & num. ſeq.* Et ſi in dicta ſtipulatione, quia dicitur pro ſe, & hæredibus
30 ſuis, † per tale verbum ſuis veniunt filij: tamen non veniunt niſi ſint patris hęredes, *Dec. conſ.* 216. *nu.* 5. *Alexan. conſ.* 26. *lib.* 5. *ex Iſern. & alijs multis firmat Surd. in d. deciſ.* 322. *num.* 61. *&* 62. &
31 cum appellatione † ſuorum veniant filij in poteſtate exiſtentes, *vt in §. ſui inſtit. de hæred. qualit. & different.* & hæc ſtipulatio concordet cum ſtipulatione pro filijs, ideò hæreditaria qualitas, in vtroque caſu neceſſaria eſt, eo magis, quia ſumus in ſuppletione in pecunia, quę poteſt ſpectare ad extraneos hæredes, ad filios vti hæredes, & ad filios, vti filios, dum contrahentes non expreſſerunt ſpectare ad filios vti filios, vt neceſſe erat, ſi ita eis acquirere volebant, non expreſſerunt: immò quia pro hæredibus ſtipulatum fuit, ipſi filij poſteà nominati, niſi patris ſint hæredes promiſſionem habere non poſſunt, vt ſuperius fundauimus; & etiam infra, & ſic quinta contraria coniectura reſoluta remanet, etiam authoritate *Iſern.* & omnium ex aduerſo adductorum, quia dum ſtipulatum fuit
32 pro hæredibus † omnes Feudiſtæ tenēt, quod filij poſtea nominati non ſuccedūt etiam in feudo, niſi patris ſint hæredes, vltra prædicta ex multis per *Surd. in d. deciſ.* 322. *num.* 69. *&* 70. vbi contrarios reprobat, & bis contra eos iudicatum
33 firmat: † Immò in feudo conceſſo Titio, & hæredibus maſculis ex corpore legitimè deſcendentibus, filij, ſiuè deſcendentes non ſuccedunt, ſi non ſunt hæredes, vt voluerunt *Bald. Iacòb. de Ardiz. Iſern. Aluarot. Imol. Aret. Cardin. Alex. Brun. Ruyn. Pariſ. Soccin. Iun. Dec. Bero. Ripa Rube. Didac. Sylu. & Oſaſc.* quos omnes citat, & ſequitur *Caphal. omninò videndus in conſ.* 303. *nu.* 39. *vbi nu.* 89. *vſque ad* 110. contrarios reijciens infert, quod feudum taliter conceſſum eſt mixtum, in quo licet deſcendentes maſculi ſuccedere debeant, tamen debent eſſe hæredes, quod etiam voluit *Burſat. conſil.* 291. *nu.* 76. *& ſeq. Thom. de Marin. Capyc. Frecc. Camer. Vrſill.* & alij per ipſum adducti, ſubdens, ſic fuiſſe ſępè iudicatū, & refert *Surd. in d. deciſ.* 322. *num.* 77. *&* 78.

Digitized by Google

78. Facilius in caſu noſtro contrariæ authoritates, & prætenſiones non obſtant, dum ſumus in re tranſitoria ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos.

Sexta coniectura, quod in donatis contẽplatione certi matrimonij veniant filij, vti filij, nec ſubſiſtit, quia cauſa ma-
34 trimonij non eſt finalis, ſed impulſiua, vt in propoſito conſiderat *Oldrad. conſil. 5. ſequitur Dec. d. conſ. 216. num. 5. verſ. nec obſtant alia verba*, quia loquuntur
35 quando in principio diſpoſitionis † non infertur, quod minus intelligatur ſtipulatio facta pro hæredibus, vt inquit *Socc. Iun. conſ. 58. num. 11. vol. 2. Surd. in d. deciſ. 322. nu. 84.* & verbum contemplatione matrimonij nihil operatur: nàm vltra
36 prędicta † non omnis contemplatio ſufficit, quia opus eſt, quod illa ſit cauſa proxima acquiſitionis, vel ſaltim remota, & immediata, vt declarat *Bartol. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. vbi Alexand. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* & ex prædictis patet contemplationem matrimonij nihil operari, quia ſtipulatum fuit pro hæredibus, & non pro filijs, qui ſi poſtea nominantur, vti patris hæredes venire debent, & non aliter, vt ex ſupradidictis * communibus opinionibus, & deciſionibus iam fundatum eſt.

Nec *Dec. in conſ. 239. num. 4. & alibi,*
37 nobis contradicit, † quia in donatione facta Petro, & ſuis, tenet quod ſit facta pro ſuis hæredibus, quæ ratio etiam vr-
38 get, dum eſt facta pro Petro, † & filijs, vt etiam pro hæredibus intelligatur, ex prædictis, & * communibus opinionibus *num. 14. 16. 22. & 23.* & vt notat *Surd. d. deciſ. 322. nu. 85. in caſu, Decij* ſupponitur ius quæſitum filijs vti filijs, & idem *Chaſſan. conſ. 52.* quod hic non ſupponimus, immò contrarium, cum facta ſit promiſſio patri, cum poteſtate diſponendi, vt infra *num. 72. & ſeq.* & *Dec.* non negat, quin hæredes eſſe debeant, vltra quod non procedit in contractibus, in quibus ſtipulatio intelligitur facta vti hæredibus, & proindè de *Dec. & Chaſſan.* non curandum, etiam quia in alijs locis contrarium loquuti ſunt, ex dictis per *Surd. d. deciſ. 322. nu. 81. & 82. & Menoch. in conſ. 506. cum in lib. [illegible]. præſumpt.*
39 38. & 48. teneat contrarium, † ex quo tollendus eſt de medio, vti ſibi contrarius, & poſt alios notat *Præſ. de Franch. deciſ. 240. num. 16.* vel ei magis creden-
40 dum † in lecturis, in quibus ſine pecunia tractabat veritatem articuli: nàm in conſilijs propter pecuniam, conſulebat amico, & non inquirebat de veritate negotij, vt per *Camer. in cap. 1. in 2. par. nu. 35. an agnatus, & conſ. Bertrand. 234.* vt filij veniant vti filij, nec obſtat, quia in alijs ſuis conſilijs 73. *lib. 2. & conſ. 281. 276. lib. 3.* tenet contrarium, & expreſsè vult, quod de datis, & promiſſis contemplatione matrimonij pater in filiorum preiudicium diſponere poteſt, quod multo fortius in caſu, de quo agitur, vbi Flaminio patri data fuit expreſſa diſponendi facultas, vt infra *num. 72. & ſeq.* Nec ommittam dicere, quod *Bertrand. in d. conſ. 234. num. 11.* dicit contra eum eſſe * communem ſententiam, & *Bartol.* ſed ait recedendum eſſe ab opinione *Bart.* & * communi, quia alias extranei
41 præfererentur filijs, † quæ ratio non militat, cum filij veniant, ſed cum qualitate hæreditaria, & dum pater illis præiudicauit, hoc non vrget, quia habuit poteſtatem de bonis promiſſis liberè diſpo-
42 nendi, † & inter *Bertrandum, & Bartolum* eſt maxima differentia in authoritate, & tanto magis, quia cum *Bart.* eſt magis vera opinio * communis, & pluries ita deciſum diximus *num. 16. 22. & 33.* & ita iudicandum, & ex his ſexta ex aduerſo coniectura reſoluta ſimiliter remanet.

Ad limitationem primam ſeptimę aduerſæ coniecturæ, quod in re non tranſitoria ad quoſcumque hæredes, vt promiſſa contemplatione vnius matrimonij non tranſeant ad filios alterius matrimonij. Reſpondetur, quod licet filijs dicti matrimonij nihil fuerit promiſſum, & pater ſtipulatus eſſet pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, vt pluries dictum, & fundatum eſt, quod filij non niſi patris ſint hæredes venire poſſunt, ſed magis in

ſpetie,

Digitized by Google

43 ſpetie, & fortius dico, † quod etiam in donatione facta patri, & demũ filijs contemplatione matrimonij, perſona filiorũ vti hæredum, non vti filiorum contẽplata cenſetur, vt perbellè firmat *Bertrand. dictis conſilijs 73. lib. 2. conſ. 281. & 276. lib. 3. & Ioan. Fab. in l. final. C. de pact.* tenet, quod illud pactum, quod fit in contractu matrimonij, vt primogenitus ex illo matrimonio ſuccedat in tali re, intelligitur, dummodò illi paciſcentes in eadem voluntate perſiſtant, & ſic clarè ſentit patrem de illa re poſſe diſponere, & nil filio acquiſitum, niſi vti patris hæredi, poſtquàm pater diſponere poterat; vt ex alijs firmat *Conſil. Fab. de Anna d. conſ. 52. nu. 22.* & tanto fortiùs ſtante poteſtate diſponendi data Flaminio patri, de qua infra *num.* . . . & ex prædictis talis prima ex aduerſo limitatio reſoluta remanet.

Nec curandum de ſecunda limitatione partis, quod quando pater ſtipulatur filijs, & non ſibi, tunc filij veniant vti filij, & non vti hæredes figurando tranſmiſſionem non incipere à patre, quia ſtipulatio, & ꝓmiſſio vlla filijs facta adeſt, ſed pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſtipulatum fuit, & ſi poſtea filij nominãtur ta-
44 le verbũ † regulatur à præcedenti verbo hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, & promiſſio incipit à patre dum filijs nihil promiſſum fuit, ſed patri, & eius contemplatione, vt ſuperius fundauimus, & ſi poſtea filij venire prætendunt, non niſi vti patris hæredes venire debent, vt firmat *Iſern. in rubr. de ſucceſſ. feud. & in cap. huius autem generis nu. 11. ex quib. cauſ. feud. amittat. Bertrand. in conſ. 176. num. 5. volum. 3.* faciunt deciſiones adducta ſupra *numer. 34. & ſeq.* & idem iudicatum dicit *Præſ. de Franch. dicta deciſ. 213. numer. 59.* qui ita conclu-
45 dunt in feudis, † & ſic in fortiori caſu, quàm eſt noſter, quia in re non tranſitoria ad extraneos hæredes, ſed ad filios, & tamẽ neceſſaria eſt hæreditaria qualitas, & hæc eſt veritas notoria à Feudiſtis obſeruata, & eo fortius ipſi filij non niſi vti hæredes venire poſſunt, dum ipſis nihil fuit promiſſum, nec donatum, ſed Flaminio patri, & ab ipſo patre tranſmiſſio incipere debet, vt ex alijs infra dicam.

Veniendo ad ſecundum principalem articulum, & ad primam ipſius coniecturam per quam prętenditur, quod expreſſé donatum ſit cõtemplatione matrimonij, cum D. Laudonia, & ſuis filijs vti filijs, vt lautius viuerent, & non eſſe dubium, quod filij venirent vti filij, & non vti hæredes ad hoc reſpondetur.

Primò, tale aſſumptum ab ipſo contractu non poſſe haberi, & pro veritate negotij, attẽdamus quid, & quomodo promiſſio ipſa facta fuit: nàm ex ea apparet, quod Paulus, & Liuius promiſerunt hæreditatem Flaminij aſcendere ad ducat. trigintaquinque millia, alias quãtitatem deficientem de proprio reficere, & ſic facultatem in perſonam Flaminij contemplarunt, quod demonſtratur ex alijs verbis ibidem adiectis cauſam finalem deſignantibus, quę ſunt, vt D. Laudonia cum Flaminio commodius viuere potuiſſet, & pro ſecuritate reſtitutionis dotium, & antefati, lucrifaciendi in caſu mortis Fla-
46 minij, † & quod iſtæ ſint cauſæ finales per cõtrahentes expreſſæ probatur, quãdo cauſæ ipſæ cohęrent diſpoſitioni, *gloſ. in l. demonſtratio § quod autem, vbi Bart. q. 3. ff. de condit. & demonſtr. Salycet. in l. 1. in fine C. de cauſ. falſ. adiect. legat. Soccin. conſ. 159. col. 3. verſ. conſequenter lib. 2. Tiraquell. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 1. q. 6. num. 46.* dicuntur autem cauſæ cohærere diſpoſitioni, ſecundum *Bald. & Salycet. in d. l. 1.* quando illud, quod venit in diſpoſitione de neceſſitate, ſequitur ex illa cauſa, prout in hoc noſtro caſu, quia Flaminius commodius viuebat, ſi habebat ducat. trigintaquinque millia, quàm minorem ſummam, & ſic etiam D. Laudonia de ſuo antefato magis ſecura erat, quod antefatum D. Laudonia habere non poterat, niſi poſt mortem Flaminij, & ſic bona prædicti valoris fortius in perſona, & in dominio Flaminii tantum radicata, & contemplata fuerunt, & ad perſonam filiorum ipſo viuente extendi
47 non poterant; † cum extenſio de perſo-

na-

Digitized by Google

ad perſonam fieri non liceat, *Aret. in d. l. Gallus* §. *& quid ſi tantum col. 4. cum ſimilib. per Dec. conſ. 349. nu. 8. Iaſ. conſil. 227. col. 2. lib. 2. latè Tiraquell. in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* & *Hippolyt. Riminald. in d. conſ. 59. nu. 52. lib. 1.* & ideò quia promiſſio ad beneficium Flaminii proceſſit, ipſius contemplatione facta cenſetur, & à perſona Flaminii trāſmiſſio ipſorum bonorum incipere debet, & ſic filii non niſi patris hæredes venire poſſunt ſupradictis iuribus, & authoritatibus, & ex aliis infra.

Secundò, Paulus, & Liuius perſonam
48 Flaminii eorum fratris, † notam habebant, non filiorū naſciturorum, ideò promiſſio videtur facta contemplatione Flaminii patris, *l. ſed ſi plures* §. *in arrogato, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. in fin. vbi Bart. & alij, & ibidem voluerunt Imol. & Alexand.* qui ponunt generalem regulam,
49 quod filio meo † donata à conſanguineis meis, mihi acquiruntur tanquàm mei contemplatione donata, ita declarant *Caſtrenſ. & Moderni in l. cum oportet, & in l. fin. C. de bon. quæ liber. & in l. final. C. de vſufruct.* & tunc datur, ſiuè relinquitur filio contemplatione patris, quando non erat alias daturus, vel relicturus, niſi reſpectu patris, & ad patris vtilitatem, quod præſumitur ſi ſolius patris merita proceſſerunt, ita dicit *Bald. in d. l. cum oportet, vbi ſequuntur Caſtrenſ. & Moderni*, & non ſolum expreſsè ad vtilitatem patris fuit ipſa promiſſio facta, ſed etiam præſumitur, quia ſolius patris
50 merita præceſſerunt, † & in propoſito merita Flaminii patris ſunt conſiderāda non filiorum naſciturorum, qui tūc cum non eſſent in rerū natura, nullum poterat in eis meritum conſiderari, *l. ſi quis in ſuo C. de inoffic. teſtam. Soccin. conſ. 72. nu. 11. verſ. ſed prædictis non obſtantibus libr. 2.* in legato facto filio, concludit deberi patri, facit *text. in l. dedit dotem verſic. occurrit æquitas* ff *de collat. bon. ibi, &*
51 *quod † pater meus filiæ meæ propter me dedit, perinde eſt, ac ſi ego dederim, idem in l. 3.* § *fin.* ff. *de donat. inter vir. & vxor. ibi: Si donaturum mihi iuſſero vxori meæ dari, ait Iulianus, nullius eſſe momenti: perinde enim eſt habendum, ac ſi ego accepiſſem, & rem meam factam vxori meæ dediſſem, & in eadem l. 3.* §. *igitur verſic.*
52 *ſancitum, legitur: Quod ex patris contēplatione, profectum eſt, hoc ad eum referri, vbi Gloſ. & Dec. conſ. 278. nu. 4.* vltra quæ, multa alia iura, & authoritates adducit *Surd. d. deciſ. 322. à nu. 46. vſque ad nu. 51.* vbi in patruo donante nepotibus, & ſic in proprio noſtro, & fortiori
53 caſu dicit, † quod patruus donando nepotibus videtur fratri dare, & fratris contemplatione, plus enim erga fratrem reuoluitur, quam erga nepotes, qui ſunt remotiores, *l. fin. C. de verbor. ſign.* & fratri præſumitur voluiſſe prius donare, *l. cum ita* §. *final.* ff. *de legat. 2.* & in terminis, de patruo dotante neptem, ſequitur *Alex. conſ. 179. nu. 3. vol. 5. Dec. conſ. 81. num. 5. Soccin. Iun. conſ. 33. num. 3. libr. 1.*
54 vbi idem dicit, † quando patruus inſtituit neptem volēs, quod intelligatur inſtitutus intuitu fratris, quia inſtitutio eſt facta à cognato patris, *d. l. ſed ſi plures* §. *in arrogato in fine, vbi Bart. & alij in fine*, ibiq; idem voluerunt *Imol. & Alex.*
55 ponentes generalem regulam, † quod filio meo donata à conſanguineis meis, mihi acquiruntur, tanquàm mei cōtemplatione donata, idem dicunt in dona-
56 tione facta ſponſæ † à cōſanguineis mariti, *Lup. in rubr. de donat. inter virum, & vxorem* §. *45. num. 1. & ſeq. Ruyn. conſil. 196. num. 6. lib. 2. Iſern. in cap. 1. de alien. feud. patern. num. 14.* dicit, quod etiam
57 ceſſante conſanguinitate, † donatum filio dicitur patris contemplatione donatū, quando in filio non cadit meritum, quia anniculus, & fortius in caſu noſtro, quia nondum nati erant, latè *Surd. d. deciſ. 322. num. 51. & ſeq.* cum patris con-
58 templatione facta ſit dicta † promiſſio pater videtur dediſſe, *d.* §. *in arrogato, vbi Bald. & alij d. l. generaliter, vbi Bald.* di-
59 cit, † quod dans pro alio illum repreſētat, *C. de ſecund. nupt. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 1. Simon de Petr. de interpret. vltimar. voluntat. dub. 2. ſolut. 6. num. 2. & 3. fol. 64.*

Lup.

Digitized by Google

*Lup d.* §. *45 .in princ. Natt.conſ.14.nu.1.*
60 quod ſi patri † videtur donatum ſtipulãdo filio, intelligitur vti hæredi, & poſt mortem, quia alias non valeret, vt inquit *Imol. in d. l. quod dicitur col. 5. ſequitur Alexand.nu.15. & Surd.d.deciſ.nu.54.* & ex prędictis validiſſimè habetur, quod cum quid donatur filio ratione patris, & perſonæ mediæ cenſetur donatum, & à patre haberi dicitur, adeò quod pater diſponere poteſt, & filij non niſi vti patris hæredes venire poſſunt, vltra prædicta *Iſern.in d.cap.1.de alien.feud.patern.nu. 13.& ſeq.* ex pluribus firmat, & cum eius opinione tranſeunt *Iaſ. in d. l. Gallus* §. *quidam rectè nu.40. Ruyn.conſ.122.nu. 3.verſ.ſecundo verò caſu lib.1.vbi ad hoc citat Gloſ.Bart. Imol. & Alex. ita tenentes, idem tenet Marco Brun. conſ.111.nu. 6.Gerard.Mazzol.conſ.1.num.96.Burſat.conſ.31.nu.8. Afflict.deciſ.393.nu.3.*
61 *vbi Vrſill.nu.6.* dicit, † quod filij naſcituri in tali donatione poſsũt hæredes inſtitui, *ex Bellamer. deciſ.17. Boer. deciſ. 172.nu.4. & ſeq. Bero.in cap.Raynutius num.106.verſ.ex quibus de teſtam. Put. deciſ.66.nu.2.lib.1.Conſil.Fab.de Anna conſ.52.nu.22. Surd.d.deciſ.322.nu.32. & ſeq. Regens de Ponte conſ.80.num.6. volum.1.*

Ad ſecundam articuli ſecundi coniecturam, quod Paulus, & Liuius non intellexerunt facere aliud, quam Flaminium diuitem, vt ditiorem inueniret vxorem, quæ antefato ſuo ſecurior eſſet. Reſpondetur, quod hoc nihil ad rem, quin filij vti hæredes patris non venirent, quod ſi agere volebant neceſſe erat vti recẽtiori cautela in hac Ciuitate inuenta, vt quã-
62 do auus, patruus, † vel alius bona donata, vel promiſſa vult acqri filiis vti filiis, & vt pater non diſponat, debet in ſpetie, & expreſsè donare vt filii tanquàm filii, & non tanquàm hæredes ſuccedãt, alias intelligitur donaſſe vti hęredibus patris, & vt pater diſponat, ita *Regens de Ponte d.conſ.80.nu.16. ex multis Surd.d.deciſ. 322. n.44.& ſeq.* & hoc eſt adeò verum, quod ex mente dictorum contrahẽtium appareret, prout in caſu noſtro nõ appareret, voluiſſe acquiri filiis vti filiis, ad hoc vt extranei eis non præferantur, tùm quia dum ipſi patrui hoc non expreſſerunt, vtiq; noluerunt: nàm poterant exprimere, vt nepotes vti filii ſuccederent, vt expreſſerunt pro ſecuritate antefati, quo caſu ſuccedit regula iuris, quod dũ partes noluerunt aliquid exprimere, &
63 omiſerunt, omiſſum, † pro omiſſo habetur *ad text.in l.vnic.* §. *ſin autem ad deficientis C. de caduc. toll. & alij multi cumulati per Surd.conſ.127.num.61. lib.1. conſ.160.nu.33. & ſeq. conſ.163.nu.19.*
64 *lib. 2.* Tùm etiam, † quia propoſitum in mente retemptum nihil operatur, vt eſt *text.in l.ſi repetendi C.de cond.ob cauſ. Surd.in d.deciſ.322.num.85.* per rationem, quod cõſiderando dilapidationem, & decoctionẽ fratris eſſet de malo euen-
65 tu conſiderare, † & proinde non habetur in conſideratione, ac ſi de tali euentu non cogitaſſent patrui ipſi promittentes, *idem Surd.in d.deciſ.322.nu.86.* &
66 poſtquàm filii in antefato ſuccedunt vti patris hæredes, vt eſt notorium, quid diuerſitatis in reliqua quantitate ratione indiuiduitatis contractus, indiuiduitatis rationis, indiuiduitatis ſtipulationis, promiſſionis, & receptionis per patrem, pro hæredibus, & ſucceſſoribus; ergo, &c.

Circa tertiam, articuli ſecundi coniecturam, quod talis refectio non fuit promiſſa Flaminio, nec præceſſit verbum actum ad tranſlationem dominii, & quod requirebatur verbum dono, vendo, trãſfero. Reſpondetur, quod quàmuis ſupra *n,15.& plurib.ſeqq.* plenè fundatum ſit, quod pater, & contrahẽtes ſtipulati ſint pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſic promiſſio fuit facta Flaminio, dum dicitur pro ſe, & deindè pro hæredibus, & filii non niſi vti hæredes venire poſſunt; fortius dico, quod ſi pater ſtipulatus eſſet pro ſe, & fi-
67 liis maſculis, † & maſculorum appellatione veniunt deſcendentes, illi ſi bona capere volunt, hęredes eſſe debent, *Bald. in l.liberti, libertęq; num.37. C.de oper.libert.& alij per Surd.d.deciſ.322. nu.77.* quod procedit etiam in feudo, in quo ſi filii propriis nominibus non nominentur

ſemper

68 ſemper feudum † ipſum contemplatione patris datum cenſetur, vt primo patri, deinde filio, *l. ſi pater* §. *penult. ff. de legat.* 1. *l. hæredes mei* §. *vltimo, vbi gloſ. final. C. qui filij*, ita demum ſuccedunt ſi ſunt patris hæredes, *Iſern. in rubr. de ſucc. feud. & in cap.* 1. §. *huius autem generis ex quibus cauſ. feud. amitt. num.* 11. *& per Surd. & de Anna in locis ſuperius allegatis*; Et miror partem dicere in tali contractu nõ adeſſe verbum tranſlationis dominii in Flaminium, & neceſſe erat ponere verbum dono, vendo, transfero: quia Paulus & Liuius promiſerunt talem refectionem ſummę deficiẽtis ad ducat. trigintaquinquè millia, ſecundum naturam actuum, cum opus non erat tunc temporis dare, quia non apparebat de quantitate deficiente ad dictam ſummam, ſed quid dubii eſſe poteſt, ſi ad hoc præciſè ſe obligarunt cum conſtituto præcario, & om-
69 nibus clauſulis neceſſariis; † quod conſtitutum, & præcarium operantur trãſlationem dominii rei promiſſæ à die talis promiſſionis in tẽpore deficientię quantitatis, quod pro indubitabili per vtrumque. ſ. Collaterale, & Capuanæ Conſilium fuit habitum, firmat *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 213. *nu.* 1. *Oldrad. conſ.* 114. *nu.* 3. *Neguſant. de pignor.* 2. *memb.* 2. *par. nu.* 5. *Tiraquell. de conſtit. par.* 3. *limit.* 2. *nu.* 15. *& alij innumeri per prædictos coacervati*, & proindè talis ex aduerſo figurata coniectura reſoluta remanet.

Ad quartam, & vltimam coniecturam de poteſtate data Flaminio diſponendi, fuiſſe reſpectu bonorum ipſius Flaminii, & non de reficiendis, & per talem poteſtatem, dominium tranſlatum non cenſeri, reſpondetur.

Primò, pone caſum Flaminium poſſe de omnibus diſponere, vt poteſt, cum
70 quilibet † rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati, cum vulgar.* quid diuerſitatis in quantitate reficienda, quæ eſſet ſubroganda in locum bonorum Flaminio deficientium, vſque ad dictam ſummam ducat. trigintaquin-
71 quemillium: † Cum ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum* §. *qui iniuriarũ ff. ſi quis caut. l.* 1. *& ibi Bartol. ff. ſi quis teſtam. liber. iuſſ. cum ſimilib.* Quinimmò ipſi promiſſores in bonis ſupplendis, tanquàm Domini onus, quod volebant imponere poterant, & ad demonſtrandum, quod nihil filiis Flaminii promittebant, ſed Fla-
72 minio tantum, † dixerunt per talem promiſſionem bonis ipſis onus nõ imponi, ſed quod Flaminius de eis diſponere poſſet, in vita, & in morte, quæ verba ſola in hac cauſa ad iudicãdum pro D. Fabio ſufficerent.

Secundò dico, quod per talem poteſtatem diſponendi Flaminio datam, vltra alia fuit ei acquiſitum dominium,
73 cum hæc poteſtas ſit, quæ datur Dominis in rebus ſuis, de quibus ad libitum diſponere poſſunt, *d. l. in re mandata, l. polla C. de his, quib. vt indig. l. dudum C. de cõtrah. empt. cap. de his, in fine de ſepult.* & cum per dicta verba, & alias clauſulas, ac per conſtitutũ, & præcarium bona ipſa in Flaminium, & ipſius perſonam
74 tãtum primo collata cenſeãtur, † ab ipſis verbis recedere non debemus, *l. quod conſtitutum, vbi Bart. ff. de teſtam. milit.* & ab ipſorum verborum ſignificatione, nec eſt recedendum, *l. ille, aut ille* §. *cum in verbis l. non aliter cum ſimilib. ff. de le-*
75 *gat.* 3. maximè, † quia contractus ſtipulationis eſt ſtricti iuris, & in eo non veniunt niſi expreſſa, *l. quicquid aſtringendæ ff. de verbor. oblig. idq; doctè Connan. explicat in commentarijs ſuis iuris ciuilis*
76 *lib.* 6. *cap.* 3. *col.* 1. dicens, † quod ſtipulationes tám latè patent, quàm verba ipſa, quibus ſunt conceptæ, & ab his omnem ſignificationem ſuam ſumunt, ideoquè verborum obligationes dicuntur, vt firmat *Hippolyt. Riminal. conſ.* 59. *num.* 51. *lib.* 1. & ex prędictis concludo D. Laudoniam vti matrem, & tutricem D. Troiani Caraccioli filii, & hæredis quõdam Flaminii, ipſumq; D. Troianum condemnari debere ad ſoluend ı ipſi D. Fabio Caracciolo, ( ex iuribus etiam ceſſis ipſius D. Laudoniæ ) anteriori creditori omnes capitalium quantitates debitas, & ſuper quãtitate refecta per Paulum, & Liuium

Carac-

Caracciolos ſatisfieri debitoribus poſt matrimonium D. Laudoniæ contractis, cum intereſſe. *Die 30. Maij 1616. Referente Conſiliario Cæſare Alderiſio, iunctis Dominis duarum Aularum, cum interuentu Domini Marchionis Sancti Angeli Sacri Conſilij Præſidentis, fuit ſententiatum, quod ſuper omnibus bonis in Iudicio deductis dictus Fabius ſatisfiat de omnibus quantitatibus ſui crediti, iuxta Conſilium, penes Carbonum Actorum Magiſtrum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Titulus authoris iuuat ſucceſſori, qui iuribus authoris vti poteſt.*
2 *Succeſſor emptoris iuribus venditoris, & ſui authoris vti poteſt.*
3 *Pragmatica ædita Thori loquitur de bonis à Regibus Aragoneis conceſſis.*
4 *Verba legis, vbi deficiunt, deficit, & legis diſpoſitio.*
5 *Dominium ex conceſſione Regia ſine alio actu transfertur.*
6 *Pragmatica ædita Thori, quando locum habere videtur.*
7 *Conceſſio mediante pecunia tranſit in contractum.*
8 *Princeps ex contractu obligatur.*
9 *Deus ex promiſſione obligatur.*
10 *Princeps contra ſuum contractum venire non poteſt, nec de plenitudine poteſtatis.*
11 *Princeps rem alteri conceſſam, nec motu proprio alteri concedere dicitur, niſi ſpetialiter deroget, & nu. 13.*
12 *Papa rem prophanam alicui conceſſam alteri donando reuocare non poteſt.*
14 *Princeps circumuentus cenſetur, quando in ſecundo priuilegio de primo mentionem non facit.*
15 *Priuilegium ſecundum quando de primo non facit mentionem eſt manifeſta ſubreptio.*
16 *Pragmatica ædita Thori, vt locum habeat neceſſe eſt, vt diſpoſita, exequutionem habuiſſent tempore illius Regis.*
17 *Poſſeſſio in qua quis ſe fundat, vt conſeruetur, quæ ſint probanda.*
18 *Qualitas adiecta verbo, debet fundari ſecundum tempus verbi, vbi adijcitur.*
19 *Qualitas Canonicatus requiſita in actu commiſſionis, debet adeſſe tempore commiſſionis.*
20 *Teneri verbum meri facti eſt, & ad poſſeſſionem, & ad meram tenutam refertur.*
21 *Pragmaticæ caput ſecundum venit continuatiuè ad primum.*
22 *Dictio autem, continuatiuè venit, & repetit præcedentium qualitates.*
23 *Afflict. deciſ. 396. declaratur.*
24 *Pragmatica ædita Thori eſt correptoria iuris communis, & non extenditur.*
25 *Extenſio in correptorijs non fit.*
26 *Tutela defertur ex mente legis.*
27 *Libertorum hæreditates ad patronos deferri, & nu. 29.*
28 *Agnati vocantur ad hæreditatem, & ad tutelam ex extenſione legis.*
30 *Extenſio ceſſat in exorbitantibus.*
31 *Furtum, & damnum, quia ſunt diuerſa, ideò alter alterius appellatione non continetur.*
32 *Gabellæ exactionis, & immunitatis non eſt eadem ratio.*
33 *Pragmatica non habet locum quãdo vterque habet cauſam ab ijſdem Regibus Aragoneis.*
34 *Priuilegiatus non poteſt vti priuilegio ſuo contra æquè priuilegiatum.*
35 *Caſus omiſſus cenſetur in diſpoſitione iuris relictus.*
36 *Lex bene à Zenone de quatr. præſcript. poſt quatriennium prohibet ius reddi.*
37 *Pragmatica non habet locum contra potentius ius habentem.*
38 *Prior in tempore potior eſt in iure.*
39 *Odioſa reſtringenda, & nu. 40.*
41 *Pragmatica ædita Thori non comprehendit Fiſcum, qui eſt perſona ficta.*
42 *Item nouas lites repellit.*
43 *Regem diſpoſuiſſe, & conceſſionarium poſſediſſe requiritur.*
44 *Pragmatica ædita Thori cõceſſiones iam factas defendit.*
45 *Dictio, aliquid verificatur, in modico.*
46 *Pragmatica ædita Thori infert priuilegium*



Digitized by Google

*gium reale bonis conceſſis.*

47 *Statutum dum diſponit circa res, ipſæ res videntur affectæ, & diſpoſitio eſt realis.*

48 *Dictio, nec, copulat, & continuatiuè coniungit Orationes, præcedentes, & ſequentes.*

49 *Natura copulæ auget, & coniungit.*

50 *Lex prohibitiua impedit ingreſſum.*

51 *Conceſſa de plenitudine poteſtatis inficiari non poſſunt.*

52 *Conceſſio ex plenitudine poteſtatis facta aufert dominium, etiam ſine cauſa.*

53 *Certæ ſcientiæ clauſula operatur ſilentij impoſitionem.*

54 *Rex Siciliæ ſuperiorem non recognoſcit.*

## Pro V. I. D. Ioanne Thoma Coppula, contra Fideliſſimam Ciuitatem Neapolis.

### *ARGVMENTVM.*

*De exceptione Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, conceſſione immunitatis, & quando iuri tertij deroget, ac de alijs.*

### CONSILIVM X.

IN hac cauſa V. I. D. Ioannis Thomæ Coppolæ, petentis quod Fideliſſima hæc Neapolitana ciuitas, ſoluat granum vnum pro qualibet ſalma farinæ, & Ciuitas oppoſuit exceptionẽ Regiæ Pragmaticę editæ Thori, licet per Collegam adeò doctè ſit ſcriptum, quod additione non egeat, addidi tamen, vt clientis precibus complacerem.

Ex facto enim apparet, quod Ioannes Thomas ipſe, ex perſona ſuorum authorum, ex cauſa venditionis factæ per Regem Ferdinandum I. dictæ gabellæ farinæ in burgenſaticum, pro ducatis mille, cum ſuis iuribus, emolumentis, & gagijs, ab anno 1487. eam poſſedit, ac poſſidet, & Ciuitas à Rege Federico quarumuis gabellarum immunitatem obtinuit, & quod exceptione dictæ Pragmaticæ Ciuitas ſe tueri in hoc non poteſt: Immò pro ipſo Ioanne Thoma, contra ipſam Ciuitatem Pragmaticam ipſam potius obſtare, videtur ex pluribus.

Primò, quia Ioannes Thomas ex perſona ſuorum prædeceſſorum cauſam
1 habens à Rege Ferdinando I. † titulus
ſui authoris ſibi iuuat, *l. emptori C. de hæred. vel act. vend.* omnis enim, qui ab alio cauſam habet, poteſt illius iure vti, *per text. in l. ſi ante §. Iulianus ff. de except. rei iudic.* & ſic in locum primi emptoris
2 ſucceſſor † poteſt vti defenſionibus, nè dum ſuis, ſed etiam illius, qui vendidit, *iuxta text. in l. dolia §. eum ff. de contrah. empt. vbi Scribent. facit etiam text. formulis in l. vſucapione §. 1. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & per Piſanell. in eadem pragmatica poſt numer. 29. & ſequ. & num. 46.* Verba enim pragmaticæ lo-
3 quuntur quando † aliqui de feudis Baronijs, Caſtris, & alijs poſſeſſionibus, tàm feudalibus, quàm burgenſaticis, iure, vel iniuria, ſe ſpoliatos eſſe prætẽdunt, quod non eſt in caſu, de quo agitur, dum dicta gabella ante immunitatem Ciuitati datam; conceſſa fuerat prædeceſſori Ioannis Thomæ per Regem Ferdinandum
4 I. † ex qua dominium ſine alia actuali apprehenſione fuit tranſlatum in prædeceſſorem Ioannis Thomæ, & ſic in ipſũ, vt fundat *Dec. conſ. 187. col. 3. ibi ſtantibus omnibus, & in conſ. 191. col. 1. ac Afflict. in probem. conſtit. q. 12. col. 3. in princ.* cum ex verbis ipſius pragmaticæ habeatur, caſum noſtrum in ea non eſſe comprehenſum, & Ioanni Thomæ eam non obſtare, etiam quia vbi legis verba defi-
5 ciunt, † & ipſius diſpoſitio deficit, *ad text. in l. 4. §. toties, vbi Bart. & alij ff. de damn. infect. l. ita autem in princ. vbi etiã Bart. ff. de adminiſtr. tutor. cum infinitis concordantibus per Tiraquell. in l. ſi vnquam C. de reuoc. donation. verſ. libertanum. 2.*

Secundò, diſpoſitio ipſius pragmaticæ tunc

Digitized by Google

6 tunc videtur habere locum,† & denega-
re audientiam, quando bona ſunt capta,
erecta, confiſcata, donata, & quouis alio
modo diſpoſita, quæ omnia copulatiuè
requiruntur, vt per eundem *Piſanell. ibi-
dem num.* 37. & cum gabella ipſa à Re-
ge Ferdinando I. per prius vendita
fuiſſet prædeceſſori Ioannis Thomæ, &
immunitas poſteà per Regem Federicum
Ciuitati conceſſa, & non in hac Ciuita-
te, ſed per alias Regni Ciuitates, & loca,
vt ex eius cōceſſione patet; ſequitur pra-
gmaticam ipſam non obſtare, maxime
7 quod ſtante anteriori † conceſſione di-
ctæ gabellæ prædeceſſori Ioannis Tho-
mæ, mediante pretio, conceſſio ipſa tran-
ſiuit in contractum, vt tradit *Paul. de
Caſtr. conſ. 284. primum dubium*; & Prin-
8 ceps† ex contractu obligatur, vt ex plu-
ribus firmat *Dec. conſ. 688. num. 5. & 6.*
9 quod etiam † Deus ex promiſſione obli-
gatur, & Princeps etiam de plenitudine
10 poteſtatis † non poteſt contrauenire,
*vt per Dec. in d. conſ. num. 7. & plur. ſeq.
Ruyn. conſ. 45. nu. 18. vol. 1.* & ſic immu-
nitas ipſa erigi, confiſcari, & alteri con-
cedi non poterat, in præiudicium con-
tractus prędeceſſoris Ioannis Thomæ, ſe-
cundum *Bald. in l. Imperium num. 19. ff.
de iuriſdiction. omn. iudicum, & ſequitur
Neuizan. inter conſil. Albert. Brun. conſil.
12. nu. 130. Felyn. in cap. 1. verſ. prædicta
confirmantur de probation. & Roder. Sua-
rez allegat. 9.* hinc voluit *Bart. in l. final.*
11 C. *de locat. prædior. ciuil.* † quod Prin-
ceps rem ab ipſo conceſſam alteri, etiam
motu proprio concedere non poteſt, niſi
ſpetialiter deroget conceſſioni iàm fa-
ctæ, prout etiam inquit *Alex. conſ. 3. ex
his, quæ in themate nu. 7. lib. 5. Iaſ. in l. fin.
nu. 13. ff. de pact.* & eſt * communis opi-
nio, vt latè firmat *Philipp. Port. in lib. 5.
commun. opinion.* & nè dum Imperator,
12 vel Rex, † ſed nec Papa donationem rei
prophanæ à ſe alicui factam, alteri ſecū-
do donando, irritare poteſt, *vt per Ro-
man. conſ. 298. nu. 2. circa medium, ibiq;
Addent. idem Roman. conſ. 345. nu. 9. &
ſeq.* alijs iuribus, authoritatibus, & ratio-
nibus firmat *Luc. de Penn. in l. prædia C.
de locat. prædior. ciuil.* qui ad vtramque
13 partem triginta argumenta facit, † quia
Princeps nunquàm cenſetur reuocare
priuilegium à ſe, & ſuo prædeceſſore
conceſſum, niſi in ſecunda de prima con-
ceſſione mentionem faciat, *cap. veniens
de præſcript. l. decurionibus C. de ſilent. lib.*
14 12. † Ex quo quando de prima non fa-
cit mentionem, in ſecunda circumuentus
cenſetur, *vt in cap. cum olim de re iudic.
ibi, ſicut credimus, Roman. d. conſ. 298.
Alciat. in tractat. præſumpt. lib. 3. regul. 3.
præſumpt. 11. nu. 11.* quod habet locum
nè dum ſi ſecunda gratia, ad partis po-
ſtulationem, ſed etiam ſi motu proprio
conceſſa eſſet, vt inquit *Felyn. in d. cap.
cum olim col. 3. verſ. amplia ſecundo, cui
adde Bald. conſ. 327. pridiè enim conſului
nu. 4. lib. 1. quem ſequitur Dec. conſ. 292.
col. pen. verſ. & in propoſito, & in l. nemo
poteſt ff. de regul. iur. Gozadin. conſil 63.
prima facie nu. 19. Ruyn. conſ. 98. quia
per priuilegium nu. 2. lib. 4. Gramm. conſ.
6. num. 6. & conſ. 100. num. 98. Grat. re-
ſponſ. 103. in præſenti nu. 15. lib. 1. Ferret.
conſ. 6. num. 4.* Item quando in ſecundo
15 priuilegio † non fit mentio, de alio alte-
ri conceſſo, vt in caſu noſtro, eſt manife-
ſta ſubreptio, qua vitiatur Principis pri-
uilegium, ita notat *text. in l. 1. C. de natal.
reſtit. cap. ex multiplici de decim. l. ſi non
cognitio C. ſi contra ius, vel vtilit. public.
Bald. in l. ſi præteritione eodem titulo col.
3. verſ. ego dico magiſtraliter, Abb. in
cap. 1. de præſcript.* & quod ſubreptio vi-
tiet Principis priuilegiū, eſt *optimus text.
in cap. quod ſuper his, verſ. vnde ſi talem
de fide inſtrument. & in proprijs terminis
Roderic. Suarez allegat. 8. nu. 6. & 7.* Er-
go dicta pragmatica Ciuitatem ipſam
contra Ioannem Thomam non defen-
dit.

16 Tertiò, † vt pragmatica locum ha-
beat, neceſſe eſt, quod diſpoſita habuiſsēt
exequutionem illis Regibus viuentibus,
& ſic poſſeſſio neceſſaria tempore illorū
Regum, dum dixit ſic teneri, & ſine ali-
qua innouatione obſeruari debeant, ve-
lut illis viuentibus tenebatur, & obſer-
uabatur, vnde neceſſe erat, quod Ciui-



Digitized by Google

tas, tempore immunitatis conceſſæ ip-
17 ſius poſſeſſionem habuiſſet; † cum qui ſe fundat in poſſeſſione, vt in ea conſeruetur virtute alicuius ſtatuti, debet probare, quod eo tempore poſſidebat, vt ſtatutum illud locum habeat, *iuxta notat. per Io. Fabr. & Doctores in §. retinendæ, inſtit. de interd. & per Piſanell. in d. pragm.*
18 *nu.* 36. † Qualitas enim adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adijcitur, *l. in delictis §. ſi extraneus, vbi Bart. & Doctores ff. de noxal. act. l. mela ff. de aliment. legat. l. 3. de aur. & argent. legat. hinc gloſ. in d. cap. ſtatutum*
19 *de reſcript. in ſexto,* dicit, † quod qualitas Canonicatus requiſita in actu commiſſionis, debet adeſſe tempore commiſſionis, & non ſufficit, ſi poſteà ſuperueniat, faciunt dicta per *Dec. in l. ab initio ff. de regul. iur.* maximè quia adeſt ver-
20 bum teneri, † quod meri facti eſt, & nè dum ad poſſeſſionem, ſed etiam ad nudam tenutam refertur *text. eſt in l. quod dicitur, vbi Iaſ. poſt Aret. nu.* 12. *in* 4. *notab. ff. de verbor. obligat. & iterum Iaſ. in l. naturaliter in princ. num. 7. ff. de acquir. poſſeſ. l. poſſeſſio quoque §. 1. eodem titulo, & idem voluit Afflict. in deciſ.* 407. *num.* 13. nec ſecus importat verbum obſeruare, *l. cum legati ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Nec refert, quod illa verba referantur ad primum caput dictæ pragmaticæ, nec etiam ad ſecundum, de quo agitur, dùm Ciuitas prætēdit à Rege Federico ſuam habere immunitatis conceſſionem, quia
21 *text. in verſ. quantum autem,* † quem omnes ſecundum caput appellant, venit continuatiuè ad primum caput, repetendo etiam eaſdem qualitates illius, vt in-
22 dicat dictio, autem, † quæ licet præcedentibus aduerſetur, cōſequutiuè tamen venit, & repetit præcedentium qualitates, *Bald. in l. omnes populi col.* 8. *verſ. tertio modo ff. de iuſtit. & iure, Iaſ. in l.* 3. §. *ex contrario nu.* 6. *ff. de acquir. poſſeſ. & in l. quominus nu.* 11. *ff. de flumin. & in l. turpia §. ſi pars nu.* 3. *ff. de legat.* 1. *& in l. ſi filius ff. de acquir. hæredit. Alexan. in conſ.* 99. *nu.* 9. *lib.* 7. *& alia affert Boer. in deciſ.* 146. *nu.* 10. ſed dum ſupra dixit de rebus naturaliter deſcriptis, de eiſdem intelligitur loqui in 2. *cap.* & proinde Ciuitati non ſufficit ſola conceſſio ſuæ prætenſæ immunitatis: nec prædictis cō-
23 tradicere † videtur *Afflict. in deciſ.* 396. quia videtur loqui de eis, qui ſemel pacificè adepti fuerint poſſeſſionem, quàm poſteà ſine ordine iuris illam amiſerunt, & ſic præſupponit eos viuo Rege tenuiſſe, quod non eſt in ipſa Ciuitate, quæ nunquàm dictam immunitatem poſſedit, nec viuente Rege ei concedente, nec poſteà, & cum prædictus emptor, & ſui ſucceſſores, à tempore Regis Ferdinandi I. ipſam gabellam poſſediſſent, & nunc per ipſum Ioannem Thomam poſſidetur, & per ipſammet Ciuitatem ſoluta reperiebatur, vt ex proceſſu iàm patet, pragmatica non ipſam Ciuitatem, ſed Ioannem Thomam potius tuetur, & contra negatam ſolutionem gabellæ ipſi ciuitati obſtat, & ſoluere cogi debet ex nunc, etiam ante terminum.

Quartò, nec caſus noſter, ex mente legis, ſiuè pragmaticæ prædictæ cenſetur comprehenſus, nec ex idemtitate, vel
24 maioritate rationis, † quæ cùm ſit correptoria iuris communis, vt probat *Loffred. in conſ.* 34. *nu.* 6. non poteſt extendi, etiam ſi ratio in l. ſcripta eſt, vt videre eſt in lege falcidia, vt probat *text. inſtit. de leg. falc. in princ. iuncto text. in §. ſed quia hæredes ſcripti inſtit. de fideicommiſ. hæred.* & tamen, quia lex tantum loquebatur de legatis, non etiam de fideicommiſſis, quæ in ſpetie à legatis diſtant, *vt Iaſ. & alij docent in l.* 1. *col.* 1. *ff. de legat.* 1. ideò non poterant contineri niſi per ex-
25 tenſionem, † quæ non poteſt fieri in correptorijs, *l. ius ſingulare, l. quod verò, l. in his ff. de legib.* Ideò neceſſariò factus fuit Senatuſconſultus, comprehendens nuncupatiuá fideicommiſſa, *d. §. ſed quia,*
26 idemq; videre eſt in tutela, † quia illa dicitur deferri ex mente, ſeù ſententia legis, quæ verbis legis non videtur prorſus deſtituta, alias ſecus, ecce tutela delata patrono, licet in lege duodecim tabularum, nihil de ea cautum ſit, tamen
27 cū iuſſiſſet lex hæreditates † libertorum,

liber-

Digitized by Google

libertarumq; ſi deceſſiſſent, ad patronos pertinere,crediderunt veteres voluiſſe legem, vt etiam tutela ad eos pertine-
28 ret, † quia & agnatos,quos ad hæreditatem lex vocat, eoſdem & tutores eſſe iuſſerat, *inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* at tutela delata parenti dicitur deferri,ex ex-
29 tenſione, quippe lex pęnitus deficiat, cum nec ad tutelam,nec ad hęreditatem eum vocauerit, *inſtit. de leg. patr. tut. per totum*,& benè probat *text. in l. ſciendum ff. ad l. pomp. de parric.* vbi ſponſæ, & nouercæ à lege omiſſæ,continentur ex ſententia legis, vt prætendit Iuriſconſultus ibidem,& idem quoque *text. in l. his ſolis C. de reuoc. donat.* vbi mater prohibita reuocare donata filio,ſi ſecundas cõtraxerit nuptias,intelligitur multo magis prohibita, quæ reliquerit caſtitatem , & ſic ex verbis legis prorſus non deſtituitur, idemq; *text. in l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrimon.* vbi lex,quæ de viro,hæredibusq; eius tantum loquitur ad ſocerũ, hęredesq; eius non extenditur,& ſic plenius verba deficiebant, vnde ſola exten-
30 ſio, † poterat habere locum,quæ in caſu noſtro ceſſat, cum ſimus in exorbitantibus, vt probat *text. in l. illud ad l. aquil.*
31 vbi furtum, † & damnum iniuria datum diuerſa ſunt,& alter, alterius appellatione non continetur, tàm & ſi ſit eadem ratio: meritò lex loquens de vno,non intelligitur loqui de altero, ſed ex extenſione poſſet eſſe, de qua loquitur *text. in d. l. illud*, poſſem alia circa hanc extenſionem non admittendam adducere,quę omitto,ex quo hic non eſt eadem ratio , quia dicta pragmatica ſupponit rem captam,confiſcatam,& alienatam,& poſſeſſam per reum,& vtrum vni,magis quã alteri competat, ſed hic Ciuitas Neapolitana contendit eſſe immunem à ſolutione dictæ gabellæ farinæ, quæ per Reges numquam fuit erepta, confiſcata, , nec ipſi Ciuitati alienata : immò per Regem Ferdinandum I. gabella ip-
32 ſa † vendita prædeceſſori Ioannis Thomæ, cum ſuis gagijs, iuribus, & emolumentis omnibus, nemine pęnitus exempto,quorum duorum non eſt par,eademque ratio, *ad text. in l. 2. ff. de ſtat. homin. l. in pecudum ff. de vſur. l. iuſtiſſimè ff. de ædil. edict.* & proindè pragmatica ipſa pro Ciuitate non facit,& in caſu, de quo agitur,locum habere non poteſt.

Quintò, Ioannes Thomas ex perſona ſuorum authorum , cauſam habet à Rege Ferdinando I. & Ciuitas á Rege Federico,vt pluries diximus, & proindè Ciuitas diſpoſitione ipſius pragmaticæ
33 vti non poteſt , † quia quando vterque cauſam habet ab eiſdem Regibus Aragoneis,non intenditur confirmari magis iſtius,quàm illius priuilegium , ſiuè conceſſionem, ſed videtur ceſſare, cum hoc
34 caſu priuilegiatus, † non poſſit vti priuilegio, contra æquè priuilegiatum , vt notant *Cyn. Bart. Bald. Salycet. & Iaſ. in auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ.* Nec tunc dici poſſet, cur magis vnum quàm alterum tueatur , ergo in vtroque erit idem ius, *l. cuius bonis in fine ff. de curat. fur. l. illud ff. ad l. aquil. l. à Titio cum concordantibus, ibi in gloſ. ff. de verbor. obligat. & Tiraquell. latiſſimè in tract. ceſſ. cauſ. par. 1. num.* 151. & id tan-
35 quàm caſus omiſſus † cenſetur in diſpoſitione iuris, *ad text. in l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut. matrimon. l. ſi extraneus, & ibi Iaſ. ff. de condit. ob cauſ. l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum. & ibi quoque Iaſ. cum multis concordantibus per Tiraquel. de iur. primogen. q. 40. nu.* 194. & illam obiectionem pragmaticæ ceſſare, quando vterque, & actor, & reus, habet titu-
36 lum ab eiſdem Regibus, † eius intelligentia ſumitur in eiſdem terminis, *ex l. bene à Zenone, C. de quatrien. præſcript.* quæ lex poſt quatriennium, prohibet ius reddi,& ſic ſimilis parum ab ea differẽs: immò eadem circa prohibitionem,& tametſi opponatur , de lege illa aduerſus illum, qui haberet titulum ab eodem Rege,vel prædeceſſore, euitatur lex illa, quaſi quod totum intelligatur, quando ſolus conuentus haberet titulum à Rege, *ita Roman. in conſ. 298. per text. in cap. Abbate, ſanè verſ. pro parte de re iudic. in ſexto, Curt. Iun. per text. in l. prædia C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. in conſ.* 143.

*poſt expeditum:* Igitur circumſcripta tali exceptione procedendum eſt in cauſa, in cuius meritis conſiderandum eſt, quis potiora, & meliora iura habet, & an ſecunda conceſſio deroget primæ, quæ trãſiuit in contractum, vel è contra, vt ex prędictis patet, & in ſpecie licet alijs medijs teneat *Curt. d. conſ.* 143. *col.* 2. *nu.* 5. *& in l. hæres abſens in princ. nu.* 9. *ff. de iudic. quem & Grammat. ſequitur in deciſ.* 65. *num.* 43. *& ante eos Roman. qui pluribus mouetur iuribus in d. ſuo conſil.* 298. *id tamen firmat Bero. in cap. quæ in Eccleſiarum nu.* 56. *de conſtit. quæ rectè impugnat Riminald. qui ſimpliciter Curt. & ſequaces ſequitur in* §. 1. *nu.* 76. *cum tribus ſequentibus, inſtit. quib. alien. lic. vel non*, & in terminis huius exceptionis id ipſum voluit *Loffred. licet prædicta non alleget in conſ.* 34. *col.* 3. *verſ. præterea, quod Comes nu.* 11. & exceptionem dictæ Regiæ pragmaticæ non habere locum, quando ambo ab eiſdem Regibus cauſam habent, nouiſſimè ex pluribus firmat *Piſanell. in d. pragmat. nu.* . .

Sextò, exceptio ipſius pragmaticę, nec locum habet in habente potentius priui-
37 legium, † vt in caſu, de quo agitur, ſtante venditione dictæ gabellæ prædeceſſori Ioannis Thomæ, pretio mediante, & ſic ex cauſa oneroſa, vt firmat *Loffred. d. conſ.* 34. *in* 3. *col. nu.* 12. *ex doctrina Bart. in d. auth. quas actiones C. de ſacroſanct. eccleſ.* & cum noſtra conceſſio ſit ante conceſſionem dictæ Ciuitatis, ſequitur
38 debere præferri per regulã, † qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, & idem voluit *Panormit. in conſ.* 94. *in quæſt. in* 3. *dub. lib.* 2. *Felyn. in cap. cum olim col.* 4. *verſ. & dixit Ludou. de re iudic. Dec. cõſ.* 271. *in caſu tranſmiſſo nu.* 5. *conſ.* 580. *eodem numero, conſ.* 788. *viſo puncto num.* 12. *Thom. Grammat. conſ. ciuil.* 6. *Tiraquell. in tract. de nobilit. q.* 37. *num.* 56. *Cardin. Pariſ. conſ.* 11. *caſtrum num.* 40. *lib.* 1.

Septimò, non eſt prætermittendum, quod pragmatica loquitur de perſonis litigantibus, & eſt odioſa, quo caſu per-
39 ſona ficta, † & repreſentata non venit, ſicut eſt vniuerſitas, *l. mortuo ff. de fideiuſſ. l. metum* §. *animaduertendum ff. quod*
40 *met. cauſ.* † & huiuſmodi perſonæ fictæ non veniunt in ſtatutis odioſis, & corre-
41 ctorijs, † ſicut nec cõprehenditur Fiſcus, ſimiliter perſona ficta, vt dicit *Piſanell. in eadem pragmatica num.* 26. *Bald. in l. omnes populi col. penult. nu.* 23. *in fine, verſ. ſed numquid ff. de iuſtit. & iur. quem ſequitur Anchar. in cap. final. verſ. circa tertium membrum extra de conſtitut. ad idem eſt text. in authent. item quæcumque verſ. vniuerſitas, vel perſona, & ibi notat Bald. de Epiſcop. & cleric. idem in rubr.* C. *ad trebellian. Alex. conſ.* 216. *col.* 2. *num.* 11. *lib.* 2. *Afflict. in conſtit. ea, quæ ad decus col.* 6. *nu.* 11.

Octauò, quamuis ex prædictis pateat pragmaticam Ioanni Thomę non obſtare: amplius dico, quod pragmatica ipſum Ioannem Thomam tuetur, & contra Ciuitatem obſtat; adeò quod ſolutionem ipſius gabellæ controuertere non
42 debet, nec poteſt: † nam pragmatica tollit omnem litem, ex qua innouatio aliqua reſultaret ſuper conceſſis per illos Reges, vt patet, ibi capta, erecta, in Fiſcum redacta, &c. ſic teneri, & ſine aliqua innouatione obſeruari debeant, velut illis Regibus viuentibus tenebantur,
43 & obſeruabantur, † & ſufficit Regem diſpoſuiſſe, & conceſſionarium poſſediſſe, *Gloſ. eſt notabilis in cap. ſtatuta in fine, verſ. & pro ea de decim. in ſexto, facit gloſ. in l. ſtipulatio iſta* §. *hoc quoque ff. de verbor. obligat. & concordantia adducta per Dec. conſ.* 252. *agitatur cauſa col.* 2. *in*
44 *princ.* † Pragmatica enim illa voluit priuilegium dare, quod de factis illorum Regum vllo modo controuerſia inferatur, vt patet ex ea ibi, lis quæſtio, &c. ſolum enim conſiderauit illud factum, ergo poſtquàm conceſſio Ioannis Thomæ prædeceſſoris eſt anterior, & cum promiſſione euictionis, & ſic potior prætenſæ immunitatis ipſius Ciuitatis, & ipſam ſuam potentiorem conceſſionem obſeruari voluit, quod ſequentia alia verba demonſtrant, ibi (nec aliquid in iudicio, vel extra de iure, vel de facto innodari,



Digitized by Google

ex quo ſolutio dictæ gabellæ dilatari nō
45 debet, † maximè per dictam dictionem,
aliquid, quæ etiam in modico verifica-
tur, *gloſ. in clement. 1. verſ. aùt eorum par-
te de for. compet. Abb. in cap. ſuper eo in
2. notab. de eo, qui cog. conſ. vxor. ſuæ, Iaſ.
in l. eum qui num. 2. ff. de iuriſd. omn. iu-
dic.* vnde dico, quod ex quo Rex Ferdi-
nandus I. dictam gabellam prædeceſ-
ſori Ioannis Thomæ conceſſerat, & per
dictam pragmaticam ordinatur, quod
nec iudicialiter, nec extraiudicialiter de
conceſſis per dictos Reges Aragoneos,
inter quos eſt dictus Rex Ferdinandus
I. bona ipſa etiam priuilegiando, ita
46 quod priuilegium † Reale illis bonis
conceſſum dicatur, *iuxta dicta per Bart.
in l. cunctos populos col. 10. verſ. ſed poſſit,
C. de ſumma trinit. & fide cathol.* vbi fir-
47 mat, † quod quando ſtatutum diſponit
circa res, tunc res videtur affecta, & rea-
lis erit diſpoſitio illa, prout etiam idem
latius firmauit *Alex. conſ. 44. col. penult.
lib. 5.* Quin etiam habetur apertius in
pragmatica ibi, nec aliquid in iudicio,
nec extra iudicium de iure, vel de facto
innouari, &c. & ſic prohibet omnem in-
nouationem eius ſtatus, in quo erat tem-
pore illorum Regum, & conceſſionis, &
ſic Ciuitas innouare non poteſt, ſolutio-
nem non facere dictæ gabellæ, poſtquàm
per dictum Regem conceſſa fuerat, & ip-
ſius per ipſammet Ciuitatem ſolutio fa-
48 cta fuit, † cum dictio illa, nec, copulet,
& continuatiuè coniungit duas occaſio-
nes, ſcilicèt præcedentem, & ſequentem,
vt voluit *Bart. in l. quis ita ſtipulatus ff.
de verbor. obligat. conſuluit Bald. conſil.
497. vol. 5.* dictioq; prædicta iuxta na-
49 turam † copulæ augendo coniungit, *l.
ea tantum dictio ff. de legat. 3. cum ſimi-
50 lib.* † & confirmatur, quia pragmatica
diſponit prohibitiuè, quod lis non mo-
ueatur, & ſic reſiſtit in principio, quod
in caſu noſtro eſt idem, vt ſi dixiſſet,
quod non impediatur exactio gabellæ
Ioanni Thomæ, ſuo prædeceſſori conceſ-
ſa, *Bart. à contrario ſenſu in l. amplius non
peti ff. rem rat. hab. in princ. dum allegat
l. ſi decem cum petiens ff. de verbor. obli-
gat.* cum alijs, quæ omitto, & ex hoc in-
fertur etiam dum vult, quod ingrediens,
ad litigandum reperit hoſtium clauſum,
adeò quod eius prætenſionem allegare,
incipere non poteſt, ſic dicta Ciuitas cir-
ca ſolutionem dictæ gabellæ per eam
debitæ, nihil opponere poteſt, cum pra-
gmatica contra eam obſtet, eiq; etiam
excipiendi, hoſtium clauſum habet, eo
maximè, quia venditio dictę gabellæ per
Regem Ferdinandum I. prædeceſſori
Ioanni Thomæ fuit facta, etiam cum
approbatione ſui Conſilij, & de eius
plenitudine poteſtatis, & clara eſt iuris
51 concluſio, † quod contra id, quod de
plenitudine poteſtatis Principis factum
eſt, nihil opponi poſſit, vt notat *Bald. in
prohem. decret. col. 4. vbi allegat concor-
dantes, & in prælud. feud. 9. col. ibi, ſed
52 pauca de Principe,* † cū qua plenitudine,
etiam ſine cauſa dominium aufert, *iuxta
illud dictum Angel. in l. item ſi verbera-
tum* §. 1. ff. *de rei vendic. & tradit etiam
Bald. in l. reſcripta col. final. ibi tertio quę-
ro C. de precib. Imperat. offer.* & præſertim
concurrente clauſula ex certa ſcientia,
53 quæ operatur † ſilentium imponi debe-
re illi, qui contra eam aliquid prætende-
re vellet, vt notat *Bald. per illum text. in
cap. 1.* §. *ſi quis autem de pac. conſtant. &
habetur per Bart. in l. conſiciuntur* §. *codi-
cilli in princ.* ff. *de iure dot. & pro concor-
dantijs, eſt videndus Dec. qui optimè id
explicauit in conſ. 262. col. fin. ibi præte-
rea, & in Rege non recognoſcente ſuperio-
54 rem,* † vt Rex noſtri Regni, maximè in
temporalibus, *cap. per venerabilem extra
qui fil. ſint leg. gloſ. prag. ſant. in prohem.
in prima, & ſecunda gloſ. clement. paſtora-
lis de re iudic. Iſern. in prohem. feud. num.
38. vbi latè addit. in verſ. exemptum, Ad-
dent. ad tract. Ioan. de Terra Rubea con-
tra rebelles tract. 3. artic. 1. concl. 14. fol.
35. & colum. 2. idem conſuluit Dec. conſ.
269. col. 3. ibi ſi à te cum ſeq. & latè conſ.
341. iſto puncto per quatuor columnas,* &
conceſſione feudi facta propter ſeruitia,
latiſſimè idē *Dec. qui infinitos adducit in
conſ. 588. viſo puncto prima, & tertia co-
lumna*: vnde ex his apertè videtur ex-
ceptio-

Digitized by Google

ceptionem Regiæ pragmaticæ Ioanni Thomæ, nedum non obſtare, ſed ipſum tueri, & ipſi Ciuitati obſtitiſſe, & obſtare, adeò quod ſolutionem ipſius gabellę impugnare non poteſt, & ex vi eiuſdem Regiæ pragmaticæ cogi debet, vt ſoluat, & proindè per Sacrum Conſilium debet dari terminus in cauſa, & interim prouideri, quod ſoluat, & ita ex prædictis currenti calamo adductis mihi videtur.

*Camillus de Laratha.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia ſtante pacto ingrediendi propria authoritate, exequitur contra tertium, & nu. 13. & 14.*
2 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat.*
3 *Prior in tempore, potior in iure.*
4 *Sententia non conformis libello non eſt exequenda.*
5 *Iudicis officium non extenditur ad illa, quæ de natura actionis non veniunt.*
6 *Sententia debet eſſe conformis libello quo ad rem, cauſam, & actionem.*
7 *Iudicis decretum, & authoritas, de contingentibus non inquirentis, nullius eſt roboris.*
8 *Diuerſitas inter interrogantem, & reſpondentem vitiat ſtipulationem.*
9 *Iudex condemnare non poteſt niſi ad petita.*
10 *Creditor hypothecariam intentans, ſaltim ciuiliter poſſidere debet.*
11 *Bart. opinio, quod debitor non poſſet priuare creditorem ciuili poſſeſſione, communiter reprobatur, & nu. ſeq.*
13 *Pactum de ingrediendo cum præcario non exercetur contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic nec etiam contra tertium.*
14 *Actio perſonalis non datur contra tertiū, ſed in rem.*
15 *Sententia iniqua, & iniuſta eſt ipſo iure nulla.*
16 *Sententia iuſta exequutioni demandatur non è contra.*
17 *Creditor non habet recurſum contra emptorem rei, ſed contra creditores poſteriores, quibus fuit liberata pecunia.*
18 *Pretium bonorum venditorum per Sacrum Conſilium liberatur, cum cautione de reſtituendo, cui quibus, & quando.*
19 *Hæres vendens rem hæreditariam, pro ſumma ſoluta creditoribus non moleſtatur.*

## Pro magnifica Portia Sellarulo.

### *ARGVMENTVM.*

*De ſententia libello conforme, & actione perſonali contra tertium poſſeſſorem non concedenda, atque de Sacri Conſilij ſtylo in pecunias vendita ex re peruentas, liberando.*

## CONSILIVM XI.

AD euadendam exequutionem ſententiæ prolatæ in fauorem Ioannis Thomæ Cimini, & litis conſortium, contra magnificam Portiam Sellarolam tertiam poſſeditricem cuiuſdam domus, pauca dicam: nàm & ſi primo aſpectu aſſerendum videatur, licere prędictam ſententiam exequi, etiam contra ipſam tertiam poſſeditricem, ſtan-
1 te maximè illo pacto † in inſtrumento ingrediendi propria authoritate, ex adductis per *Bart. in l. creditores C. de pignor. colum. 7. Bald. in l. ob meritorum C. ne vxor pro marit.* qua ratione poterit exequi ſententia contra primum debitorem, eadem videtur poſſe exequi
2 contra ipſam tertiam, † quia nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet, *per regulam nemo plus iuris de regul. iur.* & etiam, quia prædicti acto-
3 res priores † videntur in tempore, & ſic potiores in iure, *l. potior ff. qui pot. in pign. hab. & in regul. qui prior de regul. iur.*

Tamen his, & ſimilibus non obſtantibus dictam ſententiam nullam exequutionem mereri, eſſequè nullam, ex ſequen-

Digitized by Google

ſequentibus demonſtratur.

Primò, dum dicti actores petierunt dictam magnificam Portiam condemnari ad relaxandum domos in actis deductas, cum fructibus iure dominij, vel quaſi, & Sacrum Conſilium eam condemnauit, ad ſoluendum annuos ducatos viginti
4 decurſos, & decurrendos, † ſententia ipſa, quia non conformis libello exequutionem non meretur, *ad text. in l. vt fundus* ff. *commun. diuid.* & ibidem *Bart.* di-
5 cit, † quod Iudicis officium non ſe extendit ad ea, quæ ex natura actionis non veniunt, & verba textus pro ratione ſunt hæc: *Quia vltra id, quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtas Iudicis non poteſt, ſequitur Bald. in l. certi conditio ff. ſi cert. pet.* vbi dicit ſententiam debere ſe
6 conformari cum libello, † & ſuper contentis in eo, & non ſuper his, quæ ex natura actionis non veniunt, *& Lanfranch. in cap. quoniam contra falſam in verbo interloq. de appellat. nu. 29.* dicit ſententiam debere eſſe conformem libello, quo ad rem, quo ad cauſam, & quo ad actionem intentatam, id eſt per ſententiam debet determinari res deducta in libello, ſecundum cauſam, ex qua res eſt petita, & ſecundum modum agendi, deductum in iudicio, & ſic quo ad modum diuidendi, ſequuntur ibidem Addentes, & latè *Vant. in tract. nullit. tit. de nullitate ſententiæ ex defect. proceſſ. num. 97. fol. 237. Iaſ. in l. curare num. 27. inſtit. de action. verſ. quarto principaliter, Anchar. conſil. 83. num. 3.* vbi addit notabile verbum,
7 quod authoritas, † & decretum Iudicis, de contingentibus non inquirentis, nullius ſunt virtutis, ad hoc facit *text. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verbor. obligat.*
8 vbi dicitur, † quod diuerſitas inter interrogantem, & reſpondentem facit vitiare ſtipulationem, cum non videatur reſpondiſſe, qui ad interrogata, non reſpondit, *iuxta l. de ætate §. quod autem ait prætor ff. de interrog. action. ſequitur gloſ. in cap. inter dilectos in verſ. petitionis de fide inſtrument.* Hinc ſolitum eſt dici,
9 Iudicem † non poſſe cõdemnare in aliud quàm ad petitum, *l. final. C. de fideicommiſſ. libert.* & proindè ſententia proferri debet, iuxta formam petitam à partibus, *cap. licet de ſimon. Felyn. in d. clement. ſæpè, verſ. iuxta petitionem per illum text.* ff. *de verbor. ſignif.*

Secundò, quia ſententia ipſa eſt iniuſta, cum tertia poſſeditrix non poſſit cõdemnari in actione perſonali, prout ipſa Portia fuit condemnata ad cenſus decurſos, & decurrẽdos dicto Nicolao Cimino mero creditori: quia certum eſt,
10 quod tunc creditor † poteſt hypothecariam, & condictionem, *ex l. final. C. de acquir. poſſeſſ.* aliaq; remedia cumulare pro iure aſſiſtendi, ſi pro cenſibus prætenſis petijſſet, quando creditor poſſidet ſaltim ciuiliter, vt dicunt *Bald. & Doctores in d. l. fin. & habetur in l. 1.* ff. *de ſalu. interd.* ſed dictus Nicolaus, & ſui hæredes dictas domos ciuiliter non poſſident, ergo per ius aſſiſtendi non poſſunt in eis contra tertiam ſatisfieri, & quod non poſſideant ciuiliter, patet, quia poſt obligationem generalem, & delegationem factam dictæ annuæ ſolutionis Ioannæ Ciminæ creditrici hypothecariæ, & anteriori, & per alienationem, & traditionem poſſeſſionis corporalis per quõdam Ioannem Baptiſtam Octaianũ dictæ Portiæ, Ioannes Baptiſta, ſuiq; hęredes, & ab eis cauſam habentes ciuili poſſeſſione bonorum generaliter obligatorum pri-
11 uati fuerunt: † nam licet *Bart. in d. l. creditores C. de pignor.* teneat debitorem non poſſe priuare creditorem ſua ciuili poſſeſſione, per præcarium tranſlata, tradendo rem alteri: tamen ibi * cõmuniter
12 reprobatur, † & contrarium tenet idem *Bart. in l. celſus 4. col.* ff. *de vſucap. verſic. ſed pone, quod debitor*, cuius doctrina rogo videatur, quia caſum noſtrum decidit; & ſequuntur eam * cõmuniter Scribentes ibi, & idem tenet *Bart. in l. qui pignoris* ff. *de acquir. poſſeſſ. Caſtrenſ. in l. quamuis §. 1.* ff. *eodem titulo, Bald. in l. nullo C. de rei vendic. firmat Ioannes de Imol. in d. l. Celſus, & Addentes ad conſtitut. Regni Neapol. pacis cultum*, vbi
13 etiam tenuerunt, † quod pactum de ingrediendo propria authoritate, cum præca-

Digitized by Google

præcario non poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic nec contra dictam Portiam tertiam poſſeditricem per prædicta iura, & condemnari non
14 poterat in actione perſonali, † quia actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, neque contra rem, *l. final. §. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſi heres ff. ad trebell. l. dolus C. de reſcind. vendit. Surd. deciſ. 306. num.* 10. & ex prędictis patet in-
15 iuſté fuiſſe condemnatam, † & ſententia iniqua, & iniuſta eſt ipſo iure nulla, *l. ſi pars, & ibi Angel.* ff. *de inoffic. teſtam. clement. paſtoralis in verſ. piſana de re iudic. & per Vant. in titul. de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num.* 127. *fol.* 244. & dum eſt nulla exequutionem non meretur,
16 cum ſententia, † quæ exequutioni demandatur neceſſe eſt, quod ſit valida, *l.* 4. §. *condemnatum* ff. *de re iudic. l. non putaui* §. *non quauis* ff. *de contratab. D. de Franch. deciſ.* 86. *nu.* 5.

Tertiò, talis ſententia, nec exequi poteſt, quia manifeſtum errorem continet, dum ex eiſdem actis patet ipſam Portiã ſoluiſſe pretium rei petitæ, factis depoſitis authore eodem Sacro Conſilio, ipſis partibus auditis; ex quo iterum ſoluere cogi non porerit, ſed eſt comparendum in graduatione contra poſteriores creditores Ioannis Baptiſtæ Octaiani princi-
17 palis debitoris, † & contra fideiuſſores pro ſummis liberatis, *iuxta text. in l. fin. §. & ſi præfatam C. de iure deliber. & vult D. de Franch. deciſ.* 272. *nu.* 2. qui circa finem dicit, quod moleſtare emptorem, & poſſeſſorem bonorum raró acci-
18 dit, † quia conſueuimus quando venduntur bona, & ad nos creditores recurrunt, liberare pretium bonorum, cum fideiuſſoria cautione de reſtituendo, cui quibus, & quando per Sacrum Cõſilium
19 fuerit prouiſum: † immò vendita re per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij pro quantitate ſoluta creditoribus, ipſum hæredem non moleſtari, iudicatum firmat ibidem in fine, quanto fortius dicta Portia tertia poſſeditrix, quæ ſoluit, & pecunia eſt liberata ordine Sacri Conſilij, iuxta prænarratum ſtylum, & ſic ex prædictis debet prouideri, dictam ſententiam contra ipſam Portiam minimè eſſe exequendam, *& ita deciſum fuit in banca Iubeni.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Promiſſa per Regem abſquè pecunia, ipſemet reuocare poteſt.*
2 *Exceptio quando datur ex eodem actu, non debet impugnare actum.*
3 *Exceptio Regia pragmatica edita Thori non habet locum in non habente titulum.*
4 *Pragmatica habet locum in ſpoliatis iure, vel iniuria.*
5 *Verba legis quando deficiunt, & ipſa lex deficit.*
6 *Pragmatica habet locum, quando bona ſunt capta, erecta, & confiſcata, & quouis modo diſpoſita copulatiuè.*
7 *Poſſeſſionem ſtatuti, qui habere prætendit, debet tempore ſtatuti eam probare.*
8 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adijcitur.*
9 *Teneri verbum meri facti eſt, & ad poſſeſſionem, & nudam tenutam refertur.*
10 *Obſeruare verbum quid importet.*
11 *Pragmatica non habet locum, quando ambo ab eodem Rege cauſam habent.*
12 *Priuilegiatus non poteſt vti priuilegio contra æque priuilegiatum.*
13 *Caſus omiſſus cenſetur in diſpoſitione iuris.*
14 *Aſſenſus in Regno non præſumitur, niſi oſtendatur.*
15 *Feuda ad manus mortuas deuenire, Rex difficiliſſimè concedit.*
16 *Contractus ſine aſſenſu reuocatur.*
17 *Cedens ius ſuum alteri facit in illo præſumi acquiſitionem.*
18 *Poſſeſſio non datur in iuribus.*

## Pro Domino Barone Arneſani, cum Vniuerſitate Ciuitatis Litij.

A R-

*ARGVMENTVM.*

*De exceptione Regiæ Pragmaticæ editæ Thori, & reuocatione tranſactionis ex defectu aſſenſus.*

## CONSILIVM XII.

PETITA conſeruatione poſſeſſionis iuriſdictionis Caſalis Arneſani per Dominum Baronem,& Capitaneum Ciuitatis Litij ab exercitio ipſius abſtinere, compilato proceſſu,& cauſa introducta,Ciuitas Litij prætendens á Regibus Aragoneis cauſam habere,exceptionem Regiæ pragmaticæ editæ Thori oppoſuit, & quod verè ad differendum iudicium oppoſuerit,demõſtratur: nàm extrema huius exceptionis ſunt duo: poſſeſſio, & titulus, à ſereniſſima domo de Aragonia, & cum hæc non habeat,exceptio nõ militat: priuilegium enim conceſſum, vt prætendit Ciuitas non eſt conceſſio ipſi Ciuitati facta, vt ipſa eſſet Domina Caſalium, & iuriſdictionis, ſed tantum Rex promiſit, quod Capitaneus Litij exerceret iuriſdictionem in toto Comitatu, & Caſalibus,
1 quam promiſſionem † quando non interuenit pecunia,ipſemet Rex reuocare poteſt,vt latè notat *Abb.in conſ.3.in q.19. ex regul.l.nemo paciſcẽdo ff.de pact.Bald. in l.qui ſe patris in verſ. & ſcias C. vnde liber.* & ita deciſum affirmat *Ioan. Vincent.de Anna allegat.*87.Cum igitur hæc prætenſio Ciuitatis fundata ſit ex prætenſo priuilegio à Sereniſſimo Ferdinando de anno 1466. ſuper quo eſt reuocatio gratiarũ factarum Ioanni Petro Guarino, & Bartholomeo Vrſino, & ſic nihil de caſu,de quo agitur; priuilegium autem anni 1476. vt clarè cõſtat,non concedit Ciuitati,& Rex poteſt hoc facere, quomodo in hoc iudicio poteſt eſſe locus huic exceptioni?

Fortius Dominus Baro propter inſigna ſeruitia, & in excãbium Terræ Gagliani, quæ erat maximi redditus, habet conceſſionem ab eodem Rege Ferdinando in anno 1489. die 12. Decembris, & ſic habet priuilegium poſterius ab eo-
2 dem Rege, † quando enim datur exceptio ab eodem actu,non debet impugnare actum, vt notat *Paul. de Caſtr. in l 1. §. ſcientiam de tribut.action.quos omnes adducit Ioan. Vincent.de Anna in d.allegat.* 87.*& Loffred. in conſ.34. num.*11.Cum
3 ergo Ciuitas non habeat priuilegium, † & quod habet per verbum,placet,poteſt Rex reuocare ſine vllo dubio, & Dominus Baro habet priuilegium ex cauſa onerosa in excambium Terræ Gagliani maximi pretij,& poſterius ab eodem Rege, quomodo in hoc iudicio poteſt conſiderari exceptio à Ciuitate oppoſita? & cum priuilegium dicti Baronis ſit potentius, pragmatica ceſſat ex adductis per *Loffred.d.conſ.*34.

Et quod in noſtro caſu pragmatica ceſſet, patet dum verba pragmaticæ loquuntur quando aliqui à Regibus Aragonum de feudis, Baronijs, Caſtris, & alijs cõceſſionibus tàm feudalibus,quàm
4 burgenſaticis, iure, † vel iniuria ſe ſpoliatos eſſe prætendunt,quod non eſt in caſu,de quo agitur,vnde ex verbis pragmaticæ habetur, caſum noſtrum in ea non eſſe comprehenſum, & dicto Baroni
5 non obſtare: † nàm vbi verba legis deficiunt,& ipſius diſpoſitio deficit,*ad text. in l.4. §. Titius, vbi Bart. & alij ff. de damn.infect.l.ita autem in princ.vbi etiã Bart. ff.de admin.tutor. cum multis concordantibus per Tiraquell.in l.ſi vnquam C.de reuoc.donat.verſ.libertæ nu.*2.& diſpoſitio illius pragmaticæ tunc videtur habere locum, & denegare audientiam,
6 quando bona ſunt capta, erecta, confiſcata,donata,& quouis modo diſpoſita, & omnia hæc copulatiuè requiruntur, vt nouiſſimè *per Ioãnem Angelum Piſanellum in eadem pragmatica nu.*37. & cum tale Caſale non fuerit confiſcatum, nec vlli per dictos Reges conceſſum, pragmatica locum habere non poteſt.

Nec Ciuitas ipſa iuuari poteſt, quod Rex Ferdinandus reuocauit gratias factas



Digitized by Google

factas Ioanni Petro Guarino, & Bartholomeo Vrſino, & capitulum per verbum placet, vbi idem Rex concedit Capitaneo Licienſi ſolam iuriſdictionem in omnibus Caſalibus ſuis, & deindè eidem Capitaneo conceditur poteſtas faciendi Locumtenentes per Caſalia, quia tale Caſale non oſtenditur fuiſſe conceſſum in talibus conceſſionibus, nec poſſeſſionem habuit de talibus diſpoſitis in dicto Caſali illo tempore, vt pragmatica man-
7 dat, † cum qui ſe fundat in poſſeſſione, vt in ea conſeruetur virtute alicuius ſtatuti, debet probare, quod eo tempore poſſidebat, vt ſtatutum illud locum habeat, *iuxta not. per Io. Fabr. & Doctores in §. retinendæ, inſtit. de interd. & per eũdem Piſanell. ibidem num. 36.*
8 † Qualitas enim adiecta verbo debet intelligi ſecũdum tempus verbi, vbi adijcitur, *l. in delictis §. ſi extraneus, vbi Bart. & Doctores ff. de noxal. action. l. mela ff. de alim. legat. l. 3. de aur. & argent. legat. hinc gloſ. in cap. ſtatutum de reſcript. in ſexto*, dicit, quod qualitas Canonicatus requiſita in actu commiſſionis, debet adeſſe tempore commiſſionis, & non ſufficit ſi poſteà ſuperueniat, faciunt dicta *per Dec. in l. ab initio ff. de regul. iur.* maximè quia adeſt
9 verbum, teneri, † quod meri facti eſt, & nedum ad poſſeſſionem, ſed ad nudam tenutam refertur, *text. eſt in l. quod dicitur, vbi Iaſ. poſt Aretin. nu. 12. 4. notab: ff. de verbor. obligat. & iterum Iaſ. in l. naturaliter in princ. num. 7. ff. de acquir. poſſeſſ. l. poſſeſſio quoque §. 1. eodem titulo, & idem voluit Afflict. in deciſ. 407. num. 13.*
10 & poſito, † quod Ciuitas Litij prætenderet ſuam conceſſionem, dictum Caſale comprehendere, quod nega-
11 tur, † quia ambo ab eodem Rege cauſam habent, & dictus Baro ſuam habet conceſſionem, & ex cauſa onerosa, pragmatica ipſa locum non habet, quia quando Rex duobus concedit, non intẽdit cõfirmare magis huius, vel illius pri-
12 uilegium, † & hoc noſtro caſu priuilegiatus non poteſt vti priuilegio contra ęquè priuilegiatum, *vt not. Cyn. Bartol. Bald. Salycet. & Iaſ. in auth. quas actiones C. de ſacroſanc. eccleſ.* nec dici poteſt cur vnum magis, quàm alterum tueatur, ergo in vtroque erit idem ius, *l. cuius bonis in fine ff. de curat. fur. l. illud ff. ad l. aquil. l. à Titio cum concord. ibi in gloſ. ff. de verbor. obligat. & Tiraquell. omnium latiſſimè more ſuo ſolito in tract. ceſſ. cauſ.*
13 *part. 1. num. 155. & ſeq.* † & tanquam caſus omiſſus cenſetur in diſpoſitione iuris, *ad text. in l. ſi cum dotem in princ. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus ff. de iur. dot. cum alijs concordantibus per Tiraquel. de iure primogen. q. 40. num. 194.* & in tali caſu pragmaticam ceſſare, habetur ex *l. bene à Zenone C. de quatrien. præſcript. & per Roman. conſ. 298.*

Vltimò Ciuitas adducit tr̃ſactionem initam in anno 1491. vbi Dominus Baro cedit, & renuntiat Ciuitati merum imperium, & è contra concedit Baroni intromiſſionem Muſti, & alia, vt in ea fol. 144. hæc ſcriptura, quam pars adducit pro fundamento ſuæ intentionis, maximè Baroni prodeſt, & in hoc poſſunt Domini Iudicantes quieſcere in ſui fauorem; & primò, tranſactio ipſa caruit
14 aſſenſu: † nàm cum in Regno habeamus ſpecificam formam, aſſenſus non præſumitur, vt benè *Frecc. in q. 23. num. 3.* quinimmò non adeſt: nàm reperiuntur regiſtra in Regia Camera Regis Ferdinandi, & ex illorum inſpectione videtur non interueniſſe aſſenſum aliquem, *ex regul. l. Titio teſtoris ff. de legat. 1.* Benè ergo monſtratur aſſenſum non interfuiſſe, immò, & fortius aſſenſus adeſſe non pote-
15 rat: † nam eſſet diuiſio iuriſdictionis hęc conceſſio facta Ciuitati, & etiam ad manus mortuas, quod Rex, aùt non conce-
16 dit, aùt difficillimè cõcedit. † Adeſt igitur reuocatio iſtius tranſactionis, ex beneficio *conſtitut. diuæ memoriæ*, & ſic vigore ipſius priuilegij ceſſat prætẽſio partis: immò hæc tranſactio antiquam poſſeſſionem dicti Baronis demonſtrat, vt in ea legitur, qua fit, vt Ciuitas, neque priuilegium, neque poſſeſſionem habeat: Eſt verùm in iure, † quod quando quis, cedit ius ſuum alteri, lex fingit præcedere acquiſitionem, *l. ſi auia, vbi Paul. de Caſtr.*

*Caſtr. C. de iur. deliber. Corn. conſ. 79. lib. 4. num. 10. idem Paul. de Caſtr. in l. ſicut maior C. de repud. hæred. nu. 3.*

Quando igitur Dominus Baro die 12. Decembris anni 1491. ceſſit, & renunciauit Ciuitati, quid dubij, quod Baro
18 habebat poſſeſſionem, † ſeù quaſi? cum in iuribus non detur poſſeſſio, *vt in l. ſi ædes §. final. ff. de ſeruit. vrban. prædior. & l. ſeruus §. in incorporalibus, & ibi gloſ. ff. de acquir. rer. domin. Capoll. in tract. de ſeruit. ruſtic. prædior. in cap. 4. num.* 58. *de ſeruitute aquæductus*, cum eo tempore nondum inita eſſet tranſactio, quia Baro poſſidebat, nec ex cartula prouentuum ab ipſa Ciuitate præſentata fol. 5. demonſtratur poſſeſſio dicti anni 1490. ſed prætenditur per illas cartulas quædam nota prouentuum interpellatis longis temporibus, quæ vſurpationem, & nõ poſſeſſionem dictę iuriſdictionis demonſtrant: tanto magis dum Dominus Baro tempore obitus ſui patris, erat minor, & nõ potuit habere notitiam ſuarum ſcripturarum, vt in facto eſt notatum, & ſi Ciuitas quaſi clãdeſtinè poſſedit poſt prædictam tranſactionem anni 1491. poſſedit vigore prædictæ inualidæ tranſactionis, & ſic nomine Baronis, quę tranſactio non ſolum eſt nulla, quia caret aſſenſu, & quatenus opus eſt, adeſt reuocatio folio 170. ex beneficio *dictæ conſtit. diuæ memoriæ*, ſed etiam ex defectu inobſeruantiæ intromiſſionis muſti ipſius Baronis in dictam Ciuitatem abſque ſolutione, quia ſemper dicta Ciuitas exegit, ac exigit ab intrantibus muſtum dicti Baronis datium carolenorum trium, & quatuor, pro qualibet ſalma, vt benè deponũt nouem teſtes notati in facto, & ſic ex aduerſo producta non militant: immò Ciuitas tenetur ad intereſſe, ad quod (quatenus contrarium iudicaretur, quod non credit) debet cõdemnari Regius Fiſcus, ſaluis iuribus, contra poſſeſſorem dictæ Terræ Gagliani, vt fuit petitum fol. 140. maximè quod Ciuitas ipſa prætendendo hoc in toto Comitatu, numquàm obtinuit, & ex prædictis contra noſtrum Baronem, nec obtinere poteſt, & ſi adeſt decretum facto verbo, quod vnus non impediat alterum in exercitio, & terminus currat, dum hodiè conſtat de non iure Ciuitatis, & de potiori iure Baronis debet prouideri, quod Ciuitas, ſiuè Capitaneus Litij, ipſum Baronem in iuriſdictione dicti Caſalis non impediat, nec ſe intromittat.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Verbum ſignanter limitat, & reſtringit.*
2 *Vltima derogant primis in contractibus.*
3 *Laudum vltra compromiſſa eſt nullum ex defectu poteſtatis.*
4 *Probatio in iudicio, quantumuis ſummario requiritur.*
5 *Papa condemnare ad debita non probata authoritate ordinaria non poteſt.*
6 *Sententia eſt nulla quando abſque probationibus proceditur.*
7 *Laudum abſque citatione ad dicendum latum eſt nullum, etiamſi nullitatibus renunciatum fuerit.*
8 *Donatio facta filio contemplatione matrimonij debet conferri.*

Pro Domino Annibale de Ligorio, cum Dominis Horatio, & alijs Fratribus,

## *ARGVMENTVM.*

*De nullitate laudi lati vltra compromiſſa, & ſine citatione.*

## CONSILIVM XIII.

FActo compromiſſo inter Dominos Horatium, Ferdinandum, Annibalem, Fuluium, & Fauſtinam, fratres, & ſororem de Ligorio, in perſonam duorum Aduocatorum pronunciato laudo per dictum Dominum Annibalem

lem fuit petitum per Sacrum Conſilium declarari, ſibi ſpectare integram quartam partem bonorum quondam Dominæ Sarræ Stinchæ eorum matris, quauis prætenſione,& laudo nulliter prolato,nō obſtantibus,vt ex ſupplicatione fol. 1. ipſumq; laudum nullam mereri exequutionem comprobamus.

Primò,quia ipſum compromiſſum fuit factum de differentijs donationis per dictam Dominam Sarram ducat. 500. dicto Domino Horatio: nam licet verba præcedentia dicant nonnullas differentias habere, deindè ſubſequitur verbum
1 ſignanter, † quod eſt ad inſtar verbi, videlicèt, cuius natura eſt limitare, & reſtringere præcedentia, *l. videlicet ff. de pact. gloſ. in clement. cauſam de elect.* & in
2 contractibus † vltima derogant primis, *l. pacta nouiſſima C. de pact. l. ſi vnus* §. *pactus ff. de pact.* Inſuper dicti arbitri non habebant poteſtatem, niſi in differentijs dictæ donationis, & deciderunt plura, & diuerſa capita,non compromiſſa, vnde
3 laudum † ipſum eſt nullum ex defectu poteſtatis,ſecundum *Ioan. Vincent. de Anna allegat. 99. num. 2. ex iuribus per eum ibi adductis.*

Secundò,Domini Arbitri proceſſerūt nullo formato proceſſu,& abſque ſcripturis,& probationibus,
4 † & in quocumque iudicio etiam ſummario requiritur plena probatio ſecundum *gloſ. communiter approbatam in l. 1. verſ. filium C. quorum bonor. prout teſtatur Alexand. conſ. 139.*
5 *circa finem lib. 6.* † quod nec Papa ad debitum non probatum condemnare poteſt authoritate ordinaria, *vt per Alex. conſ. 2. col. 1. verſ. eſt ratio lib. 2. Afflict.*
6 *deciſ. 91.* † & dùm abſque probationibus contra iuris formam proceſſerunt ſentētia eſt nulla, *vt per Bald. in l. ſi cum ſententia C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. relatum per Afflict. in conſtit. vt vniuerſis poſt nu. 33.*

7 Tertiò, † prædicti Arbitri laudarunt abſque citatione,& monitione partium, ipſiſq; pęnitus inauditis, quo caſu dictū laudum eſt nullum, *per eundem Io. Vincent. de Anna in allegat. 99. nu. 1. vltra quæ Bart. in l. ſi quis arbitratur ff. de verbor. obligat.* dicit in laudo, omninò citationem requiri, & hoc probat per octo fundamenta, quam ſententiam ipſemet *Bart. firmat in l. Teopompus ff. de dot. præleg. in l. alio de aliment. & cib. leg. Bald. etiam in d. l. ſi quis arbitratu, ibiq; Angel. & Imol.* * *communiter*, & hoc adeò eſt verum,quod etiam ſi in compromiſſo dicatur procedi abſque citatione, adhuc ſine ea procedi non debet, *vt per eundem de Anna d. allegat. numer. 9.* quibus nullitatibus ſtantibus dictum laudum nullam debet exequutionem habere, etiam ſi incompromiſſo nullitatibus fuiſſet renunciatum, prout in terminis noſtris fuiſſe deciſum, firmat *Minad. in deciſ. 19.*

Vltimò, licet ad merita cauſæ ſubintrari non debet, tamen vt eius notoria iuſtitia videatur, inter alia duo tantum dicam.

Primò, quod dicti Arbitri iudicarunt deberi dicto Domino Horatio ducatos
8 500. † donationis cauſa matrimonij ei factæ abſque collatione contra *text. in l. vt liber. & pen. C. de collat. vbi Doctores omnes*, & etiam ſi fuiſſet ſimplex donatio,adhuc conferre teneretur *per text. in authent. ex teſtamento, & in l. penult. eodem titulo de collat. ibiq; Doctores.*

Secundò, dicitur, quod integra pecunia debita pro tertia dotis maternæ per Regiam Curiam conſignetur dicto Domino Horatio ſtantibus alimentis præſtitis prædictis Dominis alijs fratribus, quod fieri non poterat abſque probationibus,cum nec Papa id poſſit, vt ſupra diximus,vnde ex prædictis cōcludo prouidendum eſſe per Sac. Conſ. quod laudo non obſtante detur terminus in cauſa; *& ita per Sacr. Conſ. fuit prouiſum, vt ex decreto pęnes Ruppulum Actuarium Sacri Conſilij.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Donatio facta cōtemplatione alicuius rei, vel cauſa ipſis non ſequutis non valet.*

*Primi-*

2 *Primitiuá ſi ſint infecta, inficiuntur, & deriuatiua.*

3 *Venditio introituum facta nō præſenti pecunia eſt nulla.*

4 *Mens contrahentium ſemper attenditur, non verba.*

5 *Expreſſa videntur etiam, quæ ex coniecturis apparent.*

6 *Voluntas defuncti interpretatur, ex eo quod eſt veriſimilius, & idem in contractibus.*

7 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet.*

8 *Veriſimile pro expreſſo habetur.*

9 *Lex fingit, quandoq; plus dictum, quàm ſcriptum.*

10 *Verba impropriantur, vt teſtatoris mens ſeruetur.*

11 *Dotis debitum transfuſum in cauſam mutui, tranſit cum ijſdem priuilegÿs ſicut dos.*

12 *Debitum deſcendens ex aliquo contractu, ſumit naturas contractus, ex quo deſcendit.*

13 *Dolus dans cauſam contractui reddit ipſum nullum ipſo iure.*

14 *Donatio, debitorum delegatio, & ceſſio, contractus eſt bonæ fidei.*

15 *Contractus dolo ex propoſito, vel re ipſa non eſt ipſo iure nullus, ſed ope exceptionis.*

16 *Dolus præteritus non futurus remitti poteſt.*

17 *Dolus quid ſit.*

18 *Dolus probatur ex coniecturis, & ex inſidÿs proſpicuis.*

19 *Dolus præſumitur in faciente prohibita.*

20 *Falſitas eſt mutatio veritatis.*

21 *Mendacium eſt falſa veri demonſtratio.*

22 *Soluens indebitum ignoranter, repetere poteſt.*

23 *Solutum indebitè ex turpi cauſa æquiparatur, cum ſoluto ex iniuſta cauſa.*

## Pro magnifico Tiberio de Lega, contra Dominum Ioannem Camillum Mormilem.

## ARGVMENTVM.

*De donatione reciproca falſam propter cauſam in vna, reſcindenda pro alia.*

## CONSILIVM XIV.

Dominus Ioannes Camillus Mormilis pro donatione per eum facta magnifico Tiberio de Lega ſcutorum mille, ſibi debitorum per Ioannem Benedictum Conte, cum intereſſe ab anno 1544. vſque ad annum 1555. habuit ab eodem Tiberio per alium contractum in recompenſam, & cōtemplationem prædictæ donationis ducatos ſexcentos, & pro eis annuos ducat. 36. ſuper quadam domo, & cum per dictum Ioannem Benedictum nihil Mormili deberetur, & quatenus eſſet dubium de debito, ſub die 19. Decembris 1555. à Domino Cæſare Mormili hærede D. Ioan. Camilli, totum dictum debitum cum intereſſe relaxatum fuerat, & caſſata extitit obligatio: immò in ſatisfactionem dictorum ducatorum mille habuit annuos ducat. 92. vt ex publicis ſcriptu-
1 ris patet, † & cum omnis donatio contemplatione alicuius rei, vel cauſæ, re non tradita, vel cauſa nō ſequuta reſcindatur, & non valeat, *iuxta text. in l. cum te fundum C. de pact. inter empt. & vendit.* Immò taliter datum, cauſa non ſequuta poteſt repeti, vt dicit *text. in l. 1. cum toto titulo de condit. ob cauſ. dat. cauſ. non ſequ.* Tiberius ad nihilum tenetur, & ſolutum repetere poteſt, item donatio ipſa eſt nulla, quia à principio cauſa in ea contenta erat falſa, dum debitum hęredibus debitoris fuerat ceſſum, vt dixi-
2 mus: † vnde primitiua infecta inficiuntur etiam, & deriuatiua, *Bald. in l. final. C. de verbor. ſignific. & in authent. quas actiones C. de ſacroſanct. eccleſ.* maximè quod
3 re vera, † fuit emptio à iure prohibita per *Regiam Pragmaticam tertiam de emptione, & venditione:* dùm nulla fuit ſoluta pecunia, & etiam per *Bullam Pÿ*



Digitized by Google

*Quinti per Nauar.in tract.de vſur.nu.*8. mandantes annuos introitus non poſſe emi, nec ſolui, niſi præſenti pecunia; & quia non vidi inſtrumentum donationis prædictæ ad inuicem factæ, quatenus nõ eſſet expreſſum, quod donatio facta per dictum Tiberium, non dicit fieri ob donationem factam per prius, vt à dicto Domino Io. Camillo præſumitur, & erit præſumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium: non eſt veriſimile ipſum Tiberium donare voluiſſe Domino Ioanni Camillo equiti, & diuiti, dum Tiberius non erat diues, nec eius affinis, neque agnatus, vel cognatus, & ſi cauſa, quæ induxit Tiberium ad donandum, dùm
4 non eſt expreſſa, erit tacita, † & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operatur, & quando conſtat de mente contrahentium, eſt recedendum à verbis, *vt not. Archidiacon. in cap. ſi propter tuam de reſcript. in ſexto, l. non aliter* ff. *de legat.* 3. *& notat Io. Andr. in cap. Epiſcopus de rebus eccleſ. non alien. l.* 3. *C. de liber. præter. l. inter veſtem* ff. *de aur. & argent. legat. & l. cum quæſtio C. de legib.* & ex-
5 preſsa dicuntur eſse non ſolum, † quę ex verbis expreſſis apparent, ſed etiam ex coniecturis, *l. licet Imperator ff. de legat.* 1. *l. ſi quis locupletior* ff. *de manumiſſ. teſtam.* & hæc quoque dicitur probatio manifeſta ſecundum *Bart. in l. ſi quando C. vnde vi, & in l.* 1. *in fine ff. de verbor. obligat. Alexand. conſ.* 24. *lib.* 2. & probatio apertiſſima dicitur, quæ fit per inditia, *d. l. Imperator ff. de legat.* 1. *& in l. qui habebat* ff. *de rebus dubijs*, & ſicut
6 in interpretranda † voluntate defuncti, attenditur, quod eſt magis veriſimile, *l. inſpicimus de regul. iur. in ſexto, l. ſi ſeruus plurium* §. *final. C. de legat.* 1. ſic etiam in interpretranda voluntate contrahen-
7 tium, † cum valeat argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, &
8 quod eſt magis veriſimile † pro expreſso habetur, *l. Titius* §. 1. *& ibi Doctores* ff. *de liber. & poſthum. & eſt gloſ. notabil. in l. tale pactum* §. *final. ff. de pact. Alexand. conſ.* 36. *lib.* 2. *colum.* 1. Immò fingit lex,
9 † quod contrahentes plus dixerunt, quã fuit ſcriptum per Notarium, *l. cum tuus ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi l. generaliter* §. *cum autem, Alexand. con-*
10 *ſil.* 51. *lib.* 4. *colum.* 1. † & verba impropriantur, vt ſeruetur mens teſtatoris, *l. nõ dubium C. de legib. l. proculus* ff. *de vſu-*
11 *fruct.* † & ſicut debitum ex cauſa dotis quando transfunditur in cauſam mutui, facit mutuum tranſire cum iiſdem priuilegijs, quæ habet dos, & maximè quoad curſum vſurarum, & interuſurij dotis, *vt dicit Capyc. in deciſ.* 183. vti depen-
12 dens à dote, † quia mutuum deſcendẽs ex contractu emptionis, aùt ſimili, quouis alio ſit indutus contractu, ſapit naturam eius contractus, á quo dependet, & non mutui, *Capyc. in d. deciſ.* 183. *nu.* 3. 5. *&* 7. vbi multa allegat, ſic debitum prædictum annuorum ducat. 36. cum dependat ex contractu ex falſa cauſa, & aſſertione, vbi ineſt dolus dans cauſam contractui, eſt extinctum, & reſolutum, & eſt ipſo iure nullum, & debet reſcindi, & reſtitui, acceptum vltra prædicta ex infraſcriptis alijs.

Primò, quia prædictus Tiberius fuit deceptus, & dolo inductus ad contrahẽdum, & donandum ducatos 600. & pro eis dictos ducat. 36. credens præcedentem donationem delegationis debitorũ, ac intereſse prædictorum ſcutorum mille, fuiſse veram non exactam, nec ceſſam, & à maior donatione prædicti Domini Ioann. Camilli donatoris dolo fuit inductus ad faciendum donationem ip-
13 ſam Domino Io. Camillo, † & quando dolus dat cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractum ipſo iure nullum, *l. eleganter in princ. ff. de dolo, vbi Bart. nu.* 4. *& in l. ſub prætextu C. de tranſact. nu.* 4. *&* 5. *prout etiam dicit Couarr. in regul. poſſeſſor de regul. iur. par.* 2. §. 6. *num.* 6. vbi ſubdit, * communem eſse opinionẽ, ſed ſi contractus eſt ſtricti iuris venit annullandus, *vt per gloſ.* §. *actionum inſtit. de action.*

14 Secundò, † contractus donationis, delegationis, & ceſſionis intereſse eſt bonæ fidei, *vt dicit text. ad literam in* §. *actio-*

*num*

*num autem inſtit. de action.* vbi enumerã-
tur omnes contractus, qui ſunt bonæ fi-
dei, & qui ſtricti iuris, ſed quando dolus
15 eſt re ipſa, † vel dolus ex propoſito, pu-
ta quando adeſt enormis læſio, tunc con-
tractus non eſt ipſo iure nullus, ſed ve-
nit reſcindendus, & annullandus ope ex-
16 ceptionis ſi opponatur; † & dolus præ-
teritus poteſt remitti. non dolus futurus
per contrahentes, *vt dicunt omnes Do-
ctores in verbo dolus*, & dolus malus eſt
17 calliditas, † fallacia, ſiuè machinatio ad
circumueniendum, ſiuè fallendum alium
adhibita, *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal.* & dicitur
dolus malus ad differentiam doli boni,
quia dolus bonus eſt, decipere hoſtes, &
18 dolus probatur ex coniecturis, † & in-
ditijs proſpicuis, dicit *text. ad literam in
l. dolum C. de dol.* ſi ergo quis aliquid fa-
19 cit, † quod eſt ſimpliciter prohibitum
præſumitur eſſe in dolo, *l. 1. C. de ſicar. l.
ſi non conuitij C. de iniur. cap. 1. extra de
præſcript.* ſed ſi eſt ſimpliciter permiſſum
id quod facit, tunc non præſumitur eſſe
in dolo, niſi probetur, & in noſtro caſu, ſi
requiritur probatio, eam habebis ex pręſ-
ſentatione inſtrumẽti donationis, & ceſ-
ſionis ſcutorũ mille factę à Domino Cæ-
ſare Mormile ſub die 29. Decẽbris 1555.
hæredibus quondam magnifici Benedi-
cti Conti, & ex alio inſtrumento dona-
tionis ſtipulato ab ipſo Ioanne Camillo
Mormile in anno 1576. & ſic in contra-
ctu adeſt falſa cauſa per ſupra allega-
ta, & falſum non poteſt eſſe ſine dolo;
ſunt enim correlatiua, & valet conſe-
quẽtia, eſt falſum, ergo dolus ineſt, quod
cauſa ſit falſa apparet ex falſa aſſertione
contractus, quo mediante dictus Ioan-
nes Camillus donat, & delegat, quod nõ
habebat, & erat renunciatum, & remiſ-
ſum à dicto Cæſare Mormile eius patre,
20 & falſum eſt † mutatio veritatis, quæ
nocet, & tendit in detrimentum alte-
rius, & attenditur, prout verba ſonant,
vt ſumitur *ex l. quid ſit falſa de falſ. &
ibi Bartol. ac Corn. conſil.* 45. *volum.* 3.
21 & eſt falſa † veri ſignificatio, *Soccin. con-
ſil.* 15. *par.* 1. *verſ. item quia, ſecundum
Beatum Auguſtinum in lib. contra men-
dacium, & Beatum Thomam* 2. 2. *q.* 90.
Ad differentiam mendacij cum menda-
cium ſit mutatio veritatis tantum, quod
non nocet, nec tendit in detrimentum
alterius, & propriè mendacium non pu-
nitur, niſi in aliquibus caſibus extraor-
dinarium, ſi deponit, vt principalis in
criminalibus, vel vt teſtis coram Iudice,
& propriè omnis contractus ex falſa aſ-
ſertione reſcinditur, quoad ciuilitatem,
prout etiam reſcinditur omnis ſententia
ex falſa cauſa, ſiuè probationibus falſis,
& eſt nulla, & punitur criminaliter com-
mittens falſum, vulgatis iuribus.

Tertiò, creditor ſatisfactus de prædi-
ctis annuis ducat. 36. & de alio ex præ-
dictis dependente tenetur acceptum, re-
22 ſtituere † vti ſatisfactio ex iniuſta cau-
ſa facta, *per text. in l. perpetuò ff. de con-
dit. ob turp. cauſ. vbi hoc Bart. ſummat, &
litera eiuſdem legis dicit, id quod ex iniu-
ſta cauſa apud aliquem ſit, poſſe condici,
in quo verbo condici Gloſſ. dicit ſi Do-
minus ipſe ſoluit*: Ecce qualiter lex ęqui-
23 parat indebitum ſolutum † ex turpi cau-
ſa, & ex iniuſta, ſeù falſa, *per totum titu-
lum de condict. ob turp. cauſ. ff. & C.* ergo
ex prædictis currenti calamo adductis,
cum cõtractus donationis, per Tiberium
factæ, ſit ex falſa, ſimulata, & inueriſimi-
li cauſa, eaq; numquàm ſequuta ſit, &
cum dolo aduerſarij, ſequitur quod ſit
nullus, & proindè Tiberius de Lega ab
impetitis ex aduerſo abſoluendus eſt, &
ita iuris eſſe mihi videtur pro dicta mi-
ſerabili ſene ſcribenti, cætera ſuppleat
iudicantium religio.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Parentes vſumfructum habent in bonis filiorum maternis, idem etiam in dotalibus num. 2. & in aduentitijs num. 3. quod & ad nepotes extenditur nu. 4.*
5 *Nepotes ſunt in aui poteſtate, vt pater.*
6 *Transactione reſciſſa ad inſtantiam minoris, eius aduerſarius reſtituitur ad primæuas actiones.*
7 *Contractum reuocans habet intentionem,*

*vt omnia reducantur ad priſtinum.*
8 *Facti, quæ ſunt, probari debent.*
9 *Alimentorum præſtatio inter parentes, & filios mutua eſt.*
10 *Alimentorum præſtatio cauſæ cognitionem requirit.*
11 *Intereſſe dotium maternarum debetur filijs à die mortis patris non matris.*
12 *Patri liberum eſt emancipare nepotem, & filium in poteſtate retinere.*
13 *Vſusfructus non poteſt cedi, nec eo non vti in præiudicium creditorum.*
14 *Remittere, & donare idem eſt.*
15 *Prior in tempore præfertur poſteriori.*

## Pro magnifica Elionora Mazza, contra Catharinam de Rogerio.

### *ARGVMENTVM.*

*De intereſſe propter dotes debito, & vſufructu patris in bonis filij, & nepotis, etiam dotalibus.*

## CONSILIVM XV.

IN præſenti cauſa magnificæ Elionoræ Mazzæ, contra magnificam Catharinam de Rogerio reuocatur in dubium intereſſe dotium quondã Hippolytæ Cappæ ſanctæ, matris Iulij Cæſaris Mazzæ, à quo tempore debeatur, & licet dubium non ſit, nõ deberi, niſi á die mortis Matthæi patris, cum res, quæ ex matris ſucceſſione, ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato fuerint ad filios deuolutæ, ita ſint in parentum poteſtate, vt vtendi, & fruẽ-
1 di facultatem habeant, † donec parentes ipſi vixerint, *per text. in l. 1. C. de bon. matern.* & nè dum peruenta ex materna linea, quoad vſumfructum patri ſunt acquiſita, *l. 2. eodem titulo*, ſed etiam bona ad filios emancipatos peruenta, quoad virilem vſusfructus, *l. 3. in princ. eodem ti-*
2 *tulo*, † & non modo pater potitur vſufructu bonorum peruenientium ad filium ex matre, & linea materna, ſed etiam lucrorum nuptialium, *l. 1. & 2. C. de bon.*
3 *quæ liber.* † & etiam omnium aduentitiorum, dummodò non ex patris ſubſtantia, *l. cum oportet eod. tit*, quæ diſpoſitio
4 extenditur ad nepotes, † & deinceps, *l. ſi viua matre C. eodem*, adeò quod mortuo filio ſuperſtite ſobole vſusfructus iure poteſtatis adhuc apud parentes remanet, *l final. C. comm. de ſucceſſ. iuncta gloſ. in verbo vſufructu, & in verbo permanſuro, l. final. §. ſin verò C. ad Senatuſconſ. Tertull. authent. de hæred. ab inteſt. §. ſi*
5 *quis igitur*, cum nepotes, cæteriq; ex filio deſcendentes, ita ſint in parentuum poteſtate, vt erat eorum pater, *§. qui igitur inſtit. de patr. poteſtat.* & ideò prædictum intereſſe non poteſt deberi à die mortis dictæ quondam Hippolytæ: Difficultas tamen reſultat ex contractu trãſactionis initæ in anno 1548. inter patrem, & filium, in quo aſſeruerunt, quod nõ expediebat ipſis, inſimul ſtare, & quilibet volebat ex ſe viuere, & propterea trãſegerunt de dotibus maternis, & vſusfructus ipſarum per Matthæum relaxatus fuit, immò promiſit ſoluere annuos ducatos triginta pro ducatis tercentis, in quibus dictæ dotes remanebant, ex quibus dicta Catharina intereſſe prętendit deberi, ſaltim à dicto tempore tranſactionis: hæc prætenſio ſubſiſtere non poteſt, ſiquidem per dictam tranſactionem dotis erant redactæ ad ducatos tercentos tantum, cui tranſactioni pars noluit ſtare, & illius reſciſſionem petijt, ac per Sacri Conſilij ſententiam fuit declaratum dotes remanere in ducatis ſeptingentis quinquaginta, & quis dubitat,
6 quod reſciſſa tranſactione, † inſtante minore datur reſtitutio eius aduerſario ad veterem actionem, exceptionem, & replicationem? *per text. apertum in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſact. vbi Bart. & Alberic. optimè*, prædictis accedat, quod vt reſciſſio, ſeù reuocatio fieri poſſit, oportet quod quis offerat, ſeù tradat illud, quod habuit ex illo contractu, quem reuocare vult, ſic refert *Bald. in l. final.*



Digitized by Google

3. q. C. *de contrah. empt.* diſplicentia enim retraditionem deſiderat, quibus conue-
7 nit, † quod is, qui contractum reuocat, videtur habere intentionem, quod omnia reducantur ad priſtinum, prout hæc, & ſimilia refert *Diomedes Maricond. in conſtitut. cõſtitutionem diuæ memoriæ poſt dicta Iſern. circa finem*, qua de re reſciſſa tranſactione inſtante aduerſaria, ob quod Matthæus venit priuandus omni commodo tranſactionis, debet, & pars carere commodo vſusfructus remiſſi, & omnibus reductis ad priſtinum, remanet diſpoſitio iuris communis, quoad acquiſitionẽ vſusfructus in bonis maternis pro tempore, quo Matthæus vixit: dum pars vult ſe iuuare verbis aſſertionis, quod nõ expediebat ipſis inſimul ſtare, & quilibet volebat de per ſe viuere, ex quibus prætendit ex illo die vſumfructum deberi, vel alimenta, iſtud expediens cum
8 ſit facti † non præſumitur niſi probetur, *l. denique ff. ex quib. cauſ. maior. l. in bello* §. *facta* ff. *de capt. & poſtlim. reuerſ. cum ſimilib.* dato tamen, quod fuiſſet ſequuta ſeparatio, quis dicit patrem teneri ad vſumfructum, & non ad alimenta? & non ad vſumfructum quæſitum patri, vt ſupra fundatum eſt, aut ad alimenta, quo-
9 rum præſtatio mutua eſt, † *l. ſi quis à liberis in princ. ff. de liber. agnoſc. toto titulo C. de alend. liber.* quo potitur pater in
10 bonis aduentitijs filij: † alimentorum enim præſtatio cauſæ cognitionẽ deſiderat, in qua Iudicis officium verſatur, maximè in cognoſcendo ſi pater eſt diues, & filius inops, & è contra, *d. l. ſi quis à liberis ff. eodem*, vnde diuerſa eſt vna cauſa ab alia, quod comprobatur Sac. Con-
11 ſil. deciſione, † diebus non longè decurſis facta in cauſa illorum de Bozzauotra, petentium dotes maternas, & intereſſe ipſarum à die mortis eorum matris, & probauerunt non à patre habuiſſe alimenta, ſed aliundè, & nihilominus declaratũ eſt à die mortis patris intereſſe deberi: cum autem ratione patriæ poteſtatis, vſusfructus prædictus patri, cæteriſq; aſcendentibus debeatur, licet fuerit remiſſus Iulio Cæſari filio, virtute dictæ tranſactionis de anno 1548. eo defuncto in anno 1550. ſuperuiuente Matthæo vſque ad annũ 1562. Nihilominus illam habere debet ex perſona nepotũ, etiam in poteſtate aui permanentium, vt fundauimus, eo maximè quia liberum
12 eſt patri, † emancipare nepotem ex filio, & filium in poteſtate retinere, & è contra, §. *admonendi inſtit. quib. ex cauſ. ius patr. poteſt. ſoluit.* qua de re quoad exiſtẽtes in poteſtate potietur vſufructu aduentitiorum, donec vixerit, & quoad emancipatos potietur vſufructu pro parte virili, *l. 3. §. 1. C. de bon. matern.*

Non omittam vnum, quod (ni fallor) claudit os parti, & eſt, quod Matthæus pater non poterat remittere Iulio Cæſari filio, vſumfructum aduentitiorum in præiudicium donationis factæ per eundem Matthæum contemplatione matrimonij Ioannæ Paſſarellæ, & filijs naſcituris, cuius virtute præſtita eſt aſſiſtentia Dominæ Elionoræ, & ſic in præiudicium creditricis hoc ignorantis, cui facta eſt conceſſio perceptionis fructuum annuorum. ſ. ducatorum centum, vt in proprijs terminis cõſuluit *Ancharan. in conſ. 106. nu. 5.* optimis fundamentis, quæ breuitati ſtudens non refero, ſed omninò vidẽdus. Inſuper vſusfructus fuit acquiſitus Matthæo, eiuſq; creditoribus, & in fraudem,
13 † & præiudicium ipſorum remittere non poterat per pactum, vel non vtendo, *l. 3. §. geſta ff. quæ in fraud. credit. iuncta gloſ. in verb. amittit cum concordantibus:* concurrunt modo ſuper dicto vſufructu, de cuius ſolutione hodiè tractatur ſuper bonis Matthæi debitoris exiſtentibus, Domina Elionora, quæ eſt creditrix ex cauſa donationis anni 1542. & hæredes quondam Iulij Cæſaris, cui prædictus
14 vſusfructus fuit remiſſus † in anno 1548. virtute tranſactionis, & ſic donatus, *iuxta text. in l. non oportet §. ſin autem res C. de bon. quæ liber.* In hoc concurſu creditorum præferenda eſt Domina Elionora,
15 tanquàm anterior † per ſex annos ex regula iuris prior in tempore, potior in iure, *& toto titulo C. qui potior. in pign. hab.* Ex quibus omnibus prædictum intereſſe

non

non à die mortis Hippolytæ matris, nec à die tranſactionis deberi concludo, ſed à die mortis Matthæi patris, vſufructu ipſarum dotium omninò ſibi acquiſito, dùm ei Comes vita fuit in anno 1562. in beneficium creditorum; *& ita fuit deciſum referente Domino Conſiliario de Ponte, hodie Marchione Sancti Angeli, & Sacr. Conſ. Præſide meritiſſimo.*

*Camillus de Laratba.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Connexorum idem eſt iudicium.*
2 *Separatorum de vno ad aliud non infertur.*
3 *Appellatio ab vno capite ſententiæ, quando non impediat exequutionem in alio, & nu. 5.*
4 *Sententia poteſt eſſe in vno capite valida, in alio inualida.*
6 *Appellatio vnius articuli non deuoluit, nec ſuſpendit exequutionem in alijs.*
7 *Sententia poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
8 *Quantitas pecuniæ de ſui natura eſt ſeparabilis.*
9 *Quantitate vna per appellationem vitiata, reliqua remanet vtilis.*
10 *Adiectio inutilis ſeipſam tantum vitiat.*
11 *Iudex diuerſa poteſt pro parte confirmare, pro parte reprobare.*

## Pro Domino Franciſco Filomarino, contra Dominum Marchionem Mariliani.

## *ARGVMENTVM.*

*De exequutione decreti pro parte acceptati, & pro parte appellati.*

## CONSILIVM XVI.

IN cauſa exequutionis petitæ per Dominum Franciſcum Filomarinũ decreti Sacri Conſilij, contra Dominum Marchionem Mariliani; ex quo ipſe Dominus Franciſcus à capitibus in dicto decreto contra ſe facientibus appellauit, & ab alijs pro ſe exequutionem petijt, ex aduerſo prætenditur appellationem ab vno, impedire exequutionem in alio, quod minimè verùm eſſe in iure, ex ſequentibus demonſtratur.

Primò, pro facili articuli deciſione eſt aduertendum, quod in dicto decreto, diuerſa continentur capita, vt ex calculo fol. 102. & ſeq. & ex eodem decreto fol. 129. cum in partita ducat. 164. 2. 15. alia ducat. 12. 3. 18. & alia reſiduorum Dominus Marchio condemnatur, & de alia partita ducat. 113. 3. 15. abſoluitur: nam ſi eſſet vnica partita, vel omnes annexæ condemnatio in vna eſſet in omnibus indiuidua, ex regula generali,
1 quod de connexis † idem eſt iudicium, *cap. cum omnes, verbo annexa, vbi Bald. extra de conſtit.* ſed quia erant diuerſa,
2 & ſeparata capita, † & in ſeparatis de vno ad aliud non infertur, *l. ſi maritus C. de donat. inter vir. & vxor.* & iura dicentia ſententiam pro parte non valere, habent locum in ſententia continente vnicum, & indiuiduum caput, quia tunc abſolutoria includit condemnatoriam, ſed
3 in caſu noſtro † cum ſint plura capita, appellatio vnius non impedit, quin aliud caput in rem iudicatam non tranſeat, vt dicit *Felyn. in cap. cum Ioannes de fide*
4 *inſtrument. num.* 20. † vnde ſententia in vno capite eſt valida, & in alio inualida: nàm tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capita diuerſa, *l. etiam la prima* §. 1. *& ibi gloſ. & Alberic. ff. de minor. cum alijs vulg.*
5 Secundò, † quando ſententia continet plures articulos, prout in caſu, de quo agitur, &, ſupra demonſtratum eſt, grauatus in vno articulo, poteſt appella-
6 re, † & appellatio ſuper alijs articulis, ſuper quibus non fuit interpoſita, non deuoluit, nec ſuſpendit exequutionem, vt in terminis decidit *Boer. q. 73. num. 3.* per plura iura, & authoritates ibi adductas,
7 & ſic ſententia pro parte valet, † & pro parte non, idem dicit *Bart. in l. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic. per text. in l. quadam mulier ff. famil. erciſc.* quæ eiſdem

verbis

Digitized by Google

verbis repetitur in *l. carmelia pia de iure patron. & voluere gloſ. Cyn. Bart. Bald. Salycet. & alij in l. 2. C. de re iudic. cum concordant. adductis per Roman. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, & ibi Bart. col. 14. verſ. nunc inducitur, & cæteri recentiores ff. de verbor. obligat. Abb. in d. cap. cum Ioannes de fide inſtrument. verſ. item in vlt. par. nu. 9. Dominus Vincent. de Franch. deciſione 173. Aufrer. deciſ. Tholoſan. 215. incip. item fuit quæſitum ſi fuerunt ab aliquo, &c.*

Tertiò, dictum decretum vltra, quod continet diuerſa capita, quæ continent diuerſas pecuniarum quantitates, cum
8 quantitas † ſui natura ſit ſeparabilis: quantitate vna per appellationem vitia-
9 ta, † & inutili effecta, reliquæ remanent vtiles, *ff. de vſur. l. placuit, & de verbor.*
10 *obligat. l. 1.* † & inutilis adiectio in ſe ipſa ſola vitiatur, quia habetur pro non adiecta, *ff. de verbor. obligat. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit*, & ſic ſimili modo appellatio illius partitę inutilis, exequutionem aliarum, ad quas Dominus Marchio fuit condemnatus impedire non poteſt.

Quartò, non obſtat prætendentia partis, quod partita, in qua Dominus Marchio fuit abſolutus dependebat ex eodem negotio, cum non ſit verum, & ad hoc probandum dico, quod facta declaratione, quod Dominus Fabritius participaret decimam partem lucri affictus facti, introituũ Archiepiſcopatus Neapol. in liquidatione Dominus Marchio dedu xit ſibi deberi ducat. 113. 3. 15. pro decima ducat. 1177. 2. 10. quos prætenſũ fuit, ſolutos fuiſſe mediatoribus dicti affictus, vt ex calculo fol. 102. & ſequ. ſed non aliter probatum, quæ partita cum dicat pro totidem receptis per Dominum Marchionem, ſi ipſe recepit, ad hoc negotium trahere non poteſt, (& ſi à dicta partita fuit abſolutus, ex quo non fuit auditus, Deus ſcit quomodo,) cum omninò debebat dictos ducat. 113. 2. 15. rectæ dicto Fabritio debitæ, & proindè à dicto capite appellauit, petendo exequutionem aliorum: nec obſtat *gloſ. in l. etiam ff. de minorib.* quod coniuncta eſſe poſſunt, quando ex eodẽ negotio partim condemnata, & partim abſoluta ſit, ex aduerſo adducta, cum in contrarium adſint tot iura, & authoritates in 2. cap. ſupra adductæ, & ſignanter *l. carmelia pia, quæ eſt final. de iure patronat. & l. quædam mulier famil. erciſc.* vbi ad lite-
11 ram habetur, † quod in rebus depẽdentibus ex vna hæreditate, Iudex poteſt pro parte confirmare, & pro parte ſentẽtiã reprobare, idem habetur *in cap. Raynutius extra de teſtament. in cap. paſtoralis, per Innocent. extra de offic. delegat. & Felyn. in d. cap. cum Ioannes de fid. inſtrument. nu. 21.* dicit, quod datur practica, vt dicatur appello in parte, & partibus contra me facientibus, propter quod tollitur appellatio, & remedium appellationis, ceſſante ſuſpenſione ſententiæ in facientibus, & proindè exequutionem in petitis deberi, maximè quod per aliud decretum domi fuit dictum, quod oppoſitis non obſtantibus exequatur. *Quod decretum facto verbo fuit confirmatum ex prædictis Domino Ioanne de Meſtanza referente, prout in banca Terraciani.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia contra mortuos lata eſt nulla, tàm pro, quàm contra.*
2 *Sententiam contra mortuos eſſe nullam, & exequi non debere, deciſum.*
3 *Nullitas reſpectu mortui, extenditur ad litis conſortem viuum, & numer. 4. & 5.*
6 *Decretum ſuper bonis poſſeſſis per infantem, & maiorem citatos, eſt nullum reſpectu omnium.*
7 *Sententia nulla, ratione indiuiduitatis.*
8 *Iuramentum eſt indiuiduum non obſtante, quod quantitates ſint diuiduæ.*
9 *Sententia nulla ob obreptionem.*
10 *Mortuus ad dicendum citari non poteſt.*
11 *Sententia ob deficientiam alicuius de ſubſtantialibus, eſt nulla in totum.*

12 Lex

Digitized by Google

12 *Lex ſcire debemus, qualiter intelligatur.*
13 *Sententia vitiatur propter vnicum conſtructum verborum, & voluntatis indiuiduæ iudicantis.*

## Pro magnifico Tiberio de Lauro.

### *ARGVMENTVM.*

*De ſententia lata contra mortuos, & viuos, quod ſit nulla, & eius exequutio reſpectu omnium impediatur.*

## CONSILIVM XVII.

SEntentiam latam die 12. Decembris anni 1587. fol.74. fuiſſe nullam reſpectu mortuorum, † *eſt text. in l. Paulus ff. quæ ſentent. ſine appell. reſc. l. in ſumma §. final. de re iudic. l. ſi deceſſerit qui ſatiſdar. cog.* Tametſi extitiſſet viuus, qui defendiſſet, *l. quare ff. de re iudic.* & eſſe nullam, tàm pro, quàm contra, dixit *Iaſ. in d. l. ſi quis deceſſerit num.* 12. prout ſic die 14. Iunij anni 1588. fol.110. fuit
2 ſententiatum, † & ordinatum contra mortuos minimè exequi, ſed an eadem nullitas reſpectu viui conſortis litis procedat, cum expectetur deciſio à verbo faciendo, nos ideò affirmatiuam tuemur ſententiam ex infra dicendis.

Primò, † ex indiuidua petitione porrecta contra eum, & Ioannem Nicolaum eius nepotem mortuum, in qua vti filios, & hæredes quondam Ioannis Petri de Lauro petitum fuit condemnari ad ſoluendum quantitatem petitam, cum aſſiſtentia in forma, & ad relaxandum bona in donatione contenta fol. 14. vt ex ſupplicatione fol. 1. & bona ponuntur in rubrica fol. 4. & à tergo, & in articulis partis fol. 44. ponuntur poſſideri per dictos Tiberium, & Ioannem Nicolaum de Lauro vti filios, & hæredes quondam Ioannis Petri de Lauro, qua indiuidua petitione ſtante, & poſſeſſione ſimiliter indiuidua, cum non conſtet de diuiſione, ſed de morte Ioannis Nicolai ante ipſam ſententiam, vt fol. 77. & poſſeſſio erat indiuidua, ſic etiam, & iudicium indiuiduũ
3 † nullitas mortui extenditur ad litis cõſortem viuum, *per text. in l. communem ff. quemadm. ſeruit. amitt.* & ſicuti dicta
4 ſententia declarata eſt nulla, † reſpectu mortui, ita etiam eſt declaranda nulla reſpectu ipſius Tiberij viui, vt in eiſdem terminis fuit deciſum per *Dominum Vincentium de Franch. in eius deciſ.* 28. in cauſa duarum ſororum in communi poſſidentium, quarum altera tempore ſententiæ erat mortua, altera erat viua, ibiquè plura videri poſſunt pro huius cauſæ deciſione.

Secundò, ex indiuiduitate ſententiæ, cum in ea vnico verborum contextu cõdemnentur hæredes Ioannis Petri, qui erant ipſi Ioannis Nicolaus iàm mortuus tempore ſententiæ, vt dixi, & ipſe Tiberius viuus ad relaxandum bona actrici donata, vigore vnici inſtrumẽti, & actionis, vt ex ſententia fol.74. vnde ſtante indiuiduitate iudicij poſſeſſionis, & ſententiæ, quæ eſt nulla, & exequi non po-
5 teſt contra mortuum, † eſt etiam nulla, & exequi non debet, reſpectu ipſius Tiberij viuentis, decidit hoc idem *Bald. in l. 3. §. ſed verùm ff. de minorib. & in conſ. 223. lib. 2. incipient. proponitur, & Afflict. in conſtitut. Regni obſcuritatem de in integr. reſtitut. mulier. num. 18. verſic.*
6 *ſed iuxta hoc quæro,* † vbi nullum eſt decretum ſuper rebus communiter, & indiuiſis poſſeſſis per infantem, & maiorem citatos, & ſicuti eſt nullum reſpectu minoris, ita etiam reſpectu maioris, *per tex. in l. in hoc iudicio ff. famil. erciſc.* & etiam
7 dicta ſententia eſt nulla † ratione ſuę indiuiduitatis, *argumento iuramenti in-*
8 *diuidui,* non obſtante, quod quantitates in contractu poſitæ ſint diuiduæ, tanto plus in caſu noſtro, vbi pro indiuiſo bona indiuiſa poſſideri reperiuntur, *Bald. in l. final. C. falſ. inſtrum.* ac etiam dicta ſententia eſt nulla ob obreptionem, cum
9 non fuerit dictum, † Ioannem Nicolaum fuiſſe mortuum, *l. magis puto in fine ff. de*

reb.

10 reb.eor. † & cum mortuus ad dicendum citari non poterat,& in ſententia aliquid
11 de ſubſtantialibus deficiat,† ſimiliter in totum eſt nulla, *l.hi* §.*ſi prætor* ff.*de tranſaction*.

12 Nec obſtat *l.ſcire debemus*,† quod tot ſunt decreta, quot ſunt res, vel perſonæ, vt in indiuiduo decidit *Afflict. in deciſ.* 218.*verſ.& ideò ſuit iudicatum,& dixit Bald.in l.2.C.de re iudic.* quia ſtante aſſumptu *Afflict. in dicta deciſione*, decretum vitiatur propter vnicum conſtructū
13 verborum, † eiuſq; indiuiduitate, & ratione voluntatis iudicantis, *l.pedij de arbit.*vnde ex prædictis breuiter dictis præſuppono per Sacrum Conſilium debere prouideri, quod ſuſpenſa exequutione dictæ ſententiæ Tiberius ipſe ex integro audiatur, maximè quod pars actrix nullum fauet ius, dum Fabij de Lauro donataria eſſe prætendit, qui Fabius ſatis ante eadem bona Ioāni Petro ipſius Tiberij patri donauerat. *Referente Domino Horatio Marcheſio fuit iudicatū, quod ſuperſedeatur in exequendo reſpectu omnium,die* 9.*Aprelis anni* 1590.*vt ex proceſſu in banca Fontana, ad inſtantiam Portię de Lauro Actricis,contra prædictos Tiberium, & alios.*

Camilli de Laratha.

## SVMMARIVM.

1 *Primus conductor quæſtionem prælationis inferre non poteſt, niſi reconductionem habeat in ſcriptis.*
2 *Libertas Dominorum, vt liberè locent à iure fauetur.*
3 *L.congruit C. de locat. prædior. an in ſolo Fiſco procedat.*
4 *Conductor primus ſi lucratus eſt, & Fiſcus non inuenit alium, poteſt cogi ad refirmandum.*
5 *Conductor primus præfertur ſecundo in locatione rerum fiſcalium.*
6 *Conductorem primū non præferri ſecundo in rebus priuatis,bis deciſum, & nu.*7.
8 *Leges laicales non ſe extendunt ad bona, & priuilegia eccleſiaſtica.*
9 *Leges antiquæ in aliquo loquutæ contra Eccleſiam, per Iuſtinianum ſunt caſſa.*
10 *L.ne cui C.locat. expreſsè locum habet in conductore Eccleſiæ.*
11 *Tit.de locat.prædior.ciuil. fuit promulgatus ab Imperatoribus chriſtianis.*
12 *Tit.de locat. prædior. ciuil. per totum loquitur de reb.fiſcal.& Reipublicæ.*
13 *Templi appellatione quid veniebat apud antiquos.*
14 *Templorum verba ſunt expoſitiua præcedentium verborum fiſcalium.*
15 *Imperator, Fiſcus, & Reſpublica habent nedum propria,& priuata patrimonia, ſed etiam alia ſpectantia ad culmen Imperij.*
16 *Curia hoſtilia profanus locus, templum dicebatur apud antiquos.*
17 *Relocatio nulla ciuilis, vel canonica lege inuito Domino permittitur, niſi ex æquitate.*
18 *Lex congruit non extenditur ad colonos priuati, ſecundum veriorem ſententiam.*
19 *Lex ex æquitate procedens an videatur rigoroſam corrigere.*
20 *Iuſtinianus ſolus correxit aliquas leges.*
21 *Lex congruit, & l. ne cui, à quibus promulgatæ,& nu.*22.
23 *Abſurdum eſſet ſi lex anterior corrigeret poſteriorem.*
24 *Deciſio, & exemplum contrarium eſt in diuerſis.*
25 *Limitatio legis ne cui, quando conductor fecit meliorationes.*
26 *Reſponſiones in facto circa meliorationes.*
27 *Cap.ad aures loquitur, quando in totum quis meliorauit.*
28 *Diſtinctio pro concordia iurium.*
29 *Deciſio Capycij,quod ſi res non eſt in totum ſterilis non procedit cap.ad aures.*
30 *Conductio vltima facit ceſſare reliquias præcedentis conductionis.*

## Pro Eccleſia S.Iacobi de Capra.

### ARGVMENTVM.

*De prælatione ſecundi conductoris, & eiectione primi.*

CON-

## CONSILIVM XVIII.

FInita locatione molendinorum Sancti Iacobi de Capra,& facta altera locatione in perſonam alterius,prætendit primus debere præferri, excluſo ſecundo, pro quo interuenio, vnde prætenſionem ipſam vanam demonſtrabo ex infra dicendis,& diſcutiendis,eſt ergo videndum.

Primò,an circumſcriptis prætenſis meliorationibus, ex æquitate primus conductor prælatur ſecundo.

Secundò, an ſaltim prælatio debeatur propter meliorationes deductas in facto.

Tertiò, an ex quo primus conductor erat malpaghus, & multis ex cauſis patribus Monaſterij exoſus, ſit omninò eijciendus.

Quoad primum vera eſt iuris conclu-
1 ſio, † quod primus conductor ſua locatione finita,contra Dominum controuerſiam inferre non poteſt, niſi in ſcriptis probauerit relocationem, *per text. apertum in l.ne cui C.locat.* idq; fauore liber-
2 tatis Dominorum, † vt liberè poſſint locare, *text. ad literam in cap. 2. extra locat. ibi liberè, vbi hoc notab. Abb. & Carol.Ruyn.conſ.119.num.3. in princ.* dicit liberè ſine impedimento, & conquæſtu tertij,immò *d.l.ne cui,* primo conductori acriter cæſo exilij pœnam, (quæ de iure erit deportatio) imponit,vt eius litera docet.

3 Nõ obſtat, † *l.congruit C.de locat.prædior.ciuil.* quia loquitur in bonis fiſcalibus, & non priuatis, *gloſ. Cyn. Odofred. Bald.Salycet.& Fulgoſ.in d l.ne cui,* vno ore affirmant, & patet ex eadem *l. congruit in text. ibi fundorum publicorum,*
4 in quibus ſi primus conductor † lucratus fuerit, & Fiſcus non inuenerit ſecundum cõducentem,poteſt cogere primum ad refirmandum, *vt in l. cotem ferro §. qui maximos ff.de publica.* meritò primus,
5 qui in vno grauatur, † præferendus eſt; ſecundo quod ſecus,in omnibus alijs cõ-
6 ditionibus, † vt per *Roman. conſ.22.nu.5.Io.de Plat. & Iacob.Rebuff. in d.l.congruit, Anton.Gomeſ. in commento tituli C. locati nu.5.* vbi hoc dicit, * communiter teneri, *Nicol.Boer. q.107.* qui alios adducit, & nouiſſimè ſic in ſpetie cum hac ſolutione in affictu molẽdinorum bis deciſum refert *Dominus de Franch.* † *in deciſ.406.* & latè de alijs exemplis habes fol. 39. & cum iſta deciſione concordat *Afflict.deciſ.238.* quatenus loquitur extra Ciuitatem Neapol. in bonis, in quibus non requiritur denunciatio, vt eſt caſus noſter.

Nec opitulatur,quia *dicta lex cõgruit eſt ſituata in d.tit.de locat. prædior. ciuil. vel fiſcal.* ſiuè templorum, propter quod loquendo in bonis templorum,& Eccleſiarum,loqui prætẽdatur: nàm primò ad hoc reſpondet idem *Dominus de Franch.in d.deciſ.406.* dicens hoc eſſe onero-
8 ſum Eccleſiæ, † & leges laicales non ſe extendere ad bona, & priuilegia Eccleſiæ,& proindè Monaſterium Sancti Iacobi prædicti Molendinorum Domini, *per d.l.* arctari non poſſet, & ſi leges antiquę
9 aliquid † contra libertatem Eccleſiæ fuerint loquutæ, fuerunt irritæ, & caſſæ per *Imperatorem Iuſtinianum in auth. caſſa, & irrita C. de ſacroſanct.eccleſ.* ſed illa *l.ne cui,* expreſsè tranſit, & loquitur in
10 conductore Eccleſiæ, † vt per *Imol.in conſ.68. in princ.*

Secundo reſpondeo, quod omnes le-
11 ges illius tituli † *de locat. prædior. ciuil.* fuerunt ꝓmulgatę per Imperatores chriſtianos, vt ex eis à principio vſque ad finem, & omnes loquuntur, aũt de rebus
12 fiſcalibus, † vel de patrimonialibus Cęſaris, ſeù Domus Auguſtæ, vel de bonis Reipublicæ; & nulla lex loquitur in bo-
13 nis Eccleſiæ. † Templum enim apud antiquos erat locus prophanus, vndiquè ſeptus, ad quem per vnum hoſtium introebatur, *vt in Theſauro linguæ latinæ in verbo Templum,* & ſic loquitur ille textus in prædijs apertis,vel clauſis, *Calepin.in Dictionar.octo linguarum,* dixit: Templum eſſe dictum à conſpiciendo, quia Cœlum primo tuemur, & ex loco diſcoperto,vndiquè contemplatur,ſuperior

Digitized by Google

rior aer,& ſubdit, quod interea ponitur pro ædibus ſacris.

14 Tertio dico, † quod illa verba templorum ſunt verba expoſitiua,præcedentium verborum fiſcalium,nàm Cæſar habet proprium rei priuatæ patrimonium,
15 ſic Imperator, † & Fiſcus, & Reſpublica habent propria Fiſci, ſeù Principis bona priuata,ſpectantia ad culmen Imperij, & dignitatis,*l.* 2.§.*hoc interdicto nè quid in loco publico*,& illa loca dicuntur fiſcalia:
16 vnde Curia hoſtilia † prophanus locus, templum dicebatur apud antiquos, *Spicileg. in verb. templum, & latiſſimè in Theſaur. linguæ latinæ hac dictione.*

Nec minus obſtat, quod dicit *Paul. de Caſtr. in l. ſi merces* §. *vis maior* ff. *locat. & conſ.* 32. vbi tradit, quod nulla le-
17 ge ciuili, † vel canonica, quis arctatur ad relocandũ, niſi ex æquitate *legis congruit*, quem ſequitur *Marant. in diſputat.* 8. *num.* 40. vbi extendit *d.l. con-*
18 *gruit*,† etiam ad colonum priuati,vt primus præferatur ſecundo; & quod §. *qui maximos*, loquatur etiam in conductore priuati, quia parcant mihi, cum loquantur contra communes Doctorum ſcholas in tribus locis,videlicèt,contra *Doctores in d.l. ne cui, & in l.congruit, & in d.§. qui maximos, item contra eos eſt textus apertus in eadem l. congruit*, vbi æquitatem illam reſtringit ad conductores fundorum publicorum, item ipſemet *Paul.* aliter ſoluit *in conſil.* 142. *colum. final.* Et quia paria ſunt dicere hæc lex pro-
19 cedit de æquitate, † illa de rigore, ac ſi illa lex corrigeret illam, *vt per gloſ. ordinariam, vbi Bart. in d.§. qui maximos, & Gribald. de ratione ſtud. in verb. paria ſunt*,& tunc ſequeretur, quod in vno codice eſſet vna lex alteri contraria,& quę alteram corrigeret, contra *l.* 2. *C. de vet.*
20 *iur. enucl.* † Solus enim Iuſtinianus per nonnullas correxit aliqua,immò eſſet ſu-
21 pinus error, † quia *lex congruit* eſt facta ab Honorio, & Theodoſio eius nepote, ex Arcadio Germano præmortuo,& *l. ne*
22 *cui* eſt facta à Zenone, qui fuit Gener Leonis Imperatoris, & imperauit anno 481. & obijt anno 492. poſt diuiſum Imperium Occidentis,& Orientis, vt per *Euſeb. in chronologia fol.* 90. & 95. *à terg.*
23 vnde eſſet abſurdum, † vt *lex ne cui*, vltimo loco facta á Zenone corrigatur per *legẽ congruit*, quæ eſt Imperatorum præ-
24 cedẽtium,tanto plus,† quia *dicta lex ne cui*, requirit ſcripturam, reſpectu primi conductoris moleſtantis ſecundum, & fruſtra requireretur,ſi de iure ſine ſcriptura primus præfereretur ſecundo.

Ad ſecundum quæſitum partis, quod primus conductor,qui meliorationes fecerit,vt in caſu noſtro fol. 60. præferatur
25 ſecundo, † iuxta prætenſam limitationẽ eiuſdem legis ne cui,& ſic non procedere *text. in cap. ad aures de rebus Eccleſiæ non alien.* pluribus reſpondetur modis.

26 Primò, † meliorationem non feciſſe Gregorium in ſua vltima conductione ab anno 1587. ad annum 1590. de qua fol. 4. nec in penultima conductione facta Pompeo Paſchali,& Ioanni Dominico Trottæ à 3. Octobris anni 1583. in antea,de qua fol. 20. à tergo,ſed in menſe Maij anni 1583. in fine prædictæ locationis,& ſic in fine locationis factę de anno 1583. in beneficium Ioannis Dominici, & fratruũ Trottæ,ad quorum onus Monaſterium voluit confici ſperonem quendam, & Ioannes Dominicus poſteà aggregauit Gregorium in affictu fol. 31. & ſic tunc temporis Gregorius non erat conductor Monaſterij, ſed alterius conductoris,per contractum ſeparatum.

Secundò, *text. in cap. ad aures*, habet duo capita,& ſecundum caput eſt,quando cum eodem onere Monaſterium alijs locaſſet, & tunc dicuntur factæ meliorationes expenſis Monaſterij, quia eo minus conduxit Colonus, & quod nos ſumus in hoc ſecundo capite,patet ex duobus.Primò,quia tota penſio pro vno anno erat ducat. 1640. & tunc pro octo mẽſibus, Monaſterium locat pro duc. 970. & ſic eo minus fit conductio. Secundò, quia mox idem conductor aggregauit Gregorium pro maiori quantitate vltra ducat. 1000. vt fol. 31.

27 Tertiò, *text. in d. cap. ad aures*,† loquitur in eo, qui ex toto meliorauit, redu-

K cendo

Digitized by Google

cendo ſiluam nemoroſam ad culturam, & fertilitatem, & ſic quando forma rei fuit ex ſolo alterata, *vt in text. ibi ſyluis,* ſecus in faciente aliam meliorationem in parte rei, vt in caſu noſtro, vbi pro affictu annuorum ducatorum 1700. expenduntur pro vna vice ducat. 60. modica expenſa pro commoditate exonerantium ſaccos, quia antiquitus paulo minus locabatur, & molendinum erat tutum à
28 procellis, † ſic in ſpetie pro concordia *text. in d. cap. ad aures, & l. 2. C. de locat. prædior. ciuil. diſtinguit Paul. de Caſtr. conſ. 142. paulo ante nu. 3. verſ. nec etiam obſtat, l. 2. lib. 2. quem ſequitur Ruyn. conſil. 126. lib. 1. Burſat. conſ. 130. num. 138. lib. 3. Imol. vbi ad eum Apoſtill. conſ. 68. Vincent. Carrot. in tract. de locat. tit. de transmiſſione locationis num. 4. & pro hoc facit quod decidit* Capyc. *in deciſ. 105. in*
29 *fine,* † quod ſi res non ſit in totum ſterilis, non procedit *cap. ad aures*, reſpectu aſſenſus Apoſtolici, & *Burſat. in d. conſil. 330. num. 176.* enumerat octo requiſita, *vt d. cap ad aures*, procedat.

Quartò, *d. cap. ad aures*, loquitur quãdo meliorationes eſſent factæ in vltima conductione, non ſibi renouato tempore de triennio in triennium, quia per vlti-
30 mam conductionem † ſunt ſublatæ reliquiæ primæ conductionis; ſic in ſpetie limitat *Paul. de Caſtr. d. conſ. 142. Burſat. conſ. eodem 330. nu. 117. vol. 3. Carrot. vbi ſupra num. 4.* quanto magis in caſu noſtro, vbi alij conductores fecerũt, & quatenus expendiſſet Gregorius, id tamẽ fecit nomine illorum, qui eum ſubſtituerant, vt fol. 31.

Ad tertium nulli eſt dubium, tám ex prædictis, quàm ex quo malè conductionem ſoluebat, & multis ex cauſis Monaſterij Patribus factus fuerat exoſus, & odioſus, eſſe omninò reijciendum primum, & conualidandam locationem ſecundo factam, ad tradita per *Carrot. de locat. par. 4. quæſt. 14. titul. de neceſſitat. vſus fol. mihi 205.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia cauſæ biennio perimitur, etiam lite non conteſtata in criminalibus, & num. 2.*
3 *Minæ prouenientes ex calore iracundiæ non ſunt conſiderandæ.*
4 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta.*
5 *In dubio animus iniuriandi non præſumitur.*
6 *Obſcura interpretantur pro reo.*
7 *Teſtes varij, & diſcordantes non probant.*
8 *Teſtis in cauſa propria, & de ſuo lucro captando non probat, & nu. 9.*
10 *Iniuria facta viro, intelligitur facta vxori.*
11 *Animalia licet capi ab exequutoribus pro eorum gubernio.*
12 *Falſitas, & occupatio in actu nullo, & ſine damno an puniatur.*
13 *Delictum in genere ſi non conſtet, inquiſitio corruit.*
14 *Error in dubio potius quàm dolus præſumitur.*
15 *Notarij perſona eſt digniſſima.*
16 *Notorium quando eſt iniquum, eſt nullum.*
17 *Inquiſitio ex cauſa erronea redditur nulla.*
18 *Falſitas non committitur ſine cauſa.*
19 *Pragmatica Regia de Baronibus habet locum in Curijs Regijs tantùm.*
20 *Delictum, vt puniatur requiritur conſumatio.*
21 *Pœnitens incæpti de iure non punitur.*
22 *Affectus non punitur ſine effectu in tota Italia.*
23 *Bona vita facit præſumi hominem non demandare minas exequutioni.*
24 *Animus præſumitur ex conſuetis.*
25 *Bona vita non facit hominem facilem ad iniuriandum.*
26 *Bona vita tollit ſuſpitionem delicti.*
27 *Bona vita facit ceſſare dolum.*

Pro Notario Ioſeph Golia de Monte Agano.

*AR-*

Digitized by Google

*ARGVMENTVM.*

*De peremptione inſtantiæ in criminalibus, falſitate, & alijs.*

## CONSILIVM XIX.

Notarius Ioſeph Golia inquiſitus de pluribus. Primò, de minis. Secundò, de eiectione pandectæ. Tertiò, de violenta extractione animalium à manu exequutorum.

Quartò, de occupatione Actorum notorij in perſonam Ioannis Angeli Freſcellæ.

Quintò, de falſitate commiſſa in quibuſdam actis.

Sextò, & vltimò, de minis in perſonam alterius, ad ſuam innocentiam demonſtrandam ordinatè procedendo.

Quoad primum dico procedendum
1 non eſſe, † cum inſtantia cauſæ elapſo biennio ſit perempta per *l. properandum C. de Iudic.* quod biennium computatur, etiam lite non conteſtata in criminalibus, quia reus in cauſis criminalibus dicitur magis coactè venire, & proinde maior arguitur negligentia Curiæ, adeò
2 quod Sacrum Cõſilium pluries † declarauit in ſimilibus reo non conſtituto in contumacia, non eſſe procedendum, & ſignanter pro Vniuerſitate Ferrazzani, tum eius Barone, ſed omiſſa hac exceptione, ſi attendatur inquiſitio, eſt de mi-
3 nis, † & licet minæ prouenientes ex calore iracundię, non ſint conſiderandę, ſecũdum *Hippolyt. de Marſil. conſ. 72. nu. 6.* Nihilominus dato, quod deberet haberi aliqua conſideratio, etiam cum rigore procedendo, teneretur Notarius ſolum ad cautionem de non offendendo, ſecundum aliquos, licet *Bart. in l. hoc autem ff. ſi cui plus, quam per legem falcid.* teneat, quod nec debet præſtari, & hæc eſt verior opinio, à fortiori cum ſit probata reconciliatio, & delictum ſit priuatum, in quo parte non inſtantè non proceditur, iuribus vulgatis.

Quoad ſecundum de pręrenſa eiectione pandectæ, obſtat etiam inſtantiæ peremptio, & eo magis, quia ignoratur quo
4 animo eiecit: † nàm voluntas, & propoſitum, maleficia diſtinguunt, *l. quæ iniuria ff. de furt. cap. ſignificaſti il ſecondo de*
5 *homicid.* † & in dubio animus iniuriandi non præſumitur, argumento eorum, quæ dicunt *gloſ. & Bart. in l fluminum §. fin. in 1. oppoſit. de damn. infect.* præcipuè calore iracundiæ, *per l. quod calore ff. de*
6 *regul. iur.* † & quia in oſcuris facienda eſt interpretratio pro reo, *iuxta aliam regul. iuris, & text. in l. merito ff. pro ſoc.* quæ præſumptiones, & regulæ transferebant onus contrarium probandi in Curiam, *Bart. in l. in illa ff. de verbor. obligat.*
7 & etiam ſtante, † quod teſtes ſunt varij, ex quo non probãt, vulgatis iuribus non eſſet procedendum.

Circa tertium ſimiliter peremptio inſtantiæ obſtat, & etiam, quia delictum non probatur, non eſt procedẽdum: nàm non probatur debitum, niſi per depoſi-
8 tionem Iſidori, † qui eſt teſtis in cauſa propria, & tractat de lucro captando, vnde non probat ſecundum *Paul. de Caſtr. conſ. 337. lib. 1. Alex. conſ. 192 lib. 6. Curt. Sen. in tract. de teſt. vltim. concluſ.* & eſt ſingularis, nec probatur de exequutione facta, & ſublata: nam Franciſcus Bologna, & eius vxor ſunt principa-
9 les, † qui non probant, *vt per Iul. Clar. in §. final. delict. q. 7.* quod Antonia vxor
10 reddatur principalis, probatur ex eo, † quia iniuria facta viro dicitur facta vxori, *vt per Clar. ibidem q 14. verſ. præterea dixi*, & alij teſtes ſingulares non probãt, ſed quatenus intentio Curiæ probaretur, quod non conceditur, Notarius non debet moleſtari: tùm quia fuit probata
11 ſatisfactio, tùm etiam, quia de iure licitum eſt facere id, pro gubernio animalium ſine aliqua pœna, *Afflict. in conſtitut. Regni peruenit ad aures nu. 6. & 7.*

Quoad quartum dicitur peremptionem inſtantiæ, etiam obſtare circa prætenſam occupationem Actorum notorij, item obſtat defectus probationis,



Digitized by Google

quia non deponitur per quem fuit ſcriptum,& Capitaneus eſt ſingularis,& cum tractet de proprio beneficio,non probat per iura ſupra adducta: item obſtat defectus inualiditatis notorij, quia verba pro quibus præſupponitur notorium,non
12 ſunt offenſiua, & falſitas, † ſeù occupatio in actu nullo nõ punitur,quia vt quis puniatur,delictum requiritur, *l.ſi quis* §. *teſtamentum* ff. *de pœn.*

Quoad quintum de prætenſa falſitate in notorio Ioannis Angeli vltra per emptionem inſtantiæ, de qua ſupra, dico, nec eſſe moleſtandum. Primò, quia non fuit probatum delictum in genere,
13 & ſic inquiſitio † corruit ſecundum *Hippolyt. de Marſil. conſ.* 8. *nu.* 1. *Alex. conſ.* 141. *lib.* 1. & præſumitur error in
14 Notario † potius quàm dolus, dolo non probato ſecundum *Bald. in l.*2. *C. de error. Aduocat. de teſtament. cap. de confeſſ.*
15 cum Notarius † ſit perſona digniſſima, *l.*2 *vbi Bald. C. de falſ.* & præcipuè circa indictionem, vel diem ſecundum eundem *Bald. in l. errore col.* 1. *C. de teſtam.*
16 Secundò, † notorium erat notoriè iniquum,& ſic nullum,quo caſu habent locum adducta ſupra in quarto capite: nàm cenſentur offenſę aures Curię,dum Ioannes Angelus dicebat nolle reſtituere ſine interuentu illorum de regimine, ſed potius erat inquirendum de ſpreto mandato, neque in hoc obſtat depoſitio Iulij,& Honufrij,quia teſtes maiores numero deponunt contrarium, quibus eſt credendum ſecundum iura vulgata. Tertiò, quia cauſa, ſuper qua fundatur
17 inquiſitio eſt erronea, † & ſic nullam reddit inquiſitionem, *l.*1. §. *ſi menſor.* ff. *de falſ. mod. & per Bald. in l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* & quod cauſa ſit erronea apparet: nàm feſtiuitas diei non annullabat notorium pro offenſione facta magnifico Capitaneo in actu iuriſdictionis, cum alias ſequeretur abſurdũ, ex quo de die Dominico omnes illum iniuria afficerent, & iuriſdictionem contemnerent, quod abſurdum eſt euitandum. Quartò, quia in prætenſo delicto ceſſat præiudicium tertij, tùm quia acta non valent, tanquàm non facta per ordinarium Actuarium,tùm etiam, quia non fuit probata aliqua cauſa, quæ potuiſſet inducere Notarium ad falſitatem com-
18 mittendam, † & falſitas non committitur ſine aliqua cauſa, † quod patet ratione naturali,quæ ſufficit allegari, *l. ſcire oportet* § *ſufficit de excuſ. tutor. & hoc idem conſiderat Corn. conſ.* 207. *col. fin. lib.* 4. *& conſ.* 63. *lib.* 3. vnde ceſſante cauſa falſitatis ceſſabit,& ipſa falſitas.

Quoad ſextũ,& vltimũ pro alijs minis ad quærelam Tictæ Corradi,ſi nõ obſtat peremptio inſtantiæ, obſtat aliud, quod eſt fortius, nempè quod vnus teſtis fuit examinatus de vno menſe, alius alio menſe, & ſic de ſingulis,quod arguit ſuſpitionem ſeductionis. Secundo adducitur,quod teſtes inter ſe ſint varij,diſcordantes,mendaces, & falſi, cum reueren-
19 tia, † & Regia Pragmatica de ſimilibus loquens,habet locum ſolum in Tribunalibus Neapolis, & Regijs, vt ſonant eius verba,quę tanquàm odioſa non ſunt extendenda, *l. eum qui* ff. *de liber. & poſth.* Item adducitur, quod delictum non fuit actualiter conſumatum,& de iure,vt de-
20 lictum puniatur, † requiritur conſumatio, *l. is qui cum telo C. de ſicar. cum ſimilib.* & in ſpetie quando delictum punitur per ſtatutum, loquitur *Bart. in l.*1. ff. *ad l. cornel. de ſicar. & in l.* 3. §. *hæc verba de legat.* 3. & quod delictum conſumatum non fuerit, probatur ex copia reuocationis præſentata, & actorum factorum pro ſalario conſequendo, & ex
21 alijs in facto, † & de iure pęnitens incæpti non punitur, *l. qui ea mente, vbi gloſ. de furt.* quæ corroborantur ex dictis per *Grammat. deciſ.* 2. *num.* 14. vbi
22 omnia iura punientia conatum, tãquàm factum principale dicuntur eſſe correcta per generalem conſuetudinem totius Mundi.

Corroborantur omnia generaliter ex bona vita,fama,& legalitate ipſius Notarij,vt per teſtes in facto, ex quibus ex-
23 cluditur ſuſpitio minarum, † quæ bona vita facit præſumi hominem minas exequutioni non demandare, & ſic tollitur

omnis

Digitized by Google

omnis actio, *vt per Doctores in l final. de hæred. inſtit.* Quoad ſecundum tollitur
24 animus iniuriarum: † nàm animus præſumitur ex conſuetis, *Bald. in l. Macedoniani C. ad Senatuſconſ. Macedon.* vnde
25 cum bona vita † non reddat hominem facilem ad iniuriandum, non præſumitur tunc feciſſe eo animo: quoad tertium dicitur idem: quoad quartum tollitur ſu-
26 ſpitio occupationis, † & potius arguitura miſſio, iuxta ea, quæ dicit *Bald. in l. 1. C. locat.* Quoad quintum facit ceſſa-
27 re dolum, † & conſequenter falſitatem, *l. nec exemplum C. de falſ.* & ſic quoad alia, ex quibus ſatis apertè videtur eſſe concludĕdum, quod dictus Notarius Ioſeph Golia inquiſitus omninò debet abſolui, maximè quod aliquantulum grauatus fuit carceratione, *& ita fuit exequutum de anno* 1589.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Dictio, qualibet, eſt vniuerſalis.*
2 *Dictio, quodcumque, importat omnimodam generalitatem.*
3 *Lex quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
4 *Ius imponendi datia præſcribitur ſpatio immemorabili.*
5 *Tempore immemorabili Imperiũ probans, habet intentionem fundatam.*
6 *Tempore immemorabili dominium, etiam directum acquiritur.*
7 *Tẽporis immemorabilis curſus habet vim conſtituti.*
8 *Temporis immemorabilis præſcriptio procedit, etiam in his, quæ Imperio ſeruantur.*
9 *Immemorabilis præſcriptio tantam habet iuris præſumptionem, quod non admittit probationem in contrarium.*
10 *Poſſeſſio vnius iuris, probat poſſeſſionem aliorum, in conceſſione contentorum.*
11 *Perceptio iuris vniuerſalis, alio non poſſidente, extenditur ad alias perſonas, & actus non diuerſos.*
12 *Indulgentia publicani nihil operatur.*
13 *Præſcriptio in vectigalibus, quantum tempus exigit.*
14 *Solutio alicuius rei, quæ de vno loco ad alium aſportatur, ab omnibus debetur.*
15 *Vectigal, & ſimilia imponuntur perſonis pro rebus.*

Pro Ciuitate Monopolis, contra Bartholomeum Falagherium, & alios Ciues.

*De oleis recollectis extra Ciuitatẽ Monopolis, an debeatur gabella intraturæ granorum octuaginta ſeptem.*

## CONSILIVM XX.

IN hac cauſa dum reuocaretur in dubium antiquata ſolutio pro Ciuitate, me patrocinante fuit prouiſum, quod detur terminus in cauſa, & interim ſoluant, ſed reuocato poſtmodum dicto decreto, alioq; interpoſito fuit dictum, terminus currat, & interim ſuperſedeatur in exactione, vndè cum eſſet reclamatum, ſitquè facienda relatio Domino Proregi, pro Ciuitate, quod omninò dictum vltimum decretum ſit reuocandum, ſubſcriptis medijs accedo.

Primò, ex lectura priuilegij originis datij, ſeù intraturæ prædictæ per Reges Robertum, & Ladiſlaum conceſſi, vbi legitur, videlicèt. *Pro qualibet ſalma olei immiſſi à Ciue immittente ſoluatur, &c.*
1 Quæ dictio, qualibet, † eſt vniuerſalis, & verba vniuerſalia trahũtur, etiam ad caſum improprium, *gloſ. in l. 2. in verb. alias C. de quatrien. præſcript.* vbi dicta dictio, ſeù verbum, qualibet, omne comprehendit, *Aymon. conſ. 294. num. 2.* ſicut dictio,
2 quodcumque, † importat omnimodam generalitatem, ita quod quando apponitur in lege, vel canone, & lex, vel canon
3 non diſtinguit, vt fecerunt prædicti Reges in dictis priuilegijs, vniuerſaliter loquendo, abſque diſtinctione, nec nos di-



Digitized by Google

ſtinguere debemus, *text.eſt in cap.ſolitæ de maiorit.& obedient.vbi gloſ.& Doctores, l.Præſes ff. de offic.Præſid. l. de pretio ff.de publ.in rem act.*

Secundò,licet poteſtas imponendi da-
4 tia, † & gabellas ſuis Ciuibus,& exteris per Reges Aragoneos eidẽ Ciuitati conceſſa fuerit,tamẽ ex antiquiſſimo, & immemorabili tempore inter alia datia exegit ſtatium vnum olei , vel in pecunia pro dicta intratura, abſque conſideratione, ſi ab infra , vel ab extra territorium introduceretur , vt bene deponunt vigintiſex teſtes ſuper octauo articulo , ex quo tempore ſatis dicitur eſſe probatum ius exigendi intraturam prædictam, etiam ſi de licentia Principis ſuperioris non appareret,vt voluit *Cyn.in l.2.C.nou. vectig. Bart.& alij in l.ſi publicanus §.ita vectigalibus in princip. ff.de public. Bald. conſ.110. antiqua quæſtio lib.1. Bertacb. in tract.de gabell.par.1.q.10.num.27.*qui communem * teſtatur, *ſicut & Alexan. conſ.6.col.2.lib.1.Dec.conſ.85.col.2.Rub. Alex.conſ.21.nu.6. Balb.in tract.de præſcript.2.par.3.part.principal. q.6.nu.22. Angel.in l.1.§.ductus aquæ ff.de aqu.quotid. & æſtiu.* dicit, quod ſi nobilis tanto
5 tempore† fuit vſus Imperio in aliquo loco , habet intentionem fundatam , dato quod aliud priuilegium non oſtẽdat, facit quod inquit *Rayner.de Forliu.in l.ſanè ff. de iniur. de Gulfo Venetorum , & Bart.in l.iniuriarum la prima § fin. eod. titul.Angel.conſ.289.circumſcripta pactorum ſerie col. 2. quod not. Bart. de Ciuit. Italiæ* , quæ ſibi præſcripſerunt merum Imperium,vt ille poſuit in *l.quominus q. 2. ff.de flumin. in l.infamem in fine ff. de publ.iudic.& in l.hoſtes ff. de capt. Ruyn. conſ.115.lib.5.Cæphal.conſ.129. lib.2.* &
6 virtute talis præſcriptionis , † etiam dominium directum acquiritur, vt concludunt *Bald.Salycet.& Alex.in l.traditionibus C. de pact.* & talis præſcriptio pro veritate habetur,vt notat idem *Bald. in cap.cum cauſam col. 3. verſ.porrò de probat.& eſt gloſ.in l.1.C.de ſeruit. & aqua,* ſequitur *Dec.*prædicta referens *conſ.* 85. *col.*2. quæ præter eum confirmantur, quã
7 curſus ſolus † tanti temporis habet vim conſtituti, *d.§.ductus aquæ* , & vim conceſſionis Imperialis,*cap ſuper quibuſdam §.præterea de verbor ſignif. tradit Natta*
8 *conſ.524.nu.7.* quod procedit † etiam in his, quæ reſeruantur Imperio, vel Eccleſiæ in ſignum ſpetialitatis, vt per *Soccin. Iun. conſil. 76. libr. 1. numer.89. & firmat Hippolyt. Riminald. in ſuo conſilio 27.numer.31.& ſequent. libr.1.* dicens, quod ſi Ciuitas ignorante Papa,vel Cæſare,exercuit merum Imperium per tempus, cuius initij memoria in contrarium non extat,præſcribit illud ius, & idem tenet *Bald.in cap.1.quæ ſint regal. & alij per Bertach.in tract.de gabell.par.1.q.10. nu.27.* qui * communem eſſe dicit, prout teſtatur *Alex. conſ.6. col.2. lib.1. Dec. conſ.85.col.2. Rub.Alexand.conſ.21. col. penult.Balb.in d.tract.de præſcript.par.2. part.3.principal.q.6.nu.22. Felyn.in cap. cum nobis col.2.eod.tit.Crauett.conſ.* . .
9 *num.*12. † & eſt tantæ potentiæ,talis iuris præſumptio,quod contra præſcriptionem ipſam non admittitur probatio in contrarium , *vt per Felyn.in d.cap.cum nobis col. 3.de præſcript. Balb.loco citato,* & eſt, ac ſi Ciuitas ipſa nunc oſtenderet priuilegium præſentis Maieſtatis huiuſmodi vectigal,de quo contenditur,imponendi, & ita concludit *Mart.Garrat. in alio caſu conſ.*38. *nu.* 8.

Tertiò, verùm eſt in facto Ciuitatem Monopolis extitiſſe, & extare in poſſeſſionem exigendi datia prædicta ab ipſiſmet Ciuibus de oleis in territorio ipſius Ciuitatis naſcentibus , & cum poſſeſſio
10 vnius iuris, † operetur poſſeſſionem in alijs in conceſſione contentis , *per text. in l.3.ff.de acquir.poſſeſſ. Innocent.in cap. dilectus col.1.verſ.poſſeſſorium de cappell. monach. plenè Dec. conſ.27. in caſu col.2. nu.6.verſ.quia poſſeſſio,& ibi Apoſtill.lit. B,& in conſ.ſeq.* Immò nullo tamen in poſſeſſione exiſtente vera iuris concluſio
11 eſt, † quod quando tractatur de perceptione iuris vniuerſalis,alio non poſſidente extenditur ad alias perſonas , & ad alios actus non diuerſos, *Aymon.conſ.55. reuocatur in dubium D. Præſ. de Franch. deciſ.*

Digitized by Google

12 *deciſ.297.nu.6. & 13.* † Nec indulgentia publicani aliquid operatur, *Iſern.in tit. quæ ſint regal.in verbo vectigalia*, 13 & quando deficit ſolutio, † quæ fiebat per antea, requiruntur centum anni ad præſcribendum, quando numquam fuit ſolutum, anni triginta, *d. l. 3. de acquir. poſſeſ. Aym.conſ.55.*

Quartò, in caſu noſtro nulla adeſt difficultas, ſecundum *Anton.Bod. in repet. rubr.cap.noua vectig.impon. non poſſe nu. 4.fol.526. à tergo in verb. portorium*, quia ſumus in prætorijs, ſcilicet in ſolutionibus de rebus, quæ portantur de vno loco ad alium, cauſa negotiationis, 14 quo caſu à tali ſolutione, † ſeù vectigali, quæ fit de re, quæ de vna Ciuitate traſportatur ad aliam, nec per reſcriptum, nec per militiam quis excuſatur, *gloſ. eſt notabilis, & ibi notant Doctores in l. publicanus §.de rebus ff.de public.gloſ.Bald. & Salycet.in authent. habita C.ne fil. pro patr.Cardin.conſ.2.dub.1.Ruyn.conſ.112. num.5.in fine libr.5. Hippolyt.Riminald. conſil.27.num.20. libr.1. Natt.conſ.139. num. 3.*

Quintò, prædicti qui introeunt ab ex-15 tra ſunt Ciues, † & vectigal imponitur perſonis pro rebus, *l. munus §. patrimoniorum l.reſcripto §.final. & vtrobique Bart.ff.de muner.& honor. l.liberis §. ſola, & ibi etiam Bart.ff.ad municip. l.cum neque, vbi idem Bartol. C. de incol.libr. 10.& voluit gloſ.in rubr.C.de muner.patrim.eodem libro, Oldrad.conſ.169.nu.3. ac Ioannes de Amic.conſ.8. in primo præſuppoſito*, & etiam imponitur incolis pro rebus exiſtentibus extra, & in alieno territorio, *per text.in l.final. ff.de decret. ab ordin.fact. d.l. reſcripto §.final. ff. de muner.& bonor. idem Ioannes de Amicis in eodem conſil.8. Soccin.Sen.conſil. 302. num. 4.*

Vnde non video, cur prædicti ſoluere non debeant, maximè in poſſeſſorio, & proindè prædictum decretum per quod fuit dictum terminus in cauſa, & interim ſoluant, per Collaterale Conſilium confirmari debere non dubito. *Alio poſtmodum patrocinante, facta relatione ſua Excellentiæ fuit prouiſum contra Ciuitatem, tàm in poſſeſſorio, quàm petitorio.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Dotium reſtitutionis cauſa eſt ſummaria.*

2 *Reconuentio in cauſis ſummarijs locum non habet.*

3 *Reconuentio locũ habet quando ambæ cauſæ ſunt ſummariæ.*

4 *Reconuentio non habet locum quando vna cauſa eſt ſummaria, alia plenaria.*

5 *Reconuentio requirens altiorem indaginem non impedit cauſam ſummariam, & exequutiuam.*

6 *Reconuentionis cauſa quando non poteſt expediri abſque termino, expeditur cauſa conuentionis.*

7 *Dotis, & alimentorum cauſa à pari procedunt.*

8 *Alimentorum in cauſis, ſummariè, & de plano proceditur.*

9 *Idem in dotalibus.*

10 *Vxor petens dotes, an poſſit de adulterio reconueniri.*

11 *Dotalibus in iudicijs non habet locum reconuentio.*

12 *Vxor poteſt ſi vult petere, vt præcisè ſibi dos ſoluatur, & nu.13.*

14 *Sententia capita cõtinens ſeparata poteſt in vno exequi, in alio non.*

Pro D. Aloyſia Bragamonte, contra hæredes quondam magnifici Hieronymi de Turre.

## ARGVMENTVM.

*De exequutione ſententiæ Sacri Conſilij non obſtante reconuentione, & quando locum habeat reconuentio.*

## CONSILIVM XXI.

QVod non obſtante reconuentione ex parte hæredum quõdam Hieronymi de Turre, ſententia

tentia dotium D. Aloyſiæ Bragamonte, exequenda eſt, his paucis medijs fundatur.

1 Primò, † nàm cauſa, vbi ad reſtitutionem dotis agitur, eſt ſummaria, *vt per gloſ. in l. 1. ff ſolut. matrimon. vbi Bart. &* * *communiter Doctores per id, quod habetur in l. 2. ff. de re iudic. Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 9. priuileg. 12. Cardinal. in clement. diſpendioſam 30. quaſt. Marant. in Speculo par. 4. diſtinct. 9. nu. 173.*

2 & in cauſis† ſummarijs non habet locum reconuentio, *vt per Innoc.* & * communiter per Canoniſtas *in cap. 1. de mut. pet.* & per Legiſtas *in authent. & conſequenter C. de ſentent. & interloqu. omn. iudic.* quam * communem firmat *Anton. Gabriel. lib. 6. ſuarum commun. opinion. fol. 309. verſ. reconuentioni*; ſed diſtingue,

3 aùt ambæ cauſæ ſunt ſũmariæ, † & procedit reconuentio, aùt vna eſt ſummaria, vt noſtra cauſa dotis, & alia plenaria, vt

4 ex aduerſo reconuentio, † & tunc valet reconuentio quoad Iudicem prorogandum, non quod ambæ cauſæ eadem ſententia terminentur, ſecundum *Bald. in l. ſed & hæ §. non ſolum ff. de Procurator. Speculat. in tit. de recõuentione §. nunc videamus verſ. ſed nec debet, Bartol. in l. & hinc, verſ. & ideò dicit lex C. ad trebellian. Marant. in Specul. par. 4. diſtinct. 6. num. 38.*

5 Secundò, † cauſa ſummaria, & exequutiua, vt eſt noſtra, ab exceptionibus, & reconuentione altiorem indaginem requirentibus, minimè retardari poterat, nec poteſt, ſecundum * communem concluſionem, *& per text. in l. final. C. de ordin. cogn. & in l. 2. C. de falſ.* quam * communem teſtatur, & firmat *Borgnin. Caualcan. in deciſ. 28. num. 39. par. 2.* & illud, quod dicitur pari paſſu, & ſimultaneo proceſſu, expediatur cauſa conuentionis, & reconuẽtionis, procedit niſi reconuentio altiores requireret indagines, vt in caſu noſtro, cum noſtra petitiò certam contineat quantitatem probatam per capitula matrimonialia, & per viri

6 confeſſionem, † & reconuentio ex aduerſo probationibus indigeat, & tunc poteſt expediri conuentio, *per l. qui prior ff. de iudic. Socc. in cap. prudentiam extra de mut. pet. num. 17.* vbi maximè arbitratur quando cauſa, quę poſſet facilius expediri, eſſet pauperis, vt in Domina, de qua agitur, quæ aliundè vt ſe, & filios ſecundi matrimonij alat, non habet, immò multo ære alieno grauata, vt Dominus cauſæ Commiſſarius benè ſcit.

7 Tertiò, † cauſa dotis, & alimentorum à pari procedunt, *vt per Bart. in l. cum de in rem verſo ff. de vſur.* & ſicut cauſa alimentorum dilationem non patitur, maximè inope præſente, ita etiam ſi à tali ſententia appellatur, exequutio non impeditur, *vt ex Bald. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. firmat Bald. Nouell. in d. tract. de dot. par. 9. priuileg. 7. num. 3.* Item cauſa pia, & dotis in omnibus æquiparantur, *text. eſt in cap. donare in tit. qualit. olim feud. alienar. pot.* multa ad hoc congerit *Euerard. in locis legalibus in loco de dote ad piam cauſam, Tiraquell in tract. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 158.* & à ſententijs piæ cauſæ, neque appellatur ad finem exequutionis retardandæ, *vt per Bart. in l. metam ff. de aliment. & cibar. legat. & Tiraquell. in d. tract. priuil. 153.*

8 Item in alimentorum † cauſis, ſummariè & de plano proceditur, *Speculat. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, verbo quæritur autem, qualiter alias, verſ. iuxta hoc quæro an exequutor*, & quod ita

9 ſpetialiter procedatur in cauſis † dotalibus, *per text. in d. clement. diſpendioſam de iudic. Barb. conſ. 87. propè eſt Dominus col. 1. lib. 4. Calcan. conſ. 13. pro parte negatiua col. 4. verſ. ſed quod tam dotis, Bertrand. conſ. 244. viſo proceſſu col. 4. nu. 12. lib. 1. & Tiraquell. in d. tract. priuil. 157.* ergo cauſæ dotis, cauſæ alimentorum, & cauſæ piæ, priuilegiatæ, & ſummariæ ſunt, vt iam demonſtrauimus, & proindè earum exequutio dilationem non patitur.

Quartò, *Bald. in authen. & conſequenter num. 11.* dicit quæro numquid vxor repetens dotes recõueniri poſſit ciuiliter de adulterio, *gloſ.* videtur dicere, quod non *in l. rei iudicatæ §. 1. ff. ſolut. matrim.*

Tu

10 Tu dic, † quod immò poſſit, quia agitur de præiuditio dotis, ſecus ſi reconueniretur ciuiliter de alio delicto, vt rerum amotarum, & ſic, *ex Bald.* ſpetialiter ha-
11 betur † in cauſa dotis reconuentionem non dari, & ſi non datur in procedendo, nec ad exequutionem impediendam dari poſſet, & à fortiori cum contra dotem, nec compenſatio concedatur, *l.* 1. §. *taceat* C. *de rei vxor. act.*

12 Quintò, † ſi vxor præcisè vult pecuniam, hæres viri dare, & ſoluere tenetur, nec poteſt dicere volo correſpondere de
13 intereſſe, † *iuxta conſuetud. Neapol.* cum ſit in electione mulieris, *Neapod. in conſuetud. quartam autem in verb. fructus*, *Afflict. deciſ.* 291. *Capyc. deciſ.* 65. vbi dixerunt eſſe ad electionem mulieris velle pecuniam, aùt intereſſe ad rationem taxatam, & ita ſemper iudicatum, dicit *Dominus Præſ. de Francb. in deciſ.* 472. *nu.* 4. *& expreſsè dicitur in conſuetud. viro mortuo* §. *ita quod*, per verba videlicèt: *Ita quod per hoc muliere inuita hæredes mariti poſt annum reſtitutionem dotium transferre non poſſunt.* Ex quo tanto magis noſtra ſententia exequi debet.

Sextò, adducitur, quod quando res in iudicio deducta eſt diuidua, & ſeparabilis, vt erat, & eſt petitio, & conuentio noſtræ dotis, ſeparabiliſſima à reconuentio-
14 ne ex aduerſo, † tunc ſuper vno ſententia pronuntiari potuit, & reſpectu alterius, iudiciũ differri, *text. eſt, & ibi Bart. in l. non idcirco in princ. ff. de iudic. Boer. deciſ.* 73. *Vant. in tit. de nullit. ex defectu proceſſ. num.* 100. quia quot ſunt capita tot ſunt ſententiæ, vt firmat *Borgnin. Caualcan. deciſ.* 28. *num.* 47. & proindè bene fecit, vt ſemper Sacrum Conſilium cauſam noſtræ prædictæ petitionis ſententiare, & cum ſimus in ſententia Sacri Conſilij, de qua fuit expeditum mandatum de parendo, & paratam habeat exequutionem, & cum cautione exequitur, ſi infra decem dies fuerit appellatum, & in caſu noſtro eſt decretum, quod quantitas in ſententia contenta, loco fideiuſſionis in emptionem conuertatur, & pro maiori commodo, & ſecuritate petitum aſſignari de corporibus hæreditarijs, cum eius introitibus pro concurrenti quantitate debita.

Vltimò, quid opus allegare, ſi hoc apertè decidi poteſt, ex verbis eiuſdem ſententiæ, & ad hoc dico vnum in facto, quod D. Aloyſia conuenerat dictos hæredes pro curribus frumenti 22. fol. 23. à tergo pro ducat. 500. eidem legatis, & pro alijs ducat. 200. tutoribus accomodatis fol. 14. & reconuentio ex aduerſo fuit ſatis minoris ſummæ, & cum in ſententia diceretur ſalua prouiſione facienda in cauſa tàm conuentionis, quàm reconuentionis, quæ erant prædictæ aliæ conuentiones, & reconuentiones, vltra dotes, & antefatum? Sacrum Conſilium de illis intellexit, cum de dotibus, & antefato iã decreuiſſet, & proindè ex prædictis currenti calamo adductis concludo ſentẽtiam in fauorem ipſius D. Aloyſiæ omninò exequutioni demandandam eſſe, & ita, &c.

*Hæc cauſa non fuit determinata, quia mortuo D. Vincentio Toraldo dictæ Dominæ Aloyſiæ ſecundo viro, ipſa ad habitandum, cum filio dicti primi viri acceſſit, & vt audio fuit per concordiam diffinita.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Curator ad lites non datur minori, niſi quando tutorem non habet, vel ſi habet, inuentarium non confecit.*
2 *Sententia contra minorem lata ipſo non audito, ex capite reſtitutionis in integrum reſcinditur.*
3 *Sententia ex falſa cauſa annullatur.*
4 *Sententia reſcinditur ex iuſta cauſa ignorantiæ, vel impedimenti.*
5 *Reſtitutio in integrum ex iuſta cauſa ignorantiæ petitur vſque ad annos 40. & ſecundum alios vſque ad centum.*
6 *Inſtrumentorum appellatione venit ſcriptura priuata.*
7 *Minor, & hæres iuſtam cauſam habet ignorantiæ.*
8 *Scripturæ, quod ſint nouiter repertæ, ſtatur iuramento principalis.*

9 Em-

Digitized by Google

9 *Emphyteota, vt per deteriorationem priuetur, tria requiruntur.*

10 *Iudices æquitatem ante oculos habere debent.*

## Pro magnifica Hieronyma de Alberto, contra Nardum, & alios de Cacciuttolo.

### *ARGVMENTVM.*

*De nullitate ſententiæ contra minorem latæ, reſtitutione in integrum, & alijs.*

### CONSILIVM XXII.

MAgnifico Sebaſtiano de Alberto poſſidēte quodam rus nominatum la Dalfina, ſitum in territorio Iſclano, titulo conceſſionis in emphyteuſim à Ferdinando Cauthelano, ipſoq; de Alberto mortuo, Hieronyma eius filia, & hæres, videns dictum rus ab alio poſſideri, petijt condemnari Nicolaum, & alios Cacciuttulos, ad illud relaxandum cum fructibus, qui Cacciuttuli exhibuerunt ſententiam Sacri Conſilij ad inſtantiam dicti Cauthelani contra eandem Hieronymam latam, per quam condemnabatur ipſum relaxare, tāquam deuolutum ob cenſus non ſolutos, de qua ſententia cum ipſa Hieronyma nullam habuiſſet notitiam, ſtatim quod audiuit de ea reclamauit, atque nullam declarari petijt, vnde quod ita ſit decidendum patet ex infraſcriptis.

Primò, quia mortuo patre ipſius Hieronymæ ipſa remanſit minor annorum ſeptem, & fuit clauſa in Monaſterio, & eius tutor teſtamentarius omnia gerebat, & prædictus Ferdinandus Cauthelanus primum libellum dictæ ſententiæ intimare fecerat domi, tempore quo Sebaſtianus ipſe erat abſens in Ciuitate Ianuæ, & ſciens, ibi deindè fuiſſe mortuum Sebaſtianum, fecit dari curatorem ad litem, ipſa Hieronyma inaudita, quæ
1 cum ſuum teſtamentarium habebat tutorem, de dando curatore ad lites tractari non poterat: nàm tunc deuenitur ad dationem curatoris ad lites, quando minor tutorem non habet, vel ſi habet, non confecit ſollemnia, alias ſecus, *vt per Ioan. Andr. ad Speculat. in tit. de reo §. 1. & Bald. notabiliter in cap. 1. de milit. vaſſall. qui contum. eſt,* & dictus curator datus intimatus in dicta cauſa nihil replicauit, nec in proceſſu aliquid dixit, & colludendo paſſus fuit dictam ſententiam deuolutionis, & mandatum de parendo intimatum domi, & cum ipſa Hieronyma eſſet minor, & in Monaſterio clauſa de ſententia ipſa nullam notitiam
2 habere potuit, † quare dicta ſententia lata ipſa minore inaudita, & indefenſa ex capite reſtitutionis in integrum retractanda venit, ex regula *Bart. & Alexan. in l. acta §. final. & in l. contra pupillum ff. de re iudic.* & prout eſt particularis, *text. in l. cum, & minores C. ſi aduerſ. rem iudic. & in l. ſi Præſes, & ibi Bart. & Salycet. C. quomodo, & quando iud. Cardin. in clem. 1. in 14. q. de re iudic.*

Secundò, dicta ſententia proceſſit ex cauſa prætenſæ non ſolutionis ducat. 60. pro affrancatione, & cenſu annorum quinque, vt ex ſupplicatione *fol. 1. & ipſa ſententia fol. 26.* & ex apocis productis patet omnia adimpleta fuiſſe, & facta ſolutione omnium cenſuum integrè, vſque ad annum 1556. & ſententia fuit in anno 1557. quod nec vnam annatam habere debebat, qua ſolutione ſtante prædicta ſententia lata, bona deuolui
3 propter cenſus non ſolutos, † fuit ex falſa cauſa, & ſic notiſſimo iure nulla, & etiam quod dicta bona fuiſſent deuoluta ex capite nō affrancationis ducatorū ſex pro dictis ducatis ſexaginta in partem ipſius cenſus, prout non eſt, quia integram quātitatem annuorum ducatorum ſexdecim non fuit in damno, immò in lucro, cum affrancabantur ducati ſex cenſus prædicti pro ducatis ſexaginta: nihilominus adhuc Hieronymę durare remedium



Digitized by Google

dium affrancationis, *vt Barb. conſuluit in conſ.5 1. col. 5. verſ. capio nunc vol. 1. ſequitur Dec. in l. bonæ fidei in vltimo notabili C. de pact.* & in Sacro Conſilio diſcuſſis contrarijs fuiſſe deciſum, firmat *Dominus Præſ. de Franch. deciſ. 267. nu. 5. & ſeq.* & ſic dicta ſententia omninò reſcindenda venit.

Tertiò, à prædicta ſententia fuit reclamatum, & etiam per viam reſtitutionis in integrum, & omni meliori modo, ac per viam ſcripturarum nouiter repertarum poſt dictam ſententiam, vt fol. 30.
4 & 31. † & ſic venit reſcindenda via reſtitutionis in integrum, non via priuilegij minoris, vel mulieris, ſed ex iuſta cauſa ignorantiæ, vel impedimenti, ex clauſula generali, ſi qua iuxta cauſa mihi eſſe videbitur, ex regula *Bartol. in l. Rempublicam C. ex quibus cauſ maior. & in l. 1. poſt medium C. de ſententia adu. Fiſc. lat. lib. 10. quam ſequitur Felyn. in cap. ſuborta col. penult. de re iudic. de quo latius Capyc. in deciſ. 52. per totam,* & iſta eſt * communis concluſio, vt refert *Socc. in conſ. 192. nu. 4. lib. 2.* eo fortius, quod ſpetiali priuilegio minor, Reſpublica, vel mulier poteſt remedio reſtitutionis in integrum per inſtrumenta nouiter reperta ſententiam reſcindere, de quo eſt particularis *text. in l. Imperatores ff. de re iudic. & in l. Reſpublica C. de iur. Reipubl. & notatur in l. ſub ſpetie C. de re iudic. & in l. ſub prætextu C. de tranſact.* & hęc
5 reſtitutio in integrum ex dicta clauſula generali à die dictæ ſententiæ competit, & peti poteſt, vſque ad quadraginta annos, vt magiſtraliter voluit *Bald. in l. falſam C. ſi ex falſ. allegat.* Immò peti poteſt infra centum annos, ex regul. *Paul. de Caſtr. in l. vltima C. de dol. mal. Abb. qui ad hoc nonnulla allegat in cap. fin. de præſcript. & fuſius Tiraquell.* qui affirmat communem * eſſe opinionem *in tit. de vtroque retract. gloſ. 4. §. 35. num. 43. & ſeq.* & bis iudicatum refert *Afflict. in deciſ. 329.* & non dubitatur in hoc, quod ap
6 pellatione † inſtrumentorum contineatur ſcriptura priuata, ex notatis *in l. notionem §. inſtrumentorum ff. de verbor. obligat.* ita vt ſi ſtatutum ſit tempus ad producendum inſtrumenta, debent intra id tempus produci priuatæ ſcripturæ, *Bald. authoritate Speculat. innixus in l. 1. colum. 1. verſ. iuxta hoc quæro, & ibi Caſtrenſ. in gloſ. 2. C. de iuram. calum.* nec inficiari poteſt, quod iſtæ ſcripturæ non fuerint nouiter repertæ, cum iſta Hiero-
7 nyma fuiſſet minor, † & hæres, habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, ex regula *text. in l. qui in alterius ius ſuccedit ff. de regul. iur.* & clarius conſtat ex actis, & fide V.I.D. Ioannis Baptiſtæ de Arena, apud quem dictæ ſcripturæ erant de anno 1580. & caſualiter repertæ, vt in pro-
8 ceſſu fol. 55. † quamuis de ſcripturis nouiter repertis ſtaretur iuramento dictæ Hieronymæ, ex ſingulari doctrina *Bart. in l. admonendi ff. de iureiur. & cum eo tranſeunt ibi omnes Doctores, & in cap. paſtoralis, & cap. vt circa de election. & elect. poteſt. lib. 6.* Taliter quod ex prædictis clarè, conſtat ſententiam ipſam fore, & eſſe reſcindendam.

Quarto, & vltimo, cum ex aduerſo prætendatur ſententiam ipſam fuiſſe, & eſſe latam ex cauſa deteriorationum in rure prædicto dicitur non eſſe verum, & ex facto patet: nam pro tempore, quo ſtetit in poſſe ſui quondam patris, potius in augmentum, quàm in deterioratione, & diminutionē venit, & de iure ad hoc,
9 vt † emphyteota priuari poſſit, tria requiruntur. Primò, deteriorationem eſſe in ipſa proprietate. Secundò, quod deterioratio ſit facta per dolum, vel latam culpam. Tertiò, deteriorationem eſſe notabilem, vt notanter dicit *Bald. in authent. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſ. Iaſ. conſ. 17. nu. 2. lib. 1. Menoch de arbitr. iudic. cap. 78. num. 6. lib. 2. centur. 1. & fuſius Peruſ. deciſ. 94. nu. 9. lib. 2.*

Prædictis accedat alia notoria falſitas, quod articuli, & teſtes ex aduerſo dicunt Sebaſtianum, & filios incidiſſe arbores, & deuaſtaſſe murum circundatum, quod minimè eſt verum, quia Sebaſtianus deceſſit in Ciuitate Ianuæ, ipſa Hieronyma minore, & in Monaſterio clauſa exiſtente, & murus nunquam adfuit

Digitized by Google

fuit,prout probatum extat, per quod ſequitur, vt Iudex animaduertat quanta fides iſtis teſtibus aduerſarij adhibenda ſit,& proindè ſentētiam nullam ex prædictis declarari debere,& poſſeſſores ipſius ruris ad relaxandum, cum fructibus condemnari non dubito, maximè quia cauſam iſtius pauperculæ nobilis mulieris maximam fouet æquitatem, quam Iudices ante oculos habere debent, ex regula *text. in l. epheſi ff. quod certo loco;*
10 *& ita † referente Domino Pompeo Salernitano iudicatum fuit, reſtitutis meliorationibus, vt ex proceſſu penes Roppulum Sacri Conſilij Actorum Magiſtrum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Patrimonium vnum licet bona contineat feudalia, & burgenſatica, duæ tamen cenſentur hæreditates.*
2 *Hæres ſemel amplius deſinere non poteſt.*
3 *Paragium eſt loco legitimæ portionis in bonis paternis debitæ.*
4 *Legitima eſt quota bonorum.*
5 *Legitima detrahitur à ſubſtantia, & corporibus hæreditarijs.*
6 *Refutatio eſt alienatio.*
7 *Feuda alienata, & refutata in vita patris non remanent in hæreditate, & ſic de eis legitima filiæ non debetur.*
8 *Hæres adiens hæreditatem non confecto inuentario ad onera hæreditaria tenetur, & nu. 9.*
10 *Feuda omnia in Regno ſunt hæreditaria.*
11 *Hæres ſimplex in feudo non poteſt reuocare alienationem paternam.*
12 *Filius tenetur obſeruare contractum paternum, etiam ſi ſuam legitimam tangat, & nu. 13.*
14 *Quem de euictione tenet actio, agentem repellit exceptio.*
15 *Circuitus eſt euitandus.*

Pro amico.

## ARGVMENTVM.

*An primogenita feudorum refutataria à paragio excludat ſecundogenitam in burgenſaticis inſtitutam, quæ adita hæreditate nullum conficit inuentarium.*

## CONSILIVM XXIII.

IN propoſito caſu pauca breuia ſubnectam.

Primò, quod ad euitandam differentiam de inſtituta in re certa, an ſit hæres, vel legataria conſidero, quod dicta ſecundogenita fuit inſtituta hæres à patre in burgenſa-
1 ticis bonis, † & licet vnicum ſit patrimonium, duæ tamen quodammodo hæreditates, & ſeparatæ cenſentur, vna ſcilicet bonorum feudalium, altera verò burgenſaticorum, *l. ſi certarum* §. *Iulianus* ff. *de milit. teſtam. pro quo eſt caſus in tit. an agnat. & in cap. filius de capit. qui cur. vend. & firmat Camer. in cap. imperialem de probib. alien. per Feder. fol. 104. lit. O, in fine.*

Seeundò, ſi verum eſt in facto, quod
2 dicta ſecundogenita † ſemel hæres fuit, non poteſt amplius deſinere, quin hæres non ſit per *text. in l. ei, qui ſoluendo, vbi Bart. & * communiter Scribentes* ff. *de hæred. inſtit. l. hæreditas ex die* ff *eodem titulo in* §. *hæres inſtit. eodem, Molin. de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 19. nu. 9. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 361. nu. 21. per gloſ. * communiter approbatam in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum in verbo emancipatus circa finem de liber. & poſthum.*
3 Tertiò, † paragium eſt loco legitimæ portionis hæreditatis in bonis paternis debitæ, vt in pluribus locis dicit *Iſern. in conſtitut. in aliquibus, Loffred. conſ. 26. nu. 13. circa finem, & Afflict. deciſ. 162. nu.*
4 *2.* † & legitima eſt quota bonorum, vt notatur *in l. cum à matre C. de rei vendicat. in l. final.* §. *in computatione C. de iure deliber. & ita dicitur in l. Gallus in in* §. *ille caſus* ff. *de liber. & poſthum. Dominus*

*minus Præſ.de Franch.deciſ.*127.*num.*1.

5 Quæ legitima † detrahitur de bonis teſtatoris à propria ſubſtantia, & corporibus hæreditarijs,nec erit rata bonorum, vt notatur in *l.ſcimus §.repletionem ff.de*

6 *inoffic.teſtament.* † ſed quia refutatio eſt alienatio,vt per *Iſern.in cap.*1.*nu.*6.*de*

7 *alien.feud.patern.* † & feuda fuerunt refutata,& ſic alienata in vita patris, & ſic non remanſerunt in hæreditate paterna, quo caſu ſuper eis nullum paragium, nulla legitima ipſi ſecundogenitæ filiæ competere poteſt.

8 Quartò,† poſtquam prædicta ſecundogenita hæreditatem paternam ſine inuentario adiuit, defuncti, & hæredis bona ſunt confuſa, & hæres vltra vires hæreditarias tenetur *ad text. in l.final. vbi Doctores C. de iure deliber.* quia factum defuncti approbare tenetur,per quod videtur ſua iura conſeruare noluiſſe, vt in ſpetie in feudali materia tenet *Blaſch. Lanza in cap.volentes in* 8.*limit.notab.*2. *verſ. nec obſtat exceptio, vbi citat Angel.& Imol.in l.ſpetiali ff.cui pluſquam per leg.falcid. Doctores in d.l.final. §.cum igitur C. de iure deliber. refert Cumian. in præludijs cap.ſi aliquem Regni Siciliæ num.*309.

9 Nec † curãdum de *Ario Pinell. in l.*1. *par.*3.*C.de bon.matern.nu.*91.*& ſeq.qui num.* 95. relatis diuerſis opinionibus tenet hæredem poſſe venire contra factum defuncti alienantis rem feudalem ſuccedẽtẽ in feudo ex tenore inueſtituræ,quia

10 loquitur in feudo ex pacto, † & in Regno omnia feuda ſunt hæreditaria, quia Regnum hæreditarium eſt,& per *cap.Regni conſiderantes de prorogat.ſucceſſ.Bartol.& Napod.in conſuetud. & ſi teſtator*

11 *num.*8. † & quod hęres ſimplex alienationem feudi factam per patrem reuocare non poſſit, iudicatum firmat *Marc. Anton.Peregrin.in tract. de fideicommiſſ. artic.*3.*num.* 11. vbi multos adducit, & ſic,nec etiam pro paragio, ſiuè legitima in feudis prædictis agere poteſt,cum hę-

12 res, † & ſi ſit filius contractum à patre factum obſeruare tenetur, etiam ſi ſuam tangat legitimam, *Suarez in l.quoniam in prioribus num.*7. *in* 7. *ampliat. C.de inoffic.teſtam.* * communem dicit, & firmat *Viu.lib.*8. *commun.opinion.fol. mihi* 161. *in verbo hæres*, meritò ſi pater refutauit feuda filiæ primogenitæ,ipſa filia ſecundogenita,& hæres debet habere ratum illius factum, nec illi contrauenire poteſt per *d.l.cum à matre C.de rei vẽdicat.* & per ſupradictas * cõmunes opiniones, *Riminald.Sen.conſ.*428.*num.*7. *Crott.conſ.*32. *num.* 28. vbi hoc ampliat

13 † tametſi pater diſponat de re pertinente ad filios,per *d.l.cum à matre,& l.ab eo C.de liber.cauſ.* quia hæres adeundo defuncti hæreditatem,videtur comprobare geſta per eum ſuper re propria, maximè imiſcens ſe in bonis, vt ipſa ſecundagenita,quæ non facto inuentario, amiſit illius beneficium,& tenetur inſolidum approbare factum defuncti,*d.l.final. §.cum igitur C. de iure deliber. Dec. conſ.* 633.

14 *num.* 6.† vnde ſecundogenitæ ipſi obſtare debet regula, quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem ff. de euiction.* & poſito,quod actio ſua procederet ad prætenſum paragium,quod ex prædictis negatur, tamen quia paragium debetur ex eo,quia à ſucceſſione excluditur, vt per *Ioan.Vincent.Ann.allegat.*70.*nu.*2.*per conſuetud.ſi moriatur*,& ipſa eſt hæres in burgenſaticis, vt diximus, teneretur ad tantundem de bonis proprijs reſarcire

15 primogenitę, † vt hic circuitus euitaretur, *l.Dominus teſtamento ff.de cond.indebit. Roland.à Valle conſ.*51.*num.*1.*lib.*3. Quare breuiter concludo primogenitam à prætenſo paragio per ſecundogenitam hæredem in burgenſaticis abſoluendam eſſe,& ita, &c. *Cauſa hæc fuit partium concordia terminata.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Paternum officium eſt dotare filias.*

2 *Paragium,vbi non eſt determinatum,officio boni viri ſtatuendum eſt.*

3 *Dos non minus legitima eſſe poteſt,& numer.*4.



Digitized by Google

5 *Paragium ingreſſarum debet eſſe diuerſum à paragio ſecularium, & nu.6.*

7 *Dos ſuccedit loco alimentorum, quibus renuntiare in totum non poſſumus, & quare.*

8 *Renunciatio maioris partis bonorum præſumitur machinata, & doloſa.*

9 *Compulſus dicitur, qui timet nè compellatur.*

10 *Metus remittitur arbitrio Iudicis.*

11 *Læſio reſultat, quando multis hæreditatibus renunciatur.*

12 *Dos minima reſpectu patrimonij dicitur indiſcreta.*

13 *Iuramentum non obſtat data enormi læſione.*

14 *Iuramentum debet habere tres comites, ſcilicèt, iuſtitiam, iudicium, & veritatem, & ſi vnus deficit non obligat.*

15 *Fragilitas mulierum propria commoda perturbat.*

16 *Simplicitas præſumitur in ruſtico, muliere, & minore, & iuramentum eorum captioſum, & iniuſtum.*

17 *Dolus præſumitur, ex magna læſione.*

18 *Renunciatio tunc obſtat cum filia competenter dotata eſt.*

19 *Renunciatio non extenditur ad iura ignorata, & nu. 20. & 21.*

22 *Profeſſio per lapſum anni tacitè fit.*

23 *Renunciatio Monialium facta poſt profeſſionem non tenet.*

24 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

Pro Reuerenda Sorore Beatrice de Magiſtro Iudice, & Monaſterio Sancti Sebaſtiani de Neapoli, contra Illuſtriſſimum Ducem S. Agatę, & D. Lucretiam Caracciolam.

## *ARGVMENTVM.*

*Paragium ingreſſarum, qualiter debeatur, & num iuramentum data ænormiſſima læſione obſtet renuntianti.*

## CONSILIVM XXIV.

REuerenda Soror Beatrix de Magiſtro Iudice, licet contra D. Marinum de Magiſtro Iudice eius patrem, & poſtmodum contra D. Ioannam de Magiſtro Iudice eius hæredem, & demũ contra D. Ioannem Paulum Coſſa Ducem S. Agatæ eius filium obtinuiſſet annuos ducatos quinquaginta eius vita durante, habito reſpectu ad paragium ingreſſarum, cum veniſſet in ſenectute, & infirmitate quaſi continua, petit ſuum paragium, & ſupplementum legitimę integrum ſibi dari, attenta facultate paterna ducatorum triginta millium, & vltra, & dotium maternarum ducatorum trium millium, inter quæ habuit Ripam delli Muſani pro ducatis mille, & quatuor cẽtum, hodie maximi valoris, vt per teſtes, & ſcripturas omnia fundantur, & dotes dictæ Ioannæ fuerunt ducati quinque mille, & quingentum, ex quo nulli dubium eſt ipſi Beatrici competere dotem de paragio, prout habuit dicta Ioanna alia ſoror maritata, poſtquàm non negatur filia,
1 † & paternum eſt officium filias dotare, *l. ſi pater §. neque C. de dot. promiſſione*, vnde conſideratis facultatibus patris, & dignitate mulieris, *iuxta l. quæro ff. de iure dot.* & numero liberorum, *l. ſi filię ff. de legat.* 3. inſpectis conditionibus ꝓdictis, paragium ipſarum non eſt minus, quàm dos alterius ſororis, videlicèt, ducatorum octo millium, & quingentorum,
2 vel vbi † non eſt determinatum, eſſet arbitrarium, & boni viri arbitrio ſtatuendum, vt ex dictis legibus ſentit *Napol. in conſuetud. ſi moriatur in verbo paragium in principio.*
3 † Cumq; dos poſſit eſſe minus legitima, vt notat *Salycet. per illum textum in authent. res quæ 2. notab.*
4 *C. commun. de legat.* † bonus vir non deberet arbitrari paragium minus quàm ſit legitima, ſed in plus, ſi illa non ſufficiat, vt ibidem *Salycet. & in l. ſancimus in fine, verſ. quinimmo C. de nupt. & latè Dec. conſ. 181. colum. 2. circa finem*, vbi dicit

Digitized by Google

dicit hanc eſſe* communem opinionem, à qua in iudicando non eſt recedendum: verùm quia dos data tempore ingreſſus fuit, aùt parum, aùt nihil, poſtquàm non exceſſit ducatos quingentos, pro omnibus bonis paternis, & maternis renunciatis, vt prætenditur, meritò agit in Sacro Conſilio, quod eſt loco boni viri, & petit dotem de paragio, ſiuè ad minus legitimam ſuper omnibus bonis, quæ fuerunt ſuorum parentuum, reſciſſis quibuſlibet contractibus, & renunciationibus, ex capite doli re ipſa, & ex propoſito, & enormiſſima læſione obtenta prius habilitatione à prætenſis iuramentis ad finem agendi.

Et licet dicatur non eſſe tractandum
5 de integro † paragio ſecularium nuptarum, ſed ingreſſarum tantum, ex mente *Napod. in d. conſuetud. ſi moriatur in verb. paragium in fine*, per authoritatem *Iſern. in conſtit. in aliquibus circa finem*, illud procederet in ea, quæ ſponte fuit ingreſſa, & ſpontè renunciauit, ſecus autem in caſu iſto, vbi dicta Beatrix fuit recluſa, & nõ ingreſſa, annorum circa octo, & quàmuis poſteà perſeuerauerit, id proceſſit, quia in Monaſterio eſt reperta, & honeſtatis cauſa noluit egredi: ſed dato (ſine veri præiudicio) quod opinio *Napod.* indiſtinctè procederet, prout non eſt apud me verùm, gradatim loquendo:
6 conſidero, quod ipſe dicit, † paragium ingreſſarum eſſe debitum iure naturæ, ſed debitum iure naturæ eſt legitima, prout declarat *Afflict. in deciſ.* 348. & legitima appellatur debitum bonorum ſubſidium, *vt authent. nouiſſima* C. *de inoffic. teſtamen.* ſuccedit quod bonus vir non debet arbitrari iſtud paragium, ſaltim minus legitima, vt ſupra dixi, & illud dictum *Napodani*, procedit vbi Monialis eſt profeſſa, vt paragium ſit legitima, ſed ſi non eſſet profeſſa, quia poſſet exire à Monaſterio, & nubere, tunc poſſet petere paragium, ſicut quælibet, non nupta, & cum ita interpretrari ſoleat Sacrum Conſilium, meritò minus legitima non eſt danda in iſta Moniali.

Ad quod facit, quia à dote ſic minimè data Monaſterio, vna cum annuis ducatis quinquaginta, poſtquàm venit in continua infirmitate, & ſenectute ipſa Beatrix, Monaſterium paruam, vel nullam habet vtilitatem quoad alimenta, victum, & veſtitum, ac medelas, & quatenus renunciauit dotibus de paragio, &
7 legitimæ: † quia dos ſuccedit loco alimentorum, ſicut non poſſunt pacto alimenta remitti, ita nec ius ſucceſſionis, & dotis aliquo non retento, vel retenta, tàm minima re, de qua veriſimiliter non haberet, vnde ſe aleret, & medicamenta emeret, tali caſu non valet pactum, etiam cum iuramento, per ea, quæ latè concludit *Anchar. in cap quamuis colum.* 1. *de pact. in ſexto*, & propterea non mirum ſi Sacrum Conſilium de ducatis quindecim, quos per prius, & quando ipſa Beatrix erat valde iuuenis habebat facta, de maiori ætate dedit, & mandauit, quod ei darentur annui ducati quinquaginta, ſic hodie dum eſt in ſenectute, & continua indiſpoſitione debetur ei ſupplementum legitimæ.

Renunciatio in ampla forma facta patri tempore ſuæ profeſſionis non obſtat, quia fuit extorta vi, & metu ſaltim reuerentiali, poſtquàm fuit probata terribilitas patris, & quod blandis verbis Abbatiſſæ, & aliarum Monialium fuit inducta, & quod ſæpè fuit conquæſta, quod nolebat renunciare, nec aliter volebat monachari, nec potuit contradicere tempore prætenſæ renunciationis, tùm quia habebat in magna reuerentia, & timore prædictum Dominum Marinum patrem, & Reuerendam Abbatiſſam, tùm quia erat, vndique obſeſſa, intus crates à prædicta Abbatiſſa, & extra à prædicto Domino Marino, & quia ſtabat ſub earum gubernio, & poteſtate, videtur reſultare quidam metus reuerentialis, & per con-
8 ſequens † renunciando omnibus bonis paternis, & maternis, aſcendentibus ad ſummã ducator. triginta octo millium, & ſic ad ſatis maiorem ſummam, ea quæ illi fuit aſſignata, præſumitur machinatio, & dolus, prout conſiderat *Capyc. deciſ.* 159. *in ſeptima difficultate*: nec obſtat



Digitized by Google

metum non eſſe probatum formiter, & ad probationem ipſius non ſufficere ſolũ metũ reuerentialem: nàm vltra reſpõſiones, de quibus per *Capyc. in præallegato*
9 *loco*, † dico quod compulſus dicitur, qui timet, nè compellatur, & iuſtus timor ſufficit, licet effectus non ſequatur, ſecun-
10 dum *Bald. in conſ.* 233. † Prætereà metus remittitur arbitrio Iudicis, *iuxta gloſ. in l. interpoſitas, & ibi Bald. & Doctores, C. de tranſaction.* meritò ex probatis Domini iudicantes poterint arbitrari, ſi in prætenſa renunciatione metus interceſſerit.

Prætereà fuit, & eſt lęſa, nè dum enormiter, ſed enormiſſimè, dùm pro tricentis ducatis, prout pars prætendit, & annuis ducatis quindecim ſua vita durante, renunciauit bonis omnibus, paternis, maternis, fraternis, ciernis, auitis, vtriuſque, & quibuſcumque alijs, legitimæ, & ſupplemento legitimæ, ac doti de paragio, quæ vt ſupra dixi, non poterat eſſe minus octo mille, & quingentorum ducatorum, vt alia ſoror habuerat, & quanto magis dicta Beatrix dicit agnoſcens bonam fidem, & vocans, tenens, & reputans ſe benè contentam à dicto Domino Marino eius patre de ducatis tercentis, & annuis ducatis quindecim, eo magis arguitur læſio, & fallacia, & quod verba prædicta nõ fuerint animo ipſius, ſed appoſita per Notarium ex communi forma, poſtquàm per teſtes probatum eſt, quod non erat eius intentionis renunciare.

11 Colligitur etiam, & reſultat ipſa læſio ex eo, quia renunciauit pluribus hæreditatibus, vt ſupra dixi, paternis, maternis, &c. ſecundum *Anchar. in conſ.* 38. *col.* 2. vbi inquit, mulierem enormiter læſam, quæ pro vna dote renunciauit hæreditati matris, patris, fratris, & ſororum, tanto fortius modo in iſta, quæ nullam quaſi dotem recepit.

12 Et infertur ex hoc, † quod indiſcreta fuit prætenſa dos data, attenta facultate ampliſſima, & nobilitate, & meritò occaſione ſuæ infirmitatis potuit petere ſupplementum dotis, ſiuè paragij, prout latius conſiderat *Dec. conſ.* 180. *col.* 3.

13 Ergo data enormi, † & enormiſſima læſione iuramentum prætenſum non obſtat, tùm quia proceſſit modo prædicto per vim, & metum, ſaltim reuerentialem: tùm etiam, vt inquit *Dec. in conſ. prædicto col.* 4. dùm mulier renunciat hæreditati valoris ducatorum, ſiuè florenorum ſex millium pro ſexcentis florenis, poteſt contrauenire, non obſtante iuramento, quia in tali caſu iuramentum eſſet vinculum iniquitatis, quod eſſe non debet, *ca-*
14 *pit. quanto de iureiur.* † Inſuper iuramẽtum tres debet habere comites, ſcilicèt, iuſtitiam, iudicium, & veritatem, *cap. animaduertendum* 22. *q.* 2. & ſi vnum defecit non obligat cum effectu, ſed in tali renunciatione euidenter apparet iniqui-
15 tas ex enormi læſione, † & propter fragilitatem ſexus mulieris, quæ cõtra propria commoda laborat, *l.* 3. *in fine, C. de ſponſal.* & ſicut facilis fuit ad renunciandum, ita ad iurandum, *l. ſi mulier C. ad velleian.* Ergo iuramentum non tenet. Ad hoc benè facit, quod dicit *Bald.* quẽ refert, & ſequitur *Dec. in conſ. prædicto in rubr. C. de rerum permutatione circa finem*, vbi inquit, quod contractus damnoſus factus, etiam cum iuramento à ru-
16 ſtico, muliere, & minore nõ tenet, † quia ſimplicitas præſumitur in ruſtico, muliere, ac minore, & iuramentum captioſum, & iniuſtum: pariter, & in caſu noſtro iudicandum eſt hoc iuramẽtum iniuſtum, data hac maxima læſione, & proptereà ſicut in *text. cap. quamuis de pact. in ſexto*, excluditur dolus, vt eo ſtante, diſpoſitio illius decretalis non procedat, ita etiam quando enormiter quis eſt læſus,
17 quia † ex magna læſione pręſumitur dolus, & tunc etiam maior poteſt contrauenire, non obſtante iuramento, maximè
18 quia renunciatio tunc obſtat, quando filia eſt competenter dotata in bonis patris, vſque ad legitimam, ſecus autem quando non competenter, & renunciatio fiat generalis plurium hæreditatum, vt idem *Dec.* tradit *in conſ.* 181. *in principio*.

Amplius in renũciatione non fuit certiorata

tiorata,nec de valore bonorum, quibus
renunciabat, nec de iuribus ſibi in illis
bonis competentibus, vndè poſtquàm
quietauit bona paterna pro modica dote
contra diſpoſitionem *l.pactum, quod do-*
19 *tali C.de collat.* † & non fuit certiorata,
non potuit renunciare iuribus, quę igno-
rabat, vt tenet *gloſ. in authent. quomodo*
*oport. Epiſcopos* §.*igitur*, *in verbo interro-*
*ga.collat.*1.maximè quia mulieres igno-
20 rant iura, † nec iuramentum hoc caſu
ignorantes ligat, cum non trahatur ad
incognita, *l.final. C.de non numer.pecun.*
aliter eſſet vinculum iniquitatis, quod
non eſt dicendum, vt ſupra dixi, nec eſ-
ſet in eo iuſtitia, quæ eſt vna ex comiti-
21 bus iuramenti; † nec minus obſtat, quia
aliqui fuerunt in contraria opinione, vt
tradit *Guid.Pap.in q.*227. ſcilicèt,quod
propter iuramentum mulier excludatur
à beneficio ſibi competenti, licet non
fuerit certiorata,quia vt inquit *Dec.in*
*dicto conſ.*180. *in fine,* hoc ſaltem non
haberet locum quando mulier fuit enor-
miter læſa, prout omnes Doctores vo-
lunt, & præciſè *Bald.poſt Gloſ.in cap.ex*
*reſcripto in vltimo notabili de iureiuran.*
*Alexand.in l.ſciendum colum.*12. ff *de*
*verbor. obligat. & in rubr. eodem titulo*
*colum.final.& in conſ.*42.*lib.*1.*colum.an-*
*tepenul.limitando text.in d.cap.quamuis,*
& in iſto caſu iſta mulier fuit errore du-
cta,dùm reputauit, & vocauit ſe conten-
tam à patre pro dictis ducatis tercentis,
& prouiſione annuorum ducatorũ quin-
decim pro legitima,& eius ſupplemento,
& dote de paragio, &c. Ideò iuramen-
tum non extenditur ad illud,quod igno-
rauerat,per doctrinam *Federic.de Sen. in*
*conſ.*199.per quem latius.

Demùm dicitur prætenſam renuncia-
tionem, & decretum Sacri Conſilij àn-
nuorum ducatorum quinquaginta eius
vita durante,& prętenſam rei iudicare
exceptionem, nec obſtare,tanquàm om-
nia inualida,& in eius enormiſſimam læ-
ſionem, etiam quia tale decretum pro-
ceſſit inſtante ipſamet Beatrice, quæ cæ-
pit iudicium poſt eius profeſſionem, &
monachatum, in anno 1566.& eius iura
ab anno 1548.tempore ſuæ profeſſionis,
22 vt fol.119. † Immò per lapſum anni, &
profeſſionem tacitè factam, videtur ſe
tacitè obligaſſe Monaſterio, *per text. in*
*cap.ex parte de regul.& tranſeunt.ad re-*
*lig.vbi Gloſ. & Doctores, notat Hoſtienſ.*
*in cap.*2.*de teſtament.* maximè quia non
fuit proteſtata,ſed intrauit Monaſterium
ſimpliciter,vt per *Hoſtienſ. ibi ſi profeſſæ*
*ſe,& ſua dediſſent Monaſterio, & Reli-*
*gioni, per text. in authent. ſi qua mulier,*
*& authent.ingreſſi C.de ſacroſanct.eccleſ.*
vndè ſi omnia iura ſibi competẽtia quæ-
ſita fuerunt Monaſterio à die profeſſio-
23 nis, † ſequitur non potuiſſe de illis di-
ſponere renunciando ( vti non Domi-
na rerum ) *per text. in cap. ingredienti-*
*bus* 19. *q.final.* & per conſequens tale
decretum, & renunciatio non tenet abſ-
que aſſenſu Summi Põtificis,& ſic meri-
to poteſt petere paragium ſibi competẽs
in bonis,& hęreditate paterna,& mater-
na,tàm opulenta ex perſona Monaſterij,
cui ſe, & ſua dedit, & acquiſiuit per in-
greſſum.

Nec obſtat prætenſa præſcriptio, &
quod per curſum triginta annorum ſit
ſublata iſta actio per iura vulgaria: nàm
cui dubium, quod iſta Monialis, quia
mulier,quia recluſa, quia ignorantiam
habens ſuorum iurium, & quia omni au-
xilio,& fauore deſtituta,àc pauperrima,
24 non potuit agere, † & per conſequens,
non valenti agere non currit pręſcriptio?
*l.contra maiores C.de inofficioſ.teſtament.*
Ex quibus omnibus ſimul iunctis cõclu-
do de iure eſſe ſupplendam legitimam,
& paragium, iuxta facultates paternas,
& maternas,& ita,&c.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier mortuo viro ſine liberis recipit quartam in plena proprietate, ſi cum liberis, habet vſumfructum quartæ.*

2 *Muliere præmortua, vſusfructus conſolidatur proprietati ad omnes liberos ex quacumque vxore.*



Digitized by Google

3 *Mater mortuis liberis habet quartam in plena proprietate.*

4 *Conſuetuao circa ſucceſſionem quartę,tres ponit caſus, & vnuſquiſque de per ſe intelligi debet.*

5 *Separatorum, ſeparata debet eſſe ratio.*

6 *Caſus quilibet diuiſim iudicandus, nec de vno ad alium illationem fieri.*

7 *Vxor capit quartam de proprietate patrimonij viri.*

8 *Conſolidatio proprietatis, & vſusfructus ſtat in ſuſpenſo, donec quilibet caſus euenerit.*

9 *Matre decedente ſuperſtitibus liberis, patrimonio viri quarta applicatur.*

10 *Verba ex quacumque vxore, ſunt poſita ex neceſſitate iuris ſucceſſionis.*

11 *Napodanus ſe concordat ſecundo caſui conſuetudinis.*

12 *Napodanus firmat tertium caſum conſuetudinis,quod proprietas quartæ momento non ſtat in vltimo filio decedente, ſed ſtatim conſolidatur cum vſufructu.*

13 *Liberos non extare,& extare,& decedere ſine liberis,idem eſt.*

14 *Mater, nec per conſuetudinem Neapolitanam excluditur à ſucceſſione filij.*

15 *Mater, qua de cauſa quartam capiat.*

16 *Mater, quæ habeat iura in bonis filij mortui, patre exiſtente in medio, vel non?*

17 *Nauodani magna eſt authoritas.*

18 *Mater mortuo filio plenam habet proprietatem de iure conſuetudinario, & communi.*

19 *Pater,& mater ad hæreditatem filiorum vocantur.*

20 *Pater, & mater, & alij aſcendentes ſeruata prærogatiua præferuntur omnibus vlterioribus,exceptis fratribus ex vtroque latere.*

21 *Mater non exiſtente patre in ſucceſſione filij, excludit fratrem ex vno latere tantum.*

22 *Humanius eſt hęreditas filij matri,quàm fratri alterius matrimonij.*

23 *Mater ſuccedit filio ſuo pleno iure, licet extet frater ex alio matrimonio.*

24 *Mater, ſoror, & frater ſuccedunt filio morienti ęqualiter.*

25 *Subſtitutio non excludit matrem à legitima filij morientis.*

26 *Mater priuatur ſucceſſione filij defuncti fauore filiorum exiſtentium, quibus ceſſantibus, ceſſat fauor matris.*

27 *Paria ſunt non exiſtere cauſam,& eſſe finitam.*

28 *Mater antifatum lucratur in plena proprietate ſtatim, quod moritur filius, excluſis filijs alterius matrimonij.*

## Pro muliere vidua.

### ARGVMENTVM.

*Vidua lucri ante nuptialis vſufructuaria per filij exiſtentiam, ſi moriatur filius an plena fiat proprietaria, non obſtante, quod ex alio,& primo eiuſdem patris matrimonio filij ſuperſint.*

### CONSILIVM XXV.

MVLIER mortuo viro
1 ro † ſine liberis capit quartam in plena proprietate,quod ſi cum liberis habet vſumfructum quartæ, quæ ipſa
2 præmortua conſolidatur proprietati, & ad omnes mariti liberos ex quacumque vxore ſuſceptos, à quo quartam habet
3 perueniet: † liberis autem prædecedentibus ipſi matri,ipſius quartę plenam proprietatem habet, *vt in text. conſuetud. Neapol. incip. quartam autem*, ſed quid ſi vltimo matris filio decedenti ſuperſint ſorores, vel fratres conſanguinei ex vno latere tantùm, an proprietas ipſius quartæ reſidens pęnes ſuum vltimum filium conſolidetur, vſufructui matris, & ipſa ſuccedat pleno iure excluſo fratre conſanguineo ſuperſtite, vel ipſe frater proprieta-

prietatem ipſam habeat. In hoc non parua dubia poſſent afferre verba eiuſdē conſuetudinis, ibi: *Habet vſumfructum quartæ, qui ipſa mortua conſolidatur proprietati, & ad omnes liberos mariti, ex quacumque vxore ſuſceptos, à quo quartam habet perueniet, quod Napod. firmat ibidem in verſ. liberis.* Ex quibus verbis videtur inferri, quod vt mulier quartæ proprietatem lucretur, neceſſe eſt, quod omnes filij ſui, & mariti, ex alia prima, & quacumque vxore decedant, ſed multiloquio more meo omiſſo ad tollendas omnes difficultates vides, quod conſue-
4 tudo ipſa, † tres ponit caſus. Primus, in principio incluſis verbis in plena proprietate determinat, ſi liberos ex marito mortuo non habet, lucratur quartam quoad plenam proprietatem. Secundus ibi, ſed vbi habet liberos, quod mater habet fructus quartæ, & ipſa mortua conſolidetur proprietati, & ad omnes liberos mariti ex quacūque vxore ſuſceptos, à quo quartam habet perueniet. Tertius ibi, liberis autem præcedentibus ipſi matri, mater ipſius quartæ proprietatem habet. Iſtorum caſuum vnuſquiſque de per ſe intelligi debet, cum quilibet ſuam ſeparatam, & diuerſam determinationem contineat, vt ex litera patet, & ſeparato-
5 rum † ſeparata debet eſſe ratio, *l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. item ſi fundi* §. *huic vicinus ff. de vſufruct. Riminald. Senior conſil. 64. nu. 26.* Primus enim caſus determinans, matre mortua vſumfructum conſolidari proprietati, & ad omnes liberos mariti, ex quacumque vxore ſuſceptos, à quo quartam habet peruenire, diuiſam habet determinationem à ſecundo caſu, dicente, ꝙ mortuis omnibus filijs, mater effi-
6 cietur proprietaria, † vnde de quolibet caſu diuiſim iudicari debet, nec de vno ad alium illationem fieri, per *text. in l. final. ff. de calumn. l. ſi maritus C. de donat. inter virum, & vxorem, Corn. conſil. 216. num. 11. lib 1. conſ. 64. num. 4. libr. 2. idem Riminald. Senior conſ. 277. num. 16. & Hippolyt. Riminald. conſ. 18. num. 48.* & illud, quod ſecundus caſus determinat, agitur ex neceſſitate iuris: nàm ve-
7 rùm eſt, † quod vxor proprietatem quartæ capit de patrimonio viri præmortui,
8 & conſolidatio proprietatis, † & vſusfructus in vtroque caſu ſtat in ſuſpenſo, donec quilibet ipſorum caſuum euenerit, iuxta conſuetudinem ipſam, eueniente
9 ergo, † quod mater decedat ſuis ſuperſtitibus liberis, patrimonio viri, vnde exiuit, eiusq; ſucceſſoribus ipſius quartæ proprietas applicari debet; & cum in patrimonio ipſo, & ſic in ipſa quarta liberi, vltimç & cuiuſcumque aliæ vxoris ſi extant ſuccedere debent, ſcilicèt vnuſquiſque liber pro rata, tāquàm in bonis, quæ fuerunt communis patris, & deindè filij,
10 vulgatis iuribus: † vnde verba illa ad omnes viri liberos, ex quacumque vxore, vt dixi, ſunt poſita ex neceſſitate iuris ſucceſſionis omnium liberorū, ad ſucceſſionem bonorum, quæ fuerunt cōmunis patris, & poſtmodum fratris conſanguinei de iure vocatorum ad paternum patrimonium, & ſic ad proprietatem ipſius quartæ reuocabiliter exiſtentem pęnes filios ipſis prædecedentibus propriæ matri, ſicut & vſusfructus ipſa matre viuente, & iſtud non applicat contradictionem tertio caſui dictæ conſuetudinis, clarè dictantis, quod prædecedētibus filijs ipſi matri, mater ipſa ipſius quartæ proprietatem habet. Nec curan-
11 dum de *Napodan.* † qui in verbo *liberis*, dicit ſcilicèt ex quacumque vxore, quia ſe conformat ſecundo caſui conſuetudinis, ſed quando venit ad tertium caſum *in eodem verſic. liberi* [illegible] *num. 85.* fir-
12 mat, † quod per mortem liberorum ipſa proprietas conſolidatur vſufructui, ſicut per mortem matris vſusfructus liberis, quod vno momento non reſidet hæc proprietas in hæreditate vltimi filij, decedentis ſine liberis, & conſuetudo conſiderauit, quoad plenam quartam libe-
13 ros non extare, † & extare, & decedere ſine liberis, idem eſſe, *iuxta gloſ. in auth. de nupt. verſ. quoniam, verſ. moriantur circa medium*, ſubdēs ibidem *Napodan.* ipſe, vt ex tunc habeat quartam plenam ipſo iure, cum dicat tunc habet, & ſic nō

habet

habet neceſſe eam petere, vnde ex textu ipſius conſuetudinis in tertio caſu, & ex *Neapod.ibidē,& ex alijs in cōſuet.ſi quis, vel ſi qua n.83.& ſeq.de ſucceſſ.ab inteſt.* multis rationibus firmatur,quod nec cō-
14 ſuetudo † ipſa excludat matrem à ſucceſſione filij,excluſis proximioribus in
15 bonis paternis, † quia quartam habet pro eo,quod fuit in obſequio, & in opera viri,quoad debitum carnis,& alijs, vt *C.de condict.inſert.l.ſi vxorem,& ff.de oper.libert. l.ſicut*, ſed reliquas tres partes mater poteſt conſequi iure ſucceſſio-
16 nis,tanquam bona filij, † non mariti,intelligendo dictam conſuetudinem in ſucceſſione ab inteſtato,patre, vel matre, non exiſtente in medio, & de hoc plenè *Præſid.de Franch.in deciſ.91.& 92.verſic.patre,vel è contra matre, &c.* vnde *ex text. dictæ conſuetudinis quartam au-*
17 *tem,* † *& doctrina Neapodani in tit.commun.diuidund.verbo ex communi matrimonio,*quę recondita reputatur à *D.Pręſid. de Franch. in deciſ.621. in fine,* claram habemus determinationem, quod
18 mater, mortuo filio, † plenam habet quartæ proprietatem, excluſo fratre cōſanguineo,& omnibus alijs,quod prędixerat,& firmauerat,*text.in l.fœminæ C. de ſecundis nuptijs*, vbi ommiſſis primis duobus caſibus,iuxta conſuetudinem ipſam, quos ponit in fine exponendo, & tertium caſum noſtrum dicit, vel natus, natiuè deceſſerint: omne quod quoquomodò perceperit,pleno proprietatis iure obtineat, clarius *in authent. de non eligend.ſecundo nub.* § *qua propter, & in præſenti, vbi dicitur: Proprietas ante nuptialis donationis tota ad filiam veniet, vſu apud matrem donec viuet, ſeruando, & ſiquidem mater præmoriatur filiæ, tota ante nuptialis donatio competit, ſi vero filia, manet quidem apud matrem lucrum, ex pacto non exiſtentium filiorum, & ibi gloſ.verbo ex pacto non exiſtentiū,* ſatis pulchrè diſtinguit,facit etiam *text. in eodem authent. de non eligend.ſecundo nub. in* §. *cum igitur in fine,ibi: In hære-*
19 *ditatem* † *filiorum ſine tergiuerſatione veniant,& pater, & mater ſecundum ſubiectas vtrique caſui quæſtiones. ad idem text.in authent.de ſucceſſ.ab inteſtat. in*
20 §.*ſi igitur,ibi:* † *Pater,& mater, & alij aſcendentes gradus prærogatiua ſeruata in ſucceſſione filiorum ſine deſcendentibus præferantur omnibus ex latere, cognatis, exceptis ſolis fratribus ex vtroque paren-*
21 *te.* † Ergo non exiſtente patre, mater, fratrem ex vno latere à ſucceſſione filij excludit per dictum textum ad literam, & in proprijs terminis conſuluit *Bertrand.conſ.192.per totum lib.3. per text. in d.authent.de hæred.ab inteſt. in* §.*conſequens, tranſumptiuè in authent. defuncto C.ad tertull.ac Petr.de Anchar.in conſ. 187. num. 4. vbi hoc colligit ex d.l. fœmina* §. *vltimo C. de ſecundis nuptijs,* dùm de ſucceſſione matris modificata ad vſumfructum reperitur,de filijs ex eodem matrimonio ſuperſtitibus, quaſi ad ipſorum fauorem lex hoc induxerit,cum matrem propter tranſitum ad ſecundas nuptias grauaſſet,hoc idem ſcilicet de communibus liberis, repetitur *in l. generaliter, & in l.hac edictali* §.*his illud eodem titulo,ibi,liberis communibus, & paternis,&c. & ibi liberis ex eodem matrimonio procreatis &c. allegando Bald.idē tenentem in authent.ex teſtamento C.de ſecund.nupt.num.8.in fine,* ſubdit huma-
22 nius eſſe † hæreditatem filij ad matrem deuolui, quàm in filium alterius matrimonij deriuari, nè fruſtra videatur filios genuiſſe,& nutriuiſſe,*vt in d.authent. de non eligend.ſecundo nub.*§.1 *ibi: Fruſtra parens,fruſtra nutriens,* concludit,quod
23 mater ſuccedit † filio ſuo pleno iure, & ab inteſtato, tanquàm hæres legitima, nec ſecūdas nuptias ſibi in aliquo nocere, licet extet filius ex alio matrimonio, conſanguineus,idem firmat *Regens de Ponte in ſuo conſ.19. num. 64. per conſil. Alexad.63.nun.2. & 3 lib.5.* ex multis iuribus,& authoritatibus hoc firmantis, ac *Vrſill.ad Afflict.deciſ.75.num.12.* eſt verior, & magis * communis opinio ex multis relata per *Boer.in deciſ.185.num. 17.& 18.* Immò in ſubſtitutione in nomine collectiuo filijs facta,per omnes de
24 conſilio fuit deciſum, † quod mater, ſoror,



Digitized by Google

ror, & frater, ſuccedant primo filio moriẽti, quilibet pro tertia parte, & in hæreditate vltimi morientis, mater habeat
25 legitimam, † quia illa ſubſtitutio non excludit matrem à legitima, *vt per Aſflict. deciſ.* 38. *in fine*, *& ibi addit.* & ſi exiſtentibus filijs vtrinque cōiunctis mater habet portionem bonorum filij decedentis, & de vltimo habet legitimam, quanto magis ſuccedet vltimo filio in bonis ipſius per prædicta iura, & * communem, quam firmat *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ.* 38. *num.* 3. & ratio quam adducit *Alex. præcitato conſil. ſuo* 63. Eſt quia ma-
26 † ter priuaretur ſucceſſione filij defuncti, & in caſu noſtro proprietate quartæ fauore filiorum exiſtentium, ergo ceſſantibus filijs, qui ſunt cauſa priuationis, ceſſare debet priuatio matris, *l. Titia ſeio §. vſuras ff. de leg.* 2. *l. adigere §. quamuis ff. de iurepatron. l. generaliter C. de Epiſcop. & cleric. cap. cum ceſſante de appellation. cap. ſi pauper de probation. in ſexto, Tiraquell. toto tit. ceſſant. cauſ. &c.*
27 & paria ſunt non eſſe cauſam, † & eſſe finitam *in princ. num.* 14. ergo cum ſupradictis etiam concludo in ſucceſſione, ſiuè proprietate antiphati, vel quartę de-
28 functo filio, † matrem defuncti filij fratres conſanguineos excludere, ipſamquè proprietatem cum vſufructu pęnes matrem conſolidari, & ita conſulo iuris eſſe.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Paragium debetur filiæ pro dote.*
2 *Legitima eſt limitata, certa, & ſine perſonarum diſcretione.*
3 *Paragium eſt quantitas incerta, relata ſecundum perſonarum qualitatem, & locorum conſuetudinem.*
4 *Legitima non debetur filijs in vita, ſed poſt mortem patris.*
5 *Dos, & paragium debetur, etiam in vita patris.*
6 *Pater officio Iudicis compellitur ad conſtituendam dotem, & paragium filiæ.*
7 *Legitima in bonis fratris non debetur.*
8 *Pater pro filia arbitratur melius, quàm alius.*
9 *Patri, quod competens videtur, alteri incompetens videri non debet.*
10 *Paternus amor à nemine vincitur.*
11 *Pater an poſſit conſtituere dotem filię minus legitima, & nu.* 15.
12 *Pater bona ab eo quaſita alienare poteſt ad libitum.*
13 *Conſuetudo ciuium eſt attendenda.*
14 *Conſuetudo ſi viget ordinarias dotes inter conciues dari, non attenduntur facultates patris dotantis.*
16 *Dos de paragio, vt dicatur congrua, ſex debet habere requiſita, cum numeris ſequentibus vſque ad nu.* 23.
23 *Paragij congruitas non debet eſſe minus legitima.*
24 *Fœminas excludi per exiſtentiam maſculorum, intelligitur præterquàm à legitima.*
25 *Legitima prohibitio non includitur, niſi de ea particularis fiat mentio:*
26 *Legitima minuſculata portio appellatur.*
27 *Dotis portio aſſignanda minus legitima eſſe non debet, etiam in muliere renunciante.*
28 *Renunciatio non extenditur ad legitimam.*
29 *Paragium eſt portio habenda abſque onere, & excepto bonorum ſubſidio.*
30 *Filia ſi propter pulchritudinem, vel alias nubit pari, non debet legitima defraudari.*
31 *Filia ſi cum legitima condignum virum non inuenit, tota portio in qua ſuccederet ab inteſtato ei danda eſt.*
32 *Filia maritata à patre cum minori dote paragij, etiã ſi renunciauit, ſupplementum paragij petere poteſt.*
33 *Pater prohibere filiam, vt vltra non petat, non poteſt niſi ſtatuto cautum ſit, & nu.* 38. 42. 47. *&* 50.
34 *Legitima loco alimentorum eſt, quæ iure naturæ debentur.*
35 *Naturæ iure, quæ debentur, lege ciuili minui non poſſunt.*
36 *Filia incongruè à patre dotata, congruè dotis ſupplementum petere poteſt, etiam ſi iu-*

Digitized by Google

*ſi iuraſſet, ſe fuiſſe congruè dotatam.*

37 *Pater quando exceſſit, in minuenda dote filiæ, non dicitur conſultor, ſed proditor filiæ.*

39 *Paragium in nupta minus legitima eſſe non poteſt, in capillo poteſt excedere.*

40 *Paragiumi, ſeù quota hæreditatis eſt loco legitimæ, filiæ debitæ.*

41 *Statutum ſi à ſucceſſione excludat, non tamen à legitima excludere intelligitur.*

43 *Filia incongrua dote, & minus legitima maritata, arbitrio boni viri ad legitimam commenſurari debet.*

44 *Filiæ poſt patris mortem arbitrio boni viri de legitima ſuccurritur.*

45 *Dotis arbitrium, ſiuè à patre, ſiuè à tutore fiat, pro modo facultatum, & viri dignitate fieri debet.*

46 *Filia ratione enormiſſimæ læſionis videtur à patre circumducta.*

51 *Legitima debetur cum fructibus, etiam bona fide conſumptis, & nu. 52.*

53 *Legitima eſt æs alienum, & dicitur debitum iure naturæ, & ex neceſſitate.*

54 *Filia conſequitur legitimam beneficio iuris, & non patris.*

55 *Pater cogitur magnam dotem filiæ dare, modo legitimam non excedat.*

56 *Filia in vita patris dotata, an autis facultatibus, ſupplementum petat inſpecto tempore mortis, & nu. 57. & 58.*

59 *Pater dotare tenetur filiam de bonis ſuis, frater de bonis paternis.*

60 *Alendi filios onus, tranſit ad hæredes hæreditario nomine.*

61 *Frater ſorores dotare non tenetur, neque eas alere, niſi in maxima earum inopia.*

62 *Paragium vltra, & non minus legitima eſſe poteſt.*

Pro Aurelia Galla vxore Hieronymi Lupini, contra hæredes quondam Nicolai Galli patris dictæ Aureliæ.

## ARGVMENTVM.

*Filia indiſcretè dotata à patre, & nupta pari, an poſt mortem patris ſupplementum petat legitimæ, etiam ſi amplius petere ſit teſtamento prohibita.*

## CONSILIVM XXVI.

IN articulo an filia fœmina dotata, & maritata á patre, ipſo mortuo poſſit petere legitimæ ſupplementum in bonis paternis, non obſtante etiam legato paterno ducatorum cētum, & prohibitione, quod non poſſit quicquam aliud petere, breuiter, & diſtinctè loquendo, tria ſunt videnda.

Primò, an filia dotata à patre, nuptaquè pari, legitimæ ſupplementum petere poſſit?

Secundò, an pater in ſuo teſtamento poſſit prohibere, vt filiæ vltra non petant quàm eis legata.

Tertiò, an patre aſſignante filiæ minimam, atque indiſcretam dotis quantitatem, filia ipſa arbitrio boni viri ſuccurri poſſit.

Quoad primum verum eſt, quod filiæ fœminæ propter maſculorum exiſtētiam à parētuum ſucceſſione excluduntur per conſuetudinem *ſi quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſtat.* & in exteris, vt eſt noſtra clienta, *per generalem Regni conſtitutio-*
1 *nem in aliquibus,* † per quam conſtitutum eſt non legitimam filiæ pro dote deberi, ſed tātum paragiū, quod nihil aliud ſonat, & ſignificat, niſi vt filia ſecundum ſuos pares nubat, de quo paragio eſt etiam *text. in l. ſi pater in tit. de ſucceſſ. in longobard.* Diuerſum eſt enim aliud in legitimam tradere, aliud in paragium præberi, cum legitima ſit limitata. & cer-
2 ta, † & ſine perſonarum diſcretione, *authent. nouiſſima C. de inofficioſ. teſtament.* paragium autem, ſiuè dos ſecundum pa-
3 ragium eſt † incertum relictum ſecūdum perſonarum qualitates, & locorum conſuetu-

Digitized by Google

ſuetudines,*vt per Napodan.in conſuetud. ſi moriatur in verbo paragium*,item legi-
4 tima † non eſt debita filijs in vita patris, ſed poſt eius mortem, *l.cum quæritur C. de inofficioſ.teſtam. & authent. de trien. & ſemiſſ.* §. 1. Dos verò de paragio eſt
5 debita,† etiam in vita patris, *l. final. C. de dot.promiſſ.* & ad eam conſtituendam,
6 Pater officio Iudicis † cogi poteſt, *l. qui liberos ff.de rit.nupt.* & legitima in bonis
7 fratris † non debetur, *l.fratris C.de inofficioſ.teſtament.* ſed tamen frater ſororem dotare tenetur,*l.cum plures ff.de adminiſtr. tut.* Ex qua diuerſitate paragij, & legitimæ paragium ipſum minus legitima eſſe poſſet, ſi pater ita arbitratus fuerit,& ex hoc inferri poſſet opinio aliquorum Scribentium,quod dotata à patre congruè dotata cenſetur, ita quod, nec ad petendum ſupplementum legitimæ admitti debet,quia pater ſcit melius
8 capere † conſilium pro filia, quàm quiſquã alius,*l.nec in ea ff. de adult.* & quod
9 ipſi viſum fuit† competens eſſe pro filia, alteri incompetens videri non debet,*argument.l.ſi furioſa impuberis in fine ff. de curat.furioſ.* nec ille ab aliquo argui po-
10 teſt,† cum nullus amor vincat paternũ, *l final.C.de curat.furioſ.* Immò pater do-
11 tem minus † legitima filiæ conſtituere poteſt, ſtante maximè dicta conſtitutione, fęminas propter maſculorum exiſtentiam excludente,& fortius in bonis à pa-
12 tre quæſitis, † quæ ad libitum alienare poteſt,etiam vſque ad abuſum,*l.ſed & ſi lege §.conſuluit, l.ſi quid poſſeſſor §. ſicut ff.de petit.hæredit.Paul.Caſtrenſ.cõſ.*108. *alias* 270. *incip. ſuper primo quæſito in ſecundo,& tertio dubio, & in conſil.*420. *viſis,& ponderatis,& ſequitur Alexand. conſ.*33.*lib.*3. *Corn.conſ.*107. *in hac conſultatione lib.*2. *& latè Soccin. conſ.*288. *volum.*2.*Dec.conſ.*26. 35. *&* 39.*in fine, & conſ.*181. *Afflict.in d.conſtitut.in aliquibus,verſ.ſed an pater, & Marant. in diſputat.*10.*num.* 11. *verſ.limita*, & hoc ſi dotem conſimilem aſſignauit,iuxta lo-
13 ci,& perſonarum conſuetudinem,† quę eſt attendenda,ſecundum *Corn.in conſil.* 115.*in hac conſultatione lib.*3.*& in conſ.* 107.*lib.*2.*& latè tradit Brun.in tractatu excluſionis fœminarum artic.*9.*in fine*.
14 & quando inter Ciues viget † conſuetudo, vt inter eos ordinaria dos detur, ipſa ordinaria dos diſtribuenda eſt, non habito reſpectu ad facultates patris dotantis,*l.ſi voluntariæ C. de dot.promiſſ. l. diuortio ff.de verbor.oblig. & l. cum poſt §.gener ff.de iur.dot. & tradit Bart.in l.*2.*ff.ſolut.matrim.*
15 Tamen contraria ſententia † vti probabilior,melior, & verior,* cõmuni Doctorum,& Scribentium calculo approbata, & recepta eſt, vt quando filia dotem de paragio non habuit, poſſit illud, ſeù illius ſupplementum petere, *iuxta gloſ.in conſtitut.Regni, vt de ſucceſſionibus in verbo coniugatæ autem, Iſern. in capit.*1. *verſ.oportet de natur.ſucceſſ.feud. Afflict. in d.conſtitut. in aliquibus*, quod para-
16 gium,† vt congruum ſit, ſex requiruntur,quæ colliguntur *ex repetit.Petr.de Vbald.in cap. Raynutius in quarta carta,*
17 *& ſeq.*ſcilicèt primò,† quod dotãtis facultas attendatur, *l. cum pater §. gener ff.de iure dot.ibi,dotis etiam quantitas pro modo facultatum,&c. l.quæro,ibi,in ver-*
18 *bo facultatibus ff.de legat.*3. † Secundò, dignitas parentuum, *l.fil. C. de legat.*3.
19 *in verbo ex dignitate*. Tertiò,† mulieris dotandæ qualitas, *vt ibi, dignitãtem mulieris,& l.ſi curatoris C.de adminiſtr. tut.ibi,quod honeſtæ perſonæ præſtare cogatur, vt optimè probatur per text. in l. tàm dementis C. de Epiſcopal. Audient.*
20 Quartò,† qualitas mariti, *d.l. quæro, & d. §.gener.* Quintò, numerus liberorum,
21 † *vt in d.conſtitut.in aliquibus, & in l.filiæ ad inſtar taxationis legitimæ, auth. nouiſſima C.de inofficioſ teſtament.* Sextò, & vltimo patriæ conſuetudo, *l. quod ſi nolit §.qui aſſidua ff.de ædilit.edict.* cum
22 conſuetudo, † ſit optima legis interpres, *l.minime, & l.ſi interpretatione ff.de leg.* & optimè de prædictis ferè omnibus requiſitis loquitur, & concludit *Soccin.in conſ.*207.*lib.*2. *Paul de Caſtro in l.ſi non mortis in fine princ.ff.de inofficioſ.teſtament.* Cumq; paragium, ſiue dos dictæ filiæ data habito reſpectu ad patris

Digitized by Google

patris locum, & facultatem ſit adeò te-
nuis, maximè quod ſatis minus legitima
23 ſit, † & eius congruitas minus legitima
eſſe non debet, *vt per Soccin. in d. conſil.*
207. *colum.* 2. & quamquàm fauore
maſculorũ Regni leges municipales mu-
lieres excludant, tamen cum leges ip-
ſę ſint præiudiciales,& ſtricti iuris,& ſu-
mus in odioſis, vt pulchrè in filia nupta
inquit, *Alexand. conſ.* 199. *lib.* 7. *circa*
*medium*, proindè intelligendæ ſunt ſtri-
ctè,ſcilicèt,quod per eas fœminæ à ſuc-
ceſſione propter maſculorum exiſtẽtiam
24 excludantur, † ſed non à legitima, ſta-
tuta enim interpretrari debent,vt minus
quàm poterint ius commune lædant, *vt*
*per Iſern. in conſtitut. ſi quis in aliquem,*
*in conſtitut. proſequentes, & in conſtitut.*
*pœnam eorum in verbo excuſatores, & in*
*rubr. de homicid. clandeſt. in fine, & in*
*princ. conſtitut. in* §. *nos autem, & in con-*
*ſtitut. probationum defectum, in gloſa*
*magna quem ſequitur Afflict. in deciſ.* 21.
25 Prohibitio enim ſucceſſionis † legitimę,
niſi ſpetialis mentio de ea fiat, non
includitur, *l. ſi quando* §. *& generaliter*
*C. de inofficioſ. teſtament. & ibi Bald. &*
*Salycet. & Alber. de Roſat. in* §. *certum*
*in authent. vt cum de appellat. cognoſ.* Le-
26 gitima † enim minuſcula portio appel-
latur, *d. l. ſi quis in ſuo C. de inoffic. teſta-*
*ment.* vndè portio pro legitima aſſignan-
27 da † minus legitima eſſe non poteſt, tra-
dit *Salyce. in authent. res quæ C. commun.*
*de legat. ſequitur Dec. conſ.* 180. *colum.* 1.
*conſ.* 290. *incip. ardua, & plurium ſatis*
*dubia,* & hanc * communem eſſe opinio-
nem, etiam in muliere renunciante, tra-
dit *Angel. Aretin. in* §. *cum autem in fine,*
*inſtit. de inofficioſ. teſtamen. Aret. in l.* 1. §.
*ſi quis ita num.* 17. *ibi: Renunciatio talis*
28 *non † extenditur ad legitimam, ſequitur*
*Napodan. in conſuetud. contra inſtrumen-*
*tum verſ. ſed pone, Afflict. in cap.* 2. *de*
*feud. dat. in vim l. commiſſ. verſic. ſexto*
*patet, & in deciſ.* 178. *Guid. Pap. deciſ.* 93.
*Federic. de Sen. conſ.* 115. *Io. Lup. in repe-*
*tit. rubr. extra de donat. inter virum, &*
*uxorem, verſic. ex iſto poteſt inferri ad*
*quæſtionem num.* 16. *&* 18. *quem ſequi-*
*tur, & refert Gulielm. de Benedict. in cap.*
*Raynutius, verſ. in eodem teſtamento re-*
*linquens num.* 220. *Chaſſan. in conſuetud.*
*Burgund. des ſucceſſores, verſic. limita.*
Dignitas enim parentuũ,& qualitas per-
ſonarum mulieris, quæ pro paragio exti-
mando conſiderantur, multo maiorem
paragij extimationem indicant, ſiqui-
dem homo ditiſſimus,& de primis, vt ita
dicam ſuæ Ciuitatis, iuncta dignitate
mariti, eius filiæ, qui toties Syndicus in
Ciuitate electus fuit, vtique ſi ſciuiſſet
certam dotem ſibi conſtituendam, & ſic
minimam portionem pro tanta faculta-
te, filiam dicti Nicolai in matrimonium
non accepiſſet, accedat ad hoc pulcherri-
mum dictum, *Iſern. in d. conſtitut. in ali-*
29 *quibus, ibi: † Nam paragium eſt portio*
*quam habet de bonis, quæ habere debet,*
*ſine aliquo onere, ad exemplum debiti bo-*
*norum ſubſidij, l. quoniam in prioribus C.*
*de inofficioſ. teſtament.* & in ſpetie dicit
in patre dotante, quam dotem, ſiuè pa-
ragium mulier habebit beneficio huius
conſtitutionis,& non patris,& ſi dos fue
rit minus legitima, poſſet poſt patris obi-
tum filia agere contra fratrem ad ſup-
plementum,& ſic expreſsè tradit *in ver-*
*bo item ſic eſt gloſ. & in verſ. erit ſic exti-*
*matio,* pro qua opinione firmanda addu-
cit *text. in* §. 1. *authent. de hæred. & falc.*
Immò & fortius in terminis noſtris con-
30 cludit, † quod ſi filia inueniret ſibi pa-
rem propter pulchritudinem ſuam, vel
valorem, aùt ſtrenuitatem fratris pro mo
dica quantitate non debet adhuc legiti-
ma fraudari: quinimmo quod ſi cum le-
31 gitima † non reperiret condignum vi-
rum, tota portio, ad quam ſuccederet ab
inteſtato conſequi poſſet, *vt per gloſ. in*
*d. conſtitut. vt de ſucceſſ. in verbo coniuga-*
*ta, vbi Afflict. verſ.* 10. *num.* 23. *ibi: No-*
*ta, quod tunc filia dicitur dotata de para-*
*gio, quando dos non fuit minus legitima,*
*idem expreſsè tenet Napodan. in d. conſue-*
*tud. contra inſtrumentum gloſ. in verb. ab-*
*ſolutum in verſ. item quid ſi filia fuit do-*
*tata à patre, cum dote minori paragio, &*
32 *renunciauit,* vbi dicit, † ſupplementum
paragij peti poſſe, & tamen loquitur in

patre,

Digitized by Google

patre, & idem tenet *in conſuetud. ſi moriatur in verbo paragium verſ. eas autem circa finem, & idem tenet Bald. Nouell. in tract. dotis 6. part in 16. priuileg. verſic. ſimiliter, conſuluit Dec. conſ. 176. incipien. pater*, & originaliter iſtam opinionem ſubſtinuit *Luc. de Pen. in l. in his in fine verſ. item pone pater C. de prad. & omn. reb. nauicul. lib. 11.*

Quoad ſecundum caput diſcutiẽdum, quod eſt an pater poſſit in teſtamento prohibere filiam, ne vltra ab eo relictum,
33 petere poſſit, † dicitur patrem talem prohibitionem, niſi ſtatuto hoc expreſsè cauente, facere non poſſe, *vt per Angel. conſil. 359. & hoc authoritate Cyni in l. ſancimus C. de nupt.* qui expreſsè te-
34 net legitimam † loco alimentorum ſuccedere, quæ alimenta iure naturæ debentur, *l. 1. in fine ff. de iuſtit. & iure*, & quæ
35 iure naturę † debentur, lege ciuili minui non poſſunt, §. *ſed naturalia inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* pro qua opinione pleniſſimè conſuluit *Corn. in conſ. 109. libr. 3. & ante eum Bald. in l. final. C. de dot. promiſſ. verſ. ſed pone, quod iſta filia, quem Alexand. referens firmat*, nulli du-
36 bium, † quod filia incongruæ à patre dotata, congruæ dotis ſupplementum petere poteſt, *vt in conſ. 134. num. 31. libr. 6. conſ. 93. lib. 4. conſ. 3. lib. 2. Bald. in d. l. quoniam in prioribus, & conſ. 142. libr. 1. conſ. 123. lib. 3.* Immò etiam in filia, quę à patre taliter dotata cum iuramento renunciauit, pro ſupplemento legitimæ agere poteſt, tenet *Benedict. de Benedict. conſ. 6. Cardin. conſ. 80. Soccin. conſil. 136. incip. circa tertium, verſ. vnde concludendum eſt*, & quamuis pater opti-
37 mus cõſultor pro filia dicatur, † vt prædiximus in contrarijs, attamen in tanto facultatum exceſſu, & in tanta minima dotis conſignatione, pater magis proditor, quàm conſultor dicitur, vt in filia nupta, etiam contra patris voluntatem firmat *Abb. conſ. 12. verſ. venio ad tertiũ, Alexand. conſ. 34. & in fortiori Corn. conſil. 77. lib. 2.* quod niſi ſtatutum dicat ex-
38 preſsè † qualicumque dote filiam contentam eſſe debere, pater ſupplementum legitimæ prohibere non poteſt, prout in terminis *Curt. Iun. conſ. 11. immò Alexan.*
39 *conſ. 101.* † pro certo tradit paragium in nupta minus legitima eſſe non poſſe; & in virgine in capillo, excedere poſſe, *Napodan. in d. conſuetud. ſi moriatur, verſic. paragium, Iſern. in d. conſtitut. in aliquibus, Bald. Nouell. in d. tract. de dot. priuileg. 16. circa finem 6. part. Dec. conſil. 276. Arnon. ſingul. 35. Afflict. vbi ſupra, Dec. conſ. 160. Pariſ. conſ. 26. lib. 3. conſil. 17. & 78. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 37. 38. &*
40 *39.* † Paragium enim quota hæreditatis eſt, loco legitimæ filiæ debitæ, *Iaſon expreſsè conſ. 36. verſ. præfatis non obſtãtibus*, & ante eum *Salycet. in l. ſerui veſtri C. de noxal. & in l. ſancimus C. de nupt. Alexand. conſ. 7. volum. 2. in verb. ſecundum*, & in propoſito noſtræ quæſtionis pro expreſſo ſubſtinet, quod ſtatutum
41 quamuis à ſucceſſione excludat, non tamen à legitima excludere intelligitur, prout etiam dixit *in conſ. 96. lib. 1. & poſt eum Soccin. conſ. 152. volum. 2. & notab. Alex. idem in Apoſtilla ad Bald. lit. A, in l. final. C. de dot. promiſſ.* * communem tradit *Soccin. in l. hæredes mei §. cum ita, verſ. item quod filia ff. ad trebell.* & ita fuit obtemptum in Ciuitate Florẽtiæ per maximum Doctorem, prout *Iaſ. cumulat in authent. nouiſſima C. de inofficioſ. teſtament. & in authent. res quæ C. commun. de legat. Bald. conſ. 63. lib. 1. Alexand. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* qui omnes decidendo tenent
42 filiam ſupplementum † legitimæ ſemper petere poſſe, niſi ſtatutum expreſsè prohibeat, ſe plus aſſignatæ dotis petere non poſſe, quantumcumque minima ſit dos, & potiſſima ratione, quia ſub generali prohibitione legitima non comprehenditur, niſi de ea ſpecialis fiat mentio, *d. l. ſi quando §. generaliter C. de inofficioſ. teſtament. Bald. in l. de his C. de tranſact.* & quamuis Doctores contrarium tenentes pro firmo habeant patrem filiam dotantem ſuo pari, dici adimpleuiſſe conditionem appoſitam *in conſtitut. in aliquibus*, tamen *Dec.* qui firmiſſime pro contraria parte conſuluit ſe reducit



Digitized by Google

ad * commune dictum, ſcilicèt, quod
43 ſi incongruentia † dotis eſſet talis, vt multo minus legitima reperiretur, arbitrio boni viri ad legitimam commenſurari debet, *vt in conſ.*276. *Caſtrenſ.* qui ſimiliter pro contraria parte ſcripſit hoc idem confirmauit *in conſ.* 131.

Ad tertium, & vltimum progredien-
44 do articulum,† an patre aſſignante filiæ minimam quantitatem, arbitrio boni viri filia ſuccurratur, & quod ſuccurrenda ſit, decidit *text.in l.cum donationibus C. de inoffic.donat.ibi: Nec tantum dos à patre data, & fideicommiſſum continent, quantum ad ſubmouendam querelam ſufficiet: de enormitate donationum ad exemplum inofficioſi teſtamenti Præſes Prouintiæ iuriſdictionis ſuæ partes exhibebit, facit text.iuncta gloſ.in l.1. §.quo à nobis C. de vxor. act.* vbi expreſsè traditur dos, licet à patre data, ſi minus legitima reperiatur, poterit ſupplementum peti, facit optimè *text. in l. cum pater §. gener ff. de iur. dot.* vbi dos fuit promiſſa ad arbitrium ſorori, & tamen conſiderauit ibi textus, quod ſiuè arbitrium dotis
45 ab ipſo patre fuit, † ſiuè à tutore, pro modo facultatũ, natalium, & viri dignitate fieri debet, vt pro hac concluſione firmanda illum textum adducit *Aretin. conſ.*17. *verſ. ad ſextum, & verſ. venit igitur ad quartum*: Ratione enim enor-
46 mis læſionis † filia cenſetur à patre dolo inducta, *l.ſi ſuperſtite in fine ff.de dolo.* Immò dolo verè inducta dicere poſſumus, cum læſio ſit in magno exceſſu, propter quod paternæ dotationi ſtari nõ debet, vt in caſu noſtro, vbi pater dedit ducatos centum in vita ſua pro eius dote, & attentis etiam alijs ducatis centum pro ſupplemento legitimæ, habito reſpectu ad facultates ducatorum viginti milium, & numerum filiorum ſex, quod pro legitima vniuſcuiuſque filiæ fœminæ excluſæ à totali ſucceſſione competunt ducati mille, & ſexcentum, vel circa, & ſic læſionem non ſolum vltra dimidiam, ſed ſatis enormiſſimam, reſpectu legitimæ adeſſe videtur, qua ſtante filia pro debitæ legitimæ ſupplemento agere poteſt, authoritate *Iſern.* qui *hoc expreſsè dicit in d. conſtitut. in aliquibus fol. mihi* 259. *ibi: Poſt mortem tamen patris ageret filia contra fratrem ad ſupplementum, & ibi ſuppletur ſi tantũ non habuit, quãtum tertia debita aſcẽderet*, ac authoritate *Bald. Salycet. Angel. Alexand. Iaſ.* & aliorum multorum legalis diſciplinæ procerum, firmat *Tiraquell.in l.ſi vnquam C. de reuoc.donat.verſ.ſuſcepit liberos num.* 109. *fol.mihi* 359.*& ſeq.* cuius ſententiæ vltra adducta per *Tiraquell.* eſt etiam *Anchar. conſ.*39. *num.*2. *Anton. Rub. Alex.conſil.* 101. *Menoch.in tract. de arbitr. iudic. lib.*2.*caſu* 149 *num.*16.*Laurent.Kircou. German. in verbo dos data in fine, Petr. Paul.Fuſc.ſingul.*89. *incip. filia dotata à patre, Alciat.in l.1.§.ſi quis ita num.*48. *ff.de verbor.obligat. Aymon latè firmat in conſ.*236.*num.*3.*&* 4. *Marant.in diſputat.*10.*num.*19.*cum ſeq.& num.*32.*in fine*, qui ferè omnes loquuntur in ſtatuto excludente fœminam propter exiſtentiam maſculorum, iuxta caſum noſtrum, & in filia, quæ cum iuramento renunciauerat, & ſic in fortiori caſu, quàm noſter eſt, prout tenent omnes Doctores *in cap. quamuis de pact.in ſexto, Grammat.deciſion.*57.*num.*14.*& deciſ.*101.*nu.*16. *& ſeq.* ex multis deductis, & diſcuſſis eandem ſententiam probat, & demùm *in d.deciſ.* 101.*num.*18.*in fine*, ſic deciſum firmat, quam ſẽtẽtiam non negant, nec negare poſſunt, etiam qui contrariam partem tenuerunt. Quinimmo non ſolum data enormiſſima læſione in magno ex-
47 ceſſu, † ſed ſolum vltra dimidiam legitimæ tantum, non obſtante patria poteſtate, & excluſione ſtatuti, poterit pater, frater, & agnatus cogi ad ſupplementum congruæ dotis arbitrio Iudicis, vltra prædictos limitatiuè conſuluit *Corn.conſ.* 77.*lib.*2. *latè Benedict.in repet.cap. Raynutius num.* 42. *de teſtament.* & alij innumeri per prædictos adducti, ac *per Borgnin.Caualcan.deciſ.Fiuizan.*5. *nu.*102. *par.*3.*fol.mihi* 150. quæ congrua dos arbitranda, non poteſt eſſe minus legitima, *vt per Grammat. d.deciſ.* 101. *num.*43. *Hippolyt.Riminald. conſ.*31. *nu.*20. *lib.*1.

qui

Digitized by Google

qui alios adducunt, & proindè pro * cõ-
muni,& veriori teneri debet.
Nec obſtat,quod pater ei legauit du-
catos centum pro ſupplemento legiti-
timæ: nam dicta filia de iure communi
fundatam habet intentionem, cum du-
cati centum primo loco aſſignati in do-
tem, & prædicti alij ducati centum pro
ſupplemento legitimæ relicti, ſint mini-
ma pars legitimæ,ſibi debitæ in bonis pa
48 ternis, † meritò poteſt ad ſupplemẽtum
agere, etiam vigore teſtamenti paterni,
*vt per Marant. in d.ſua diſput. 10. num.*
*26.* & non obſtante dicto legato, & eſt
textus apertus *in l.omnimodo C.de inoffi-*
*cioſ. teſtamen. & ibi tradit Bald.* Idquè
non obſtante, quod in eius teſtamento
49 dixerit † eam extare debere contentam
dicto legato,nec quidquàm vltra petere
poſſe occaſione legitimæ paternæ, vel
alia ratione,vt in ſpetie tenet *Bald.Saly-*
*cet. Caſtrenſ. & Iaſ. infinitos cumulantes*
*in l.ſi quando §.& generaliter col. 2.C.de*
*inoffic.teſtam.Io.de Anan.conſ.99.col.fin.*
*Alex.conſ.69.vol.1. Dec.conſ.217.incip.*
*in caſu ad me tranſmiſſo de Italia num.3.*
*Rub.in l.Titia ſeio §. Imperator nu.269.*
*ff.de legat.2. Pariſ.conſ.7.num.55.lib.2.*
*Ruyn.conſ.56.num.8.verſ.& propterea*
*conſ.60.nu.4.lib.2.conſ.40.nu.13. lib.3.*
*conſ. 68. col. penult. verſ. & tanto magis*
*vol.4.qui omnes mouentur per text. in §.*
*ſed hæc diſponimus verſ. cæterum, in au-*
*th. vt cum de appellat. cogn.* & ratione
50 comprobatur, † quia huiuſmodi clau-
ſula, quod plus vltra petere non poſſit,
vt impeditiua legitimæ reijcitur, & pro
non adiecta reputatur, *d.l.quoniam in*
*prioribus C. de inoffic. teſtam.ſicq; Bald.*
*Salycet.& cæteri,tradunt in d.§. & gene-*
*raliter nu.1. Bald.in l. hac edictali col.4.*
*verſ.iuxta hoc quæro C.de ſecund.nuptijs,*
*Imol.in l.1.§.ſi ex fundo nu.69. ff. de hæ-*
*red.inſtit.Ruyn.d.conſ.56. nu.8. verſ.&*
*propterea,conſ.60.num.4.lib.2. & conſil.*
*177.num.55.verſ.vbi verò eodem libro,*
*Cephal.conſ.95. num.8.* Quinimmo dicta
51 legitima † debetur vna cum fructibus,
qui in ea non imputantur, *l.ſcimus §.*
*repletionem C.de inofficioſ. teſtam. & in*
*ſpetie Bald.in l.non eſt C. famil.erciſcun.*
52 vbi tenet, † quod in hoc caſu fructus
legitimæ bona fide conſumpti peti poſ-
ſunt,decidunt *gloſ. Bartol. & Angel.in §.*
*vnde ſi quis in l. papinianus ff. de inoffic.*
*teſtam.idem Bald. Caſtrenſ. & Moder-*
*niores in d. §. repletionem, Alexand.in*
53 *d.conſ.69. par.1.* † quæ legitima cum æs
alienum dicatur, & iure naturali ſit de-
bita,& neceſſaria,*l.cum ratio de bon.dãn.*
*l.ſi quis in ſuo C. de inofficioſ. teſtament.*
vt per formalia verba conſuluit *Bald.cõ-*
*ſil.65.in verſ.capitulum lib.1.& cõſ.323.*
quibus in locis tradit, ꝙ pater, vel auus
maritando filiam,vel neptem naturale
beneficium ſequitur,*l.1.C.de impu.*idem
firmat *Iſern. in d.conſtitut.in aliquibus*,
54 vbi dixit † legitimam conſequitur filia
beneficio iuris,& non patris,*Iaſ.in dicta*
*authent.res quæ, verſ.ſeptimo nota,*argu-
mentum ſumitur ex illo textu notabili,
55 quod pater † cogitur magnam dotem
filiæ dare,niſi legitimam excedat,immò
56 fortius ſi filia congruenter † in vita pa-
tris reperiatur dotata, & tempore mor-
tis patris facultates reperiantur auctæ,
ex hoc filia poterit ſupplementum legi-
timæ petere, *Alexand.conſ.34. Dec.dicto*
*conſ.276.poſt Bald.Nouell.in d.tract.dot.*
*par.6.priuileg.16.Caſtrenſ.conſ.132.in-*
*cip.licet iſta Domina Liſa, prout ſic deci-*
*ſum firmat Afflict.in conſtitut.fratres nu.*
*12. & in deciſ. 160.* etiam ſi filia cum
57 iuramento, † vltra non petere renuncia-
uerit,vt in proprijs terminis firmat *Bald.*
*in cap. cum M. Ferrarienſis col. 7. de*
*conſtitut. & Iaſ.in d.l.ſi quando §. illud,*
*C.de inofficioſ.teſtament. idem Bald. in*
*l.2.& in l quod dotale 6.oppoſit. C. de*
*collat.& pro dicta quæſtione faciunt text.*
*in d.l. cum quæritur, l.ſi quando §.gene-*
*raliter, l.ſi pater §.ſi ex duobus ff.de bon.*
*libert. & §.cæterum, auth. vt cum de ap-*
58 *pellat. cogn.* concluditur igitur, † quod
filia à patre dotata ſupplementum pe-
tere poteſt, etiam in bonis, & facultati-
bus auctis,& etiam ſi cum iuramento re-
nunciauerit, & non obſtante legato pa-
terno,ac prohibitione, quod vltra non
petat, non ſolum ſi in maximo exceſſu



Digitized by Google

fuerit læſa, ſed etiam ſi vltra dimidiam, & agere poteſt contra fratrem, quia onus dotandi filiam per patrem debitum in eius vita, poſt eius mortem fuit tranſlatum in filium, filiæ fratrem, benè verum eſt, quod pater tenetur dotare de bonis
59 proprijs, † & frater de bonis paternis, in cuius locum ſucceſſit, & hoc ex mente *Cyn. in l. alimenta in fine, C. de negot. geſt.*
60 dicentis onus alendi filios † tranſit in filios hæredes, hæreditario nomine, & vti poſſeſſores bonorum patris, ſorores alimentare tenentur, & tanquàm paternum officium, & onus ſubintrans, non minus legitima paternorum bonorum
61 ei dare tenetur, † & non de proprio, niſi in maxima ſororum neceſſitate, fratres eas alere tenentur, ad quod facit *text. in l. cum plures §. final. ff. de adminiſtr. tutor. prout concludit Capyc. in deciſ. 159. & in Apoſtilla in d. conſuetud. ſi moriatur incip. cum hanc conſuetudinem, hæc ſequitur Piſanell. in conſuetud. quod autem, in Apoſtilla in verſ. pone quod ſoror, & nota longam additionem Cæſaris Vitelli incip. paragium in d. conſuetud ſi moriatur, ac ibidem Nicolaus Maricond. & Frecc. in verſ. quod tale paragium, quem ibidem ſequitur Vincent. de Franch.* & alibi ſen-
62 tiens paragium, vel vltra, vel non minus legitima eſſe debere, expreſsè tradit *in deciſ. 87. nu. 11. Marant. in d. diſtinct. 10. num. 22. & Boer. deciſ. 3. nu. 7. Guid. Pap. q. 93. idem Boer. in deciſ. 62. Theſaur. deciſ. 192. & Oſaſch. conſ. 76. nu. 23. ac Natt. conſ. 37. num. 4. Menoch. conſ. 251. perbellè conſuluit, per totum*, quorum omnium authoritate noſtram concluſionem eſſe veram confirmo, & ab ea in conſulendo, vel iudicando non eſſe recedendum.

*Prædicta cauſa non fuit deciſa, quia fratres videntes malam fouere cauſam, cum actrice ad tranſactionem deuenerũt.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia ineptitudine petitionis perſonæ carentis actione, eſt nulla.*
2 *Ineptitudo actionis cognoſcitur ex obligatione incompetenti.*
3 *Actione carens in iudicio audiri non debet.*
4 *Ordine ſolito iudicij omiſſo, vel præpoſterato, ſententia eſt nulla.*
5 *Ordo iudicij plus inſpicitur, quam cauſa.*
6 *Sententia de facto abſque ordine iudicij lata eſt ipſo iure nulla.*
7 *Cognitio cauſæ à iure diuino deſcendit.*
8 *Sententia ex cauſa indebiti, & ſic ex iniquitate contra notorium factum eſt ipſo iure nulla, idem ſi ex falſa cauſa lata ſit, & nu. 9.*
10 *Sententia ex notoria iniquitate lata eſt nulla.*

## Pro Iacobo de Mitio de Ciuitate Monopolis, contra Iulium de Ruſſis.

## *ARGVMENTVM.*

*De nullitate ſententiæ, & omnium ex ea dependentium.*

## CONSILIVM XXVII.

Decreta, & venditiones bonorum Iacobi de Mitio, ex tribus ſunt nulla.

Primò, nàm ſtante, quod magnifica Antonia Gataleta vendiderat maſſariam prædicto Iacobo, cum pacto expreſſo, quod ducat. octingenti octuaginta tres, reſidui pretij ſoluerentur creditoribus aſſignandis ad rationem ducat. octo pro quolibet centenario, & aſſignatio ipſa fuit facta per decretum, vt ex actis, & acquiſitum ius creditoribus aſſignatis, dictę Antoniæ, nulla competebat actio dictum Ia-
1 cobum moleſtandi, † cum ex ineptitudine petitionis perſonæ non habẽtis actionem, ſententia, etiam lata parte non opponente,

ponente, eſt etiam nulla, & actor in expenſis condemnari debet, reſeruato ſibi iure agendi, ex cauſa apta, ſi habet, *per text.cum ibi notatis in cap. examinata de iudic. & gloſ.inſtit.de oblig. in verb.iſtud in fine, quam dicit ſingularem Bald. in l.actori in fine C. de rebus credit. Aymon. conſ.* 151. *nemine col.*1. *& conſ.*191. *per Vant.de nullitat. ex defectu proceſſus nu.* 22.*ac Præſ.de Franch.deciſ.*223. *num.*3.
2 & ineptitudo † cognoſcitur ex obligatione, quæ non competebat dictæ Antoniæ, poſtquam dictum creditum delegauerat alijs creditoribus aſſignatis, idem *Vant.ibidem nu.*23. *verſ. quando autem,*
3 *&c.in fine,* † & ſic agere non poterat, & in dicto iudicio audiri non debebat, quia ſua non intererat, *l.*1.*in fine ff.de appell. recip. cap.non ſolet* 2. *q.*6. *cap. cum inter de elect.cap.de his extra de appellat.cum ſimilibus, Aymon conſ.*177.*ſcripſi in fine, & conſ.*170.*in cauſa appellationis colum.* 2.*num.*5. *idem Vant. in tit. qualiter ſententiæ, & proceſſ.redduntur nulli num.*13. Ergo dicta decreta, & venditiones ſunt nullæ, vt ſupra fundatum eſt.

Secundò, dicta Antonia vendiderat maſſariam dicto Iacobo cum dicto pacto expreſſo, quod de reſiduis ducat. 883. capitalis correſponderet creditoribus aſſignatis, & aſſignatio ordine Sacri Conſilij iam facta fuerat, vt diximus, ex quo non poterat, de facto contra vēditionem maſſariæ agere, & ſi aliquid contra ipſum Iacobum prætendebat, debebat ordinariè ſe dirigere, & cum de facto fuerit proceſſum, nullo dato termino in cauſa, nec præcedentibus alijs actis iudiciarijs, omnia nulliter proceſſerunt: nàm ſi
4 ſolius † iudiciorum ordo neceſſarius ommittitur, vel & fortius ſi præpoſteratur, ſententia eſt nulla, *per text. & ibi Scribentes in l.prolatam C. de ſentent. l.*1.*C. de exequ. rei iudic. cap. ad petitionem §.*
5 *final. extra de accuſat.* † cum plus inficiatur iuſtitia ex ordine iudicij, quàm ex cauſa, ſecundum *Panormit.in cap. cum olim colum.penult.verſ.ſed in contrarium de ſentent. & re iudic. Anchar.conſ.*249. *pro declaratione colum.*2.*in fine, ex Vant. de nullitat. ex defectu proceſſ. nu.*1. Qui-
6 nimmo † cum fuerit de facto proceſſum nulla cauſæ cognitione præcedente, decreta, & venditiones prædictæ ſunt ipſo iure nullæ, *Bart.in d.l.prolatam, quem ibi cæteri ſequuntur in verſ.final. & in l. ex ſtipulatione eodem titulo C.de ſentent.cap. Deus omnipotens* 2.*q.*1. *Vant.vbi ſupra num.*30. *& ſeq. Capyc.deciſ.*69.*num.*35. *Grammat.deciſ.*15.*num.*12. *& deciſ.*85.
7 *num.* 3. † cum cauſæ cognitio à iure diuino deſcendat, *Abb. in cap.*1. *de cauſ. poſſeſſ.& propriet. quem ſequitur Felyn.in cap.Eccleſia col.* 12. *verſ.ſecundo nota de conſtitut.*

Tertiò, Iacobus prædictus non erat debitor tertiarum, & ad capitale non tenebatur, ex quo decreta, & venditiones di-
8 ctorum bonorū † ex cauſa indebiti, proceſſerunt ex iniquitate contra notorium factum, quo caſu omnia corruunt, cum ſententia taliter prolata ſit ipſo iure nulla, *Innocent.in cap.*2.*de dilat.quem refert & ſequitur Philipp.Franch.in cap.dilecti q.*42.*Abb.in cap. inter Monaſterium nu.* 20. *de re iudic.* & * communem firmat idem *Vant.in dicto titulo de nullit.ex defect. proceſſ.* & dum non erat debitor ad venditiones prædictas fuit proceſſum ex
9 falſa cauſa, † quæ ſimiliter reddit ſententiam ipſo iure nullam, *Abb. poſt Butr. Imol. & alios in cap. inter cætera extra de iudic.vbi Felyn.col.*6.*verſ.ſecunda cōcluſio*, aſſerit ita * communem eſſe opinionem, *Rot.deciſ.*347.*in antiquis, Vant. ibidem num.* 128. Quinimmo ex prædi-
10 ctis notoria † iniquitas, & iniuſtitia reſultat, quæ ſimiliter ſententiam nullam reddit, *l. ſi pars, vbi Angel.ff.de inoffic. teſtament. clement.paſtoralis in verb.piſana de re iudic.& per eundem Vant.ibidem nu.*127.

Non obſtat, quod prædictus Iacobus recepit ducatos centum reſidui pretij vltimæ venditionis bonorum prędictorum, quia recepit præmiſſa proteſtatione citra pręiudicium lęſionis, & omnium aliorum iurium quorumcumque, & nè pecunia otioſa ſtaret in banco, quę proteſtatio ſeruat ius proteſtantis, *iuxta text. in*

*M* 3 *l.ſi*

Digitized by Google

*l.ſi debitor* §.*ſi in venditione ibi,niſi ſalua cauſa pignoris ſui conſenſeris ff. quib.mod. pign.vel hypoth.ſolu. vbi Bart. & Doctores*, & ſi venditiones voluntariæ, & iuratæ in caſibus prædictis, & ſimilibus reſcinduntur,& annullantur, vt in dies videmus, quid dubij eſſe debet, quod decreta, & venditiones prædictæ non ſint ipſo iure nullæ,& de eis nulla eſt habenda ratio,& proindè Iulium de Ruſſis condemnari debere non dubito ad relaxandum ipſi Iacobo de Mitio bona, vt ſupra nulliter vendita cum fructibus. *Facto verbo in Sacro Conſilio per Dominum Cõſiliarium Fęlicem de Ianuario cauſæ Commiſſarium, cum magna diſcuſſione venditio fuit declarata nulla, & poſſeſſor condemnatus ad relaxandum bona cum fructibus, & Iacobus ad reſtituendum pretium cum intereſſe, iuxta prædicta, pęnes Secretarium Sacri Conſilij in banca de Ferrarijs.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Iudex recuſatus relationi cauſæ, & votis interuenire non poteſt.*
2 *Voluntas habendi Iudicem cauſat ſuſpitionem.*
3 *Iudex ad partis inſtantiam nè dum dari non poteſt, ſed datus remouetur.*
4 *Iudex recuſatus, vna parte reluctante votare non poteſt.*
5 *Iudex recuſatus, nec de volũtate omnium partium interuenire poteſt.*
6 *Conſiliarij Sacri Conſilij non ſunt Iudices ordinarij, ſed delegati, & non tractant niſi cauſas eis commiſſas.*
7 *Legi prohibitiuæ renunciari non poteſt.*
8 *Conſiliarius antea ſuſpectus, quando de partium volũtate interuenit, adhibendum eſt decretum, & in Præſide requiritur ordo ſuæ Excellentiæ.*
9 *Compromiſſum in aliquo Conſiliario non fit, niſi præuia Proregis diſpenſatione.*
10 *Recuſatio Iudicis funditus eradicat iuriſdictionem.*
11 *Iudicis recuſati factum eſt nullum.*
12 *Citatio ad dicendum ſi deficit, decretum eſt nullum.*
13 *Curator quando datur, quæ requirantur.*
14 *Curatore hæreditati iacenti dato ad lites cum eo legitimè proceditur.*
15 *Dotis promiſſæ intereſſe debetur.*
16 *Renuncians, vel cedens, ſi poſtea agat reijcitur.*
17 *Iuramentum ſeruandum, etiam in re dotali interpoſitum.*
18 *Tranſactionis exceptio impedit litis ingreſſum, & nu.23.*
19 *Pœnitentia licet habet locum in contractu innominato, fallit tamen in tranſactione, & nu.20.*
21 *Tranſactio parit exceptionem litis finitæ.*
22 *Ceſſionis, & renunciationis exceptio operatur, quod cedens non audiatur.*
23 *Exceptio rei traditæ impedit litis ingreſſum.*
24 *Exceptio euictionis excludit agentem.*
25 *Defendere, qui me tenetur, impugnare non poteſt.*
26 *Exceptio periurij impedit litis ingreſſum.*
27 *Poſſeſſio probatur per inſtrumentum miſſionis.*
28 *Poſſeſſio pręſumitur continuata à die capturæ poſſeſſionis.*
29 *Error veritati non præiudicat.*
30 *Ius ſibi ipſi dicere nemo poteſt.*
31 *Hæreditas non hæredis perſonam, ſed defuncti ſubſtinet.*
32 *Hæreditas iacens cæptam vſucapionem complet, & fructus acquirit.*
33 *Curator dandus eſt hæreditati iacenti.*
34 *Poſſeſſio de facto occupata de facto reſtitui debet.*
35 *Fideicommiſſarius non poteſt occupare bona fideicommiſſo ſubiecta, dùm iacet hæreditas, & ſi id fecerit tenetur reſtituere.*
36 *Poſſeſſio à non habente ius in re, per Iudicem de facto auferri poteſt.*
37 *Poſſeſſor iniuſtus poteſt abſque citatione poſſeſſione priuari.*
38 *Alienata re lite mota, poteſt exequi ex eodem proceſſu, etiam ſi per mille manus ambulet.*

*Litem*

Digitized by Google

39 *Litem non ignorans, litis exequutionem non impedit.*

40 *Poſſeſſor vigore ſententiæ, etiam nullæ, expelli non debet.*

41 *Titulo carens remedium poſſeſſorium habere non poteſt.*

Pro Beatrice de Laratha, contra Iſabellam de Magiſtro Iudice.

*De nullitate decreti ob interuentum Iudicis propter ſuſpitionem remoti, exceptione rei iudicatæ ceſſionis periurij, & alijs.*

## CONSILIVM XXVIII.

IN hac cauſa Beatricis de Laratha duo ſunt videnda.

Primùm, quod decretum ſuſpendẽs exequutionem, & poſſeſſionem ruris Parzani, ob interuentum Iudicis recuſati, & cauſa alteri commiſſa ſit nullum.

Secundum, notoria iuſtitia ipſius Beatricis in cauſa principali, & de non iure Iſabellæ in dicta rure.

Quoad primum, dicitur verum eſſe in facto, quod Dominus Sacri Conſilij Præſidens Vincentius de Franchis, tempore quo erat Conſiliarius, & dictæ cauſæ Commiſſarius propria manu declarauit, quod ſi in hac cauſa habebat intereſſe Alphonſus de Summa, ipſe interuenire non poterat, & ſic per Dominum Antonium Orificium tunc eiuſdem Sacri Cõſilij Præſidentem, cognito intereſſe Alphonſi, non ſolum præſens cauſa, ſed alia Marchionis Capurſi, fuerunt commiſſæ Conſiliario Pompeo Salernitano, qui in ipſis cauſis proceſſit, donec vixit, per quę decreta abdicantia cauſas ipſas à dicto Domino Vincentio de Franchis, tàm de intereſſe Alphonſi, quàm de ſuſpitione, quod non poterat interuenire, parti aduerſæ rei iudicatæ obſtat exceptio, & ſic

1 dicto Domino de Franchis relationi, † & votis cauſæ intereſſe prohibitum eſt per *Regiam Pragmaticam* inuictiſſimi Caroli V. fęlicis recordationis, poſita *in tit. de offic. Sac. Conſ. nu.* 4.

Non obſtat Alphonſum de Summa ad inſtantiam dictæ Iſabellæ eius cognatæ poſt dictam abdicationem, & ſuſpitionem Domini de Franchis diù in rem iudicatam tranſactam, declaraſſe, non habuiſſe intereſſe in dicta cauſa, vt Dominus de Franchis interueniret, quia vltra, quod numquam fuit verum, Alphonſum non habuiſſe intereſſe, & fuit iudicatum habuiſſe, & habere, ex quo à cauſa remotus fuerat, vt diximus, tamen

2 voluntas ipſius † habendi Iudicem, cauſat ſuſpitionem, *per text. in l. obſeruandum ff de iudic. cap. inſinuante extra de offic. delegat. & vtrobique gloſ. & Doctores, ac Dec. in cap. cæterum num.* 4. *& ſequenti de reſcript.* firmat, nè dum Iudi-

3 cem ad inſtantiam partis non poſſe dari, vt eſt etiam alia Regia Pragmatica, ſed datum poſſe reuocari, & declaratio Alphonſi fuit malitioſè facta, quæ euidens malitia ex eadem comparitione patet, vbi legitur, contentari, quod interueniat in hac cauſa tantum, quaſi ſciuiſſet, quid ſuccedendum erat, quæ comparitio licet fuit facta ante dictum decretum, fuit à parte retenta, & tempore decreti non fuiſſet in proceſſu, nec intimata, vt in eadem videtur, vndè nec Alphonſi conſenſus adfuit, & etiam ſi adfuiſſet in præiudicium ipſius Beatricis fieri non poterat,

4 quia altera parte reluctante † Iudex recuſatus ad votandum admitti non poteſt, *text. eſt in l. quos prohibet ff. de poſtul. vbi Caius in hæc verba prorumpit: Quos prohibet prætor apud ſe poſtulare, omninò prohibet, etiam ſi aduerſarius eos patiatur poſtulare.* Quinimmo vera iuris eſt con-

5 cluſio, † quod Iudex recuſatus etiam de voluntate omnium partium iuriſdictionem aſſumere non poteſt, *per text. ad literam in d. cap. ſignificantibus de offic. delegat. vbi gloſ. dicit: Ex quo expirauit iuriſdictio, partes non poterant dare iuriſdi-*

6 *ctionem:* † maximè Conſiliarij Sacri Cõſilij,

ſilij, qui non ſunt Iudices ordinarij, ſed delegati,& nihil ex ſe agere poſſunt, niſi à Prorege, vel Præſidente eis committatur, quod eſt de mente *Bald. in l. præcipimus* C. *de appellat.* & patet dum in decretis, & prouiſionibus dicitur ad introſcriptam cauſam delegatus, & ſtante dicta Regia Pragmatica, qua mandatur, quod Iudex recuſatus non poſſit inter-
7 uenire, nec relationi, nec votis, † cui ſanctioni prohibitiuæ renunciari non poteſt, *vt eſt gloſ. notabilis in l. à diuo pio in verbo actionem* ff. *de ritu nupt. Gloſſa, & Doctores cumulat Tiraquell. de primogen. q.* 24. *num.* 9. *&* 10. & quando caſus acci-
8 deret in Sacro Conſilio † conſenſui partium debet interponi decretum Præſidẽtis, quod interueniat, & ſi in perſona Præſidentis, debet adhiberi authoritas
9 Domini Proregis † exemplo compromiſſi in aliquo Conſiliario, & Miniſtro, quod non poteſt fieri ſine præuia Proregis diſpenſatione, quia partium conſenſus eis iuriſdictionem dare non poteſt, *d. cap. ſignificantibus, vbi Abb. num.* 1. *&* 7. *Imol. num.* 4. *&* 8. *& omnes ibi Scribentes*, ac
10 *Bald. nu.* 2. dicit, † quod recuſatio Iudicis adeò funditus eradicat iuriſdictionẽ, quod non remanent, nec reliquiæ, quæ poſſent prorogari, vel ad iuriſdictionem ſic eliſam redire, etiam de voluntate partium, *& eſt text. apertus in l. priuatorum conſenſus C. de iuriſdict. omn. iudic. vbi legitur: Priuatorum conſenſus Iudicẽ non facit eum, qui nulli præeſt iudicio, nec quod is ſtatuit rei iudicatæ, continet authoritatem*; & proindè dictum decretum factum, cum interuentu dicti Domini de Franchis à cauſa ob ſuſpitionem antea
11 remoti, eſt nullum, † quia facta per Iudicem recuſatum ſunt nulla, ex defectu poteſtatis, etiam citra appellationis remedium, ſecundum * cõmunem Scribentium opinionem, *per text. in cap. ſuſpitionis in princ. cap. paſtoralis, cap. præterea, & cap. Iudex de offic. delegat. in ſexto, & per Vant. in tract. nullit. ex defect. iuriſd. num.* 140.

Ex alio dictum decretum eſt nullum, quia ſupplicatio Iſabellæ, quæ grauabatur de præcedenti decreto poſſeſſionis obtentæ per ipſam Beatricem, fuit ſub die 21. Maij anni 1597. à quo die vſque ad 16. diem Februarij anni 1598: quando ſuſpenditur exequutio, decurrerunt vndecim menſes, & interfuerunt feriæ magnæ, & extiuæ, & aliæ; & qualibet elapſa, ſolent in cauſis fieri monitiones ad dicẽdum, & hic dum vlla vnquã facta fuerit monitio ad dicẽdum, & ad relationem audiendam, per quam deficientiam
12 monitionis † dictum decretum eſt ſimiliter nullum, *clement. ſæpè de verbor. ſignific. Afflict. deciſ.* 283. *num.* 7. *Capyc. deciſ.* 1. *num.* 35. *& vtrobique Addent. maximè Vrſill. ad Afflict. num.* 12. multa adducit, & proindè nullum declarari debet.

Quoad ſecundum, quod eſt de iuſtitia cauſæ principalis ipſius Beatricis, & de non iure dictæ Iſabellæ, dicitur ſimiliter verùm eſſe in facto quondam Lelium de Magiſtro Iudice, viuente Elionora de Magiſtro Iudice eius prima vxore petijſſe ſibi ſolui annuos ducatos centum, pro dotibus ſibi promiſſis, cum aſſiſtentia ſuper eodem iure Parſani, & alijs bonis, dato termino in cauſa, & facta electione Examinatoris dicta Elionora mortua, fuit datus curator hæreditati iacenti,
13 *iuxta deciſ. Capyc.* 87. Primò, † quia per creditorem ipſum petitus fuit curator ad litem. Secundò, nam vocati fuerunt proximiores, qui ab inteſtato ſuccedere poterant, & non reſpondentes, habiti fuerunt pro negantibus, vnde curator dari poterat, *vt notat Salycet. in l. cum hæreditas C. depoſit. & eſt text. in l. de ætate* §. *qui tacitè* ff. *de interrog. act. Dec. conſ.* 409. Tertiò, quia vocatus etiam fuit hæres teſtamentarius, qui hæreditatem recuſauit. Quartò, nàm confectio inuentarij, quia ſpectat ad curatorem cum adminiſtratione bonorum, & proindè datur curator ad lites, qui inuentarium non conficit ex adductis *per Balb. in deciſ.* 152. *& Cappell. Tholoſan. deciſ.* 246. Quintò, quia curator ad lites cauere non tenetur, *per text. in l.* 2. *ff. de curat. bon. dand. & per Put. deciſ.* 130. *num.* 2. *&* 3.

14 & 3. *lib.* 3. † Cum quo curatore ad lites dato fuit legitimè proceſſum, *iuxta text. in l.* 1. *ff. de curat. bon. dand. & in l. debitor meus in princip. ff. de negot. geſt.* In dicto termino Lelius ipſe, pro iuſtitia ſuæ intentionis adduxit capitula matrimonialia promiſſionis dotis ſibi factæ per Marinum, & Ioannem Antonium de Magiſtro Iudice, exactionem etiam capitalis per ipſam Elionoram, ipſumq; Lelium onera matrimonij ſubſtinuiſſe, & demum dominium, & poſſeſſionem bonorum, ſuper quibus petita fuerat aſſiſtentia, & ſignāter dicti Ruris Parſani, in ipſam Elionoram vſque ad eius mortem, & in eius hæreditate remanſorum, per multos teſtes, ſcripturas, & geminatas eiuſdem Iſabellæ declarationes, ex quibus Lelius obtinuit ſententiam, pro interuſurio pro-
15 miſſæ dotis, † ſibi debito, *iuxta text. in l. final. §. præterea C. de iur. dot.* & * communem obſeruantiam per *Capyc. deciſione* 83. *num.* 2. *vbi addit.* Quod intereſſe per aliud decretum Sacri Cōſilij fuit liquidatum in ducat. 2915. & dùm inſtaretur pro exequutione, dicta Iſabella, prætendendo ſententiam, & decreta ipſam non auditam non afficere, per tunc cauſæ Commiſſarium, cognito de non iure dictæ Iſabellæ, fuit prouiſum, quod oppoſitis per Iſabellam, non obſtantibus poſſeſſio ipſi Beatrici conſignetur, cujus decreti vigore poſſeſſionem dicti ruris Beatrix ipſa adepta fuit, à qua amoueri non debet, tanto plus ſtante notoria iniuſtitia dictæ Iſabellæ, ex infraſcriptis percipienda.

Primò, quia Marinus de Magiſtro Iudice Auus, & Ioannes Antonius Pater Iſabellæ ſub die 11. Ianuarij 1554. promiſerunt ſoluere Elionoræ, & Lelio coniugibus ducatos mille, & pro eis annuos ducatos centum, pro quibus Elionora obtinuit aſſiſtentiam ſuper bonis prædictorum, & ſignanter ſuper dicto Rure Parſani, vt ex ſententia anni 1557. & quando Iſabella poſteà de anno 1559. nuptui traditur, in ſuis capitulis matrimonialibus dicitur, quod fierent bonæ Fabio de Magiſtro Iudice eius Socero, omnes quantitates ſoluendæ pro debitis dicti quond. Ioannis Antonij Patris Iſabellæ, & in anno 1560. ipſa Iſabella, & Fabius de credito dotium Elionoræ, & alijs hinc indè prætenſis tranſigendo, inter alia dederunt, & ceſſerūt eidem Elionoræ dictum rus Parſani, cum obligatione de non contraueniendo, ſub pœna, & cum promiſſione generalis euictionis, conſtituto præcario, & iuramento, à quo anno 1560. Elionora corporalem cæpit poſſeſſionem dicti ruris, & poſſedit vſque ad eius mortem, & in eius hæreditate remanſit, vt ex actis, & dùm dictum rus poſſidetur per Beatricem, ex perſona quondam Lelij, Elionoræ creditoris Iſabella ipſa ad dictum rus per eam ceſſum, renunciatum, & ex cauſa tranſactionis
16 datum † regreſſum habere non poteſt, ſecundum *Alber. in l. iubemus C. ad velleian. colum final. verſ. ex prædictis D. de Franch. deciſ.* 477. *num.* 4. & etiam ſi eſſet fundum dotale ipſius Iſabellæ, prout
17 non eſt, adhuc venire non poſſet, † quia iuramentum mulieris ſuper alienatione fundi dotalis, & tanto fortius in fundo non dotali eſt ſeruandum, *cap. licet mulieres de iureiur. lib.* 6. *cap. cum contingat eodem titulo, Afflict. deciſ.* 336. *num.* 4. Et Iſabellæ prætenſio, quod de anno 1559. in ſuis capitulis matrimonialibus promiſit dictum rus, & pro eo obtinuit aſſecurationem ſuarum dotium non obſtat, nec eſt vera, tùm quia promiſſio in capitulis matrimonialibus de futuro nihil operatur, tùm etiam, quia ſua ſententia aſſecurationis eſt uper bonis contentis in eius inſtrumento dotali de anno 1562. in quo tale rus non adeſt, nec in decreto, & mādato de parendo ſuæ ſententiæ, nec adeſſe poterat, dùm antea de anno 1560. ceſſerat, & renunciauerat Elionoræ ex cauſa tranſactionis, & à dicto tempore in poſterum fuit ſemper dictum rus poſſeſſum per Elionoram, & in eius hæreditate remanſit, & deindè per Beatricem ex perſona Lelij, Elionoræ creditoris, vt dictum eſt.

Secundò, per dictam ceſſionem, & renunciationem eiuſdem ruris omni ſollēnitate

nitate

nitate vallatā, & iuratam; Iſabellæ quinque peremptoriæ obſtant exceptiones.

18 Prima eſt† exceptio ipſius tranſactionis, quæ eſt litis finitæ,& impedit litis ingreſſum,per iura, quæ ad id ſemper allegantur *in l fratres, & in l.cauſas cum ſimilibus C.de tranſact. facit l. terminato in fi-*
19 *ne C. de fruct. & lit. exp.* † nàm tranſactio licet ſit contractus innominatus, & in contractu innominato habeat locum pœnitentia, *l.ſi pecuniam,cum materia ff.de condit.ob cauſ.* Tamen fallit in tran-
20 ſactione, † quia facta tranſactione, omnes probationes teſtium, & inſtrumentorum căſſantur, *cap.1.de tranſact.* quem textū ad hoc propoſitum multum exaltat *Bald.in rubr.extra eodem titulo,Soccin.Iun.conſ.32.num.7.& ſeq. volum.3.*
21 adeò † quod ex tranſactione oritur exceptio litis finitæ,& litis ingreſſum impedit, *cap.1. de lit. conteſt. & tradit Aret. in §.æquè nu.9.verſ.tertio dicitur, inſtit. de except.nu.38.*

Secunda exceptio eſt ceſſionis, & renunciationis dicti ruris, per Iſabellam factæ in beneficiū Elionoræ,quibus ſtantibus Iſabella non debet in hoc iudicio audiri, per regulam vulgarem *in l. poſt mortem ff. de adopt. vbi gloſ. & Doctores*
22 notant, † quod non audiendus eſt cedens, vel renuncians contra factum proprium,& ita eſt *text. in l.cum profiteris, C.de reuoc.donat.in l.creditoribus C.de ſeru.pign.dat.manum. vbi plenè notatur, & in l.1. C. de remiſſ.pign. & in cap. veniens extra de fil. Presbyt. cap.cum ſuper de conceſſ.præbend.cap. diuerſ.de cler.coniug.& per Tiraquell.de retract.lignag.§. 1.gloſ.9.nu.38.*

Tertia exceptio, quæ eidem Iſabellæ obſtat eſt exceptio rei traditæ,quia Elionora dictum rus conſequuta fuit, vt di-
23 ctum eſt, † quæ exceptio ſimiliter impedit litis ingreſſum *toto titulo ff. de except.rei vend.& tradit l.vbi gloſ. & Doctores.*

Quarta exceptio eſt euictionis per eādem Iſabellam, Elionoræ promiſſæ, per
24 regulā, † quem de euictione tenet actio, eundem agētem excludit exceptio, *iuxta text.in l.vendicantem ff. de euict. vbi gloſ.& Doctores,* & Iſabella, quæ vigore dictæ tranſactionis, & euictionis promiſſæ,debet Elionoram ab alijs defendere, non poteſt ſuper eodem rure Elionoram, vel ab Elionora cauſam habentes mole-
25 ſtare,per regulam, † quod qui me tenetur ab alio defendere,non debet me impugnare, *l. frater à fratre §.porrò, vbi in gloſ.ſunt concordantes ff. de condit.indeb. Roman.conſ.251. nu.1.*

26 Quinta exceptio eſt periurij, † quæ impedit litis ingreſſum, *l.final.ibi pactiones ipſorum litigatorum,l.ait prætor, l.nā & poſtea ff. de iureiur. Afflict.deciſ.63. nu.1.deciſ.285.nu.1.& alibi, Grammat. deciſ.66.nu.1.qui alios adducunt.*

Circa notam in actis, in qua dicitur in cauſa non poſſe interuenire Cōſiliarium Carolum Fenicem, quia Paulus Fenix erat Aduocatus Iſabellæ prætenſę poſſeditricis dicti ruris reſpondetur, nihil eſſe verùm,& non obſtare.

Primò,quia dicta nota neſcitur,à quo ſit facta, & à quo præſentata fuit, & eſt erronea,& contra veritatem, dùm vigore dictæ ceſſionis, & tranſactionis factæ per Iſabellam, dicta maſſaria fuit poſſeſſa per Elionoram, vt ex captura poſſeſ-
27 ſionis ab anno 1560. fol. 187.† & poſſeſſio probatur inſtrumento miſſionis in poſſeſſionem,vt tenet *Abb.in cap.cum nobis col. 2. de præſcript. quem ſic intelligit Crauett.in tract.de antiquit.tempor. in part.1.num.315.ad finem, Zuccard.in l.final. C. de edict. Diui Adrian. tollend. Menoch.in remed.3. retinendæ poſſeſſionis num.575. Hippolyt.Riminald. conſil. 108.num.27.volum.1.* & vltra, quod à
28 die capturæ † poſſeſſionis prædictæ prę ſumitur continuaſſe, *vt per Dec.conſ.53. Afflict.deciſ.127.Alexand.conſ.33.lib.1. & alij per Caualcan. deciſ.23. num.84. par.2.* In claro reponitur etiam, quia de anno 1580.eā affictauit per annos quinque fol. 143. & paulò ante eius mortem maſſariam ipſam obligauit per poſt eius mortem fol.120. à tergo 121.& 123. à tergo, de qua poſſeſſione maſſariæ prædictæ in Elionoram vſque ad eius mortem,

Digitized by Google

tem, vltra quod patet ex depoſitione multorum teſtium fide dignorum, & ex alijs: nouiſſimè ipſa Iſabella fatetur, dùm pro ducatis quingentis ſibi prętenſis debitis per Elionoram, vigore eiuſdem trāſactionis, petit aſſiſtentiam ſuper eadem maſſaria, tamquàm in bonis Elionoræ, & in eius hæreditatę remanſa, ex quo dicta nota eſt erronea, & contra veritatem, & de ea nulla ratio haberi debet, *per textū in l. errores C. de error. aduoc. vbi legi-*
29 *tur:* † *Errores eorum, qui deſideria, ideſt preces ſcribunt veritati præiudicium afferre non poſſunt.*

Secundò, eadem Iſabella in eius ſupplicatione fol. 114. dicit, qualiter per mortem quōdam Elionoræ de Magiſtro Iudice, quæ in eius vita poſſidebat dictā maſſariam, & poſſeſſio ipſius debebat cōſignari, & continuari per ipſam ſupplicantem, vigore in ſolutum dationis quōdā Ioannis Antonij Magiſtri Iudicis, &c. per quę verba ore ipſius Iſabellę habentur tria. Primùm, poſſeſſionē ipſius maſſariæ fuiſſe in perſonam Elionoræ dùm vixit, ibi, quondam Elionoræ, quę in eius vita poſſidebat. Secundùm, poſſeſſionem ipſius non fuiſſe ipſi Iſabellæ conſignatam, vbi legitur: Debebat conſignari, & continuari per ipſam ſupplicantem, quæ verba cum ſint futuri temporis, clariſſimè patet Iſabellam poſt Elionoræ mortem maſſariam non poſſediſſe, dùm in ſupplicatione quando prætendit grauatam fuiſſe per poſſeſſionem conſignatam prædictæ Beatrici, prædicta dicit. Tertiùm, Iſabellam prætendere poſſeſſionem ruris, vigore in ſolutum dationis ſibi factæ per Ioannem Antonium Magiſtri Iudicis, vt ibidem dicit, & dùm ex cauſa anteriori, & etiam in eadem inſolutum datione contenta, poſteà ipſamet Iſabella dictum rus, cum iuramento, & cum promiſſione euictionis renunciauit Elionoræ, ideò ad illud regreſſum habere non poteſt, & contra eandem Iſabellam ſupradictæ peremptoriè obſtant exceptiones, ex quibus nec audiri debet, vt ſuperius fundatum eſt.

Tertiò, etiam quod Iſabella in ipſa maſſaria aliquod ius habuiſſet, prout nō habebat, & occupaſſet, prout non poſſedit, non poterat ipſius poſſeſſionem pro-
30 pria authoritate capere, † quia nemo ſibi ius dicere debet occupando res, *l. 1. in princ. ff. quorum legatorum, l. fin. C. vnde vi.*

Nec minus, quia hæreditas erat vacans, cum hæreditate iacente, hæreditas non dicatur vacans, per verba *text. in l. hæreditas ff. de acquir. rer. domin. dùm*
31 *ibi legitur:* † *Hæreditas enim non hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet, notat Bald. in l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. vbi plus delinquere,* ait, *occupantem poſſeſſionem per mortem vacantem, quàm qui vacantem per negligentiam occupat,* quia hæreditate iacente, merè, & omninò poſſeſſionem, vacare non dici-
32 tur: † nàm hæreditas cæptam vſucapionem complet, & fructus acquirit, *l. cum hæreditas C. depoſ. & ibi per gloſ. & Bald. refert, & ſequitur Dec. conſ.* 400. *num. 6. verſ. vlterius etiam, & conſ.* 424. *verſic. non obſtant in contrarium allegata, Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 131. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & ſi Iſabella aliquid ſuper dicta hæreditaria maſſaria
33 habere prætendebat, † erat dandus curator hæreditati iacenti, contra quem agere debebat, & exequi ſuum iudiciū, *iuxta doctrinam Bart. in l. ſi bona in fine C. de bon. auth. iud. poſſ. Bald. in l. cum debitori C. de iudic. cum ſimilibus, & tradit Alexand. in l. ſi conſtante §. ſi exhæredato in princ. ff. ſolut. matrimon. Dec. d. conſ.* 400. *Octau. Oſaſch. Pedemont. deciſ. 34. num. 19. verſ. nàm quod iſtis ſororibus, Hippolyt. Riminald. conſ. 91. nu. 24. lib. 1.* & cum contra hæreditatem iacentem, & contra eius curatorem Iſabella non
34 egiſſet, † ſi de facto poſſeſſio maſſariæ occupata fuiſſet, prout non fuit, nec poſſedit, debebat de facto per eam reſtitui, *iuxta text. in l. ſiquidem C. de præd. minor. per Gloſ. in l. minor verſ. fundum ff. de euict. ac notat Bald. in l. ſi pacto, quo pœnam C. de pact. cum ſimilib. Alexand. in conſ. 5. in cauſa, & lite lib. 2. Anchar. conſ. 294. videtur prima facie in princip. Cuman.*

Digitized by Google

*man.conſ.*246. *Simon.Roman.conſil.*158. *per quos firmat etiam Dec. d.conſ.*400.

Quartò, in fortiori caſu adducitur,
35 quod occupatio † rerum fideicommiſſo ſubiectarum facta per fideicommiſſariũ hæreditate iacente, non eſt licita, neque de iure permiſſa, ſed ad reſtitutionem tenetur, *vt per gloſ.Bart.Caſtrenſ.Alex. & omnes in l.non dubium C.de legib. Angel.in l.extat colum.*2. ff. *quod met. cauſ. Iaſ.in l. talis ſcriptura ff. de legat.*1. *Odofred.in l.*1. *C.quorum legat. Alberic.in l.* 1.*ff. eodem, & alij multi, quos congerit Hippolyt.Riminald.conſ.*91.*nu.*23. *vol.*1. Tãto fortius in caſu, de quo agitur, dùm ex prędictis notoriè patet Iſabellam nullum ius habere, nec habere poſſe in dicto rure ſtante eius ceſſione cum iuramen-
36 to, & promiſſione euictionis, † ex quo Iudex poſſeſſionem, ea non vocata, & ſine alia cauſæ cognitione poterat auferre per ſingulare dictum *Innocent.& Hoſtienſ.in cap.accepta de reſtitut.ſpoliator. Archidiacon.in cap. ordinarij de offic. ordin. lib.* 6. qui omnes ponunt hanc concluſionem, ſcilicèt, quod quotieſcumque patet, quod quis non habet ius in beneficio, ſiuè in re, vt in caſu noſtro, Iudex etiam eo non vocato poteſt poſſeſſionem auferre, & alia vocatio non eſt neceſſaria, *argum.de inſtit. cap.ex frequentibus de pact. cap. accepimus, & cap. cum per, Roman.conſ.*499.*num.*4. *& ſeq. vbi ad-*
37 *dit.liter.G*, dicit, † & ſic habemus, quod poſſeſſor iniuſtus poteſt etiam abſque citatione poſſeſſione priuari, prout etiam inquit *Dec.in l.ſi pacto, quo pœnam num.* 5.*C.de pact. in cap.cum ſit Romana num.* 32.*de appellat.Ferret.pulchrè conſ.*12.*tota controuerſia num.*11. maximè cum ſimus in prætenſa poſſeſſione, quæ eſt iniuſta, cum in dicta maſſaria pęnitus nullum ius habeat: immò in perſona Beatricis defendere debet. Ex prædictis ergo habemus duplicem concluſionem. Prima eſt, quod Iſabella poſſeſſionem dictę maſſariæ non habuit, & ſi habuiſſet, prout non habuit, eſſet iniuſta. Secunda, ab ea abſque citatione auferri poterat; maxime quod ipſa Iſabella fuit audita, & viſo de non ſuo iure, poſſeſſio Beatrici fuit data fol.108.

Quintò, iudicium Lelij fuit cæptum in vita Elionoræ debitricis, & cum ea proſequutum, non ſolum ad litis conteſtationem, quæ vitium litigioſi inducit, vt eſt notorium, ſed etiam vſque ad dationem termini, & electionem Examinatoris fol. 38. & ſeq. & poſt eius mortem legitimè proſequutum cum curatore hæreditati iacenti dato: ex quo Iſabella tertia contradictrix, etiam quod maſſariam poſſediſſet (prout numquàm poſſedit) exequutionem ſententiæ contra hęreditatem latæ, impedire non poterat,
38 nec poteſt, † ſed debebat fieri exequutio, prout exequuta fuit, etiam oppoſitis non obſtãtibus, vt dicto fol.108. à terg. *iuxt.cap.Regni conuentus, vbi legitur: Aut alius ſciens, aùt ignorans ipſo cõuento, rem vitio litigioſi, affectã acceperit, vel poſſeſſionẽ intrauerit, in perſona ipſius alienantis, transferentis, & conſentientis finiatur iudicium, & ſi per multas manus poſſeſſio ambulauerit, vt exequutio fiet contra poſſeſſorem, apud quem dicta res inuenietur manere*, vbi Doctores addentes expreſsè firmant, etiam non præſtita cautione, cuius capituli Regni vigore, etiã quod Iſabella dictam maſſariam poſsediſset, prout non poſsedit, vocari non debebat.

Sextò, Iſabella ipſa in datione curatoris ad litem prædictam hæreditati iacenti ante, & poſteà fuit pluries perſonali-
39 ter, & domi intimata: † & ex quo ſciuit iudicium ante ſententiam, ipſius exequutionem impedire non poteſt, *per text.in cap. quàmuis, cum ſua materia, de re iudic. l.ſæpè ff. eodem, & ita tenet Anton.de Butr. Panormit. & Felyn. in cap.veniens il ſecondo de teſtam. num.*10. *verſ.ſecundo, Alexand.in l.à Diuo pio §. ſi ſuper rebus* ff.*de re iudic.nu.*24.*dicit, ita per Doctores ibidem * communiter teneri, ac Imol.in l.ſententia in princ.ff.de appellat.* vndè dum hæres Elionoræ fuit citata, & paſsa fuit ſententiam, & vti tertia *per d. cap.conuentus*, & alijs prædictis citari, & audiri non debebat, meritò ſententia ipſa exequuta fuit, & firma remanet.

Vlti-

Digitized by Google

Vltimò, ſi ſententia in fauorem Lelij eſſet nulla, prout validiſſima eſt, quia exequuta, & ipſa Beatrix poſſidet, ſuper
40 ea moleſtari non debet, † quia poſſeſſio vigore ſententiæ etiam nullæ, non poteſt ab ea auocari, niſi ſoluta quantitate pecuniæ ſibi debitæ, vt ex multis per *Ioannem Vincent. de Ann. allegat. 22. num. 4.* & immiſſus in poſſeſſione vigore proceſſus nulli, *idem de Anna allegat. 80. Dec. conſ. 499. num. 21. Roland. à Valle conſ. 5. volum. 2.* maximè quod Iſabella prætendit poſſeſſionem, ſiuè poſſeſſorium, & ipſa nullum habet titulum in dicta maſſaria, cum illum, quem habuerat, per dictam tranſactionem, & ceſſionem ab ea abdicaſſet, & ſic contra eam obſtat no-
41 torius defectus tituli, † ex quo remediũ poſſeſſorium habere non poteſt, vt per *Imol. conſ. 16. & Aegid. Boſſ. in tit. de Principe nu. 330.* Igitur ex prædictis currenti calamo adductis patet, decretum latum, cum interuentu Pręſidis de Franchis, tanquàm ſuſpecti à cauſa remoti, eſſe nullum; Iſabellam de Magiſtro Iudice nullum ius habere in dicto rure, ipſiq́; periurij, euictionis, & alias peremptorias exceptiones obſtare; & in iudicio, nec audiendam eſſe, & proindè decretum ſuſpendens exequutionem ſententiæ in fauorem Lelij, & Beatricis declarari nullum, eiquè Iſabellæ dictas peremptorias periurij, & alias exceptiones obſtare, & in iudicio audiri non debere; & ita mihi videtur, ſaluo tamen iudicantium ſaniori iudicio.

*Die 29. Iunij 1611. facta relatione in Sacro Conſilio per Conſiliarium Marcum Antonium Morra, fuit prouiſum, & decretum. Nullitates obſtare, & reſtituatur depoſitum, & infra decem dies audiantur partes ſuper hinc inde prætenſis, & interim ſequeſtrentur fructus, & relaxentur pęnes quem, cum eius obligatione. Pęnes Amatrudam Actorum Magiſtrum, in proceſſu Lelij de Magiſtro Iudice, cum Elionora de Magiſtro Iudice.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Rei iudicatæ exceptio, vt obſtet tria copulatiuè requiruntur.*
2 *Inuentarij beneficio actiones non confunduntur, ſed hæredi hæreditas remanet debitrix, & nu. 3.*
4 *Inuentarium inducit conſeruationem iuris hæredis ex propria perſona.*
5 *Hæres per inuẽtarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*
6 *Rei iudicatæ exceptio obſtat quando petitur idem, quod iudicatum fuerat.*
7 *Rei iudicatæ exceptio obſtat, etiam ſi interpretatiuè idem iudicatur.*
8 *Dos eſt, quid vniuerſale ſicut patrimonium.*
9 *Exceptio rei iudicatæ, quando obſtet, cum nu. 10. 11. & 12.*
13 *Actio inofficioſæ donationis ad inſtar inofficioſi teſtamenti conſtituta eſt.*
14 *Actio dicendi donationem, vel teſtamentum nullum, durat quinquennio, & nu. 22. vbi non nocet ſcientia.*
15 *Hæreditas à die mortis decedentis infra ſex menſes, vel infra annum eſt adeunda.*
16 *Reſtitutio in integrum, quæ non competit prædeceſſori, nec ſucceſſori competere poteſt.*
17 *Reſtitutio in integrum poſt maiorem ætatem infra quatriennium petenda eſt.*
18 *Maior læſus reſtituitur, ſed non poſt lapſum quatriennij.*
19 *Eccleſia ſemper eſt minor.*
20 *Eccleſiæ elapſo quatriennio non datur reſtitutio.*
21 *Ignorantia in facto proprio non præſumitur, & nu. 22.*
23 *Odioſæ leges non ſunt ampliandæ.*
24 *Donatio omnium bonorum propter deficientem teſtandi facultatem, & votum captandę mortis, eſt nulla.*
25 *Donatio cum reſeruatione vſusfructus, vel alijs pro facultate teſtandi eſt valida.*
26 *Donationes contemplatione matrimonij, cum ipſo matrimonio confunduntur.*
27 *Matrimonia dùm contrahũtur, filijs naſcituris ex eo prouidetur, & omnes pa-*



Digitized by Google

*ctiones pro lege ſeruandæ ſunt.*

28 *Vidua, & vnuſquiſque in re ſua eſt moderator, & arbiter.*

29 *Mater dotem ſuam totam alienare poteſt, & filij non reuocant.*

30 *Mulier per conſuetudinem diſponere prohibita, intelligitur in vltima voluntate, non inter viuos.*

Pro Domino Franciſco Antonio, Decio, & alijs de Reccho, contra Dominum Scipionem, & fratres de Maiorano.

*Donatio facta filijs naſcituris, quando ſit inofficioſa, & quæ concurrere debent, vt obſtet exceptio rei iudicatæ.*

## CONSILIVM XXIX.

MArgaritę de Reccho matri Lucretiæ Carrafæ, cũ deberetur legitima ab anno 1545. ſuper bonis quondam Fatiæ Malhomo eius matris, & ſucceſſiuè Dominis de Maiorana deſcendentibus ex dicta Margarita, reuocatum fuit in dubium, nùm dicta legitima deberetur, etiam ex bonis donatis per dictam Fatiam in beneficium aliorum filiorum de Reccho, & cum per Sac. Conſ. ſuper hæreditarijs tãtum deberi, pronunciatum eſſet, fuit nouiter petitum donationes ipſas declarari nullas, vnde vt appareat de donationum validitate, & quod actoribus obſtet exceptio rei iudicatæ prædicta adduximus.

1 Primò, verum eſt, † quod rei iudicatæ exceptio, vt obſtet, tria copulatiuè concurrere debent, rei, perſonæ, & actionis idemtitas, *l. cum quæritur, & ſeq.* ff. *de except. rei iud.* & quod in caſu noſtro omnia interuenerint, non eſt dubium, nàm dicti de Maiorana petierunt eis deberi legitimam in bonis dotalibus dictę quõdam Fatiæ Malhomo, ex perſona quondam Margaritæ Reccho eorum Auiæ, & dictæ Fatiæ filiæ, non obſtantibus donationibus filijs maſculis per eandem Fatiam factis, easq; nullas declarari fol. 77. & cum ex parte illorum de Reccho fuerint pręſentatę donationes ipſę fol. 138. & ſeq. & dictum eas validiſſimas, vt infra, & ipſi de Reccho erant dictæ Fatiæ hæredes, cum beneficio legis, & inuentarij, quod produxerunt fol. 167. † per

2 quod beneficium inuẽtarij actiones, non confunduntur, per verba *text. in l. final.* C. *de iure deliber. in* §. *in computatione, vbi legitur: Si verò, & ipſe habet contra defunctum actiones, non eæ confunduntur, ſed ſimilem, cum alijs creditoribus per omnia habet fortunam, temporum tamen prærogatiua inter ipſos creditores ſeruata, vbi Doctores, & ſignanter Bald. poſt*

3 *num. 3. verſ. nulla eſt hic,* † dicit ex inuẽtarij beneficio, adduci ſeparationẽ, & hęreditatẽ remanere debitricem hæredi, &

4 duo ſpetialiter adducit. † Primùm, conſeruationẽ iuris hæredis ex propria perſona per dicta verba, *d.* § *in computatione, vbi etiam Dec. & * communiter Doctores*

5 *in l. debitori C. de pact.* Secũdùm, † quod hæres non teneatur vltra vires hæreditarias, vt per *Octau. Oſaſch. Pedemontan. deciſ.* 181. *num.* 13. hoc videns Sacrum Conſilium noluit dare legitimam in bonis dotalibus, quia donauerat, vt ſupra; & quia Fatia habebat bona reſeruata in donationibus ipſis, & alia, de quibus poterat teſtari, quæ remanſerant in eius hæreditate poſt eius mortem, & ideò habuit donationes pro validis, ſed legitimam deberi in bonis hæreditarijs poſt mortem remanſis, & ita iudicauit, ſalua diſcuſſione inuentarij, vt ex ſententia fol. 169. hodiè dùm petitur dictas do-

6 nationes inualidas declarari, † eſt idem, quod prius petitum fuerat, & in dicta ſententia diſcuſſum, & iudicatum inter eaſdem perſonas, ex quo exceptio rei iudicatæ oppoſita obſtat, *l. & an eadem ff. de except. rei iudic. & firmat Conſiliarius Fabius de Anna in conſ.* 17. *num.* 1.

7 Immò ſi prædicta † interpretratiuè tantum interueniſſent, adhuc ipſa exceptio obſtat, *Gloſ. in d. l. & an eadem in verſic. concur-*

Digitized by Google

*concurrunt in l. 1. C. quando ciuil. act. crimin. præiud.* & rectè fuit ita iudicatum dicit, *idem Conſiliar. de Anna conſ.* 53. *nu.* 27. & 28.

Nec dicatur dictas donationes ex capite omiſſo annullari, quia non aliter, hoc caput fuit omiſſum. Immò principaliter diſcuſſum, dùm petebatur legitima in bonis dotalibus quondam Fatiæ, quæ bona dotalia illa erant, de quibus in vita ipſa Fatia diſpoſuerat, habendo donationes ipſas pro validis, Sacrum Conſilium dixit legitimam deberi in bonis hæreditarijs, ſalua diſcuſſione inuentarij, in quo ſunt bona remanſa in eius morte, de quibus in vita non diſpoſuerat, nec donauerat, & talem ſententiam non protuliſſet, ſi donationes ipſę pro validis habitæ non fuiſſent, maximè quod actores legitimam non petierant in bonis hæreditarijs, ſed in bonis dotalibus dicto folio 77.

Secundò, dixi Maioranos petijſſe legitimam in bonis dotalibus dictæ quondam Fatiæ, & capiendo talem petitio-
8 nem, † prout dos continet, quid vniuerſale vti patrimonium, hæreditas, & peculium, *iuxta l. quod dicitur ff. de ſumpt. in reb. dot. Bart. in rubr.* ff. *ſolut. matrim. infra num.* 17. quam opinionem *Bart.* dicit eſſe communem *Soccin. in conſ.* 80. *nu.* 4. *lib.* 2.

Ex quo ſi dotes comprehenduntur in hæreditate, dum obtinuerunt legitimam
9 in bonis hæreditarijs, † tanquàm petentibus totum, & obtinentibus partem, ipſa allegata exceptio obſtat, *l. ſi quis cum totum ff. de except. rei iudic.* aùt capimus
10 dictam petitionem † pro aliquo particulari contento in hæreditate, magis vniuerſali, & ſimiliter exceptio ipſa obſtat, per eandem *l. ſi quis cum totum* §. *genera-*
11 *liter, vbi legitur:* † *Et ideò ſi hæreditate petita ſingulas res petat, vel ſingulis rebus petitis hæreditatem petat, exceptione ſubmouebitur: eſt etiam text. ad idem in l. ſi cum teſtamento* §. *ſi petiero gregem eodem titulo ibi, ſi ſpetiale corpus ex grege petam, ſi tunc fuerit in eo grege, puto obſtaturam exceptionem*, tanto magis, quia particulariter ſuper dotibus fuit pe-
12 tita legitima dicto fol. 77. † & in particulariter petitis rei iudicatæ, obſtat exceptio, *l. ſi mater* §. *eandem* ff. *de except. rei iudic. Conſil. idem Fab. de Anna conſ.* 19. *num.* 3.

Tertiò, etiam ſi allegata exceptio non obſtaret, vt clarè obſtat, adhuc à prætēſa ex aduerſo inofficioſa donatione ipſi de Reccho, ſi abſoluti nō fuiſſent, (vt ſunt)
13 liberari debent: † nàm actio dicendi donationes inofficioſas, iuxta formam de inofficioſo teſtamēto cōſtituta eſt, verba ſunt, *text. in l.* 1. C. *de inoffic. donat. & in l. final. eodem titulo dicitur: Vt ſit in hoc actiones vtriuſque, vel vna cauſa, vel ſimilis exiſtimanda, vel idem, & temporibus, & moribus. & in l. ſi quis filium circa finem C. de inofficioſ. teſtament. legitur: Niſi pater adhuc fuerit ſuperſtes, vel re-*
14 *pudiauit querelam*, † *vel quinquennio tacuit*, ſcilicèt poſt aditam hæreditatem,
15 quæ intra ſex menſes, † vel infra annum à die mortis teſtatoris eſt adeunda, vt dicit *text. in l. ſcimus* §. *penult. & final. eodem, gloſ. in d. l. ſi quis filium in verbo quinquennio, vbi Bart. & Doctores omnes*, & cum à die mortis Fatiæ Malhomo vſque ad petitionem, quod declarentur inofficioſæ ipſæ donationes, per ipſos de Maiorano ſint elapſi, nè dum anni quinque, ſed triginta, vt ex inuentario fol. 160. & ex ſupplicatione fol. 77. vnde cum tacuiſſent Lucretia Carrafa mater præſentium de Maiorano, & Margarita Reccho Fatiæ filia eorum auia, ſequitur quod ſumus in verbis *d. l. ſcimus ibi, vel quinquennio tacuit*, & ideò dicti de Maiorano pnepotes Fatiæ donationes inofficioſas dicere non poſſunt.

Quartò, ad idem ex abundanti dicitur, quod nec per viam reſtitutionis in integrum venire poſſunt, quia ex quo nō competebat eorum prædeceſſori, ſtante
16 lapſu quinquennij, † ergo nec ipſis competere poteſt, *l. traditio* ff. *de acquir. rer. domin. l. filius C. de donat. cum ſimilibus.*
17 Et poſito, † quod reſtitutio competijſſet dùm minores erant, dùm infra quatriennium poſt eorum maiorem ætatem



Digitized by Google

non petierunt, eis amplius non competit, *l.final. C.de temp.in integr.reſtit.notat Soccin.conſ.153.num.3. lib.2. Rimi-*
18 *nald.Iun.conſ.72.num.75. lib.1.* † & licet factus maior reſtituatur, ſi eſt læſus, tamen ſi eſt læſus infra quatriennij tempus conceſſum, ad petendam reſtitutionem in integrum, non reſtituitur, *ita Bald.per illum textum in l.doli mali in verſ.diuerſa ff.de nouat.& ibi Ludou.Bologn.in addit.*& intantum hoc eſt verum,
19 quod Eccleſiæ, † quæ ſemper eſt minor, *clement.1. de in integr.reſtit.* elapſo
20 quatriennio, † non datur reſtitutio, quia perſonæ minori, mulieri, & Eccleſiæ, ergo prædicti nullo modo per viam reſtitutionis in integrum debent audiri, ſtante maximè lapſu quatriennij, & quod dicitur, reſtitutionem attendi in facto alie-
21 no, ſecus in facto proprio, † in quo non præſumitur ignorantia, *Dec. conſil. 430. num. 9.* non obſtat, quia in caſu noſtro
22 non eſt tractandum † de ignorantia, vel ſcientia, ſiuè interpellatione, quia per *d. l. ſi quis filium,* in fine determinatur, quinquennium currere à die aditæ hæreditatis, vt per *d.l.ſcimus* §.*vltimo in fine*, detegitur aditionem fieri infra annum á die mortis teſtatoris, ſiuè donantis, vt prædiximus, quæ leges loquuntur ſimpliciter abſque ſcientia, vel ignorantia, & cum tractent de tẽpore dictæ querelæ contra perſonam defuncti, vel eius
23 hæredes, † & ſic in odioſis, non ſunt ampliandę vulgatis iuribus, & proindè Maiorani in dicta eorum petitione, nec audiri debent.

Quintò, dùm Maiorani prætẽdunt donationes per Fatiam filijs maſculis factas eſſe omnium bonorum præſentium,
24 & futurorum, † & propter teſtandi facultatem deficientem annullari, & inofficioſas declarari per *l. ſtipulatio hoc modo concepta* ff.*de verbor obligat. vbi Doctores*, aduertendum eſt primam ipſarum donationum eſſe inter viuos, & ex nunc pro tunc, ſequuta morte, atque factam nepotibus ex primogenito filio de medietate ſuarum dotium, & bonorum reſeruatis ſuppellectilibus, & bonis mobilibus domus, de quibus valeret ad libitum diſponere, & reſeruata facultate teſtandi in eo, quod de dicta medietate, vigore conſuetudinis diſponere poterat fol. 138. à tergo, & ſic de prædicta non eſt exhitandum, quin non ſit valida, quia ei remanet facultas teſtandi, etiam in alia medietate, & in alijs prædictis reſeruationibus. Altera verò donatio eodem modo fit filijs naſcituris Ioannis Baptiſtæ Recchi alterius filij contemplatione matrimonij, & ſimiliter de medietate ſuorum bonorum, cum ſimilibus reſeruationibus, intantum quod eidem Fatiæ remanſit medietas medietatis ſuorum bonorum, cum alijs prædictis, & in omnibus reſeruatur vſusfructus eius vita du-
25 rante, † & ſtantibus tot bonis reſeruatis, etiam ſi donationes ipſę omnium bonorum eſſent, prout non ſunt, adhuc validæ eſſent, *Bart.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta num.6.vbi Iaſ.num.16.*dicit, quod ſequuntur Scribentes, & eſt * communis opinio, *Boer. deciſ. 355. num.3.* de qua * communi ſimiliter teſtatur *Anton.Gabr. in ſuis commun.opin. lib.3.tit. de pact.nu.1.*

Sextò, dixi primam donationem validam, quia de medietate bonorum, & ex alijs prædictis, item ſecundam donationem vltra prædicta, validam eſſe, quia facta fuit contemplatione matrimonij,
26 & vxor alias non contraxiſſet, † cum ſimiles donationes confundantur, cum ipſo contractu matrimonij, & ſic irreuocabiles ſunt, *Præſid.de Franch.deciſ.*205. *ex deciſ.Guid.Papæ* 145.*fuit etiam verſ.*
27 *his non obſtãtibus*, † & matrimonia dum contrahuntur, filiis naſcituris, ex eo prouidetur, & donationes ipſas pro lege ſeruandas eſſe, deciſum teſtatur *Regens de Ponte conſ.*19.*nu.*20.

Vltimò, ſumus in donationibus factis
28 per viduam, † quæ in vita diſponere poteſt, cum vnuſquiſque in re ſua ſit moderator, & arbiter, *l.in re mandata C. mandat.*& iniquum eſt ingenuis hominibus, non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, *ff.ſi à patre quis fuer.emancip.l. non vſque adeò, & ex alijs firmat Napod.*

in conſuetud.& ſi teſtator in verſ.diſponere num,6.ibi,ergo exiſtens vidua, & nu.
29 11. ibi: † Item mater poteſt dotem ſuam totam alienare. Quinimmo & filij non reuocant,C.de donat.cauſ.mort.l.2.primo reſponſo,& latè per Regentem de Ponte conſ.9.num.16.& conſ.35.per totum, & num. 24. In donatione loquens dicit, quod millies decidit Sacrum Conſilium,
30 cum conſuetudines † prohibentes, mulieres diſponere loquantur in vltima voluntate, & ita ibi concludit idem Regens de Ponte, & tanto magis, quia dictæ donationes non fuerunt factæ ſine cauſa, ſed nepotibus,& contemplatione matrimonij,nec in fraudem, & prædicta Margarita iàm per patrem maritata fuerat, cũ equite nobiliſſimo,atque dote conuenienti, quibus attentis pro donationum validitate Sacrum Conſilium noluit dare legitimam in bonis dotalibus quondam Fatię,vt ex aduerſo petitum fuerat, ſed in bonis poſt donationem remanſis eidem Fatiæ, ſalua diſcuſſione inuentarij,vt ex dicta ſententia, in qua diſcuſſione veniunt deducendæ donationes ipſæ, & omne æs alienum,& ſic per Sacrum Conſilium iudicandum eſt ipſis de Maiorano obſtitiſſe, & obſtare oppoſitam rei iudicatæ exceptionem,maximè quod ijdem Maiorani ipſi ſententiæ acquieuerunt,nec infra biennium,nec poſteà de ea reclamarunt,& cum fecerit tranſitum in rem iudicatam, tanto magis ipſi ſententiæ ſtandum eſt,& ita ex prædictis iudicandum puto.

*De hac cauſa ipſi de Maiorano valde dubitantes,nè ſuccumberent, cum eſſet negotium inter affines, ſe concordarunt, vt Recchi voluerunt non obſtante ſententia in ipſorum de Maiorano fauorem pro legitima, ſalua diſcuſſione inuentarij.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Stylus faciendi depoſita pro nullitatibus ſententiarum,& decretorum Sacri Cõſilij inoleuit à Regia Pragmatica.*
2 *Pragmatica faciendi depoſita pro nullitatibus non extenditur ad decreta aliorum Iudicum.*
3 *Verba legis, vbi deficiunt, & ipſius legis diſpoſitio deficit.*
4 *Statuta, quia ſunt ſtricti iuris, interpretationem non recipiunt, & nu.5.*
6 *Pragmatica eſt iuris communis correptoria.*
7 *Nullitas quoties fit,toties proponi poteſt.*
8 *Nullum ipſo iure nullo tempore præſcribitur.*
9 *Nulla ab initio tractu temporis non conualeſcunt.*
10 *Ius dicendi de nullitate 30.annis præſcribitur.*
11 *Diſpoſitio de aliquo actu loquens,intelligitur de valido.*
12 *Principale ſi non tenet, nec eius acceſſorium.*
13 *Sententia, & decretum Iudicis, & arbitri,qualiter inter ſe differant.*
14 *Tutor creditor adminiſtrans, quando amittat creditum, quod tacuit.*
15 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*
16 *Tutor,curator, & quilibet adminiſtrator rationem reddere tenetur cum librorum exhibitione, & reliquorum reſtitutione.*
17 *Computa integra non exhibens dicitur in dolo, & contra talem iuratur in litem.*
18 *Tutor pupilli creditor ſibimet ſoluere debet.*
19 *Tutor non conficiens inuentarium, & librum ſuæ adminiſtrationis preſumitur in dolo,& culpa, & nu.21.*
20 *Tutor debet ſibi ipſi ſoluere, & tali caſu ipſo iure fit compenſatio.*
22 *Tutor creditor ſibi ſoluere non poteſt, donec rationem tutelæ non reddat, etiam de dote.*
23 *Debitum retinetur quouſque is,cui debetur adimpleat ea, ad quæ debitori ſuo tenetur.*
24 *Tutor ante calculum tenetur reſtituere omnia in inuentario deſcripta.*
25 *Verba non ſufficiunt,vbi facto opus eſt.*
26 *Exequutio debiti defuncti contra hæredem non fit, niſi ipſo ſaltim ſummariè audito.*



Digitized by Google

27 *Exequutio ſententiæ poſt longum tempus non fit, niſi citata, & audita parte, & num. 29.*

28 *Tẽpus antiquum eſt decennium, & etiam biennium.*

30 *Obligatio penes acta, quæ paratam habet exequutionem, ſi lapſum ſit decẽnium, non exequitur, niſi citata, & audita parte.*

31 *Satisfactionis exceptio eſt defenſio, quæ exequutionem impedit.*

Pro V. I. D. Franciſco Villano, contra V. I. D. Camillum Villanum.

## *ARGVMENTVM.*

*De depoſito nullitatum non faciendo pro laudo, & credito antiquo tutoris non exigendo, & ſatisfaciendo, donec computa ſuæ adminiſtratæ tutelæ non reddiderit, cum reliquorum reſtitutione.*

## CONSILIVM XXX.

Et ſi meæ conſuetudinis non ſit contra Doctores Aduocatos interuenire, tamen cũ in defendendo Doctorem Franciſcum Villanum, contra Doctorem Camillum Villanum eius patruum conquaſſentur priuilegia, ideò pro reuocatione decreti domi lati circa depoſitum nullitatum, prætenſi laudi, & ipſius exequutionem de tribus eſt exhibendum.

Primò, an Franciſcus ipſe teneatur facere depoſitum pro nullitatibus laudi propoſitis.

Secundò, laudum ipſum non poſſe, nec exequi debere.

Tertiò, quod terminus datus ſuper cõputorum redditione adminiſtratæ tutelæ per dictum Doctorem Camillum, currere debeat, & quàm citius ad reliquorum reſtitutionem adſtringi, & vt ordinatè procedam.

1 Quoad primum dico, † quod ſtylus Sacri Conſilij faciendi depoſita pro nullitatibus ſententiarum, & decretorum ipſius, inoleuit ex *Regia Pragmatica* inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. quæ eſt quinta in ordine *in tit. de offic. Sac. Conſ.* ex cuius verbis habetur depoſita fieri debere de nullitatibus ſententiarum, &
2 decretorum ipſius Sacri Conſilij, † & ſic incluſio ipſarum eſt excluſio pro nullitatibus ſententiarum, & decretorum aliorum Iudicum, & Arbitrorum, extra ipſum Sacrum Conſilium, *per text. in l. ſi verò* §. *de viro ff. ſolut. matrimon. l. ſi ſeruum* §. *non dixit prætor* ff. *de iudic. notat Dec. conſ. 587. num. 2. in fine*, & dùm ex verbis ipſius Pragmaticæ habetur, caſum noſtrum in ea comprehenſum non eſſe,
3 vbi enim verba legis deficiunt, † & ipſius diſpoſitio deficit, *iuxta text. in l. 4.* §. *toties, & ibi Bart. & alij* ff. *de damn. infect. l. ita autem in principio, vbi etiam Bart.* ff. *de adminiſtr. tutor. cum alijs latiſſimè more ſolito adductis per Tiraquell. in l. ſi vnquàm* C. *de reuoc. donat. verſ. libertæ num.* 2. quæ Pragmatica vltra ſua
4 verba non extenditur, † quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, vt notat *Bart. in l. conſtitutionibus* ff. *ad municip. & in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure, in verſic. quarto quæro, Bald. in l. ſed & milites ff. de excuſatione tutorum in principio in 1. notab. Dec. dicto conſ. 587. num. 3.* Nec recipit interpretrationem, ſed intelligenda eſt Pragmatica ipſa, vt iacet, verbiſq; ſuis, vti verbis ſtatuti intuendum eſt, vt per *Bald. in l. maximum vitium num.* 14. C. *de liber. præter. & in l. ita nobis num. 2.* C. *ad l. Iul. de adult. Neuizzan. conſ. 95. num. 18. Roland. à Valle conſ. 72. ſtatuto num. 62. lib. 1. Octau. Oſaſc. deciſ. Pedem. 4. num. 10. Cotta, qui alios adducit in verbo ſtatutum derogans iuri communi, & de magis* communi opinione teſtatur Menoch. conſ. 88. cum in nouis num. 30. Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ. 60. nu. 31.*

Inſuper ſumus in pragmatica, & ſic
5 in ſtatuto, † quod ſtrictè interpretratur, & de perſona ad perſonam non extenditur.

Digitized by Google

tur, firmat *Dec.d.conſ.*587. *& conſ.*555. nec de caſu ad caſum, quia valet argumentum, ſicut de perſona, *Bart.in l.quod plures ff.de vulgar. & pupill.ſubſtit.argument.l.vinum ff ſi cert petat. Dec.in l.ſi ſcripturam num.* 13. *de fide inſtrument. & in cap.paſtoralis* §.*quoniam de reſcrip. num.* 10.

Nec caſus noſter ex idemtitate, vel maioritate rationis comprehenſus cenſetur, quia dùm de iure communi pro nullitatibus, ad quid depoſitandum nemo
6 arctatur, † pragmatica ipſa eſt iuris communis correctoria, vt probari videtur per *Loffred.in ſuo conſ.*34.*nu.*6. & non poteſt extendi, etiam ſi eadem ratio in eadem pragmatica, & lege ſcripta ſit, *vt in l.falcid.& probat text.inſtit.de leg.falcid.in princ.iuncto textu* §.*ſed quia hæredes ſcripti inſtit. de fideicommiſſ.hæred.* & dùm ſumus in correctorijs pragmatica, ipſa non extenditur, *vt in l.in ſingulari, l.quod verò, l.in his* ff.*de legib.*

Nec obſtare videtur decretum Sacri Conſilij de anno 1595. latum, contra quondam Thomam Villanum fol.33.per quod fuit dictum, quod nullitatibus oppoſitis non obſtantibus laudum exequatur, quia non dicitur de nullitate decreti Sacri Conſilij, ſed ipſum laudum eſſe nullum per alias nullitates, tunc non propoſitas, & poſſunt nunc aliæ proponi,
7 quia nullitas quoties fit, toties proponi poteſt, ex quo oritur cum ipſo actu, & ſic de ſingulo actu, *vt per Vant.in tract.de nullitat.in tit. quoties, & intra quod tempus, &c. num.*1.*fol.*62. *in paruis:* nec eſt elapſum tempus de nullitate dicendi, cũ ſint elapſi anni ſexdecim tantum, & *Vãt. dicto in loco num.* 8. dicit ſi eſſemus in
8 actu, † qui prætenditur ipſo iure nullus, remedium iſtud nullitatis, abſque vlla
9 temporis præfinitione competeret, † ex quo ea, quæ ab initio ſunt nulla, tractu temporis non conualeſcunt, *l.quæ ab initio ff.de regul.iur.cap.non firmatur extra*
10 *eodem titulo, cap.auditis de elect.* † Si verò nullitas eſt deducenda in iudicio, pro cuius remedio officium Iudicis nobile competit, tunc talis facultas durabit, quantum actiones perſonales durant, ſcilicet triginta annis, *gloſ. in l.querelam C.de falſ.inſtit.de temp.& perpet.act.in princ.l. omnes, l.ſicuti* C. *de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum*, & ſic remedium nullitatum intra triginta annos proponi poteſt, & debet, vt ex prædictis, & alijs comprobat *Vant.ibidem.*

Amplius dico, quod dictum decretum
11 Sacri Conſilij, † dùm loquitur de dicto laudo eius diſpoſitio effectum haberet, ſi laudum eſſet validum, & ritè factum, tradit *Bald.in l.final.*§.*in computatione in fine* C.*de iure deliber. Iaſ.in l.*4.§.*condemnatum in* 1.*notab.de re iudic. Alex. conſ.*77.*num.*15.*lib.*3.*Dec.conſ.*360 *nu.* 2.*cum alijs per Felyn. in cap.ex tenore in verſ. regula de reſcript. idem tetigit, vbi ſupra num.*45.*Roland.à Valle conſ.* 73. *num.*32.*lib.*2.& ſi dictum laudum, quod
12 eſt principale non tenet, † nec dictum decretum eius acceſſorium tenere debet, & effectum vllum habere poteſt, *ad text. in l. non dubium* C. *de legib. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & l.Titia ff.de verbor. obligat.text.& gloſ.cap.*2.*de præcar.gloſ. cap.ſignificantibus in fine de offic.delegat. Cyn.in l.*1.*cap.ſi quis in fraud.patr. & per addit.in conſ.Alexand.*32.*num.* 1.*lib.*2. & eo magis dictum decretum Sacri Cõ-
13 ſilij non obſtat, † quia ſententia, ſiue decretum Iudicis, & Arbitri inter ſe differunt, *D.Præſ.de Franch.deciſ.*73.*nu.*4. Concluditur ergo, quod Doctor ipſe Franciſcus pro nullitatibus prætenſi laudi depoſitum facere non tenetur, ſed dãdus eſt ei terminus ad nouas nullitates proponendas.

Quoad ſecundum, quod prætenſum laudum exequi non poſſit vltra nullitates ſuo loco, & tempore proponendas, & diſcutiendas, dicitur.

Primò, quia ipſemet Camillus ſe declarari fecit tutorem dicti Doctoris Frãciſci, & inuentarium confecit, in quo poſuit credita, & debita hæreditaria, & poſuit ſibi deberi eius creditum, quod apparebat ex actis Sacri Conſilij in banca
14 de Felice fol. 66. & 71. † & de credito prætẽſi laudi verbum nullum, & ſic dùm

tute-

tutelam adminiſtrauit, non ſolum ſibi præiudicauit, ſed ſuum amiſit creditum prætenſum, *iuxta text. in auth. minoris debitor C. qui tutor. dar. poſſ. vbi legitur: Hoc autem ab initio, vel probet, vel iuret, ſe credere minorem obligatum, vel rem eius habere: nàm ſi taceat actionis ſubſtinebit iacturam, ibiq; gloſ.*

Nec obſtat ratio, quæ adduci poſſet dictum textum locum non habere in tutore teſtamentario, propter fidem à teſtatore habitam, quia dicta ratio forſan procederet, quando tutor ſolus relinquitur, vel plures relicti inſimul adminiſtrant, ſed cum dictus Doctor Camillus fuiſſet relictus cum pluribus alijs contutoribus, non videtur totalis fides ei adhibita, & ſic talis ratio ei prodeſſe non debet, maximè quia abſque contutoribus ſolus adminiſtrauit, & ſic fuit in do-
15 lo, † & cum lex ipſa generaliter loquatur, generaliter intelligenda eſt, in omni tutore eius creditum tacente, *text. eſt in l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſt.* cum clauſula generalis à nulla regatur cauſa, & verba generaliter prolata, generaliter operentur, *Alex. conſ. 11. viſo, ac vt oportet, &c. & per Afflict. in deciſ. 319. num. 3.*

16 Secundò, verum eſt, † quod tutor, curator, & quilibet adminiſtrator, & eius hæres tenetur reddere rationem minori, aùt eius hæredi, petenti, & debet exhibere inuentarium, & librum rationum, & oẽs actus ſuæ adminiſtrationis oſtendere, inſtrumenta, res, ac nomina debitorũ, & reliqua omnia adulto, ſeù minori, eorumq; hæredibus reſtituere, alias non dicitur reddita ratio, & cum Doctor Ca-
17 millus † non integra computa produxiſſet; immò valdè diminuta de certis annis tantum, & prędicta alia non exhibuit dicitur in dolo, *Soccin. conſ. 24. viſis colum. 11. verſ. & ideò lib. 1. Iacob. Machel. Patroc. conſ. 18. num. 7. Roland. à Valle conſil. 49. lib. 1. Plot. in l. ſi quando num. 194. verſ. item iurari num. 233. verſ. tutor, aùt curator, & num. 246. & ſeq. C. vnde*
18 *vi*, vbi dicit, † quod contra talem adminiſtratorem poteſt in litem iurari, & fuit petitum fol. 61. *per text. in l. alio iure C. de in litem iurando, vbi etiam Addit. Iaſ. conſ. 100. colum. 4. conſ. 219. libr. 2. Ruyn. conſ. 135. lib. 1. vbi latè Comenſ. conſil. 63. quamquàm lib. 4. Dec. conſil. 110. num. 7. & ſequ. Crauett. conſ. 231. nu. 14. & 15.*

Tertiò, adducitur, quod tutor pupilli creditor, quod ſibi debetur ſoluere poteſt, & debet, *iuxt. text. in l. quoties §. ſicut ff. de adminiſtr. tutor. vbi legitur: Sicut autem ſoluere tutor, quod debet, ita exigere, quod ſibi debetur poteſt, ſi creditor fuit patris pupilli*, & paulò infra dicit: *Potuit, & debuit*, quod implicat neceſſitatem, quia idem eſt eſſe, & eſſe debere, *Bart. in l. penult. §. ſi quis ita ff. ad trebellian. Dec. in l. qui cum alio ff. de regul. iur. eſt etiam text. in l. fiſtulas §. fundum ff. de contrahend. empt. & vtrobique Gloſ. & Doctores, per quæ iura firmat Ioan. Corraſ. in l. frater à fratre num. 69. ff. de condit. indebit. num. 5. Imol. in l. ſi damnum §. peculium verſ. nam, vt eleganter ff. de pecul.* hanc veram eſſe Doctorum cõcluſionem, & ſignanter ex dicto textu, ibidem notat *Angel.* quod ſi adminiſtrator eſt creditor illius, cuius bona adminiſtrauit, præſumitur ſuum exigiſſe creditum; & tanto fortius, quia Doctor Ca-
19 millus † non fecit inuẽtarium, & librum rationum adminiſtrationis, & ſic reſultat violenta præſumptio, contra eum, quod habuit malum animum, ſcilicet fraudandi, vt notatur *in l. tutor, qui repertorium in principio ff. de adminiſtrat. tutor. bene facit l. final. & ibi Bald. in princip. C. de iure deliber. & in l. final. C. arbitr. tutel. & firmat Afflict. deciſ. 13. num. 16. & 17. vbi Vrſill. num. 19. verſ. circa quartam*
20 *præſumptionem*, ſubdit, † quod tutor debet ſibi ipſi ſoluere, & ſic, quod ipſo iure iſto caſu videtur facta compenſatio, & quod ſi ſine iuſta cauſa hoc non facit, omne damnum ſit ſuum, per textum ſingularem ad hoc *in l. debitor meus ff. de negot. geſt. iuncta gloſ. in verſic. retentu-*
21 *rum me iure compenſationis*, † quæ ipſo iure habebat locum, cum ex officio, vel iudicio bonæ fidei mihi debebantur,

§. nego-

Digitized by Google

§.*negotiorum geſtorum*, in quo textu hoc notant *Alberic. & Paul. de Caſtr. Roman.ſingul.*131. *volo tibi dicere vnum caſum,& in conſ.*187. *num.*5. *per Vrſill. ibidem adducti, immò Bartol. Alberic.& Paul.in d.l.debitor meus*, notat quod tutor ſuum creditum ſibi non ſoluens, eſt in culpa, ex qua culpa tutoris, pupillus non debet condemnari; & in ſpetie,
22 quando tutor ſibi non ſoluit † in redditione computorum non poteſt,nec debet ſibi ſoluere, donec ſuæ tutelæ rationem non reddat, vbi notat in muliere, quæ longo tempore adminiſtrauerat bona mariti banniti, adeò quod de ſuis dotibus ſibi ſatisfacere potuiſſet, ſi voluiſſet, ſi poſteà talis mulier vellet ad dotes agere,non audietur, quia præſumitur, quod de illis ſibi ſatisfecit,doctrina eſt *Io.Nevizzan.in conſ.*57.*nu.*11. *& volunt Moderni in addit. ad Alexand. in l.venditor ff.de verbor.obligat.*& Iulia de Bernardo petente antefatum, & legatum ſibi à quondam ſuo viro factum, oppoſita adminiſtratione tutelæ per dictam Iuliam geſtæ fol.125. & ſeq. per Sacrum Conſilium fuit decretum, quod procedatur ad diſcuſſionem computorum adminiſtrationis tutelæ per dictam Iuliam de Bernaudo geſtæ, ſub die 25. Octobris 1610. dicto fol.126. & ſeq. & ſic caſus noſter immò maior in indiuiduo nouiter deciſus eſt.

Prædictis accedat,quod quatenus prædictus Doctor Camillus eſſet creditor, (prout non eſt) Doctor Franciſcus prætenſum debitum retinere poſſet, donec computa adminiſtratę tutelę dictus Ca-
23 millus reddat, † quia certum eſt, quod alteri debitum retineri poteſt, quouſque is cui debetur,id adimpleat,ad quod ipſi debenti tenetur, vt notabiliter dicit *Roman.in conſ.*244.*num.*3.*&* 4.*per textum not.in l.ſi neceſſariò* §.*ſi pignori ff. de pign.act. l.ſi non ſortem* §.*ſi centum ff. de condit.indebit.l.quod dicitur ff.de impenſ. l.ſi in arca ff. de condit.indebit. plenè notatur in l.vltima C.commod. & in l.*1. *C. etiam chirografariam pecuniam*, & ſic Doctor Franciſcus pecuniam vigore prætenſi laudi fortè debitam iuſtè retinere poteſt, donec Doctor Camillus adminiſtratæ tutelæ computa reddat,vt eſt regula *gloſ.in l.ædiles* §.*vltimo ff. de ædilit.edict.ſumpta ex text.ibi,& in l.Iulianus* §.*offerri ff.de act.empt. ac l.venditor in fine ff. commun. prædior.* quod ſi quis habet dare, & recipere, ſemper priuſquã agere poſſit, vt recipiat, dare debet, vt per *Roman.dicto conſ.*244.*num.*4. *quem ſequitur Anton.Rub.Alexand.conſ.*30. *viſo inſtrumento num.*4. *Soccin.conſ.*42.
24 *colum.*2.*volum.*1.vbi dicit † quod etiam ante calculum omnia in inuentario deſcripta reſtituere debet, & eius opinio cõmuniter approbatur,vt per *Benintend. deciſ.Rotæ Bonon.*90.*num.*3. nec ſuffice-
25 ret verbalis oblatio, † cum verba non ſufficiant,vbi facto opus eſt, *Alexan.conſil.*211.*viſo nu.*7.*lib.*1.*Mattheſil.not.*129. *not.quod vbi,&c.*

Quartò, dicitur laudum ipſum fuiſſe latum contra quendam Thomam Villanum ipſius Doctoris Franciſci patrem, ſub die 4. Martij anni 1594. vt ex eo
26 patet fol. 40. † ex quo contra ipſum Doctorem Franciſcum eius filium,& hæredem, maximè cum beneficio legis, & inuentarij, vt fol.67.à tergo exequi non poteſt, niſi ipſo hærede ſaltim ſummariè audito, *Innocent. in cap. quia G.in fine de iudic.Iſern.in conſtitut. Regni dilationes lin.* 50. *verſ. niſi eſſet hæres fol. mihi* 163.quia iuſtam cauſam ignorantiæ habet,*l qui in alterius* ff.*de regul.iur.& D. Præſ.de Franch.deciſ.*405.*nu.*8.*Carauit. in rit.*262.*nu.*11.*circa finem.*

Quintò, dictum laudum fuit latum ſub die 4. Martij 1594. fol. 40. vt diximus, & per Doctorem Camillum eius exequutio petitur die 17. Nouembris
27 anni 1609.fol.60. † poſt annos quindecim, & ſic poſt antiquum tempus tranſcurſum à die prolationis ipſius laudi,
28 cum etiam decennium, † tempus antiquum dicatur, *Innocent. Anton.de Butr. Imol.& alij,quos adducit Felyn.in cap.ſicut nu.*30.*in principio verſ. & primo aduerte de ſentent. & re iudic.* Immò ſententia per biennium dicitur antiqua ſecundum

Digitized by Google

cundum *Hoſtienſ.& Doctores in cap.cum inter de re iudic. Ioan. Bertach. in tract. de Epiſcopo par.3.lib.4.num.205.in fine,*
29 & ſententia antiqua, † vel poſt decennium lata exequutioni non demandatur niſi citata parte, & ſi opponit maximè ſatisfactionem, vt tradit *Afflict.in d.conſtitut.dilationes num.26. ibi: Ideò requiritur citatio, vt videatur an aliquid ſit innouatum,* & poteſt dici, quod ſit ſatiſfactum, & iſta defenſio eſt, quæ impedit exequutionem ſententiæ, *Angel. in l.non tantum* §.1. *ff. de petit.hæredit.& Bald.in l.ſi ſub ſpetie C. de rei vendicat.relati per*
30 *Afflict.dicto in loco,* † ſicut in obligatione pęnes acta, quæ ſententiæ æquiparatur, vt per eundem *Afflict. in eadem conſtitut.dilationes num.*31. quæ paratam habet exequutionem, & poſt decennium non citata, nec audita parte non exequitur, *Carauit.in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ* 128. *num.3. circa finem, verſ.ſecundus caſus eſt,& ſeq.* dicens, quod in obligatione, etiam accuſata, ſi accuſatio eſſet antiqua, exequi non poſſet, per rationem, quia præſumptio eſt, quod ſi debitum non fuiſſet ſolutum, obligatio iàm eſſet exequuta, ſic in prætẽſo laudo præſumitur ſatisfactum, plus prætenſo credito, & omnia Doctor Camillus reſtituere tenetur, cum laudum ipſum ſit nullum, vt ſuo loco, & tempore demonſtrabitur, & prædicta omnia vigere debent in prędicto Doctore Franciſco, qui remanſit minor, & ſub tutela ipſiuſmet Camilli, qui omnia ſua bona per annos ſexdecim adminiſtrauit, & ſic ſuo prætenſo credito, quàmuis indebitè ſe ſatisfecit, vt ſuperius eſt fundatum, & ex ſcripturis præſentatis patet, vnde laudum ipſum minimè exequitur.

Quoad tertium de termino in hoc iudicio parum inſiſtam: nam Doctor Camillus exequutionem prætenſi laudi, & calculum petijt fol.53.& per Doctorem Franciſcum oppoſitis exceptionibus dilatorijs, & alijs, & quod ſe de adminiſtratione tutelæ ſatisfecerat, eumq; reconueniendo fol.61.62. inſtando ipſe etiam pro calculo fol.71. à tergo, & prætenſa exequutione laudi non obſtante, fuit decretum, quod calculus petitus committatur fol. 71. à tergo, & commiſſus fol. 72. ex quo exequutioni laudi, exceptionem rei iudicatæ, etiam obſtare videtur, & quia Doctor Camillus eius computa diminutè deduxerat, & ſtante, quod ſolus, & non cum alijs contutoribus adminiſtrauit, ad eum conuincendum, maximè de exactis, & quod ſit ſatisfactus, & omnia reſtituere tenetur, vt dictum eſt fol.73. & inſtetit fol. 121. terminus denegari non debet, maximè quod tracta-
31 tur de ſatisfactione, † quæ defenſio eſt, & exequutionem impedit, ſecundum *Afflict.in d.conſtitut.dilationes num.26. ex ſuperius dictis,* proindè puto per Sacrum Conſilium prouideri debere, quod ſuſpẽſis omnibus actis procedatur ad vlteriora in vtraque cauſa, conuentionis, & reconuentionis, & ita iuris eſſe puto.

*Hæc cauſa non fuit determinata, quia dictus Camillus Villanus effectus fuit Regius Conſiliarius, & ambæ partes ſiluerũt in ea proſequenda.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex titulo, & perceptione fructuum.*
2 *Poſſeſſio iunior clandeſtina præſumitur.*
3 *Poſſeſſionem antiquiorem, qui habebat, pręſumitur ſpoliatus ſi non poſſidet.*
4 *Spoliatus de facto, ante omnia eſt reſtituendus.*
5 *Mandatum ab incompetenti Iudice non ligat.*
6 *Mandatum Iudicis exequutiuum ſine clauſula iuſtitiæ eſt ipſo iure nullũ, & ei non eſt parendum, & nu.7.8.9. & 10.*
11 *Poſſeſſione nemo priuandus lite pendente.*
12 *Decretum nullum præiudicium non affert.*
13 *Iudex incompetens reſpectu non ſubditi, tanquàm priuatus reputatur, etiam quoad ſententias.*
14 *Spoliatus, & turbatus vigore decreti nulli eſt reſtituendus.*

15 *Spo-*

15 *Spoliatus etiam authoritate Principis eſt reſtituendus.*
16 *Poſſidens turbatus adeundo Curiam non cadit à poſſeſſione, & nu.42.*
17 *Proteſtatio ſeruat ius proteſtantis.*
18 *Auxilio indigent nouo, quæ de nouo emergunt.*
19 *Poſſeſſionis turbatæ cauſa eſt criminalis.*
20 *Criminalis cauſa præiudicat ciuili, quia maior.*
21 *Capitulorum Regni remedium, quia maius, facit ceſſare ordinarium, quod eſt minus.*
22 *Iudex ordinarius per delegationem alterì factam, dicitur priuatus iuriſdictione quoad cauſam delegatam.*
23 *Remedium, & præſidium capitulorum Regni ſpectat ad Regem, Sacrum Conſilium, & Prouinciarum Audientias tantùm.*
24 *Turbato manu armata competit Regale præſidium, & ita iudicatum.*
25 *Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium, & nu.28. & 35.*
26 *Ordinationes Regiæ ligant laicos, & non clericos.*
27 *Turbatus in ſua poſſeſſione debet à Iudice tueri.*
29 *Fructus, & damna recuperantur conceſſo remedio capitulorum Regni.*
30 *Officiales Regij debent aſſiſtere, non ſolum per iuris opportuna remedia, ſed etiam per facti defenſionis obſtaculum.*
31 *Remedium capitulorum Regni, quare pinguius, & nu.33.*
32 *Remedio hoc proceditur de facto abſque figura iudicij, & per viam extraordinariæ cognitionis.*
34 *Antiquior poſſeſſor præfertur recentiori.*
36 *Capitulorum Regni remedium eſt reſpectu omnium.*
37 *Dictio, omnis, nihil excludit.*
38 *Dictio, quoſuis, ſiuè quoſcumque comprehendit clericos, & laicos.*
39 *Rubrica non diſponit, niſi quatenus in nigro eſt expreſſum, & nu.40.*
41 *Capitula Regni prædicta interpretata ſunt habere locum pro clerico, contra laicum.*
43 *Poſſeſſor non citatus in ſua poſſeſſione turbari non debet, nec reſcripto Principis, vel Iudicis interloquutoria.*
44 *Litera Regis pro clerico contra laicum nondum impreſſa.*

## Pro Domino Fabio de Ambroſio, contra Ioannem Vincentium Danielem.

## *ARGVMENTVM.*

*Remedia Capitulorum Regni pro, vel contra poſſeſſorem, quando competunt, & aduerſus quem.*

## CONSILIVM XXXI.

ADuerſus poſſeſſorium, vigore Capitulorũ Regni per Dominum Fabium petitum quatuor opponuntur.

Primò, de poſſeſſione terræ, de qua agitur.

Secundò, quod ad inſtantiam Domini Michaelis Angeli Zonelli fuit mandatum ab Archiepiſcopali Curia Neapolitana, quod Dominus Fabius ad terram, de qua agitur non accederet.

Tertiò, Danielem à Curia Caſertana obtinuiſſe decretum pro poſſeſſione ipſius terræ capienda, & ipſum Dominum Fabium eandem Curiam adiuiſſe, ex quo dictum remedium obtinere non debet.

Quartò, Capitula Regni tuentia oppreſſos non habere locum pro clerico, contra laicum, vt ordinatè procedam.

Quoad primum dico ex facto conſtare
1 de eius titulo, † & poſſeſſione, cum perceptione fructuum terrę prędictæ, per quę vera poſſeſſio probata cenſetur, iuxta tradita *ex Bart. & alijs per Vrſill. ad*
2 *Afflict. deciſ. 363. num. 3.* † & iunior poſſeſſio ex aduerſo, clandeſtina præſumitur, *cap. licet cauſam de probat. Innocent.*

&

Digitized by Google

*& alij in cap.ſæpè de reſtit.ſpoliat.cumu-*
*lat, & firmat Soccin. in l.rem, quæ nobis*
*ff.de acquir.poſſeſſ. num.*16. & antiquio-
3 re † poſſeſſione probata penes Dominũ
Fabium,contra eum ſpolium, probatum
dicitur,*Bald.in l.penult.colum.penult.ſi à*
*non competenti iudic. Alexand.conſ.6.nu.*
4 *6. lib.*3. † & ſic cum de facto fuiſſet ſpo-
liatus, ante omnia erit reſtituendus, *l.ſi*
*quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi pub.*
*§.recuperandæ inſtit. de interdict.*

Secunda oppoſitio non obſtat. Primò,
quia prætenſum mãdatum Archiepiſco-
5 palis Curiæ Neapolitanæ, † quia proceſ-
ſit ab incompetenti Iudice contra non
ſubditum,& alieni fori, ideò non officit,
*l.hæres abſens ff. de iudic. cap.Romana de*
*for.compet. in ſexto, cum ſimilib.*
6 Secundò, † mandatum Iudicis exe-
quutiuum ſine clauſula iuſtitiæ, quod
ſoluat, aùt exfractet, vel relaxet, eſt ipſo
iure nullum,*Iaſ.in l.nec quicquam ff.de*
*offic.Proconſ. & Legat. num.*5.*& ſeq.* &
7 quando † cum clauſula iuſtitiæ reſolui-
tur in vim ſimplicis mandati, *idem ibi-*
*dem,& in Apoſtilla,* nec comparere te-
8 netur, † *Bart.in l.*1.*C.de exequ.rei iudic.*
*latè Petr.Bellug.in ſuo Specul.Princip.* §.
*tractandum rubr.*11.*num.*5.*fol.mihi* 49.
9 *& ibi addit. liter.C,* † & ſine clauſula iu-
ſtitiæ dicitur ſtrangulatorium,*Paris de*
*Put.in tract.de ſyndicat. in verb. præcep-*
*tum in cap.quia ſæpè num.*2.*& ſeq. Ma-*
*rant.in ſpecul.aur. part.vltima verſ.ſen-*
10 *tentia nu.*27.*&* 28.† & eſſet eluſorium,
*Menoch.conſ.*80. *vol.*1.

Tertiò, emptio prædictæ terræ per
Dominum Fabium ſuum habuerat effe-
ctum,&pretium ſolutum,iuxtà eius obla-
tionem fol.6. 10. & 41. & comparendo
in dicta Archiepiſcopali Curia, aduerſus
prædictum mandatum, ob depoſitum
non factum allegando prædicta, & alia,
non fuit ad alium actum proceſſum,vt ex
fide fol.13.ſemper perſiſtendo in eius ti-
tulata poſſeſſione, prætenſo mãdato non
obſtante à die ſuæ emptionis, quouſque
per Dominum Danielem vi armata fuit
turbatus,vt ex facto conſtat.
11 Quartò etiam, † quod lis penderet ſu-
per validitate emptionis dictæ Terræ,
prout non pendet, quia emptio perfecta
fuerat, adhuc ſua poſſeſſione priuari non
debet,*Capyc.deciſ.*209. *nu.*12. & ſic an-
te omnia tanquàm ſpoliatus reſtituen-
dus eſt,per ſupradicta iura, & latè *Ale-*
*xand.dicto conſ.6. num.*12. etiam ſi vio-
lentia non interueniſſet, ergo ſecunda
partis exceptio reiecta remanet.

Quod tertium partis obiectum ſimi-
liter non obſtet dico.

Primò, quia in principio huius reme-
dij Capitulorum Regni fuit oppoſitum
de iudicio cæpto in Curia Caſertana,
& tali exceptione non obſtante fuit de-
cretum, quod capiatur informatio vigo-
re Capitulorum Regni fol.4. à tergo, &
ſic ad compilationem iudicij ſummariſ-
ſimi proceſſum, ex quo parti aduerſæ de
tali tertia exceptione obſtat exceptio rei
iudicatæ.

Secundò,quia prætenſum decretum
Curiæ Caſertanæ pro aſſociatione cum
familia procapienda poſſeſſione per Da-
nielem, proceſſit de facto, ab incompe-
tenti Iudice, ipſo Domino Fabio inaudi-
to,nec vllo modo citato, ac notorio cle-
rico, & alienæ iuriſdictionis, & ſic nulli-
ter per ſupradicta iura,& colluſiuè inter
Danielem, & Zonellum, qui per annum
antea, amiſerat poſſeſſionem dictæ Ter-
12 ræ, † vnde decretum prædictum ipſi D.
Fabio non nocet, *l.de vnoquoque ff.de re*
*iudic. & toto titulo res inter alios acta,*
*Ancharan.conſ.*249.*incip. quoad primum*
13 *colum.*2.dicit, † quod qui authoritate
Iudicis incompetẽtis intrat poſſeſſionem
alterius habetur, ac ſi à perſona priuata
habuiſſet, & contra talem ſpoliantem
competit interdictum vnde vi, ſequitur
*Afflict.in conſtitut. violentias nu.*33.*Vr-*
*ſill.ad Afflict.deciſ.*24. *nu.*12. & ſic Do-
14 minus Fabius ſpoliatus, † & turbatus,
ita coloratè,eſt reſtituendus,*cap.conque-*
*rente de reſtitut. ſpoliator. l.meminerint,*
15 *vbi Bart.C.vnde vi.* † Quinimmo de
facto ſpoliatus, etiam authoritate Prin-
cipis eſt reſtituendus, vt latè firmat *Af-*
*flict.in dicta conſtitut.violentiarum num.*
49.*& gloſ.in conſtitut.circa violentiarum*
*pœnas*

Digitized by Google

pœnas colum. 1. lin. 70. ibi, *ſed abſque iuris ordine non vocato poſſeſſore*, idem ſi à Iudice incompetenti, his caſibus ablata poſſeſſio reſtituitur, & ſic Regale præſidium obtinere debet, maximè quia interuenit turbatio cum armis, vt ex facto.

Tertiò, Dominus Fabius adeundo cu-
16 riam Caſertanam, † ſibi non prǫiudicauit in dicto remedio capitulorum Regni, quia dixit ipſum ſtare in poſſeſſione Terræ prædictæ, & in ea per Danielem turbari, & ad euitandum ſcandala petijt eidem mandari, quod ad eam non accederet, & hoc non conſentiendo in Iudicem, & citra præiudicium omnium ſuorum iurium quorumcumque, & procedendi in quocũque alio tribunali fol. 8. & cum ita acceſſiſſet ad dictum Iudicem, iudicium ipſum videbatur pendere cum iſta qualitate, & ſeruare illud ius debitum
17 proteſtanti, † cum clarum ſit proteſtationem, & reſeruationem ius proteſtantis ſeruare, *l. ſi fideiuſſ. §. 1. ff. qui ſatiſdar. cogant. cap. cum M. de conſtitut. cum ſimilibus*, maximè quia talis proteſtatio non eſt contraria facto, quia quod nunc petit, eſt ad coadiuuandum, quod prius erat petitum: nàm prima petitio continebat mandari Danieli, vt ipſum Dominum Fabium non moleſtaret in poſſeſſione dictæ Terræ, & quia Danielis poſt dictum mandatum proceſſit in turbatione,
18 etiam manu armata, † & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, Dominus Fabius ipſe adiuit Proregẽ pro prædicto Regali præſidio Capitulorum, & poterat per id quod habetur, *in cap. quoniam frǫquenter in fine, vt lite non conteſtata*, vbi facta excõmunicatione, ſi perſeuerat, poteſt veniri ad immiſſionem in poſſeſſione, & è contra, ita ergo in noſtro propoſito, vt ſatis benè multis alijs rationibus prædicta firmat *Alex. conſ. 176. in cauſa Strazzarolorum ſub nu. 12. verſ. quia reſpondeo lib. 4.*

19 Quartò, † cauſa prædicta eſt turbatæ poſſeſſionis, & ſic criminalis, *Corn. conſil. 205. in fine lib. 2. conſ. 94. in princ. conſil. 172. colum. 2. verſ. & dicit lib. 3. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 20. num. 2. Papienſ. in form. libell. pro turbat. poſſeſſ. in princ. num. 4.* vbi quod mera cauſa criminalis dicitur, allegans *Bart. in l. agraria ff. de term. mot.* & ſic prædicta cauſa tur-
20 bationis, † quia criminalis, vt prædicitur, dictæ cauſæ ciuili primo loco intentatæ præiudicat, cum cauſa criminalis ſit maior, & maioris authoritatis, *l. final. C. de ordin. iudic. & in l. per minorem ff. de iudic.* Quinimmo ſi omnes cauſæ ciuiles
21 eſſent, † cum remedium Capitulorum Regni ſit maioris authoritatis, quia datur à Rege, turbatis, & oppreſſis, & magis vniuerſaliter, facit ceſſare prædictum particulare iudicium, quod Danielis ad terram non accederet, *argum. l final. C. de petit. hæredit. & l. ſi quis libertatem, & ibi Bart. ff. eodem titulo*, & poteſt etiam exemplificari in duobus cauſis criminalibus, quarum ſi vna ſit maior proceditur in maiori, *per text. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. vbi Bald.*

Quintò, iudicium in dicta Curia Ca-ſertana intentatum ſi proſequeretur eſ-
22 ſet nullum, † quia quando Princeps noſtram cauſam Sacro Conſilio delegauit, & omnia eidem Principi narrata fuerunt, vt ex memoriali fol. 1. per talem delegationem, cenſetur priuaſſe ordinarium iuriſdictione quoad dictam cauſam, etiam ſi ad ipſum ordinarium ſpectaſſet, & idẽ ſi ipſe ſuperior cognoſcere cæperit, vt in caſu noſtro, *Bald. in cap. 1. §. ad hoc colum. 4. de pac. iuram. firm. Abb. in cap. cum M. Ferrarienſis colum. penult. in fine de conſtit. & firmat Marant. in ſuo Specul. aur. par. 4. diſtinct. 16. num. 58. & 59.* quod etiam mortuo legato cauſa non reuertitur ad ordinarium.

23 Sextò, † Dominus Fabius dictam manutentionem, & Regale præſidium eius poſſeſſionis à dicta Baronali Curia obtinere non poterat ex defectu poteſtatis, quia ad Regem, eiusq; Sacrum Conſilium, & Prouinciarum gubernatores ſpectat; *d. cap. ad Regale faſtigium, vbi Luc. de Penn. in princ. & Praſ. de Franch. deciſ. 163. num. 19. & 20.* Inde D. Fabius ipſe ad Proregem, Sacrumq; Conſilium

O conuo-

Digitized by Google

conuolare poteſt, *Iſern.in cap.1.de vaſſall.qui contum.eſt §.vel iudicio verb.habebit,ergo tunc, &c.firmat Vrſill.ad Afflict. in deciſ.354.propè num. 3.* maximè quod ipſe Dominus Fabius manu armata turbabatur, & ſic rectè habuit recurſum ad dictum Regale præſidium, & ſicut ipſe Dominus Fabius manutẽtionem dictæ Terræ,& eius poſſeſſionis obtinuit ab Epiſcopali Curia Caſertana, vt ex decreto fol.12.& poterat ex latè adductis per *Marant. in dicta eius quarta parte diſtinct. 11.num. 6.* & per Danie-
24 lem fuit proſequuta † turbatio manu armata ex ſupradictis, & alijs infra dicendis petitum Regale præſidium omninò locum obtinere debet, prout in ſpetie hoc idem obſeruatum fuit in noſtra materia Capitulorum Regni, quia clericus intentauerat iudicium retinendæ,& propoſitum poſſeſſorium per Comitiſſam Nicoteræ,& erat ab hoc iudicio per clericum receſſum,quia intentauerat remedium dictorum Capitulorum Regni, cuius vigore erat reſtituta poſſeſſio clerico, vt ad literam dicit *Præſ. de Franch. deciſ.193.nu.10. & infra.*

Circa quartam partis pretenſionem Capitula prædicta Regni non habere locum pro clerico contra laicum, ſimiliter reſpondetur non obſtare.

Primò,nàm ratio,quæ ex aduerſo adduci poteſt,eſſet quia clericus poteſt cõ-
25 tra laicum ordinariè agere, † & ſic remedio ordinario exiſtente, prædictum extraordinarium ceſſare videtur:quæ ratio ceſſat *per cap.ad Præſidentis officium*, quod eſt pro laico contra laicum, inter
26 quos omne iudicium cadere poteſt, † & ordinationes Regiæ ligant laicos, & non clericos, *l. cunctos populos C. de ſumm.trinit.& fide cathol.cap.cum Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitut.per Bart. & Doctores in d.l. cunctos populos*: ſic in caſu no-
27 ſtro, † ipſo D.Fabio exiſtente in poſſeſſione dictæ Terræ,quia turbatus, Iudex eum tueri debet, *vt in toto titulo ne vis fiat ei,qui eſt in poſſeſſione*, & ideò remedium prædictum obtinere debet.

28 Secundò, † quando remedium extraordinarium eſt pinguius ordinario,extraordinarium per ordinarium non tollitur, *cap.ex literis de in integr.reſtitut. habetur in cap. ex parte 2.de reſcript. per Bart.in l.in principali §.1. ff.de nou.oper. nunciat. Capyc.deciſ.96.num.15.* & quod ſit pinguius noſtrum extraordinarium patet, quia recuperatur Terra cum fructibus,vt *in cap.finis præcepti charitas nu.8.& cap. ad Præſidentis officium,ibi, & fructuum
29 perceptione*, † & in hac cauſa ſummariæ, & celeris expeditionis omne damnum datum emendatur, *l. cum prætor ff. de verbor.ſignific.* quia ſpoliatus debet in ſuam plenariam poſſeſſionẽ reduci,priſtinamq; eius cauſam reſtitui, *l.1.§.qui autem ff.de vi,& vi armat.*cum ſua cauſa, ideſt omnium,quæ ſpoliatus tunc habuit, habiturusq; fuiſſet, etiam vſucapionis,& fructunm, *l.reſtituere ff.de verbor.ſignif. cum concordantibus, dicit Luc.de Penn.in l.ſi coloni ff. de agricol. & cenſit.num.32. circa medium,verſic.quicquid enim, &c.*
30 & Officiales Regij † debent aſſiſtere, non ſolum per iuris opportuna remedia, ſed per facti defenſionis obſtaculum, vt legitur *in d.cap. ad Regale faſtigium nu. 5.in cap. ad Præſidentis officium nu.3. & in cap.finis præcepti charitas num. 8.ibi, manuteneatis, & defendatis in poſſeſſione ipſa, & fructuum perceptione.* Item eſt
31 pinguius, † quia magis tuta via, & modus eſt introductus per iſta Capitula, dicit *de Nigris in d.cap. ad Regale faſtigium num.21.in fine.*Item pinguius,quia celeriter cum paruis expenſis obtinetur, & ſic vtilius, *Iaſ.in l.1.ff.de nou.oper.nun-
32 ciat. nu.11.* † cum in iſto remedio procedatur de facto, abſque figura iudicij, *ex d.cap.ad Regale faſtigium num.6. vbi Doctores omnes*, & non requirit poſſeſſionem veram, nec legitimam, aùt effectiuam, ſed contentatur ſimplici detentione, *Præſ.de Franch. deciſ.163.num.3.* & in eo proceditur per viam extraordinariæ cognitionis,& defenſionis præſtando charitatiuum ſubſidium, clerico oppreſſo, *Afflict.deciſ.85.num.2. de Nigr. in d. cap. ad Regale faſtigium num. 16.* vnde cum celeriter,& cum paruis expen-

ſis

Digitized by Google

ſis obtinetur,& ſic vtilius,ideò pinguius, remedium ordinarium ceſſare facit, *Bartol.in d.l.in Prouincia ff.de nou.oper.nun-*
33 *ciat.Iaſ.vbi ſupra.* † Item pinguius,quia hoc remedium extraordinarium ſuccurrit turbato,& antiquiori,quomodocumque poſſidenti, *d. cap. finis præcepti charitas in fine ibi, ſuper poſſeſſione, ſeù quaſi*, & probata poſſeſſione antiquiori,etiã ſine titulo,& ſic in fortiori caſus noſtri, vbi adeſt titulus, & poſſeſſio, etiam quia
34 antiquior † poſſeſſor præfertur recentiori,cum titulo *ex Bart. & alijs, quos congerit Afflict.in deciſ.363. num.4. & latiſſimè Borgnin. Caualcan. deciſ. Fiuizz. 45.num.6.circa medium*, & proindè noſtrum remedium extraordinarium obtineri debet, vt firmat *Capyc. in deciſ. 96. num.15.& in deciſ.209. in princ. & nu. 4. verſ. tamen Sacrum Conſilium pluries ita deciſum, dicit Afflict. deciſ. 156. vbi Vrſill. nu.2.*

Tertiò,quid opus rationibus, ſi quod
35 dicta † Capitula habeãt locum pro clerico contra laicum expreſsè legitur, *in dicto cap. ad Regale faſtigium numer. 2. ibi: Omnium ibi degentium ſimus Domini perſonarum, in quos merum habemus imperium, & coerctionem omnimodam, omni perſona prorſus excluſa, cuiuſcumque præeminentiæ, dignitatis, aùt conditionis exiſtat, & num. 4. ſubſequitur, & quàmuis ad prelatorum, & clericorum perſonas noſtræ poteſtatis authoritas com-*
36 *muniter non extendatur*, † *aduerſus tamen Officiales eorum laicos, & qui eis in illicitis obedire non debent, & ad protectionem, & defenſionem omniũ, &c.* quod firmat *cap. finis præcepti charitas circa finem ibi, per dictos Gulielmum, & Oliuerium, & quoſuis alios turbatores illicitos, & in cap. ad Præſidentis officium num. 3. ibi, & alios quoſuis turbatores*, & licet expreſsè nominentur laici, & contra eos, tamen ſumus in claris etiam, quia Rex dicit omnium, ibi: *Degentium omni per-*
37 *ſona prorſus excluſa* † *circa protectionem clericorum, nè opprimantur etiam ad inuicem*, dictio omnis nihil excludit, *gloſ. in l. à procuratore C. mandati, Bart. in l. moſchis ff. de iure fiſci, & per Afflict. in conſtitut. ſi quis in poſterum num. 25.* & dictio,
38 quoſuis, ſiuè quoſcumque comprehendit clericos, & laicos, dicit *gloſ. in dicto textu de iudic. Curt. Iun. conſ. 1. nu. 4.* & ſunt ad inſtar dictionis quilibet, quæ plus ſe habet, quàm dictio omnis, *gloſ. in l. ſi pluribus ff. de legat. 2. Afflict. in conſtitut. pacis cultum num. 71.* Nec refert, quod in dictis capitulis non adſit particularis rubrica pro clerico contra laicum, quia
39 rubrica † non diſponit, niſi quatenus in nigro eſt expreſſum, *l. in teſtamento primo de conſtitut. facit text. in auth. ſi quis in aliquem C. de edend.* & quando nigrũ reperitur, quod non concordat cum rubrica, tunc rubrica pro textu allegari nõ poteſt, etiam ſi orationem haberet per-
40 fectam, † cum natura rubricæ non ſit diſponere, quod in nigro continetur, & ideò ſola vis in nigro conſiſtit, latè *Dec. in l. 1. nu. 10. & ſeq. ff. ſi certum petatur*, & ex nigro ſumendus eſt intellectus rubricæ, *Soccin. in eadem rubrica num. 4.* & cum rubricæ Capitulorum non negent dicta remedia pro clerico, nec inueni Doctorem dicentem prædicta capitula non habere locum pro clerico contra laicum: immò ex lectura capitulorum ipſorum expreſsè habetur pro clerico contra laicum procedere, vt prædiximus, ſequitur in caſu noſtro remedium petitum denegari non poſſe.

Quarto, & vltimo, dicta capitula ha-
41 bere locum pro clerico † cõtra laicum, & ita eſſe interpretata, & obſeruata, firmatur authoritate *Afflict. in deciſ. 24. nu. 7.* vbi dicit, quod Rex tenetur defendere perſonas Eccleſiaſticas ab iniurijs, ſiuè per clericum, ſiuè per laicum factis, & ſub eodem num. 7. ſequitur dicens *d. capit. ad Regale faſtigium*, eſſe pro clerico contra laicũ, & ita deciſum firmat *Præſ. de Franch. deciſ. 193. ſub num. 11.* vbi legitur, & iudicium prædictum intentatum vigore Capitulorum Regni iàm erat finitum, & reſtituta poſſeſſio clerico, & fuit contra Comitiſſam Nicoteræ, Principiſſam Scillæ laicam, *vt ex dicta deciſione.* Ergo prædicta partis prætenſio non ob-



Digitized by Google

ſtat, & cum de facto, & vi ipſi D. Fabio
42 reſiſteretur, † adeundo prætorem ſuam poſſeſſionem non amiſit, *Bald. in cap. querelam colum. penult. de reſtitut. ſpoliat. Aſ-*
43 *flict. deciſ. 395. num. 7.* † & poſſeſſor non citatus in ſua poſſeſſione turbari non debet, nec ex reſcripto Principis, nec ex interlocutoria Iudicis, *l. nec Imperiale C. ſi per vim, vel ali. mod. vbi Bart. & in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num. 16. Dec. num. 4. & 5. Innocent. in cap. intra quatuor de maiorit. & obedient. Oldrad. conſ. 4. de dilat. cum alijs congeſtis per Alphan. in collectan. iur. in d. l. nec imperiale num.* 488. Ergo ſequitur petitum Regale præſidium per dictum Reuerendum D. Fabium omninò concedendum eſſe, & cum ordinatione, quod Ioannes Vincentius in poſſeſſione dictæ Terræ eum non moleſtet, ſed reſtituat fructus poſt turbationem ipſam indebitam perceptos.

*Referente Domino Carolo Tappia Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario, fuit dictum, quod ordinariè agatur, ſed poſteà in ipſo ordinario iudicio D. Fabius obtinuit, vt ex proceſſu inter ipſas partes in banca Balſami, ſeù Carboni.*

44 Verùm poſt † prædicta omnia, inueni particularem literam Reginæ Ioannę II. in Regio Archiuio in indiuiduo pro clerico contra laicum ſpoliantem, & turbantem, nondum typis emanatam, & à nemine allegatam, quàm hic deſcribere non ab re cenſui, cum nota regiſtri, vnde eſt ſumpta, fideliter extracta. Rubrica ipſius literæ eſt, videlicèt.

## Litera Iuſtitiæ pro Clerico, contra Laicum ſpoliantem.

IOANNA II. REGINA, &c. Vicegerẽti noſtro, ſeù Iuſtitiario Prouinciæ Principatus citra, Seras Montorij, ac Capitaneo Terræ Camerotæ, & Piſciottæ, de Prouincia ſupradicta, præſentibus, & ſucceſſiuè futuris, & eorum Locatenentibus, fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem: Moleſtia ſunt nobis quæq; grauamina noſtris irrogata fidelibus, ſcilicèt, quæ inferuntur Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, eo moleſtius, grauius proferimus, quo ſpecialiter affectu beneuolo proſequamur, ac eorum fauores, & commoda quantum ad honeſta poſſumus, libentius procuramus; ſanè habuit, & habet expoſitio querela nouiter nobis facta pro parte venerabilis viri Fratris Franciſci Abbatis Monaſterij S. Mariæ de Centula, Ordinis S. Benedicti, ſiti in Caſali Centulæ, pertinentiarum S. Seuerini de Camerota, de Prouincia ſupradicta, deuoti Oratoris, & fidelis noſtri dilecti. Quod cum exponens ipſe fuerit, & ſit Abbas dicti Monaſterij in poſſeſſione bonorum eiuſdem Monaſterij, ac perceptione iurium, fructuum, cenſuum, & reddituum bonorum ipſorum, percipiendo fructus, cenſus, redditus, & iura ipſa, per ſe, vel alium, ſeù alios eius nomine, pacificè, & quietè, Franciſcus de Morra non verens diuinum iudicium, & debitè vltionis flagellum, elatus vtique in ſuperbiam, mandauit expreſsè nonnullis vaſallis ſuis, quod non reſponderent, nec deberẽt reſpondere dicto Fratri Franciſco, Abbati dicti Monaſterij de redditibus, fructibus, & iuribus, ad quos, & quę tenerentur eidem nomine, & pro parte dicti Monaſterij, ipſiquè homines, & vaſalli prædicti Franciſci de Morra ad huiuſmodi ſuum mandatum ſoluere, & reddere recuſarẽt, & recuſant redditus, fructus, & iura prædicta eidem Abbati nomine, & pro parte ſui Monaſterij antedicti, ipſum Abbatem ſuper pacifica poſſeſſione gaudere, ac perceptione fructuum, iurium, & reddituum prædictorum, inquietando, & multipliciter moleſtando in eiuſdem Franciſci Abbatis, & per conſequens, Conuentus dicti Monaſterij graue damnum, & importabile præiudicium, ſuper quo per eundem Abbatem exponentem promotus noſtro remedio, ſuppliciter implorato: Nos moleſtationes, & inquietationes huiuſmodi ferentes, noſtris ſenſibus, & conſiderationibus nimis graues, cum Eccleſiaſtica, & religioſa loca pati nolumus in ſuis bonis, & iuribus læſionem,

æm, fidelitati veſtræ præſentium tenore de certa noſtra ſcientia mandamus, ſub obtemptu gratiæ noſtræ firmiter, & expreſſè, quatenus ſi ita eſt, vt exponitur prædictum Abbatem, ac alium, vel alios pro parte ſui,& Monaſterij ſupradicti tenentes,& poſſidentes bona prædicta in poſſeſſione pacifica,bonorum eorumdem quamdiù poſſeſſionis eiuſdem iuſta cauſa durauerit,prout ad vos ſpectauerit, & requiſiti fueritis iuſti fauoris pſidio manuteneatis,& defendatis, non permiſſuri dictum Abbatem,& Conuentum habentes, & poſſidentes bona prædicta ſuper poſſeſſione illorum, & perceptione, ac habitione fructuum, redditaum, ac iurium eorumdem à prędicto Franciſco de Morra, & à quibuſcumque alijs illicitis turbantibus indebitè moleſtari, impediri quomodolibet,vel turbari audentem, vel audentes in contrarium, quod ab huiuſmodi moleſtationibus,& perturbationibus omninò deſiſtant per pœnarum impoſitiones, & earum exactiones, pro Curiæ noſtræ parte, prout iuſtum fuerit aliqua oportuna,& debita iuris remedia efficaciter compeſcendo. Præſentes autem literas poſt oportunam inſpectionem earum pro cautela reſtitui volumus prę ſentanti, præmiſſo modo efficaciter valituras. Datum in Caſtro noſtro nouo Neapolis per virum magnificum Franciſcum Zurulum,&c. Anno Domini 1417 die 19. Menſis Aprelis 10. Indictionis Regnorum noſtrorum anno tertio, Regiſtratum in quinternionibus Regiæ Cameræ Summariæ in libro intitulato quinternionum diuerſorum fol. 347. pœnes Fabritium Sergium Archiuarium, ſeù Conſeruatorem.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocatus in eadem cauſa non iudicat.*
2 *Delegatus recuſari poteſt.*
3 *Conſultor effectus Iudex recuſatur.*
4 *Aduocatus effectus Iudex, nec de conſenſu partium interuenit de iure Regni.*
5 *Aduocatus coniunctus Iudici vſque ad tertium gradum incluſiuè, reijcit illum à iudicando.*
6 *Aduocatus in ſimili articulo non prohibetur iudicare inter diuerſos.*
7 *Iudex in cauſa compatris non iudicat.*
8 *Lites ſine vlla ſuſpitione eſſe debent.*
9 *Suſpectus in iudicando, quando ſit ſuſpectus in delegando.*
10 *Inimicitia inducit iuſtam cauſam recuſandi, etiam Iudicem ordinarium.*
11 *Suſpectus non ex cauſa inimicitiæ, vel proprij intereſſe poteſt delegare, & ita iudicatum.*
12 *Aduocatus Fiſcalis ex cauſa inimicitiæ recuſatur.*
13 *Litera Comeſtabilis ſuper recuſatione Fiſci patroni.*
14 *Litera ſua Maieſtatis de recuſatione Fiſci patroni.*

Pro Domino Ioanne Baptiſta Cataneo, contra Dominum Philippum Spinola.

*ARGVMENTVM.*

*Olim cauſa Aduocatus prohibetur in illa eadem iudicare, & an alteri committere ſuſpectus Iudex poſſit, vel delegare; item quando Fiſci patronus poſſit vti ſuſpectus recuſari.*

## CONSILIVM XXXII.

IOanne Baptiſta Cataneo in cauſa propria, maximiq; ponderis agnoſcẽs duos ex Dominis Regiam Cancellariam Regentibus in cauſa prædicta iuſtis de cauſis interuenire non poſſe, petijt declarari licere eiſdem eandem cauſam alteri committere, delegare, vel adiunctos eligere, quod cum ex aduerſo impugnaretur,rogatus pro actore aliqua ſcribere, breuiter pauca hæc tradidi,Iuris veriſſima eſt concluſio, quod Aduo-
1 catus, qui fuit in eadem cauſa, † Iudex



Digitized by Google

poſtea eſſe non poteſt, *per text. in l. final. C. de aſſeſſ. in l prætor ff. de iuriſdict. omn. iudic. & vtrobique gloſ. & Doctores, Capyc. deciſ. 146. num. 3. vbi Addit. Ant. ſingul. 8. Auend. in cap prætor. 2. num. 23. & 24. lib. 1. latè omnium Auil. in cap. prætor. 3. gloſ. Abogados, eſt etiam text. in l. quiſquis, vbi gloſ. C. de poſtul. vbi Ioa. Fab.* dicit, quod hoc eſt verùm, ſi recuſetur ab ea parte, contra quam fuit patrocinatus, volens alludere, quod ſi non recuſetur à parte contraria iudicare poſſet, ſed hoc fallit quando contra clientem votum propalauit, *Anton. de Butr. in cap. dilecto, de teſtament.* cuius authoritate ita iudicatum tradit *Maſtrill. in deciſ. 151. nu. 41. & ſeq. gloſ. quam Doctores ita intelligunt in cap. dilecto in verſic. recuſatis de teſtament. idem Anto. de Butr. & Prapoſit. in cap. poſtremo de appellat. Imol. in c. irrefragabilis §. exceſſus de offic. ordinar. Aufrer. de recuſat. num* 38. Et etiam fal-
1 lit in hoc Regno per *Regiam Pragmati-*
2 *cam*, de qua infra, † & procedit etiam in delegato, *per d. cap. poſtremo, vbi Philipp. Franch.* dicit illum textum procede-
3 re etiam in eo, † qui fuit conſultor, & firmat *Capyc. in d. deciſ. 146. num. 2.* & ſi adſunt aliquæ authoritates, quod qui fuit Aduocatus, poteſt de partium conſenſu eſſe Iudex, hoc non habebit locum in Regno, in quo in ſpetie prohibetur per *Regiam Pragmaticam vndecimam in tit. de ſuſpition. Official.* cuius verba ſunt: *Il Giodice, che è ſtato Aduocato de vno delle parti, vogliamo che non poſſi giudicare*
4 *nell'iſteſſa cauſa, † ancorche conſenteſſero le parti fol. 392. colum. 2.* Immò Aduo-
5 catus coniunctus † Iudici vſque ad tertium gradum incluſiuè, facit Iudicem iudicare, & interuenire non poſſe de iure communi, *per text. in l. humanitatis C. de exequutor.* & de iure Regni per aliam *Regiam pragmaticam 23. de offic. Sacri Conſilij*, ampliatur etiam ſi Iudex eſt coniunctus in eodem gradu affinitatis, & in diuerſa cauſa patrocinatur pro eodem cliente, *vt in cap. 4. de gratijs tempore Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Ducis Oſſunæ* Neapoli *conceſſis de anno 1584. impreſſis inter priuilegia, & capitula* Neapolis *folio mihi* 177. *à tergo in principio*; ſed ſi fuerit Aduocatus in alia cauſa connexa, & inuicem dependẽte cũ illa, in qua vult eſſe Iudex, poteſt recuſari, *per d. cap. poſtremò, dicit* Capyc. *d. de-*
6 *ciſ. 146. num. 2. vbi Addit.* & † quod Aduocatus in ſimili cauſa iudicare non prohibetur inter perſonas diuerſas, firmat *Præſid. de Franch. deciſio. 87. num.* 18. &
7 de compatre, † quod non poſſit iudicare in cauſa ſui compatris, cum quo contraxit cognationem ſpiritualem, habetur *ex eadem pragmat. 11. ibi: Dechiaramo, che le cauſe del parenteſco ſpirituale ſufficiente à remouere li Giudici, ſiano il compatrato frà il baptizato, & il baptizãte, & frà le altre perſone, frà le quali il Sacro Concilio Tridentino hà dechiarato contraherſi la cognatione ſpirituale.* Difficultas tamen eſt, an qui iudicare prohibetur, prohibeatur etiam cauſam illam alteri committere, ſeù delegare? vel adiunctos eligere, ea potiſſimum ratione,
8 quia lites † ſine vlla ſuſpicione eſſe debent, *per text. in l. apertiſſimi C. de iudic.* cum durum ſit coram Iudice ſuſpecto litigare, *Iaſ. in l. qui iuriſdictionem ff. de iuriſdict. omn. iudic. num. 6. & 7. Cacher. deciſio. 15. num.* 5. ſed affirmandum eſt, ſo-
9 lum ex cauſa inimicitiæ, † vel intereſſe proprij poſſe Iudicem prohiberi, nè committat, deleget, vel adiunctos eligat,
10 quia inimicitia † inducit iuſtam cauſam remouendi, etiam Iudicem ordinarium, *gloſ. in d. l. apertiſſimi in verbo Iudices, verſ. item ſuperuenit iuſtiſſima cauſa iniuriarum, vbi Salycet numer. 4. Caſtrenſ. num. 6. Iaſ. num. 7.* vbi idem dicit in inimicitia præſumpta, *Aufrer. de recuſat. colum. 7. verſ. ſi* Iudex *eſt inimicus, Cacheran. d. deciſio. 15. num. 7.* vnde cum inter dictos Dominos Regentes, & conuentum nulla inimicitię cauſa adſit, ſequitur quod
11 ſi ſunt ſuſpecti in iudicando, † non erunt in delegando, *per text. in cap. ſi quis contra clericum de for. compet. ibi: Si quis contra clericum cauſam habuerit Epiſcopum ipſius adeat, qui ſi vt ſuſpectus fuerit recuſatus,* Exequutor *ab eo deputetur, idem in-*

in

Digitized by Google

in cap.cum ſpetiali §. 1. de appellat. & in propriis noſtris terminis eſt text. ad literam in l. prætor ff. de iuriſdict. omn. indic. ibi: Prætor ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt, ita & in perſonas certas, vel de vna ſpetie poteſt, maximè cum iuſtam cauſam ſuſcepta ante magiſtratum aduocationis alterius partis habuerit. firmat Menoch. de arbitr caſ. 458. numer. 19. Atque ita in hoc Regno fuit reſolutum in Collaterali Conſilio in perſonam Domini Antonij Orificij Sacri Cõſilij Præſidentis, cuius reſolutionis tenor hic non ab re inſeritur.

*Die 11. Menſis Iunij 1587. Neapoli, ſuper articulo relato per magnificum, & circumſpectum Dominum Regentem Thomam Salernitanum Regentem Collateralis Conſilij Suæ Excellentiæ in d. Regio Collaterali Conſilio, ſcilicet, an magnificus, & circumſpectus Præſidens Sacri Conſilij poſſit decretare ſupplicationes, quæ coram Præſidente legi ſolent, cauſaſque in eis contentas committere, & diſtribuere inter magnificos Regios Conſiliarios in cauſis, in quibus ipſe magnificus, & circumſpectus Præſidens eſt ſuſpectus in votando.*

*Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, mandat, atque decernit, quod dictus magnificus, & circumſpectus Præſidens non obſtante, quod ſit ſuſpectus in deciſione cauſarum, poſſit, & valeat cauſas ipſas, iuxta ſolitum committere, & diſtribuere inter eiuſdem Sacri Conſilij magnificos Regios Conſiliarios, ſupplicationeſquè porrigendas à grauaminibus prætenſis per partes prætendentes eſſe grauatos à magnificis Conſiliarijs eiuſdem Sacri Conſilij decretare & ſuper eis prouidere, quod cauſæ Commiſſarius verbum faciat in Sacro Conſilio, exceptis cauſis, in quibus contigerit dictum magnificum, & circumſpectum Præſidentem fore ſuſpectum ex capite inimicitiæ, vel ex eo, quia ageretur de ſuo intereſſe proprio, hoc ſuum, &c. Salernitanus Regens, Salazar Regens, Daroca Regens, Baſtida de Mugnatones, ex quinterno intitulato, Acta Sacri Conſilij, cum quo concordat præſens copia, ſalua, &c. Annibal Cæſarius Secretarius Sacri Regij Conſilij.*

Concludo igitur ex his ordinari debere dictos DD. Regentes delegare poſſe, nè dùm, ſed adiunctos eligere, cum non niſi ſolũ in cauſa inimicitiæ, & proprij intereſſe Iudex ſuſpectus à delegando remoueatur. Quæ quidem ſolæ cauſæ etiã

12 Fiſci patronum † prohibent interuenire vt ex literis Inuictiſſimi noſtri Regis, conſtat ſub die 12. Iulij 1613. pœnes Giſelmum. Quarum tenor cum de facili haberi non poſſit, licet pro hac cauſa non deſeruiant, non inutiliter hic inſerere volui.

13 *Por cartas, † que de ay ſe han eſcritto ſe hà entendido, che Don Franciſco de Caſtro ordinò por villetto ſuyo, que el Abogado Fiſcal de la Camera de la Summaria Iacobo Salluzo nò enteruiniſſe, como ſoſpechoſo en las cauſas de Portia Caracciola, muyer que fuè del Teſorero Diomedes Carraſa, y que vltimamente ſe hauia eſtendido eſta ſuſpiction à Don Baldaxar Acquauiua ſegundo marito de la dicha Portia, ſin hauer para ello otra cauſa, ni razon, que hauer procurado el dicho Abogado Fiſcal, complir con las obligaciones de ſu officio, en razon de las deſordenes, que hà hauido en la adminiſtration del dicho Teſorero general, coſa que hà parecido muy nueua en el Conſejo, pues por cauſas ciuiles no ſe vee razon para recuſar el Abogado Fiſcal, y en las criminales no ſe admitten ſemejantes recuſationes, ſe nò en caſos muy graues, y por cauſas euidentemente claras, y legitimas, y eſto por terminos iuridicos, y aſſi hà parecido, que yo lo aduierta à V. E. para que mande tener la mano, en nò permictir, que ſe quitte por eſto camino las defenſas a las cauſas fiſcales, aunque ſe tiene por cierto el emparo, y fabor, que tendran en V. E. y que en sù tiempo nò ſe darà lugar à coſas, que la prejudique.*

14 Alia litera † ſuæ Maieſtatis de menſe Maij 1606. eſt videlicet.

*En carta de 21. de Nouembre dell' anno*

*no*

Digitized by Google

*no paſſado 1605. y de Iunio proſſimo paſſado os mandè dos copias del tenor ſeguiente.*

*Hè entendido, que en el Tribunal de la Summaria eſtà entroducido, que en los pleytos fiſcales, que en el ſe trattan, ſiempre, que la parte quiere, puede recuſar el Fiſcal y que quitado eſte, que tiene, entendidas las razones, ſe nombra en ſù lugar un Preſidente del miſmo Tribunal, el qual demas de nò eſtar inſtruydo en ellos, dexa de ſer Iuez con que muchas vezes ſe vien à perder el mejor voto, y por que ſiendo eſte del enconueniente, que ſe dexa conſiderar, conuien dar orden y remedio, os hè querido aduertir, y encargar por eſta, que aunque en las cauſas criminales ſe puede recuſar el Fiſcal indiſtintamente, hauiendo legitimas prouanzas, tengais muy de veras la mano, paraque en las ciuiles, en las quales mi Fiſco obiere yntereſſe, y fuere actor, ò reo conuento, nò ſe permitta en ninguna manera, que ſea recuſado, ſin que haya para ello tan juſtas, y legitimas cauſas, que oblighen à nò poderlo eſcuſar, pues lo contrario ſeria in euidente peligro del derecho del Fiſcho, y por conſiguente en danno, y prejuditio de mi Real Azienda, y Patrimonio, y porque la orden que por dichas cartas mandè circa la recuſation del Abogado Fiſcal de mi Real Patrimonio, es tan juſtificada, que por ningun caſo conuien alterarla, ni diſpenſar contra ella, os hè querido aduertir en eſto, y encargar, y mandar, que vos en vueſtro tiempo, y los Vireyes, que por tiempo fueren, y os ſoccedieren en eſſe cargo nò deſpenſeyes por ninguna cauſa, nè riſpetto, a la dicha orden por villestes particulares, ni por otra via, ſe nò que le oſſeruays, y guardareis inuiolablemente, como tan juſtas, y conuenientes à mi Real ſeruitio, y à la buena adminiſtration de la juſtitia*, pœnes Giſelmum, &c.

Vltraquè ad ſaturitatem recuſationis Fiſci patroni videas *Allegationes Domini D. Ioannis Montoya de Cardona in Supremo Italiæ Conſilio apud ſuam Maieſtatem Regentis à Domino Carolo de Tapia ſimiliter in dicto Supremo Conſilio Regente, & Belmontis Marchione poſitas in libro 3. de Iure Regni in Pragm. 23. de offic. Sacr. Conſil.* vbi etiam adſunt allegationes contrariæ Domini Orlandi Franchi Aduocati, in quibus multa ſunt ad materiam recuſationis.

*Die 2. Septembris 1617. facta relatione in* Collaterali *Conſilio, cum DD.* Re*gijs Conſiliarijs Marco Antonio Morra, & Pomponio Saluo adiunctis, fuit decretum, quod liceat ipſis Dominis* Regentibus *delegare in cauſa* Ioannis *Baptiſta Cataneo, cum illis de Spinola, Pœnes Secretarium* Regni, *& ex eorum ſubſcriptionibus in proceſſu inter dictas partes fol.* 900. *&* 906. *Pœnes* Cioffum *Sacr. Conſil. Actorum Magiſtrum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus* Regius *ſpetialiter requiritur in qualibet alienatione feudi, & num.* 18.

2 *Actum, qui facit, videtur prout de iure poteſt facere.*

3 *Aſſenſus conceſſio, intelligitur, prout ius intelligit.*

4 *Aſſenſus aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur.*

5 *Alienandi poteſtas, intelligitur data, ſeruata forma iuris, & ſecundum naturã actus, & nu.* 6.

7 Conceſſio *teſtandi liberè data, intelligitur ſeruata forma iuris communis.*

8 Conceſſio *dandi in feudum, intelligitur præuio aſſenſu.*

9 *Feudi ad emphyteuſim argumentum eſt validum, & è contra.*

10 *Poteſtas data Epiſcopo dandi certam præbendam, intelligitur accedente voluntate Canonicorum.*

11 *Camerarij opinio, quod alius aſſenſus non requiratur, qualiter ſit intelligenda.*

12 *Alienatio cum prima licentia tantum procedit quando* Rex *dicit, nullo alio aſſenſu impetrato.*

13 *Aſſenſus materia eſt, ſtrictiſſimè interpretanda.*

14 *Stylus Curiæ oſtendit Principis mentem.*

15 *Clau-*

Digitized by Google

15 *Clauſula feudi natura non mutata in continenti poſita, cum expreſſis tantùm locum habet.*
16 *Exprimi debet, quod contra naturam feudi eſt faciendum.*
17 *Feuda debent dari vaſallis, quos Rex elexerit.*
19 *Licentia generalis non ſufficit, vbi ſpetiali eſt opus.*
20 *Feudum inſcio Domino acquirens, dicitur Dominum contemnere.*
21 *Licentiâ alienandi feudum intelligitur, ſi tempore alienationis Rex fuerit requiſitus.*
22 *Aſſenſus quare requiratur.*

Pro Amico non modicæ authoritatis.

## *ARGVMENTVM.*

*Conceſſo feudo cum poteſtate alienandi, an nouus requiratur aſſenſus tempore alienationis.*

## CONSILIVM XXXIII.

IN hoc currenti articulo prima facie, cum *Camerar. in cap. imperialem fol.*45.*liter.F*, videtur dicendũ, quod alius non requiratur aſſenſus, ſed ex doctrina plurimorum, maxime authoritatis Doctorum in contrarium eſt veritas, ſcilicèt, quod prædicta licentia non obſtante in alienatione nouus requiratur aſſenſus: nàm vera eſt iuris con-
1 cluſio, † quod in qualibet feudi alienatione Regis requiritur aſſenſus, cum qui
2 facit actum † videatur facere, prout de iure permittitur, *per text. in l. quæro* §. *inter curatorem ff. locat. l. quidam cum filius ff. de verbor. obligat. latè Ripa in l. heredes mei ff. ad trebellian. hinc Bald. in l. ſi duo num.*2 *per illum textum ff. de acquir. hæredit.* dicit, quod qui facit aliquẽ actum videtur ſe aſtringere lege de illo actu loquenet, *Regens de Ponte conſ.* 57.*num.*71. *&* 72. *& propterea Iſern. in cap.*1.*qui ſucceſſ. teneat. num.*8. *circa me-*
3 *dium*, † dicit aſſenſum intelligi ſecundũ quod ius intelligit, *per text. in l. ſi cui ff. de ſeruit.* & recipit interpretationem à iure communi, *l. ex facto ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Frecc. lib.*1. *de ſubfeud. cap. de origin. Baron. num.*46.*fol.* 15. *& q.*30. *num.*28. *Regens de Ponte conſ.*3.*num.*6.
4 *& conſ.*64.*num.*30. † & aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur, *idem Camerar. in d. cap. imperialem fol.*52. *liter.*
5 *F*, † & ſic poteſtas alienandi feuda, poſtquàm intelligitur data, ſeruata forma iuris communis, & ſecundum naturam actus, & cum ſine aſſenſu alienari non poſſint per iura vulgata prædicta licentia non obſtante, in alienatione ipſorum
6 nouus requiritur aſſenſus, † quia intelligitur data impetrato aſſenſu, *argum. l. ſi quando C. de inoſſicioſ. teſtament.* vbi data
7 poteſtate † liberè teſtãdi, intelligitur ſeruata forma iuris communis, *& Iſern. in cap.*1.*de feud. non hab. propr. nat. feud. nu.*
8 4. dicit damus tibi in feudum, † vt poſſis alijs dare, intelligitur in feudum, & ſic dando licentiam alienandi intelligitur, ſi tempore alienationis fuerit requiſitus ad præſtandum aſſenſum, vt iuris, *Speculat. de iure emphyt.* §. *nunc aliqua verſ. ſiuè q.*94. *nu.*117. *vbi Ioannes Andreas, Afflict. deciſ.*307.*num.*21.*Frecc. in d. cap. de origin. Baron. num.*5.*fol.*15. *& in q.*54.*num.*2.*Alexand. conſ.*106.*nu.*3. *lib.* 4. *Rub. Alexand. conſ.*110. *qui alios adducunt*, & licet *Speculat. & aliqui alij*, loquantur in emphyteuſi, idem eſt in
9 feudis, † cum validum ſit argumentum de emphyteuſi ad feudum, & è contra, ac de pari procedant, *Gloſ. in cap.*1. *an agnat. vel fil. defunct. milit. in verſ. vtrũque, Speculat. in tit. de feud.* §. *quoniam verſ.*40.*in fine, cum concordantibus copioſè allegatis per Alexand. conſ.*5. *in princ. lib.*5.*Frecc. de ſubfeud. q.*30. *nu.*2. *& per Brun. in eis repertor. in verb. argumentum de feudo ad emphyteuſim*, quę doctrina *Speculat. & Ioan. Andr.* in licentia alienandi feuda, vt in caſu noſtro ab omnibus pręcitatis Doctoribus allegatur, & firma-

Digitized by Google

firmatur, quibus ſuffragatur, quod dixit
10 *Archidiac.in cap.licet* 8. *q.* 1. † quod pri-
uilegium datum Epiſcopo, ſuper colla-
tione certæ præbendæ, intelligitur acce-
dente voluntate Canonicorum,& non
11 aliter, † & illud,quod dicit *Camerar.in
d.cap.imperialem de probib.alien.per Fe-
deric. fol.* 45. quod data poteſtate alie-
nandi,alius non requiratur aſſenſus,pro-
cedit quando Rex dicit,quod liberè alie-
netur, ita quod naturam feudalem am-
plius non detineat, ſed quando dicit in
feudum,reſeruatis adohis,alijsq; iuribus
feudalibus, & natura feudi non mutata,
quæ clauſulæ omnes in noſtra propoſita
licentia,adſunt,omninò in alienatione
effectiua dicti feudi nouus requiritur aſ-
ſenſus, *vt idem Camerar.expreſsè firmat
in eodem cap.imperialem fol.* 29.*literis P,
& S.* Nec dicatur, quod clauſula feudi
natura non mutata, intelligitur præter-
quàm in expreſſis, quia hic nihil eſt ex-
preſſum, quod feudum ſine alio aſſenſu
alienetur, & ſi Rex voluiſſet, quod alie-
naretur cum ſola prima licentia in ea-
12 dem expreſſiſſet, † quod nullus alius re-
quireretur aſſenſus, quemadmodum ex-
preſſit in alijs conceſſionibus,quando ita
voluit, vt vnam de ipſis, ita conceſſioni-
bus ponit *Frecc.vbi ſupra q.*33.referens,
quod in fine Rex dicit nulla alia noſtra
licentia,vel aſſenſu requiſitis non expreſ-
ſit, ergo noluit, *argum. l.*1. §.*cum aliter*
13 *C.de caduc. tollend.* † ſumus in materia
aſſenſus,quæ eſt ſtrictiſſima,vt omnes fa-
tentur,& in ea tantum admittuntur,quę
oculo corporis videntur, *Frecc.vbi ſupra
q.*20. *num.*8. ad quod facit, quod dixit
*Felyn.in cap.ex literis num.*8.*de reſcript.
verſ. ad cognoſcendum Principis mentem,*
14 in conceſſionibus debet attendi † ſtylus
Principis,& curſus aliarum conceſſionū,
*Lap.allegat.*89. *& cum Doctores* ratione
implicationis,& contradictionis dicant,
15 quod clauſula prædicta † feudi natura
non mutata,non debet operari correctio
nem incōtinenti per antea expreſſorum,
& conceſſorum, ob id dicit præterquàm
in expreſſis,meritò cum in prædicta licē-
tia nihil ſit expreſſum,quod feudum alie-
naretur ſine alia licentia, non habet lo-
cum implicatio,correctio, nec limitatio:
16 oportebat enim, † quod eſſet expreſſum
quod volebat immutare cōtra naturam
feudi, *Regens de Ponte conſ.*3.*nu.*83. vn-
de opinio *Camerar.* non obſtat, cum lo-
quatur quando ex licentia data, feuda
eorum propriam feudalem naturam ha-
17 bere deſinerent,vt diximus, † & feuda
debent dari vaſallis, quos Dominus ele-
gerit, *cap.*1.*de duob.fratrib.* nè fortè eſſet
inimicus, vel odioſus Domino, *vt idem
Camerar.dicit in eodem cap.imperialem
fol.*4.*liter.*5. & maximè,quia in qualibet
18 feudi alienatione † ſpetiali debet inter-
uenire aſſenſus *per conſtitut. conſtitutio-
nem diuæ memoriæ, ibi: Niſi de ſpetiali
noſtræ celſitudinis licentia confirmetur;*
& hoc, vt Rex de nouo vaſallo certiore-
19 tur, † & non ſufficeret licentia genera-
lis,cum ſpetialis opponitur, & præfertur
generali, *l.ſi quis mihi bona* §.*ſed vtrum
ff.de acquir. hæredit. cap.quamquam* 23.
*diſtinct.* non recedendo à proprietate
verborum, *iuxta l.aliter ff. de legat.* 3.
nec obſtat reſponſio eiuſdem *Camerar.in
d.cap.imperialem fol.*45. quod illud ſpe-
tiali debet intelligi,ideſt gratioſa,cum
aſſenſus procedat ex gratia: hoc enim
eſt falſum cum ſimus in materia ſtrictiſ-
ſima, & exhorbitanti, quæ tantum can-
tat quantum, (vt prædiximus) corpo-
ris oculo videtur,& prout ſonat, & ideò,
20 ſi ex tali licentia induceretur † alius in
poſſeſſione feudi, Domino ignorante, di-
ceretur,quod Dominus contemnitur, &
contra eum poſſet ſequi machinatio in
feudo, *vt in d.cap.imperialem de probib.
feud.alien.per Federic.Frecc.vbi ſupra,
in* 1.*authorit.num.*28. *& ſic cum eodem
Frecc.in d.cap.*1.*de origin.Baron. nu.*50.
*& q.*54.*num.*2. Concludo,quod Rex in
prima conceſſione, vel in alia conceden-
do licentiam alienandi feudum intelli-
21 gitur, † ſi tempore effectualis alienatio-
nis fuerit requiſitus, & conſenſerit, vt
*per Speculat. Ioan.Andr.Iſern. Afflict. &
22 alios ſupra relatos,* † qui alios adducunt,
vt Dominus in ſuperiorem cognoſcatur
á certo vaſallo emptore, & ne ſibi præ-
iudice-

*iudicetur, cap. 1. de alien. feud. facit text. notab. in l. ſi debitor §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. & ita iuris eſſe cenſeo.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Feudi diuiſio à Comitatu dupliciter fieri poteſt.*

2 *Feudi diuiſio quando fiat expreſsè, vel tacitè, & nu. 3. & 6.*

4 *Anni triginta rei conditionem permutant faciunt præſumi inueſtituram, & vaſallagium acquiri.*

5 *Feudi alienationi aſſenſus ſpetialis requiritur.*

7 *Feudi tacita diuiſio de æquitate, non de rigore procedit.*

8 *Feuda Francorum iure reguntur in Regno.*

9 *Feudum ſemel cum Regio aſſenſu diuiſum, eſt feudum de per ſe, ſicut feudum diuiſum permiſſu legis.*

10 *Feudum diuiſum vniri non poteſt ſine Regio aſſenſu.*

11 *Feudum peruentum ad feudatarium, reſpectu alterius feudi, vti ad alium cenſetur, & vices duarum perſonarum repreſentat.*

12 *Baro repreſentat ſuam Baroniam, & ſuum feudum.*

13 *Comitatus, & Baronia nomine quod geritur, alio feudo non præiudicat.*

14 *Comitatus conceſſio cum iuribus, & pertinentijs omnibus, feudis per alios tunc poſſeſſis non præiudicat.*

15 *Feuda plura ad vnum peruenta, non proindè eorum iura confunduntur.*

16 *Feudum quaternatum non inconuenit in terra Baronis eſſe.*

17 *Feudum, & bona tenens in terra Baronis non iurat Baroni, ſed Regi.*

18 *Feudum, ſiuè Caſtrum à Ciuitate ſeparatum, cenſetur in eo omnis iuriſdictio tranſlata.*

Pro Amico.

*ARGVMENTVM.*

*Pars feudi Regio cum aſſenſu ab alia parte diuiſa, num feudum ſit de per ſe.*

CONSILIVM XXXIV.

1 DIuiſio feudi † à Comitatu, vel à Ciuitate aliqua, duobus fieri modis poteſt expreſsè, ſcilicèt, & tacitè, iuxta tradita per *Alex. conſ.*
2 26. lib. 5. Expreſsè, † vt quando Comes feudum cum Comitatu vnitũ alicui ven-
3 didit, vel conceſſit, † & Rex conſenſijt; Tacitè quãdo de aliquo feudo à Comitatu, cui erat vnitum, ſeparatè per triginta annos ſeruitium præſtatur, quia tanti
4 temporis ſpatio † rei conditio mutatur, *l. eum qui C. de fund. rei priuat. libr. 11.* præſumitur inueſtitura, & vaſallagium acquiritur, ſecundum *Iſern. in cap. 1. §. ille colum. penult. de controuerſ. feudi apud par. termin. & in cap. 1. colum. 2. de his, qui feud. dare poſſ. & in cap. 1. §. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer.* quæ iure communi feudorum procedere opinor; nam expreſsè prouiſum videmus contrarium, † *per conſtit.*
5 *conſtitutionem diuæ memoriæ*, qua cauetur, quod in qualibet feudi alienatione, vel diminutione ſpetialis Regis requiratur aſſenſus, ibi; *Niſi de ſpetiali noſtra celſitudinis licentia confirmátur, etiam ſtante Regia pragmatica nouem capitum,* per quam etiam Proregi, diuiſionibus feudorum vetitum eſt aſſentire, & licet *Afflict. in d. § ſi quis per triginta, & Io. Vincent. de Anna in cap. 1. num. 449. de vaſallo decrepit. ætat.* teneant, quod talis deciſio non procedat contra Fiſcum, ſed
6 contra priuatum: † hoc tamen intelligas quando præſens eſt Dominus, & ſcienter ſeruitium diuiſum recipit, pro quota parte feudi per triginta annos, quia per receptionem ſeruitij conſentire videtur, iuxta tradita per *Afflict. in deciſ. 267. per conſtitut. conſuetudinem prauam §. ceterum*

Digitized by Google

7 terùm colum. 4. † & hoc potius procedere videtur de æquitate, quàm de rigore, ſtante d. conſtit. conſtitutionem diuæ me-
8 moriæ, † maximè in Regno, in quo Frãcorum iure viuitur, & ad vnum tantum feuda pertinent, per capit. conſiderantes, cap. imperialem §. præterea ducatus de prohibit. feud. alienatione per Federic, vbi Iſern. num. 38. circa finem, Præſ. de Franch. deciſ. 4. num. 6. Regens de Ponte conſ. 3. num. 46. & ſeq. Cumia in cap. ſi aliquem fol. 271. verſ. reiectis contrarijs, dicit, quòd nè dum in Regno Siciliæ vltra Farum, ſed etiam in hoc citra Farum Frãcorum iure viuitur, & omnia feuda verè indiuidua ſunt, per d. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ d. cap. conſiderãtes, & vtrobique Doctores, vt eleganter dicit Regens de Ponte de mente Iſern. Capyc. Camerar. & aliorum in d. ſuo conſ. 3. nu. 32.
9 & ſeq. Benè verùm eſt, † quod feudum ſemel à Comitatu, vel á Ciuitate diuiſum, cum Regio aſſenſu, & voluntate feudatarij, dicitur feudum de per ſe, principaliter in Regijs quinternionibus deſcriptum, & recognoſcitur immediatè, & in capite à Regia Curia, quemadmodum feudi diuiſi ex permiſſu legis, quælibet pars dicitur integrum feudum de per ſe, Iſern. in cap. hoc quoque num. 1. de ſucceſſ. feud. Afflict. in cap. item ſi fuerint num. 30. quib. mod. feud. amitt. Capyc. in rubr. feud. diuiſ. verſ. vndecimo ſciendum,
10 & iterum † vniri non poteſt, niſi noua Regis voluntate accedente, vt comprobat Regens Lanar. conſ. 91. num. 4. & li-
11 cet poſteà † ad Ciuitatem, vel ad Comitatum redierit, non vt ad Comitem, ſed vt ad alium, & vices duarum perſonarum Comes ipſe repreſentat, argum. l. ſi conſul & l. ſi pater §. qui duos ff. de adopt. Iſern. in cap. 1. colum. 2. qui ſucceſſ.
12 teneat. † repreſentat Comes ſuum Comitatum, & ſuum feudum, ſecundum Gloſ. in conſtitut. conſuetudinem verſ. cum his circa medium lib. 3. & quod nomine
13 Comitatus, † ſiuè Baroniæ gerit, non præiudicat ad aliud feudum, quod etiã principaliter repreſentat, argument. l. polla C. de his, quib. vt indign. l. cum quædam C. de adminiſtrat. tutor. cum teneat alia feuda, alio titulo particulari, ſicut alius Dominus, & non vt Comes, ſiuè Baro, ſicut in ſimili Rex ſuccedens in Comitatu per excadentiam, ſiuè alias illum tenet, vt Comes, & non vt Rex, niſi ipſe, qui poteſt, aliter declararet, aut incorporaret, Iſern. in conſtitut. dignum colum. 2. lib. 3. vbi Afflict. num. 130. & conceſſio ſubfeudi in terra facta alteri, ſuberit nouo Comiti, non Regi, Afflict. in prælud. conſtitut. q. 25. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q.
14 50. num. 5. † & licet Comitatum fuerit conceſſum cum iuribus, & pertinentijs omnibus, non intelligitur de feudis, quæ ſeparatè tunc temporis per alios poſſidebantur, ſed de iuribus ſpectantibus ad Comitatum, Iſern. in cap. 1. num. 5. vbi Afflict. num. 29. quid ſit inueſt. nec pro-
15 indè † iura vnius feudi, cum iuribus alterius feudi confunduntur, ex eo, quod ad eundem Dominum peruenerunt, tùm quia illud procedit in his, quæ acceſſoriè veniunt, vt ſeruitus, iuxta text. in l. ſi quis ædes ff. de ſeruitut. vrban. prædior. & patet ex prædictis, tùm maximè, quia eadem duo iura, quæ vni competunt, iudicantur, ac ſi pluribus competerent, vt per Alexand. in l. in ratione §. quod vulgo num. 10. ff. ad l. falcid. allegat text. in l. tutorem ff. de his, quib. vt indign. ibi: Diſcreta ſunt enim iura, quamuis plura ad eandem perſonam deuenerint: nec inconue-
16 nit, † quod in Terra Baronis, ſeù Comitis ſtet feudum quaternatum ſpectans ad collationem Regiam, Iſern. in cap. 1. colum. 3. num. 9. de controu. feud. apud par.
17 term. † Quinimmo tenens bona in Terra Baronis à Rege, non iurat Baroni fidelitatem, Afflict. ibidem num. 50. ſed nè puntualitatem differamus, caſum in terminis decidit Caſtrenſ. in l. ſi fundum la prima §. qui fundum num. 6. de legat. 1. Ait enim, quod locus ſemel exemptus à totalitate fundi, quando feuda fuiſſent de Comitatu, ſunt feuda de per ſe, & non comprehenduntur, vlterius in tota-
18 litate, inferens proindè, † quod ſeparato Caſtro à Ciuitate, in illud omnis iuriſdictio tranſlata cenſetur: nam quando

conſtat

conſtat fuiſſe poſſeſſum ſine iſtis feudis particularibus,pro quibus ſoluitur,& releuium ſeparatim à Comitatu, & ſeparatim in quinternionibus eſt ſcriptum, & Comes,aut Baro ea tanquàm ſeparata,& de per ſe habebat,vnionem factam fuiſſe prætendi non poteſt, nec fieri poterat ſine Regis particulari aſſenſu, vt ex iamdictis breuiter adductis concludo.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegia conceſſa ſubditis per Superiorem reuocari poſſunt.*
2 *Limitatur ſi non ſubdito.*
3 *Limitatur etiam ſi recepta ſit pecunia pro priuilegio,quia tranſiuit in contractum.*
4 *Donatio facta ob merita non reuocatur.*
5 *Priuilegium immunitatis per habitationem tranſit in contractum, idem in feudo,& nu.6.*
7 *Terra facta Camera habet immunitatem à Rege, non à Barone.*
8 *Electus ab eo, qui poteſtatem eligendi habet à Conſilio, cenſetur electus ab ipſo Conſilio.*
9 *Electio dicitur illa vera,quæ durat.*
10 *Opinio Anton.de Butr. contraria procedit in Principe non recognoſcente Superiorem.*
11 *Barones Regni ad inſtar particularium, & ad paria, cum vaſallis iudicantur.*
12 *Princeps ſuperiorem recognoſcens non reuocat,niſi reſtituto accepto.*

Pro Vniuerſitate Galatulæ,contra Ducem Acerentiæ.

## ARGVMENTVM.

*Baro, qui pecunia recepta Terram vnam fecit Cameram, num variando aliam poſſit eligere.*

## CONSILIVM XXXV.

Rogatus, vt ſcriberem aperto iure dixi, quod non.

1 Nàm licet † regulariter priuilegia conceſſa ſubditis per ſuperiorem quandocumque reuocari poſſint,*cap.veniens extra de præſcript.* dicta tamen regula limitatur. Primò, vbicumque pri-
2 uilegium †, fuiſſet conceſſum non ſubdito,*Felyn.in cap.nouit num.9.de iudic. & in cap.2.de probation.num.2.Dec.conſ.28. Alexand.conſ.101.volum.1.Roman.conſil.252.cum latè ibi adductis per Mandoſ.*
3 Limitatur ſecundò, Superiorem non poſſe reuocare priuilegium factum ſubdito, quando tranſiuit in contractum, puta accepit aliquid pro illo concedendo,vt in caſu noſtro,& ratio eſt, quia dicitur contractus dò,vt des, vel vt facias, à quo ſtante implemento ex vtraque parte,non licet recedere,vulgata *l.ſi pecuniam ff.de condit.ob cauſ. Bald.in l.qui ſe patris colum.7.in fine C.vnde liber. notabil.dicit Bart.in l.omnes populi num.30. ff.de iuſtit.& iur.Roman.dicto conſ.252. Alexand.conſ.216.volum.2.eodem conſil.201.volum.1. Dec.d.conſ.286. Felyn. in cap.1.num.2.de probation. cum ſimilibus*, quæ opinio comprobatur per *capit. conſtitutus extra de relig.domib.* vbi Epiſcopus remiſerat ius Epiſcopale, quod habebat in quadam Eccleſia, accepta annua penſione, & cum vellet reuocare, deciditur non poſſe, quia conceſſio, ſiuè ceſſio talis tranſiuerat in contractum, idem probatur *in l. Actilius Regulus, & in l ſi pater in fine ff.de donation.* vbi do-
4 natio † facta ob merita reuocari non poteſt,ad hoc facit etiam *text.in l. 2.ff. de iure immunit.* vbi immunitas conceſſa ei,qui ſubijt onera Ciuitatis, non poteſt ab eo auferri,ad idem facit *l.ſi cum multi ff.de dol.* vbi dixit *Bald.* quod ſi ſtatuto Ciuitatis cauetur, quod quicumque venerit ibi ad habitandum per certum tempus,ſit immunis à collectis, & Ciuitas facit alium ſtatutum contrarium, no-



Digitized by Google

ui Ciues poſſunt iuuari actione de dolo ,
5 ex quo priuilegiũ † immunitatis per habitationem tranſiuit in contractum,idem
6 ſi cõcedatur feudum, † quod dicitur beneficium, *ſi de feud.fuer. controuerſ. cap. beneficium*,& tamen reuocari non poteſt, *cap.1.de natur.feud.* Ratio eſt,quia tranſit in contractum tale beneficium cum vaſallis, qui tenentur ad ſeruitia, *cap. 1. quid ſit inueſtit.* quam opinionem tenet *Caſtrenſ.in l.1.C.de liber.& eorum liber.* & omnes * communiter, & ab ea non eſt recedendum per ſupradicta.

7 Inſuper Rex concedit Baroni immunitatem ab hoſpitijs militum in Terra, quam Baro elegit pro Camera, & ſic Terra electa non habet immunitatem à Barone,ſed à Rege, qui licentiam Baroni dedit eligendi, & tenendi talem Terram pro Camera , *text. eſt notabilis in l. item eorum* §.*ſi Decuriones* ff. *quod cuiuſ-*
8 *que vniuerſ.nomin.* vbi habetur , † quod electus ab eo,qui habet poteſtatẽ eligẽdi à Cõſilio,cenſetur electus ab ipſo Cõſilio , & non poteſt amplius ab eligentibus reuocari, *l.huiuſmodi* §.*Stychum, aùt Pamphilum ff. de legat. 1. notat hoc Goffred.in l.vnus ex familia in princ. ff.de legat.2.vbi Caſtrenſ.in* §. *ſi de falcidia*, cum ergo Dux, vt Baro elegit, ex Regia poteſtate, & non ex ſe , ex prædictis reuocare illam non poteſt , & aliam eligere.

9 Vlterius, † electio dicitur illa vera, quæ durat, vt tradit *idem Goffred. in d.l. vnum ex familia in principio* ff. *de legat.* 2. ſi Dux illam mutaret, contradiceret *l. quod ſemel placuit,* ff. *de decret. ab ordin.fact.* & prædicta concluſio remanet
10 firma non obſtante , † quod *Anton. de Butr.in cap. in noſtra de iniur. & damn. dat. limitando dictum Bart. vbi ſupra*, dicentem Principem poſſe reuocare, quę tranſeunt etiam in contractum,quia hoc poteſt habere locum in Principe non recognoſcente Superiorem, cum ſit Dominus rerum, & perſonarum, & facit ex poteſtate Dominica:non autem in Baro-
11 nibus noſtri Regni,† qui ad inſtar particularium, & ad paria cum vaſallis iudicantur,pro ſeruãda ęqualitate per prędi-
12 cta iura,† immò talis Princeps,Superiorem non recognoſcens, non poſſet id facere,niſi reſtituto accepto, *Petr. Bellug. in ſuo Specul.Princip.rubr.9. num.28.* & ex prædictis currenti calamo adductis pro ipſis pauperrimis vaſallis dictæ Terræ Galatulæ iudicari debet , nouam Cameræ electionem fieri non poſſe, niſi reſtituta quãtitate pecuniæ pro dicta cauſa recepta , maximè quod per annos ſex ſteterunt in pacifica poſſeſſione , & hoc hodiè innouari prætendatur magis odio Miniſtrorum , quàm de voluntate dicti Domini,tantæ bonæ qualitatis, & ita videtur mihi , ſaluo tamen iudicio tantorum virorum iudicantium.

*Hæc cauſa non fuit proſequuta,& proindè nec iudicata.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Legata, qualiter ſint intelligenda.*
2 *Verba ſunt intelligenda ſecundum actus naturam.*
3 *Vltimarum volũtatum natura eſt ambulatoria vſque ad vitæ exitum.*
4 *Teſtator legem ſibi non imponit , à qua diſcedere non poſſit.*
5 *Præcedentia declarant ſequentia, etiam ſi conſiſtant in ſolis præfationibus.*
6 *Principis ordine interpretatur finis.*
7 *Sequentia non poſſunt præcedentium immutare naturam.*
8 *Tranſpoſitio verborum non vitiat legatum.*
9 *Verbum,deputo,& aſſigno, importat, ac ſi dictum eſſet lego.*
10 *Legari abſentibus dictantibus teſtamentum, & teſtibus poteſt.*
11 *Verba accipiuntur impropriè , vt deſeruiant actui,qui geritur.*
12 *Donatio cauſa mortis requirit conſenſum donatarij .*
13 *Teſtatore dicente lego, & dono , cenſetur legare,non donare.*
14 *Legatarius hæres, alienationem rei legatæ à teſtatore factam non impugnat.*
15 *Legata plura oneroſa , & lucroſa non*

*poſſunt*

*poſſunt renunciari pro parte, & pro parte acceptari.*

16 *Teſtamentum, an ſumat vires à die mortis teſtatoris, vel adita hæreditatis.*

17 *Legata res per alienationem reuocatur.*

18 *Legatum factum creditori an præſumatur in compenſationem.*

19 *Legatarius agnoſcens legatum, non compenſat, niſi pro ſumma ſui crediti.*

## Pro Amico.

### ARGVMENTVM.

*Legatum factum per verbum dono, quo tempore debeatur, & an alienatio rei legatæ adimat legatum, & quid ſi factum eſſet alia ex cauſa creditori.*

## CONSILIVM XXXVI.

ADuertēdum eſt primò, verùm eſſe in facto creditricē in caſu noſtro poſt inſtitutam hęredem eius filiam, eidem filiæ legaſſe per verba, videlicèt, legauit, & voluit ipſa teſtatrix, &c. Similiter de iure verùm eſſe, quod legatum, & omnia verba
1 legati intelligi † debent, ſecundum eius principium, *l. regula* §. *final.* ff. *de iuris, & fact. ignor.* à primordio enim tituli, poſterior formatur euentus, *l. 1. circa finem C. de impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. *Oldrad. in conſ.* 103. *quæſtio.* Nec mirum ſi poſt principium dicti legati tranſit ad alia
2 verba, quia vltra prædicta dico, † quod verba debent intelligi ſecundum naturam contractus, ſiuè actus, cui adijciuntur, *l. ſi ſtipulatus* §. *verùm* ff. *de vſur. l. damni, verſ. & quod in ſtipulatione* ff. *de*
3 *damn. infect.* † cum natura vltimarum voluntatum ambulatoria ſit, vſque ad vltimum vitæ exitum, *iuxta text. in l.* 4. ff. *de adim. legat. l. cum hic ſtatus* §. *ait oratio* ff. *de donat. inter vir. & vxor.* quod adeò verùm eſt, vt ipſemet teſtator non
4 poſſit ſibi legem imponere, à qua recedere non liceret, *l. ſi quis in principio teſtamenti de legat.* 3. *& ibi Bart. & Scribentes*, & ideò dictum legatum ad libitum ipſius teſtatoris euaneſcere potuit.
5 Secundò, † pręcedentia declarare ſubſequentia, etiam ſi conſiſtant in ſolis aſſertionibus, & præfationibus, vt firmat *Angel. in l. ſi ſeruus plurium* §. *vltim. de legib. ibiq́; Iaſ. num.* 3. *in fine, per l. vltim. & l. Titia* §. *titia* ff. *de verbor. obligat.* &
6 ex ordine † principij interpretatur euentus, & finis, *Bald. in l. quamuis C. de fideicommiſſ. relatus per Soccin. conſ.* 52. *nu.* 5. *in fine lib.* 1. & cum talis diſpoſitio fuerit facta, & concepta per verba legati, dicēdo legauit, &c. aliam naturam, quàm
7 legati, & vltimæ voluntatis, † ſequentia verba inducere non poſſunt, eo maximè, quia in legatis, in tantum ſolemnitas verborum ſublata eſt, vt nec tranſpoſi-
8 tio verborum vitiet legatum, † *l. quidem teſtamento, & ibi Bart. de pecul.* & etiam
9 ſi teſtator dixerit, † deputo talem rem Titio, perindè eſt, ac ſi dixiſſet lego, *Bal. in l.* 1. *num.* 17. *in fine C. commun. de leg.* & idem ſi dixiſſet aſſigno, idem *Bald. in l.* 2. *num.* 7. *eodem titulo*, cum in legatis, & fideicommiſſis, verborum obſeruatio non ſit neceſſaria, *l. in legatis C. de legat.* & quibuſcumque verbis relinqui poſsūt: non enim verbis, ſed voluntatibus defunctorum fauor exigitur, §. *noſtra inſtit. de legat.* ſed in caſu noſtro prædictis non indigemus, dùm in principio orationis dicitur per verbum legati, &c. & ſic negari non poteſt, quin ſit legatum, & legati propriam naturam non habeat.

Tertiò, nō referre, quod in dicto legato, legataria fuit præſens, & acceptans:
10 nám licet legatum abſenti, † & ignorāti relinqui poſſit, *l. cum pater* §. *ſurdo* ff *de legat.* 2. Tamen nihil repugnat ſi præſenti relinquatur, quia & teſtamentum dictantibus, etiam legari poteſt, *l. ſi quis ita ſcripſerit* ff. *de reb. dub.* §. *legatarijs, inſtit.*
11 *de teſtament.* & ideo illa verba, † quod Terra ex nunc pro tunc, &c. cedit, & dat in ſubſidium, & ſolutionem dotium dictæ eius filiæ præſenti, &c. impropriè accipi debent, vt deſeruiant actui, qui geri-



Digitized by Google

tur, & ſecundum ſubiectam materiam intelligantur, vt in ſpetie probatur *in l. ſi vno in princ. ff. locat.* Nàm cum proferantur in teſtamento, cuius natura eſt, vt reuocari poſſit, ſimiliter dicta verba intelligi debent, vt reuocari poſſit, & cenſeri legatum, & etiam, quod verba ipſa
12 cauſa mortis † donationem inducerent, (quod negatur,) quæ etiam ex præſentia, & conſenſu cognoſcitur donatarij, *l. inter mortis ff. de mort. cauſ. donat.* quæ legato, & vltimę voluntati æquiparatur, vt in *l. illud eodem titulo, & §. 1. inſtit. de donat.* vltra verba clara præcedentia legatum expreſſum demonſtrantia, adhuc reuocari poſſet, & fortius, etiam ſi teſta-
13 trix dixiſſet, lego, † & dono, ſine dubio legatum eſſe intelligitur, vt ex multis firmat *Iacob. de Nigris in rubrica de legat. 1. num. 24. Soccin. Iun. num. 60.* ſi hæc erit datio inſolutum ex nunc, pro tunc, vt pars prætendit, illud verbum lego ſuperfluum redderetur, igitur intelligi debet, cedo per legatũ, ſiuè legando cedo.

Quartò, quid in hoc vagandum ſi ea-
14 dem aduerſaria, † cui relinquitur tale legatum, inſtituitur etiam vniuerſalis hæres, ſi hęres quomodo alienationem à teſtatrice factam impugnare poteſt, quæ factum defunctæ ratum habere tenetur? *l. cum à matre C. de rei vendicat.* cum ſimilibus, & quem de euictione tenet actio, agentem repellit exceptio, vulgatis iuribus, vltra quæ adduco, quod quando in teſtamento plura continentur legata, & vnum eſt oneroſum, aliud verò lucroſum, inſtituta, ſiuè legataria non poteſt
15 lucroſum accipere, † & oneroſum renũciare, ſic in hoc caſu ipſa filia legatum lucroſum, ideſt prædicti territorij acceptare non poteſt, & legatum inſtitutionis, hæreditatis repudiare, *l. ſed duobus legatis de legat. 2. vbi Doctores,* ſed omnia prædicta ſunt ſuperflua, cum quicquid
16 ſit actum, eſt actum in teſtamẽto, † quod non ſumit vires, niſi à die mortis teſtatoris, ſiuè teſtatricis, ſecundum fictionẽ, aùt ab adita hæreditate, ſecundum veritatem, *l. ſi tibi homo §. cum ſeruus ff. de legat. 1. l. à Titio ff. de furt. l. proindè ff. ſi* *certum petatur,* & teſtatrix adhuc viuit, & viuens prætenſum territorium lega-
17 tum alienauit, † per quam alienationem legatum reuocatum intelligitur, *l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de legat. 2. l. ſi rem legatam ff. de alimen. legat. vbi Doctores, Alexand. in conſ. 168. & 169. lib. 6.* Ergo legataria ipſa ex dicto legato, nullam actionem habere poteſt.

18 Vltimò etiã, † quod dicta teſtatrix facta alienatione rei legatę deceſſiſſet, nullo facto alio teſtamento legatum, ex quo pro credito legatariæ eſt, in compenſationem ſui crediti, intelligitur pro concurrenti quantitate debita, *l. penult. §. qui fratres de aliment. legat.* & ita intelligit, & declarat *Paul. de Caſtr. in l. cum ab vno num. 3. & in l. creditore in fine ff. de legat. 2. ac in l. ſi compenſandi C. de hæred. inſtit. Alexand. conſ. 132. num. 2. lib. 2.* vbi
19 licet † legatarius agnoſcat legatũ, ſi eſt maioris ſummæ ſui crediti, non tenetur compenſare, niſi pro rata, & ſic è contra reſpectu teſtatricis quando legatum eſſet maioris pretij, vt in caſu noſtro, & ſic concludo legatariam pro legato, vigore ipſius legati actionem non habere, ſed pro concurrenti quantitate ſui crediti, vigore prioris promiſſionis, & obligationis ſuarum dotium.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ eſt probibita de iure canonico, & ciuili.*
2 *Alienationes rerum Eccleſiarum non valent, niſi ſeruata forma iuris.*
3 *Res Eccleſiæ, etiam minimè alienari probibentur, niſi tribus concurrentibus.*

## Pro Reuerendo Io. Baptiſta Henrico, cum Hieronymo de Fatio.

## ARGVMENTVM.

*Alienatio rei Eccleſiæ ſine aſſenſu Apoſtolico, & in euidentem Eccleſiæ læſionem eſt ipſo iure nulla.*

AR-

## CONSILIVM XXXVII.

REuerendus Ioannes Baptiſta de Henrico beneficiatus Cappellæ Annunciatellę intus Epiſcopatũ Ciuitatis Acerrarum, cum locaſſet quandam terram arbuſtatam, & vitatam pro annuis carolenis duodecim Hieronymo de Fatio per nouennium ad renouandum, nolens renouare, petijt eius relaxationem cum fructibus, ex defectu aſſenſus Apoſtolici, & enormiſſimæ læſionis, vndè cum per Magnam Curiam Vicariæ obtinuiſſet fuit appellatum ad Sacrum Conſilium, in quo ſententia ipſa confirmari debet, dũ in facto benè deducta eſt læſio enormiſſima, & pars Apoſtolicum aſſenſum non adducit ex regula valdè notoria,
1 quod alienatio† rerum Eccleſiaſticarum ſit prohibita de iure Canonico, *per cap. quicumque 17.q.4. per extrauagantem ambitioſè de reb.eccleſ.non alien. & vtrobique Doctores omnes*, & alias Pontificales ſanctiones, & de iure Cæſareo licet antiquitus fuiſſet prohibita de Eccleſijs Conſtantinopolitanis, *vt ex text.in l.iubemus in principio C. de ſacroſanct.eccleſ. & gloſ.in verbo Vrbe*, tamen fuit ampliata ad duas Eccleſias Orbis, *per text.in authent.de eccleſ.rerum immobil.in princip.§.nuper igitur,&c.* & quamuis videa-
2 mus aliquando alienari, † alienationes tamen ipſę non valent, niſi ſeruata forma iuris, *vt per Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.* Immò etiam ſi in Eccleſiæ vtilitatem fiat, ſine Superioris conſenſu non valet, *per dictam extrauag. ambitioſè, vbi omnes Scribentes, & Bald. in l.final.§.neceſſitate C.de bon.quæ liber. poſt num.26.*

Non obſtat partem prætendere ven-
3 ditionem terræ, ex quo minima eſt, † & ſterilis aſſenſu Apoſtolico non indigere, quia & ſi nitatur probare eſſe inutilem, & inaquoſam, tamen ex proprijs partis teſtibus habetur, terram fuiſſe fertilem, arbuſtatam, & ſolitam locari in ducatis ſex annuis pro quolibet modio, dùm eſt modiorum quatuor, & propè muros dictæ Ciuitatis videatur, quæ enormiſſima læſio extat, & ſic *cap.terrulas 12.q.2.* in hoc adaptari non poteſt, cum tria copulatiuè requirantur, videlicèt, quod res ſit exigua, quod ſit inutilis Eccleſię, & quod alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis, *vt per Aegid. in cap.ſine exceptione verſ.ſi neceſſitas, ibiq; Rebuff.* 12.q.2. quę cum non adſint in caſu noſtro, ſed etiam enormiſſima adſit læſio, per Sacrum Conſilium declarari debet benè prouiſum per dictam Magnam Curiam, & explicari caput quoad fructus, &c.

*Referente Conſiliario Pompeo Salernitano prędicta ſententia Magnæ Curiæ fuit confirmata, vt in banca Amatrudæ.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſio receptionis per bancum, vel per libros, ſi non apparet, non præiudicat.*

2 *Confeſſio facta mandato non adimpleto per eum, ad quem literæ mittuntur non nocet.*

3 *Confeſſio eſt relatiua, & quando ex relato aliter non conſtat, non nocet.*

4 *Negatiua non recepiſſe, non probatur, niſi per inſpectionem librorum.*

5 *Contractus mutui incontinenti factus cenſetur correſpectiuè ad contractum dotis.*

6 *Diſpoſitio in contractu mutui attenditur, & non quod inerat in contractu dotis præcedenti.*

7 *Confeſſio receptionis vltimi, & non primi contractus attenditur.*

8 *Præſumitur neminem ſuum ius iactare.*

9 *Confeſſione maioris ſummæ ſi appareat ſolutionem eſſe minoris quantitatis, minor attenditur, & alia eſt ſimulata.*

10 *Fæmina propter paragium excluditur à ſucceſſione patris, & matris.*

11 *Paragium quota pars ſit hæreditatis.*

12 *Minoris alienatio debet fieri cum ſollemnitatibus, & quæ ſint.*

13 *Metus reuerentialis, & enormiſſima læſio annullant contractum.*



Digitized by Google

14 *Læſio enormiſſima dolo ex propoſito æquiparatur.*

15 *Pater, & filius, quando pecuniam recipiunt, præſumitur in poſſe patris totam perueniſſe.*

16 *Filius in gubernio, & poteſtate patris præſumitur.*

17 *Pecunia eum, ad quẽ peruenit, facit principalem, alios obligatos fideiuſſores.*

18 *Iuramentum non obligat, vbi conſenſus deeſt.*

19 *Enormiſſima læſio, facit ceſſare conſenſum, quia præſumitur error, & ignorantia.*

20 *Iuramentum non obligat, vbi adeſt enormiſſima læſio, vel dolus.*

21 *Læſio enormiſſima dolum re ipſa cauſat.*

22 *Iurare quis inducitur eo modo, & errore, quo ad contrahendum fuit inductus.*

23 *Aſſenſus nihil operatur, nec ponit in eſſe, quando contractus minoris eſt nullus, ob defectum ſollemnitatis.*

24 *Dictio, quatenus, facit conditionem.*

25 *Dictio, ritè, & rectè, denotat iuris ordinem, & ſolemnitatem.*

26 *Argumentum validum eſt de re ad perſonam.*

27 *Aſſenſus vendendi feudum in totum, non operatur in venditione partis.*

28 *Aſſenſus, vt tres cedãt, non operatur ſi duo tantùm cedant.*

29 *Alienationibus feudorũ per exteros Proregi aſſentire prohibitum eſt.*

30 *Voluntas, & potentia regulant actum.*

31 *Lex noua à lege antiqua interpretationem recipit, & ſecundùm illam declaratur.*

32 *Solemnitas, quæ requiritur in alienatione rei, requiritur in ceſſione, & alienatione actionis, & nu. ſeq.*

34 *Prohibitio alienationis immobilium per ſtatutum trahitur ad alienationem actionum.*

35 *Actio hypothecaria competens ad feudum eſt feudalis.*

36 *Actio ad feudum iudicatur, vt de feudo.*

37 *Actio, & hypotheca ad feudum in viuentibus iure Francorum competit primogenito.*

38 *Actionem ſuper feudo non exercent omnes filij, ſed primogenitus tantùm pro dotibus maternis.*

39 *Finis, & euentus certificant principium.*

40 *Creditores cum aſſenſu præferuntur illis ſine aſſenſu in feudalibus.*

41 *Paragium debetur à tempore mortis patris.*

42 *Origo actionis attendi debet.*

43 *Contractus transfuſus in alium, gaudet priuilegijs, & actionibus eius, in quem transfunditur.*

44 *Subrogata actio habet omnia, quæ primæuæ actioni competebant.*

45 *Dictum in actione, repetitum cenſetur in ſubrogatione.*

46 *Mulieri non ſuffieit, quod dos ſit promiſſa, ſed cum effectu ſoluta.*

47 *Filia quando excluditur propter dotem, eſt idem, prout quando per ſtatutum.*

48 *Dos denotat effectum iuris.*

49 *Nouatio non fit niſi expreſsè.*

50 *Nouatio, vt fiat, neceſſe eſt, quod interueniat creditor.*

51 *Euicta re in dotem, vel pro paragio data, creditor habet recurſum ad primæua iura.*

52 *Paragij actio eſt in rem ſcriptam, & contra fratrem fit condemnatio, & exequutio.*

53 *Actio reuocatoria contra tertium datur, quando frater non eſt ſoluendo.*

54 *Soror tenet feudum reuocabiliter, donec ei ſatisfiat de dote, vel legitima, aùt paragio.*

55 *Venditis bonis ſubhaſta ad inſtantiam creditorum, maximè cum graduatione, præſumitur debitores ſoluendos non eſſe.*

## Pro Ioanne Baptiſta de Spiritu, & Victoria Barraccha, cõtra Ioannem Mauritiũ, & Claudiam Barraccham, Petrum Ioãnem Georgiũ, ac Hieronymum, & Bonifatium de Naſellis.

A R-

## ARGVMENTVM.

*Pretium ex venditione rei feudalis perventum, qualiter liberandum ſit, Quæ minoris contractum conualident, Quando aſſenſus ſit nullus, vel paragium ſit anterior.*

## CONSILIVM XXXVIII.

QVòd Ioanni Mauritio, & Claudiæ Barracchę non ſit facienda ſolutio ducat.4000. ſed de ducat. 3000. tantùm, ex quo cõfeſſio receptionis ducat. 4000. per Tiberium Barracchum recepiſſe pro dotibus ſuæ vxoris, eſt ſimulata, ex pluribus demonſtratur.

Primò, quia confitetur recepiſſe ducatos mille per bancum Montis Nigri in anno 1561. die 12. Septembris fol. 149. & facta diligentia in ipſis libris talis partita non inuenitur, propter quod confeſ-
1 ſio non nocet, † *per text. vbi Bald. in l. ſi literarum C. de ſolut.* vbi confeſſio facta per eum, qui mutuam pecuniam pe-
2 tebat, † mandato non adimpleto per eũ ad quem literæ mittebantur, confeſſio non præiudicat, & ratio viua eſt, quia
3 confeſſio eſt relatiua, † & quando aliter conſtat per relatum, confeſſio non nocet, *ita Bald. in l. 2. verſ. vlterius C. de error.*
4 *aduoc.* † quæ negatiua (non recepiſſe) aliter probari non poteſt, quàm per inſpectionem librorum, dicit *text. in l. titia textores ff. de legat. 1.*

Secundò, dicitur confeſſionem non ſolum eſſe ſimulatam reſpectu ducatorum mille, verùm etiam reſpectu totius ſummæ, dùm Tiberius dictam confeſſionem facit die 12. Septembris anni 1561. fol. 149. & eodem die ijdem contrahentes coram eiſdem Notario, & teſtibus faciunt inſtrumentum mutui dependentis ex dictis dotibus fol. 246. ex qua breuitate temporis, & multiplicatione contra-
5 ctus, inſtrumentum dotale † præſumitur correſpectiuum ad inſtrumentum mutui, incontinenti ſubſequutum, *ex regula text. in l. ſi ventri ff. de priuil. cred. Dec. in l. certi conditio §. ſi nummos num. 14. ff. ſi cert. pet. & in conſ. 562. dub. 2. quem allegat gloſ. Pariſ. in §. 23. num. 92. in fine;*
6 adeò quod non attenditur † diſpoſitum in inſtrumento dotali, ſed diſpoſitum in inſtrumento mutui, deindè incontinenti ſubſequuto, quod in eiſdem terminis voluit *Bald. in l. ſi abſentis num. 17. C. ſi cert. petat. idem in l. legem num. 3. C. de pact. idem in l. penult. §. ſi mulier, vbi Paul. de Caſtr. ff. ſolut. matrim.* & omninò videndus *Roman. conſ. 441. num. 2. & ſequent.* vbi quando maritus inſtrumento confi-
7 tetur dotium receptionem, † ſi deinde fit aliud inſtrumentum incontinenti, in quo dotes promittuntur, quod attenditur promiſſio facta in ſecundo inſtrumento, & non confeſſio facta primo loco.

Tertiò, quod dicta dos non fuerit ſoluta tempore confeſſionis ſuadetur ex alio, poſtquàm in inſtrumento mutui dicitur, quod in caſu reſtitutionis dotium excomputetur mutuum, quod dependet ex inſtrumento dotali, in partem, vel in totum non ſolutum, dicto fol. 246.

Quartò dicitur, quod ſi dotis confeſſio, & ſolutio vera fuiſſet in inſtrumento dotali, neceſſarium non erat inſtrumentum mutui dependens ex dictis dotibus, vbi ipſi de Habenãte fatentur eſſe debitores, quia aliter cauſaret multa abſurda. Primò, quia hic contractus eſſet ſuperfluus, & eluſorius. Secũdò, quod Habenantes dictas dotes bis ſoluerent, primo in inſtrumento dotali, ſecundo in inſtrumento mutui, quod dici non debet,
8 cum nemo præſumatur iactare † ſuum, *l. cum de indebito ff. de probat.* tertiò, cauſaret plures contractus, & plura debita, quod lex non præſumit, per ea, quæ voluit *Bart. in l. 2. C. de diſcuſſor. lib. 10.* vbi debitor duplicatam cautelam facere non tenetur ſuo creditori.

Quintò, quod dicta confeſſio ſit ſimulata, patet etiã, quia fuit de anno 1562. fol. 249. & tamen de anno 1563. & 1565. fol. 244. & ſeq. patet, quod fuerunt ſoluti ducati tres mille tantùm, & in-

in

Digitized by Google

in hoc adeſt deciſio *Bald. in l.ab Anaſtaſio nu.*10.*C.mand.*vbi dicit, quod quan-
9 do maritus eſt confeſſus recepiſſe † centum nomine dotis, ſi tamen apparet poſt confeſſionem fuiſſe numerata quinquaginta de illa ſumma cōfeſſata,quod maritus ad vltra non tenetur, ex quo ſimulata confeſſio præſumitur, idem voluit *idem Bald. in l.legem num.*3. *C. de pact. Dec. conſ.* 441. *num.* 15. *& omninò Roman.conſ.*445.*num.*21.*& per totum.* Vltra quod ex ſcripturis productis patet nō fuiſſe ſolutos niſi dictos ducatos tres mille, de quibus debent fieri duæ partes viriles inter dictos Ioannem, & Mauritium Barracchos, & de ipſa ſumma eſt deducendum,& defalcandum paragium quod ſpectat Claudiæ Barrachæ ſorori eorum: nam ſicut fęminę propter exiſtētiam maſculorum propter paragium ex-
10 cludūtur à ſucceſſione patris,† ita etiam à ſucceſſione, & bonis maternis, vt firmat *Iſern.in cōſtit.in aliquibus col.*14.*& 17.verſ.ſed ſi filius,vbi Afflict.num.*149. *& idem Iſern. in cap.* 1. §.*ſed quia, qui feud.dar.poſſ.* quod paragium licet regu-
11 lariter ſit tertia pars eius, † quod filia ab inteſtato eſſet habitura, *vt per Iſern. in d.conſtit.col.*17.*verſ.erit ſic extimatio facienda*, tamen quandoq; augetur, & diminuitur ex his, quæ voluit *text. in l. ſi filiæ ff. de legat.* 3.*& in l.*3.*verſ.in amplis ff.vbi pup.educ.deb. Dec.conſ.*26. *nu.* 5. licet minus legitima eſſe non poſſet, ſecundum *Loffred.conſ.*26.*num.*14. & ſic patet paragium prædictum eſſe detrahēdum à dicta ſumma ducatorum trium millium, quod eſt ducat.500. & reliqui ducat. 2500. viriliter debent diſtribui inter Ioānem,& Mauritium Barracchos, portio cuius Ioannis eſt ducat.1250.ſuper quibus debet ſatisfieri Ioānes Baptiſta de Spiritu creditor Ioannis in ducatis quatuor mille fol.77.

Quo verò ad Vincentium Ferrara,Petrum Ioannem, & Georgium de Naſellis, qui de anno 1577. emerunt in burgenſaticum à Ioanne,& Tiberio de Barrachis patre,& filio annuos ducat. 270. pro ducatis tribus mille, cum obligatione etiam feudalium in caſu euictionis, vt ex inſtrumento fol.92.& aſſenſu fol.112. dicendum eſt ipſi Ioanni Baptiſtæ de Spiritu, & Victoriæ Barracchæ præferri non debere.

Primò, quia verùm eſt tempore venditionis prædictæ de dicto anno 1577. dictum Ioannem Barracchum venditorem fuiſſe minorem annorum 14. prout ſic ſe aſſeruit in inſtrumento fol.92.qua-
12 propter in dicta venditione † debebant interuenire ſolemnitates requiſitæ à iure,videlicét,Iudicis decretum,ſubhaſtationes, authoritas tutoris, iuſta cauſa alienandi,*iuxta textum in l.ob æs C.de præd.min.& ea,quæ notantur per Afflict. in deciſ.*249. *& Menoch.de arbitr.iudic. caſ.*71. quæ cum non interueniſſent,meritò affirmari debet contractum ipſum eſſe nullum.

Secundò,talis contractus eſt etiam inualidus ſtante metu reuerentiali,& enor-
13 miſſima læſione, † quæ duo operantur nullitatem,& reſciſſionem contractus,vt eſt * communis opinio,relata per *Soccin. conſ.*263.*verſ.præterea lib.* 2. *Ruyn.conſil.*170.*num.*17.*lib.*1.*Soccin.Iun.conſ.*77. *num.*154.*lib.*1. præſumitur diſſenſus, *dixit Dec. conſ.*151. *in fine, per gloſ. l.*1. §. *quę onerandæ ff.quarum rer.act.non dat.* adfuit etiam enormiſſima læſio,quæ do-
14 lo ex propoſito † dante cauſam contractui comparatur,*iuxta text.l.ſi ſuperſtes C.de dol. & per Dec. conſ.*179. *num.*16. *Pariſ.conſ.*96.*num.*2.*&* 21. *lib.*1. *Io.Caphal.conſ.*415.*lib.*3.*in* 2.*dub.colum.final. Crauett.conſ.*192.*num.*3. quæ enormiſſima læſio eſt, dùm venduntur annui introitus in perpetuum,vt dicit contractus fol.92.ad rationem nouem pro centenario franchi functionum fiſcalium, & ab alio onere,& tamen veriſſimum eſt,quod non ſolent emi,& vendi niſi ad rationem quatuor, vel quinque per centum, cum oneribus,quæ onera verè excedunt quartam partem, & ſic liquet de iſta enormiſſima læſione,iterum fuit læſus, quia cum Ioannes, & Tiberius pater, & filius
15 ſe obligarunt, † & pecuniam receperūt, præſumitur pecuniam totam perueniſſe

in

in poſſe patris, ita refert *Alexand.in l. ſi cum dotem* §. *tranſgrediamur nu.2. ff.ſolut. matrimon. vbi Bald. & ſingulariter Boer.deciſ.23.num.10.Octau.Cacher.deciſ.Pedemont.43.Capyc.deciſ.78. num.9. Crauett.conſ.91.num.3. vbi refert num.11.* iſtam eſſe * communem opinionem ſtante quod erat filius, & præſumitur in
16 poteſtate, † & gubernio patris, *per text. in l.filius ff.de probation.* adeò quod ille,
17 ad quem peruenit pecunia, † cenſetur principalis, alij verò fideiuſſores, & gaudent beneficio fideiuſſorum, ita per illum *text. & gloſ. voluit Gulielm.de Cun. in l.ſed Iulianus* §. *item ſi duos ff. ad maced. quam gloſ. ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. conſ.409.volum.1.Roman.conſ.114.quos pro ſingular. ſequitur Hippolyt.de Marſil.ſingul.2.& 509.*& ſic limitatur *l. reos* §.*cum in tabulis de duobus reis, ac refert Afflict.deciſ.204. num.4. & Crauett.d. conſ.91.nu.11.*

Nec obſtat iuramẽtum, quia vbi deeſt conſenſus, ſtante quod erat minor, iura-
18 mentum non obligat, † *l.vlt.C.de non numer.pecun. cap.veniens, & cap.quintauallis de iureiur.* Item quia adeſt enormiſſima læſio, vt diximus, deeſt etiam
19 conſenſus † dicti Ioannis iurantis, quia præſumitur error, & ignorantia, vt docet *gloſ.in l. quiſquis C.de reſcind. vendit.* & læſio, vbi adeſt iuramentum, nec operatur *Dec.conſ.45. num.1.* * communem opinionem eſſe firmat, ergo iuramentum hoc caſu non obligat, quemadmodum
20 nec vbi dolus interuenit, † *cap.cum contingat de iureiur.* ſed ex immodica læ-
21 ſione dolus † re ipſa habetur in dicto cõtractu, *l. ſi quis cum aliter ff. de verbor. oblig.* etiam quia eodem errore, quo fuit
22 inductus ad contrahendum, † præſumitur inductus ad iurandum, *argum.l.vlt.* §. *idem quæſiuit ff.de condit.indeb.*

Nec obſtat, quod in venditione dictorum annuorum introituum prædictis facta Regius interuenit aſſenſus, qui vim decreti habet.

Primò, quia aſſenſus prædictus nihil
23 operatur, † & nihil ponit ineſſe quando contractus eſt nullus ob defectum ſolẽnitatis, & in minore alienante ſine ſolemnitatibus, vt in noſtris proprijs terminis refert *D. Præſ. de Franch. deciſ. 303. num.11.*

Secundò, aſſenſus prędictus eſt conditionalis, quatenus ritè, rectèq; proceſſe-
24 rit, † quæ dictio quatenus, facit conditionem, *per text. in l.Stychus, qui manſerit ff.de legat.1.* quem textũ ad hoc allegat *Bartol.in l.1. num.20. ff.de condit.& demonſtrat.* Dictio ritè, & rectè, denotat
25 iuris Ordinem, † & ſolemnitatem, *l.prolatam C.de ſentent. & interl.omn.iudic.in gloſ. l.non putauit* §.*non quæuis ff.de bon. poſſeſſ.contr.tabul.verſ.ritè,* meritò aſſenſus quoque eſt nullus.

Tertiò, aſſenſus impetratus ſuper ceſſione facienda fuit conceſſus Vincentio Ferraro, Petro Ioanni, & Georgio de Naſellis, & ſic Dominus aſſentit, vt tres cedant; & cum ceſſio non fiat à dictis tribus, ſed à duobus tantum, vt fol. 269. non tenet quoad feudalia, ratio eſt in promptu, nàm validum eſt argumentum
26 de rebus ad perſonas, † *per text. in l. ſi quis filio exhæredato* §. *ergo ff. de iniuſt. rupt. irrito fact. teſta.* & conceſſio, vt
27 vendatur feudum totum, † non tenet, ſi vendatur pro parte, quia mandatum non adimpletur in parte, *l. ſi quis mihi bona* §. *ſi mandauit ff. de acquir.hæredit.* & ſi fuit data forma, vt alienetur totum feudum, non poteſt alienari pars, vt refert *Camer.in cap.imperialem, per quam plures rationes fol.41. liter.I, & L,* idem igitur erit dicendum in hoc caſu, in quo
28 fuit diſpenſatum, † vt tres cederent, & non duo, & ſic aſſenſus nihil operatur.

Quo verò ad Hieronymum, & Bonifacium Naſellos, qui à prædicto de Ferraro, & Petro Ioanne de Naſellis Sauonenſibus ceſſionem obtinuerunt, nec minus obtinere debent: nàm quia ſunt exteri. Primò, ius eorum reale, ſiuè hypothecariam actionem cum aſſenſu Proregis tantum cedere non potuerunt, cum per Regiam Pragmaticam anni 1561. fol.53. Proregibus ipſis vetitum ſit alie-
29 nationibus exterorum aſſentire, & Rex, qui potuiſſet, noluit, ergo aſſenſus corruit

ex

Digitized by Google

ex defectu poteſtatis, nàm voluntas, &
30 poteſtas † regulant actum, *cap. cum ſu-
pra de offic. deleg. l. cum te, vbi Bald. C. de
donat. ante nupt.*

Nec obſtat ſi dicatur, quod pragma-
tica loquatur de feudis, & non de actio-
nibus, ſeù obligationibus ad feudum,
quia cum lex noua recipiat interpreta-
31 tionem † paſſiuam à lege antiqua, & ſe-
cundum illam declaratur, vt per *Bart. in
l. ſciendum num. 1. & 2. ff. qui ſatiſd. co-
gant. per text. in l. ſed & poſteriores ff. de*
32 *legib.* de iure eadem ſolemnitas, † quæ
requiritur in alienatione rei, requiritur
etiam in actionis ceſſione, & alienatione,
ſuper re ipſa, *vt per Alex. conſ. 27. in fine
lib.* 3. & proindè ſicut res immobilis pu-
pillorum ſine decreto alienari non poſ-
ſunt, ſic & actiones competentes ad rem
immobilem, *Gloſ. & ibi Bald. Salycet. &
cæteri in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſ. Bartol. &
Bald. in l. ſi ad reſoluendam per illum tex-
tum C. de præd. minor. Alexand. conſ. 125.
num. 4. verſ. ſed vbi lib.* 1. & dùm voluit
*Bald.* quod in ceſſione actionis compe-
tentis Eccleſiæ, vel vniuerſitati, requira-
tur eadem ſolemnitas, quæ requiritur in
rei alienatione, prout in pupillo tenet
*Gloſ. in authent. hoc ius porrectum nu. 10.
verſ. iuxta hoc C. de ſacroſanct. eccleſ.* &
in ceſſione actionis, ſeù hypothecæ feu-
33 dalis, † quod requiratur aſſenſus eodem
modo, prout requiritur in alienatione
feudi, tenet *Iſern. in conſtitut. diuæ me-
moriæ in verſ. tranſactionis, & ibi etiam
Afflict.* ac Camerar. *in cap. imperialem
fol. 16. literis L, & P, & fol. 17. ac Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. q. 32. vbi in ſpetie Frecc.
& Camerar.* tractant, quando vnus cre-
ditor vult cedere hypothecam alteri ſu-
per feudo, quod ſine aſſenſu fieri non
poteſt, prout in alienatione rei feudalis
requiritur, & in particulari prohibitio
34 alienationis immobilium † per ſtatutũ,
trahitur ad alienationem actionum im-
mobili ſuper re competentium, vt fir-
mauit *Corn. conſ. 236. num. 14. in fine lib.
4. per text. l. 1. & 2. vbi gloſ. & Doctores
C. ſi aduerſ. tranſact. & proindè Frecc. d.
lib. 2. q. 12. num. 4. & 8.* firmat indubi-
tanter actionem hypothecariam com-
35 petentem ad feudum † cenſeri feuda-
lem, & cenſeri de re immobili illius loci,
vbi res ſita eſt, de qua loquitur ſtatutum
propter effectum ipſius Curiæ, & voluit
*Bart. de Cap. in addit. ad conſtit. minori-
bus in principio,* quod licet illa diſpoſitio
diſponat, quod Balius detur feudatario
pupillo, feudum habenti: idem enim erit
dicendum in pupillo habenti actionem
ad feudum, quia feudum iudicatur, idem
voluit *Gloſ. Pariſ. §. 11. num. 29. & §. 23.
num. 30. verſ. vnde ſi filij, & notabiliter
Vincent. de Anna allegat. 122. nu. 6. &*
7. vbi illi, qui ſine aſſenſu Regiæ Maie-
ſtatis de aliquo feudo diſponere non
poterit, cum aſſenſu Proregis hypothe-
cam ſuper feudo imponere non concede-
36 tur, & ratio eſt, quia ius, † ſeù actio ad
feudum iudicatur, vt feudum: nàm non
poteſt negari, quod in iure, & actione ad
37 feudum, † & hypotheca feudali in feu-
dis iuris Francorum ſuccedat primoge-
nitus tantum, vigore *conſtitutionis Re-
gni, vt de ſucceſſionibus,* ſicut in feudis,
vt dixit *Iſern. & Afflict. ibi, & in conſti-
tut. diuæ memoriæ, vt per Gloſ. Pariſ. d. §.
11. num. 29. & ſeq. & §. 23. nu. 30. verſ.
vnde ſi filij,* & proindè quando in doti-
bus maternis, quæ ſunt recuperandæ ſu-
38 per feudo, † filij volunt eas recuperare,
& debent ſecundogeniti habere partem
tanquàm matris hæredes, non omnes
agunt hypothecaria, ſeù iure aſſiſtendi
ſuper feudo, ſed tantum primogenitus,
& ſecundogeniti agunt contra primo-
genitum, vt ipſe agat ad recuperationẽ
quantitatis dotis, quæ inter eos diuidi-
tur pro æquali, vel pro rata, pro qua ma-
ter diſpoſuit in eorum beneficium, per ea,
quæ notat *D. Praſ. de Francb. deciſ. 41.
num.* 3. vbi primogenitus ſuccedit in
actione ad recuperandum dotem mater-
nam ſuper feudo, & non alij fratres, qui
agunt contra ipſum, vt agat contra poſ-
ſeſſorem feudi.

Nec dicatur, quod iſta actio à princi-
pio fuit dubia, ſi debeat eſſe feudalis, vel
non, cum venditio fuerit facta ſuper al-
lodio ipſis Petro Ioanni, & Georgio de

Naſel-

Naſellis,& Vincentio Ferrara,& pro euictione obligata eſſe omnia bona, etiam feudalia, & cum in graduatione facta in allodio non potuerint ſatisfieri ipſi de Naſellis ceſſionarij, ex quo ab alijs anterioribus fuerunt excluſi, recurrunt ad feudalia: nàm cum euentus,& finis certificent actum dubium,& ſic cum actio ſuper allodio fuerit inanis, exercetur ſuper feudo, ſeù pecunia ex illo peruenta, &
39 hoc ſine euentu † certificatur à principio, quod fuerit feudalis, *Bart. in conſil. 70.num.4.verſ.his præmiſſis,& notabiliter Alexand.conſ.*125*.num.*14. *lib.*1. tenent, quod vbi actio eſt dubia ſi competit ad vnam, vel ad aliam rem, & non pendet à futuro euentu, ſi poſteà certificabitur competere ad immobilem, quod debeat interuenire decretum, ſi ad mobilem nõ debeat, ad hoc allegar *Bart. Bald.& alios in l.ſi ſic* §.*ſi quis ita* ff.*de legat.*1. *& eſt text. in l.erunt in fine ibi, certè ex poſt facto* ff.*de fund.dot. & Gloſ. Pariſ.*§.56.*gloſ.*1.*num.*41. *in tit. de cenſibus*, & multa ſatis ad propoſitum ponit *Tiraquell.de retract.lignag.* §.36. *in fine tituli num.*19.20.*&* 22.& proindè cum iſta actio cenſeatur ſuper feudo, ſeù pecunia ex feudo peruenta, in qua credito-
40 res cum aſſenſu † præferuntur ſecũdum ea, quæ traduntur *per D.Præſid.de Franch. deciſ.*75.*num.*7. *& deciſ.*64. ex tali euentu certificatur, quod à principio fuit feudalis, & in eius ceſſione ſuæ Maieſtatis aſſenſus requirebatur, & non Proregis, tanquàm venditio facta per alienigenam, & non ſubditum.

Et quod creditum dicti Ioannis Baptiſtæ ſit potior demonſtratur.

Primò, quia verùm eſt in facto, quod dicti ducati 4000. ipſi promiſſi ſunt ex cauſa dotis, legitimæ, ſupplementi legitimæ, & paragij magnificæ Victoriæ Barracchæ, vt ex inſtrumento fol.37. à tergo, & tamen verùm eſt, quod iſtud paragium debetur à magnifico Tiberio Barraccha fratre dictæ Victoriæ à tempore
41 mortis quondam Alphonſi † communis patris, qui deceſſit in anno 1570. folio 144. & ſic à dicto anno eſt anterior; & quod paragium, ſiuè actio pro paragio debeatur à die mortis, dicit *Iſern.in conſtitut.Comitibus, Napod.in conſuet.ſi moriatur, verſ. eas, & verſ.paragium, Loffredus conſ.*26. *num.* 5. *Minadous in repetit. conſtitut.in aliquibus num.*14. *& ſeq.notab.*7.*Dec.conſ.*275.*nu.*5. *D.Præſ. de Franch.deciſ.*61. *num.*5. & ſic attento origine actionis Ioannes Baptiſta erit anterior, & ipſis de Naſellis præferendus
42 † cum origo actionis attendi debeat, *l.*3. *C.ad macedon. l.qui id quod* ff. *de do-*
43 *nat.* † & tranſlato vno contractu in aliũ, gaudet eiſdẽ priuilegijs, prout erat actio transfundens, *text. eſt notab. in l. tutor datus* ff. *de fideiuſſ. Capyc. deciſ.* 183. &
44 actio iſta ſubrogata † habet omnia ea, quæ primordialiter primæuæ actioni cõpetebant, *ita Bart. in l. certi conditio nu.* 13. ff. *ſi cert.petat. Neguſant.de pignor.*4. *membr.* 2. *part. num.*60. vt in dote concludit *Iaſ.in* §.*fuerat num.*124. *inſtit.de actio.ibiq; Io.Fab.num.*29.*& Grammat.*
45 *num.* 5. † adeò quod dictum in actione cenſetur repetitum in ſubrogatione, *Afflict.deciſ.*291.

Nec minus ex aduerſo dicatur, quod ſatis ipſa Victoria fuit dotata per dictam promiſſionem dotium, quia replicatur, quod *Conſtitutio, vt de ſucceſſionibus*, requirit, quod ſit maritata, & dotata, & non ſufficit ſola promiſſio, ſed quod cum
46 effectu, † mulier fuerit dotem cõſequuta: ex quo verba legis, vel ſtatuti, cum effectu ſunt intelligenda, *l.*1. §.*hac verba* ff. *quod quiſque iuris*, hinc eſt, quod dixit *Bartol. per illum textum in l.qui volebat* ff.*de hæredit. inſtit.* quod quando filia excluditur propter dotem, neceſſe eſt,
47 quod ipſam dotem conſequatur, † idem ſi excludatur per ſtatutum, vt voluit *Iaſ. conſ.*11.*lib.*1.*Dec.conſ.*106.*num.*2.& eſt
48 ratio, † quia dos denotat effectum iuris, *Bald.in l.neque mater pro filia in fine C.de iure dot. Dec. conſ.* 379. *num.*7. & ex his patet non ſufficere totã dotis promiſſionem, ſed eſt neceſſe, quod cum effectu dotem conſequatur, vt à patris ſucceſſione excludatur.

Et ſi dicatur, quod per dictam promiſſionem

ſionem

Digitized by Google

ſionem dotium per ipſos de Barraccha, fuit facta nouatio, & ſucceſſiuè debere attendi tempus promiſſionis dotis, & nõ tempus actionis paragij, replicatur no-
49 uationem non eſſe factam, † quia de iure Codicis non fit, niſi expreſsè dicatur *l.fin.C.de nouat. Doctores in l.qui vſumfructum ff. de verbor. obligat.* & etiam, quia partes expreſsè agunt, quod dicti ducat. quatuor mille ſunt pro dote, & paragio, vt fol. 87. à tergo, & ad hoc, vt
50 fiat nouatio eſt neceſſe, † vt interueniat creditor, † & tamen verùm eſt dicere, quod dicta magnifica Victoria creditrix pro paragio in promiſſione facta per magnificum Tiberium, magnifico Ioãni Baptiſtæ de Spiritu non interuenit, vt ex inſtrumento fol. 37. igitur ſine interuentũ creditoris, nouatio fieri nõ poterat. Præterea dato, quod nouatio facta fuiſſet, non nè hodie factus eſt caſus, quod poſſit haberi recurſus ad primeua iura? certè quod ſic, cum notorium ſit ex graduatione magnificorum de Spiritu, eſſe tale creditum excluſum, & corpora ſuper quibus facta fuit venditio ad inſtantiam creditorum, eſſe vendita, vt ex graduatione fol. 203. & ipſos de Barraccho nõ eſſe ſoluendo, & ideò dixit *text. in l.qui res ff.de ſolution.* quod ſi quis eſt debitor in quantitate ex cauſa dotis, & non habens pecuniam, in ſolutum det aliqua bona, quod ſi illa bona euincantur, creditor poteſt habere regreſſum ad prime-
51 ua iura, † ad idem facit *text. in l.ſi cum dotem §.ſi mulier ff.ſolut.matrim.ad idem Paul.de Caſtr.in l.ſi quis aliam ff.de ſolution.quem ſequitur Bald. Nouell.de dote 8.part.18.& 19.priuileg.Campeg.de priuileg. dotal. priuileg.110. & 344. Boer. deciſ. 337.*

Nec vltimo dicatur, quod ſuper iſto pretio feudali præfatus Ioannes Baptiſta de Spiritu, non poteſt, nec debet ſatisfie-
52 ri, † cum actio pro paragio ſit actio in rem ſcripta, quæ non datur ſuper feudo, ſed contra fratrem fit condemnatio, & exequutio ad pecuniam, *vt per Iſern. in conſtitut.in aliquibus colum.10.verſic. reſpondeo,* quia replicatur, quod ſi vera ſit concluſio prædicta, tamen limitatur, quando frater, qui ad paragium tenetur,
53 non eſſet ſoluendo: † nam tunc datur actio reuocatoria, quatenus bona ad tertium perueniſſent, *l.omnes §.Lutius ff.quę in fraud.credit. idem firmat Iſern. in dicta conſtitut.colum.10. verſ.quomodo er-*
54 *go,* † quod feudum ſoror, vel maritus tenebit iure pignoris, vel dominij reuocabilis, donec de legitima, vel paragio ſibi erit ſatisfactum, vt firmat *Afflict. in dicta conſtitut. num. 34. & 37. idem tenet Iſern.in cap.1.num.6.verſ.niſi de re aliena facta, conſtitutione ſi quis poſt litem colum.final. Afflict.num.21. Chaſſan.in conſuetud. Burgund.colum.4.fol.3.verſic. Cont de Fland. Camerar. in cap.imperialem colum.12. liter.T, & col.23. liter.I,*
55 quos magnificos† de Barraccho ad pręſens eſt notorium non eſſe ſoluendo, cum eorum bona eſſent vendita ad inſtãtiam creditorum, vt diximus, quo caſu lex pręſumit debitorem non eſſe ſoluendo, dixit *Bart. in l.tres fratres ff. de adminiſtrat. tutor. num.4. quem ſequitur Dec. conſil. 519.nũ.7.* & ex prædictis concludo Ioãni Mauritio, & Claudiæ Barracchæ deberi ſolum ducatos tres mille, & dictos Ioannem Baptiſtam de Spiritu, & Victoriã Barraccham cõiuges pro dictis ducatis quatuor mille, ex cauſa dotis, & paragij, nè dum præferri prædictis, ſed etiam Ioanni Vincentio Ferrara, Petro Ioanni, & Georgio de Naſellis, ac Hieronymo, & Bonifacio de Naſellis, & ita mihi videtur. *Fuit ita deciſum, vt ex proceſſu in banca Roppuli.*

Camillus de Laratha.

## SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris venit in obligatione.*
2 *Compenſare eſt ſoluere.*
3 *Conſeruator tenetur actione depoſiti, & num.7.*
4 *Compenſatio non datur in depoſito, & numer.9.*
5 *Actio, & dominium rei depoſitæ conſeruatur pęnes hæredes depoſitantis.*
6 *Compenſatio non ſit contra tertium.*

8 De-

Digitized by Google

8 *Depoſiti actione tenetur, qui recepit in commendam.*

10 *Compenſatio in debitis ex contractu non fit ipſo iure, ſed facto hominis, & numer.* 11.

## Pro magnifica Lucretia Pappaſidera, contra Principem Biſiniani.

### *ARGVMENTVM.*

*In nomine debitoris, quod venit in obligatione; quando compenſatio locum habeat.*

### CONSILIVM XXXIX.

1 CVM de iure clarum ſit nomen † debitoris venire in obligationem, *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.* ideò ipſa magnifica Lucretia creditrix quondam magnifici Angeli Blandi eius viri ex cauſa dotis, & antephati ſe direxit, contra Dominũ Principem Biſiniani debitorem dicti eius viri in ducatis 940. vigore mandati ipſius Domini Principis, directi magnifico Bernardo Olgiato, eius generali adminiſtratori, & ad condemnationem fugiendam ex aduerſo vnica opponitur exceptio, ſcilicèt, quod magnificus Hortenſius Magnacauallo poſt mortem magnifici Angeli recepit dictum mandatum, & dicto Olgiato Adminiſtratori conſignauit, & dictum Olgiatum quantitatem in dicto mandato contentam, & dicto magnifico Angelo debitam, compenſaſſe cum debito ipſius Angeli pro cauſa præſentis affictus bonorum dicti Domini Principis; proindè dictam obiectam compenſationem minimè obſtare ita demonſtratur.

Primò, quia magnificus Olgiatus non habebat poteſtatem ſoluendi niſi creditoribus introituum dicti Domini Principis, & certam quantitatem ipſis Dominis Principi, & Principiſſæ, vt clarè notatur fol. 49. & 50. & Olgiatus ipſe in vita dicti magnifici Angeli nunquàm ſoluere voluit, ob limitatam habitam poteſtatem cum dictus Angelus non eſſet creditor introituum, & ſic, nec in vita, nec in morte nunquàm compenſare poterat,
2 nec poteſt, cum compenſare † ſit ſoluere, ex regula *text. in l. inuicem C. de compenſ. & l. amplius ff. rem rat. hab.*

Secundò, magnificus Angelus deceſſit die 7. Iulij anni 1585. vt fol. 48. & magnificus Hortenſius recepit dictum mandatum die 8. eiuſdem poſt mortem dicti magnifici Angeli pro eo conſeruando, vt patet fol. 6. à tergo, & cum
3 conſeruator teneatur actione depoſiti, *per text. in l. 1. §. ſi te rogauero ff. depoſit.*
4 & in depoſito † non detur compenſatio, vt notiſſimi iuris eſt, & inferius dicetur, & tempore, quo Hortenſius recepit dictum mandatum, & ad præſens res erat, prout eſt integra, & ſtante, quod actio,
5 & dominium † rei depoſitæ continuatur in hæredes, *l. cum hæreditas, & ibi Gloſ. & Doctores C. depoſit.* ſtatim mortuo ipſo magnifico Angelo, cuius iura hæreditaria continuarunt in creditoribus ipſius, & ſic in ipſa magnifica Lucretia anteriore creditrice pro eius dotibus, & antefato, & per conſequens contra ipſam cre-
6 ditricem † vel tertiam perſonam compẽſatio prætenſa fieri non poterat, nec poteſt, ex regula *text. in l. eius, quod ei C. de compenſ. & ibi gloſ. & Doctores.*

Tertiò, Hortenſius ipſe quando recepit mandatum poſt mortem magnifici Angeli, illud recepit vti particularis, & non vti perſona Principis, & etiam, quod vti perſona Principis recepiſſet, quia pro conſeruando recepit, vt per receptionem ipſius propriæ manus fol. 6. à tergo, te-
7 netur actione depoſiti, † vt per *Doctores in §. ſi te rogauero d l. 1. ff. depoſit.* & quod fortius etiam ſi fuiſſet incommendatum
8 mandatum † ipſum dicto Hortenſio, ſimiliter teneretur actione depoſiti, *l. latius la prima ff. depoſit. & ibi Bart. & Doctores, ac Bald. in l. ſi quis vel C. depoſit.*
9 cum in depoſito † non detur compenſa-



Digitized by Google

tio, *Doctores in l. ſi quis vel, & l. final. C. de compenſ.* ex aduerſo compenſatio minimè procedere poteſt ex prædictis.

Vltimò etiam, quod non eſſemus in cauſa depoſiti, prout clariſſimè ſumus, vt ſupra, prætenſa compenſatio procedere non debet cum ipſa magnifica Lucretia anteriori creditrice prædicti magnifici Angeli: nám in debitis ex cõtractu com-
10 penſatio non fit ipſo iure, † ſed in ea requiritur factum hominis, & ſic, vt opponatur ſecundum *Gloſ. & Cyn. in l. ſi cõſtat C. de compenſat. per text. in l. ſi quid, & l. labeo ff. de compenſat.* vnde cum nec ipſe Princeps, nec Olgiatus interpellaſſet, vel requiſijſſet heredes magnifici Angeli, vel ipſam Lucretiam vxorem, & creditricem, prætenſa compenſatio minimè procedere poteſt, & quia ipſa magnifica Lucretia primo ſe direxit contra Hortenſium conſeruatorem, & depoſitarium dicti mandati, quod illud exhiberet, & eo exhibito condemnari Principem ad quantitatem debitam in dicto mandato contentam, & ab ipſo Principe ipſam ſatisfieri tanquàm nomen eius viri ſui debitoris, & eidem præferri, vt fuit iudicatum per ſentẽtiam ipſius principalis audientiæ fol. 29. & deciſum etiam in eiſ-
11 dem terminis † caſus noſtri per *Præſ. de Franch.* iunctis Dominis Cõſiliarijs duarum aularum in eius *deciſ.* 53. Ideò non video cur dictus Dominus Princeps condemnandus non ſit ſoluere dictæ magnificæ Lucretiæ prædictos ducatos noningentos quatraginta cum intereſſe, vt fuit petitum.

*Dominus Princeps condemnatus fuit ad dictam quantitatem petitam cum intereſſe, referente Domino Pompeo Salernitano Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario in banca Roppuli Sacri Conſilij Actuarij.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Ius congrui, vt locum habeat, quæ requirantur.*
2 *Contractus eſt inualidus, qui pro vitando congrui iure perficitur.*
3 *Fraus in diſpoſitionibus omnibus ſemper excepta videtur.*
4 *Simulatione probata contractus eſt inualidus.*
5 *Simulatio ex quibus præſumatur.*
6 *Feudalis res, vt ſit, quæ requirantur.*
7 *Res reddititia feudo non eſt feudalis.*
8 *Redditus non eſt de ſubſtantia feudi.*
9 *Res feudo reddititiæ non poſſunt niſi locari, vel in perpetuum concedi.*
10 *Res cenſuali contractu data cenſetur in totum alienata.*
11 *Res reddititiæ feudo non poſſunt totaliter alienari.*
12 *Ius congrui habet locum, etiam in emphyteutica re, & in locatione.*
13 *Ius congrui habet locum in re ſubhaſta vendita.*
14 *Alienatione ſubhaſta facta præfertur, qui maiorem oblationem facit.*
15 *Pecunia proiecta in populum, occupãti donata cenſetur.*
16 *Præconis præſentia ſufficit in contractu venditionis.*
17 *Actiones plures, quando vno poſſunt libello cumulari.*
18 *Mendacium facit amittere cauſam.*

## Pro magnifico Ioanne Franciſco Marino, contra magnificum Antonium Longobardum.

### ARGVMENTVM.

*Res feudo reddititia in emphyteuſim conceſſa, an iure congrui petatur; & quid in ſimulato contractu?*

## CONSILIVM XL.

IN congruo obtinendo ſecundum *Afflict. in ſuo tract. protbomiſ. ſuper conſtitut. Regni ſancimus,*
1 plura † requiruntur.

Primò, requiritur dominium, & poſſeſſio rei detemptæ per actorem. Secundò,

dò, vicinitas. Tertiò, titulus, & poſſeſſio rei petitæ ex parte conuenti, quæ omnia clarè ſunt probata in primo articulo, ac titulo perpetuæ locationis fol. 31. & à tergo, ſub die 21. Februarij anni 1561. licèt cum magnifico Ioãne Aloyſio Ruffo, & quamuis dictus Antonius Longobardus prætendat poſſidere titulo permutationis cũ dicto Ioanne Aloyſio, cui fuerat facta conceſſio, vt ex inſtrumento fol. 33. cum proceſſiſſet in fraudem, & ſimulatè ad euitandũ congruum, qui con-
2 tractus de iure eſt inualidus, † *Affli. in d. ſuo tract. §. niſi, 1. notab.* quia in omni di-
3 ſpoſitione † ſemper fraus intelligitur excepta, *vt l. creditor §. Lutius ff. mand. & in l. ſi pater ff. de priuileg. credit. & in cap. imperialem §. callidis de probib. feud. alienat. per Federic.* propter quod in caſu noſtro nullatenus habet locum prætenſa
4 permutatio, ſic † ſtante ſimulatione probata non ſolum per coniecturas, & inditia, quæ ſufficiunt, vt firmat *idem Afflict. in d. §. niſi num. 10.* ſed etiam per claras probationes multorum teſtium.

Nàm & primò, terra ipſa ſtatim facta conceſſione fuit locata, & deindè continuè in poſſe dicti Antonij poſſeſſio ipſius fuit, vt deponunt teſtes ſuper 3. art. fol. 9. & ſeq.

Secundò, à principio, quod concedebantur territoria campi, ipſe Antonius eam deſiderabat, & poſtquàm ex ſe habere non poterat, procurauit habere per intermediam perſonam dicti Io. Aloyſij Gubernatoris Ducalis Curiæ Terræ nouæ, qui ipſius Antonij Dominus fuerat, vt dicunt teſtes ſuper quarto, & ſexto articul.

Tertiò, dictus Ioannes Aloyſius erat cognatus Ioannis Ramires totius Status Gubernatoris, qui fuit rogatus, vt dictam terram pro ipſo Antonio acciperet à dicto Ioanne Aloyſio, vt deponunt teſtes ſuper 7. & 9. artic.

Quartò, dictus Antonius cæpit poſſeſſionem dictæ terræ, cum perceptione fructuum, & dictus Ioannes Aloyſius in nihilo ſe interpoſuit, vt per teſtes ſuper 12. & 15. artic.

Quintò, quando dicta terra fuit incãtata, eam poſuit ſubhaſta Ioannes Thomas Marinus frater ipſius Ioannis Franciſci, & videns, ꝙ dictus Ioannes Aloyſius in licitatione concurreret, quia erat Gubernator, deſiſtit, & ſic remanſit dicto Ioanni Aloyſio, qui ſtatim dicto Antonio dedit, vt per teſtes ſuper decimo articulo, & ſeq.

Sextò, poſt cenſuationem ipſius Terræ, cenſus fuit ſemper per dictum Antonium ſolutus, vt per teſtes in decimoſeptimo articulo.

Ex prædictis præſumitur, quod prius fuiſſet inter eos actum, vt ipſe Ioannes Aloyſius pro dicto Antonio Terram acciperet, *iuxta doctrin. notab. Gloſ. quæ hoc docet per text. in l. ſi ventri § fin. ff. de priuil. credit.* & ex affectione prædicti Antonij habendi Terram, & prædicti Ioannis Aloyſij gratificandi ipſum Antonium
5 eius famulũ † præſumitur ſimulatio contractus permutationis, vt per eundem *Afflict. in d. §. niſi, verſ. duodecimo.*

Inſuper probatur ſimulatio, quia citato Antonio pro iure congrui, dixit non poſſidere Terram, ſed eſſe hæredum dicti Ioannis Aloyſij, qui licet declaraſſent eſſe ipſorum, hoc tamen nunquã fuit verum, & ſic ex eorum mendaci confeſſione probatur ſimulatio, & nulla eſt maior probatio, quàm oris confeſſio. *l. quid in officioſo in fine ff. de inoffic. teſtam. cum ſimilibus.*

Non obſtat exaduerſo prætendi Terram eſſe feudalem, & in ea ius congrui
6 locum non habere: † nàm vt res ſit feudalis plura requiruntur, poſita per *Afflict. in deciſ. 129.* vbi requiritur ſeruitium perſonale, *per Cyn. in authen. ingreſſi in vltima columna verſ. circa præmiſſa ad hoc quæro C. de ſacroſanct. eccleſ.* & in inueſtitura neceſſe eſt, quod ponatur, & concedatur in feudum, ſecundum *Bald. in l. 1. C. de rerum permutatione, & Doctores in l. ſtipulatus ff. de verbor. obligat.* notat *Alexand. conſ. 136. colum. 3. lib. 1.* requiritur etiã, quod ſoluatur adoha, & multa alia ad feudum conſtituendũ neceſſaria, de quibus per eundem *Afflict. in*



Digitized by Google

*dicta deciſione*, de quibus nihil in prædi-ctis Terris adeſt, vt feudales demonſtrē-tur; & proindè non diſcurro articulum ſi in bonis feudalibus ius congrui locum habeat quomodo, & quando.

Inſuper dicta Terra, quæ eſt reddititia
7 feudo, † quia Curiæ Terræ Nouæ red-dit, non eſt feudalis, *Bald.in l. liberti C. de oper.libert.Iacob.de Bellouiſo in prælu-*
8 *dijs feudorum*, † quia redditus non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas ſecundum *Iſern.in cap.vnico ex quib.cauſ.feud.am-*
9 *mittat. num.*9. † & ex quo res reddititiæ feudo, non poſſunt niſi locari, vel in em-phyteuſim concedi, ſecundum *Afflict. in dicta deciſione*, non poteſt præſumi, quod
10 ſint alio contractu conceſſæ, †, & per cō-tractum cenſualem res cenſentur in to-tum alienatæ, quo ad vtile, & directum dominium, *Imol.in cap.ad audientiam de rebus eccleſ.non alien.colum.*9.& res red-
11 dititiæ feudo † non poſſunt alienari, ta-liter quod totale dominium transfera-tur, *vt in conſtit. conſtitutionem diuæ me-moriæ*, & ſic cum præſumatur, prout con-ceſſa fuit in emphyteuſim à dicto feudo,
12 vbi ius † congrui locum habet, vt ex *dicta conſtitut. & ibi Afflict. in cap.prin-cipium legis num.*7. *&* 22. Tanto magis, quia dicitur in conceſſione per verbum locationis ad cenſum perpetuum, & ſic eſt locatio, in qua locum habet ius con-grui, vt ex ipſa *conſtitutione ſancimus, & ibi Afflict. in d. cap. principium legis nu-mer.*25.

Quod ius congrui locum habet, etiam
13 in rebus ſubhaſta venditis, † vt in caſu noſtro, ex adductis per *Ioan.Guttier.in practic.quæſtion.in q.*157.*lib.*2.*fol.*350. *D.Præſ.de Francb.deciſ.*588.*num.*1. *Ti-raquell.de retract.lignag.*§.1.*gloſ.*14.*nu.* 8. ſtante oblatione ducatorum duode-cim, cum dimidio pro parte actoris, cum
14 ipſe videatur contrahere, † qui maio-rem oblationem facit ſecundum *Bald. in l.locatio vectigalium ff.de publ.& vectig.* & cum primo maiorē ſummam offerente videtur contractum, *l. in venditionibus ff.de contrahend.empt.& Bartol.in d.l.lo-*
15 *catio*, dicit, † quod quādo pecunia proij-citur in populum, videtur donari ei, qui occupauerit, *l.qua ratione* §.*penult. ff.de acquir.rerum domin.vbi idem Bart.*dicit,
16 quod in ſimilibus contractibus † non re-quiritur præſentia perſonæ, ſed ſufficit, quod tradat ad promittendum præcono, & loco, vbi actus fit, quia attenditur, quod cum præcono fit, quod non fuit ex parte Antonij; & ſi in eodem libello fuit
17 intentata reſciſſio contractus, † & ſi-mul ius congrui, non opitulatur, quia hoc fieri potuit ſecundum *Bart.in l.*2.*C. de fide inſtrument.& iur.haſtæ fiſcal.lib.* 10. maximè quando quælibet actio de per ſe eſt ſufficiens, facit quod notatur *in l.edita C. de edend.& cap.*2.*extra de reſcript. in fine*. Aduertatur denique
18 conuentum de mendacio † conuinci, dùm negauit poſſeſſionem, vt per multos teſtes, & ſic in pœnam debet amittere terram, vt dicunt *Doctores in l.final.ff. de rei vendicat.* Pars non benè ſe fundat in præſcriptione; cum à principio, & ante ipſam obtuliſſet velle pro maiori pretio, & cum ipſo videtur cōtraxiſſe, ſecundum *Bart.in d.l. locatio*, & deindè non eſt per actum decennium à die contractus, vſ-que ad petitionem: Vnde ex prædictis concludo dictum Antonium condemna-ri debere dictam Terram dicto Franciſ-co Marino iure congrui relaxare.

*Referente Domino Conſiliario Horatio Marcheſio, dictus actor obtinuit ius con-grui, die* 4. *Martij anni* 1591. *penes Longum*.

*Camillus de Laratha*.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſalli ſunt in ſeruitute redacti, & liber-tis æquiparantur.*
2 *Vaſalli à Rege, vel à quocumque venditi, oblato pretio poſſunt ad demanium re-digi fauore libertatis.*
3 *Subditi inuiti alienari non poſſunt.*
4 *Vaſalli per Regiam pragmaticam habent annum ad petendum demanium.*
5 *Vaſalli in affictu fructuum, & iuriſdictio-nis, exteris præferri debent.*
6 *Vaſalli eorum frumenta, & fructus te-*

*nentur*

*nentur magis vendere eorum Baroni, quàm alijs.*

7 *Vaſalli non poſſunt deſerere culturam territoriorũ feudalium Baronum, & aliena colere.*

8 *Vaſallus, & Baro à pari iudicantur.*

9 *Baro ſi locat paſcua, & poſteà vult retinere pro ſe, & ſuis, poteſt locationem reuocare.*

10 *Vaſalli veniunt appellatione ſuorum.*

11 *Baro ſua territoria magis ſuis vaſallis, quàm alijs concedere debet.*

12 *Baro volens admittere exteros ad culturam ſuorum feudorum, & non ſubditos, ferendus non eſt.*

13 *Vniuerſitas reſtituitur, vt minor, qui reſtituitur in venditione.*

14 *Totius, & partis idem eſt iudicium.*

15 *Baro an quæ ſua ſunt det, cui vult.*

16 *Vaſallus vtile ſuum inuito Domino non alienat, & è contra.*

17 *Vaſalli vbicumque intereſt, ſeruabitur æqualitas.*

18 *Vaſalli in affictu fructuum præferri debent, etiam quia fructus pars feudi ſunt.*

### Pro Vniuerſitate Vitulani, contra magnificum Fabritium Sarrianum affictatorem.

### *ARGVMENTVM.*

*Vaſalli nùm præferantur extraneis in locatione iurium Baronalium?*

## CONSILIVM XLI.

QVod dicti vaſalli præferri debeant, his medijs fundatur.

1 Primò, † quia in Regno vaſalli quodammodo in ſeruitute Baronũ redacti ſunt, & libertis, quandoq; æquiparantur, *Gloſ. in cap. 1. de conſtit. rect. feudi §. ſed infra, qui delator, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. & in cap. 1. de milit. vaſall. qui contum. eſt, Iſern. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & in multis ſimilibus*, & pro tanta ſeruitute redimenda inducta ſunt demania, vt in dies videtur, quod quandocumque, & à quocumque etiam
2 à Regia Curia vẽditis vaſallis, † per eos pretio oblato emptori præferuntur, & hoc fauore libertatis, *Ioan. Fab. in §. nec Dominus inſtit. de noxal. act. adduci poteſt melior text. in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* vbi vt filij redimant ſe à ſeruitute, poſſunt emptori offerre pretium, *Iſern. in cap. imperialem §. nec Dominus de prohib. feud. alienat. per Federic.* cum ſubdi-
3 ti † inuiti alienari non poſſint, *Neuizz. conſ. 12. num. 107.* quod hoc hodie eſt
4 abſolutum in Regno † *per Pragmaticam 63. in titulo de offic. Procurat. Cæſar.* perquam vaſallis datur annus ad demanium petendum, ſimili modo ſi Baro dat baro-
5 niam in affictu cum fructibus, † & iuriſdictione, etiam ad tempus, quia irent in ſeruitutem alterius, per ſupradicta iura, quæ in hoc limitant *text. l. nec emere C. de iur. deliber.* debent præferri, & libertate gaudere, & facilius temporali, ſi poſſent perpetua, cum de quo magis, ergo de quo minus.

6 Secundò, vaſallus, † ſiuè colonus frumentum agri pro æquali pretio potius Baroni vendere debet, quàm alijs, *vt in l. 1. C. de met. & metall. lib. 11. vbi per Bart. Ludou. Roman. in l. eam rem ff. de publ. & dicit Afflict. in prælud. conſtitut.*
7 *q. 3. in fine.* † Item vaſalli culturam territorij feudalis Baronis deſerere non poſſunt, & colere extra territorium, vt per *Luc. de Penn. in l. 2. C. de cenſ. & per equ. lib. 10. & in l. generali colum. 1. de decur.*
8 *& alijs, vt ibi per eum*; † ſed vaſallus, & Baro à pari iudicari debent, *Afflict. in conſtitut. ſi vaſallus à Domino de fideiuſſ. lib. 3. poſt num. 18. fol. mihi 143. & idem in conſtitut. cum per partes Apuleæ*, dicit,
9 quod ſi Baro † locaſſet paſcua, & deindè diceret, quod pro ſe, & ſuis vellet, non cogetur alteri dare, & ex iſta cauſa reuocaret per textum apertum in *l. 3. C. locat. & condu.* & per iura dicentia omnis per-

10 ſecta charitas incipit à ſe ipſo, † & cum
vaſalli dicantur ſui, annuitur non poſſe
exteris locare, quando vaſalli volunt pro
eis, & ſic præferri debent.
Tertiò, affictus Baronum pro maio-
11 ri parte conſiſtunt in territorijs, † quæ
debent potius ſuis vaſallis, quàm ex-
teris concedi, *per text. & ibi Bartol. in*
*l. vnica, C. de omni agro deſert. lib.* 11.
*ac Frecc. authoritat.* 41. *circa medium*
12 *fol. mihi* 371. dicit, † quod ſi Dominus
feudi vellet potius exteros admittere ad
culturam feudi, quàm ſubditos, ferendus
non eſt, vbi multa per eum adducta om-
mitto, nè tranſcribere videar, & ad præ-
dicta videndi ſunt etiam *text. in l. con-*
*gruit in l. prædia C. de locat. prædior. ciuil.*
*lib.* 11. *l. neceſſe, de in diem additio, & Ro-*
*man. conſ.* 22.
13 Quartò, † Vniuerſitas reſtituitur ſicut
minor, *vt in conſtitut. Regni, beneficium*
*reſtitutionis*, & ibi adducta per *Gloſ. &*
*Doctores*, & cum minor in venditione
reſtituatur, dummodò offerat pretium
per alios oblatum, *per text. & Gloſ. in*
*l.* 1. *in l. ſi in emptione ff. de minor.* ita in
caſu noſtro Vniuerſitas exteris præferri
debet in alienatione fructuum, & alio-
rum in affictu extero facto, & cum iura
ipſa generaliter loquantur in venditio-
ne, non opitulatur ſi vendatur proprie-
14 tas, vel fructus, † quia quod dicitur de
toto, idem de parte dicendum eſt, *l. quæ*
*de tota ff. de rei vendic. l. iuriſgentium* §.
*adde ff. de pact.*
Quinto, & vltimo, licet *Iſern. in l. Cor-*
*radi* §. *ex eadem lege* dicat, quod illud,
15 quod eſt † in artificio puta commodita-
te fructuum, & ſeruitij debitum in pecu-
nia, vel alijs rebus, Dominus cedit, ven-
dit, & dat, cui vult, tamen *idem Iſern. in*
*cap. imperialem* §. *nec Dominus num.* 44.
16 dicit, † quod ſicut vaſallus vtile ſuum
non alienat ſine cõſenſu Domini, ſic nec
Dominus directum ſine voluntate vaſal-
li, & ibidem parum ſupra *num.* 47. dicit,
17 vbicumque intereſt vaſalli, † non dari,
ſeruabitur æqualitas, vt ſicut vaſallus nõ
alienat inuito Domino, & ſine eius con-
ſenſu, ſic nec è contra, per quę videtur li-
mitare prædictum ſuum primum dictum,
loquendo generaliter per verbum vbi-
cumque, & ſic in omni intereſſe, & cum
vaſalli ſemper ſub extero affictatore,
maximum patiantur intereſſe, nulli du-
18 biũ eſſe debet, † quin ipſi in affictu fru-
ctuum, & iuriſdictionis præferri debeant,
etiam quia fructus ſunt pars feudi, *vt per*
*Tiraquell. de retract. lignag. gloſ.* 7. §. 1.
*num.* 37. *& ſeq. num.* 42. *&* 55. vbi mul-
ta ad noſtrum caſum more ſolito addu-
cit, vnde concludo vaſallos ipſos in iuri-
bus Baronis locandis, & vendendis exte-
ris præferri.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor obligatur ex contractu ſtricti iuris.*

2 *Fideiuſſor non tenetur in plus, quàm importãt verba promiſſionis, ſtricte ſumpta.*

3 *Stipulatio commiſſa ex vna cauſa, ex altera licet extet conditio committi non poteſt.*

4 *Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali Reipublicæ, non tenetur ad pœnam maleficij.*

5 *Fideiuſſor ſortis, non extenditur ad vſuras.*

6 *Fideiuſſor non tenetur ad quantitatem amiſſam per creditorem decoctione debitoris.*

7 *Fideiuſſor rei certæ ad incertam non tenetur.*

8 *Contractus debiti per quietationem eſt ſublatus.*

9 *Actio ſemel extincta, amplius reuiuiſcere non poteſt.*

10 *Liberatus ſemel à patria poteſtate, non poteſt amplius in eam reuerti.*

11 *Promittens rem profanam, quæ efficitur ſacra, & alienum hominem, qui manumiſſus eſt, liberatur etiam reuerſa ad priſtinum.*

12 *Fideiuſſor de præſentando per præſentationem eſt liberatus.*

13 *Fideiuſſor per nouã cautelã, & per interuentũ nouarum perſonarum liberatur.*

14 *Emptor,*

14 *Emptor, qui non denunciauit litem motam venditori, de euictione non poteſt agere.*

Pro Maria Pirona, contra magnificum Paulum Viualdum.

## *ARGVMENTVM.*

*Debitum cum cautione contractum ſi ſit ſolutum, & quietatum, an ſequuta euictione contra creditorem fideiuſſor teneatur.*

## CONSILIVM XLII.

QVidam Nicolaus Pironus, cuius D. Maria ſoror eſt hæres fideiuſſit ſolutionē annuorum ducatorum centum dicto magnifico Paulo Viualdo, & cum fideiuſſor oblige-
1 tur ex contractu ſtricti iuris, † & ex contractu ſtipulationis, *l. blanditus C. de fideiuſſ. l. ſtipulationum aliæ* §. *ſatis acceptio* ff. *de verbor. obligat.* per conſequens non
2 poteſt ab ipſo plus peti, † quàm verba promiſſionis, ſtrictè ſumpta, important *l. quicquid aſtringendæ in principio, & l. in conuentionalibus* ff. *de verbor. obligation.* Quia prædictus Nicolaus fideiuſſit ſolutionem dictorum annuorum ducatorum centum, cum fuerint iàm ſoluti, etiam & capitale ad prætenſam euictionem ducatorum quinquaginta, deindè vt prætenditur ſequutam, tanquàm ex noua cauſa minimè tenetur, quia quando ſtipulatio
3 commiſſa eſt, † ex priori cauſa, ex altera licet extet conditio, amplius non committitur: altera enim cauſa, non vtraque ſtipulationi inerat, vt dicunt formalia verba *text. in l. cum quærebatur verſ. ſed vbi* ff. *iud. ſolu. & l. ſi cum hermes C. locat.* vbi finita prima locatione, de ſecunda fideiuſſor non tenetur, ad quod facit lex fideiuſſor magiſtratuum in principio, iūcta *gloſa, & in* §. *pro Aurelio, & l. ſi fide-*
4 *iuſſor C. de fideiuſſ.* † vbi fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali Reipublicæ, non videtur obligari ad pœnam maleficii, ſed ſolum ad intereſſe, & etiam fideiuſſor
5 ſortis † non extenditur ad vſuras, *dicto* §. *pro Aurelio, & d. l. fideiuſſor C. de fide-*
6 *iuſſ.* † & à fortiori, etiam ſi dictus Paulus amiſiſſet prædictos ducatos quinquaginta decoctione debitoris, fideiuſſor nō tenetur *per text. in l. ſi in pignore* ff. *de fideiuſſ.* vbi fideiuſſor, qui pro debitore mutuum recipiente, mutuum promiſit, non poteſt conueniri occaſione pignoris traditi à debitore pro dicto mutuo, ſi in pignoris cōſtitutione creditor fuiſſet de-
7 ceptus à debitore, † & fideiuſſor rei certę, vt in caſu de quo agitur, ad incertum non tenetur, *Speculat. in tit. de fideiuſſ.* §. 2. *nu.* 12. per multa iura ibi adducta, quæ breuitatis cauſa omitto.

Secundò, ſtāte receptione per dictum Paulum integri ſui crediti fideiuſſi per dictum Nicolaum, annullatione actorū, & quietatione in beneficium dictæ Marię in ampliſſima forma fol. 180. contra-
8 ctus prędicti debiti fideiuſſi, † fuit ſublatus per inſtrumentum quietationis prædictæ, ſecundum *Afflic. in eius deciſ.* 353. *poſt num.* 5. *per text. in l. ſi mandato meo in fine* ff. *mandat.* & ſic actio, & obligatio
9 fuit ſublata, † & actio ſemel extincta, amplius reuiuiſcere non poteſt, *per text. in cap. quæris, & ibi Gloſ. de conſecrat. diſtinct.* 4. *& per text.* 7. *q.* 1. *quàm periculoſam, & in cap. quod per hoc* §. 1. *verſic. circa nouella de probation.* ad hoc facit,
10 quod ſemel † à patria poteſtate liberatus, in eam amplius reuerti non poteſt, *l. ſi pater filium* ff. *de adopt. & vulgat. l. qui res ſuas* §. *aream* ff. *de ſolution. & l. inter ſtipulantem* §. *ſacram verſ. ſeù* §. *nàm & cum quis* ff. *de verbor. obligat.* In quibus ad literam habetur, quod ſi promiſi rem profanam, quæ efficietur ſacra, vel alienum hominem, qui manumiſſus eſt, libe-
11 ror, etiam ſi idem rurſus † lege aliqua profana, & ſeruus efficiatur, vnde licet ex cauſa prętenſæ euictionis ab ipſo Paulo creditore, prædicti ducati quinquaginta fuerint auocati, pro eis, contra ipſam Mariam hęredem dicti Nicolai fideiuſſoris

Digitized by Google

iuſſoris obtineri non debet, per ſupradicta iura; & ad exemplum durioris caſus adduco *deciſ. Afflict.* 130. *in fine*, vbi fi-
12 deiuſſor † de præſentando reum in carceribus per præſentationem rei liberatur, & etiam ſi ex eadem cauſa à carceribus aufugiſſet, fideiuſſor non tenetur.

Tertiò, aduertatur, quod prædictus Nicolaus fideiuſſit, vt ſupra, die 15. Iulij 1566. & deindè idem Paulus creditor, die 16. Septembris eiuſdem anni fecit aliud inſtrumentum recipiendo nouas perſonas in obligatione ducatorum quatuor centum ſui crediti prædicti, & pro reliqua quantitate reſeruauit iura contra Baptiſtam de Maiello, Marſilium de Ricciardo, & Auguſtinum Vagliuellum, primos principales debitores, non nominando prædictum Nicolaum fideiuſſorẽ:
13 ex qua noua cautela, † & interuentu aliarum perſonarum prædictus fideiuſſor liberatus cenſetur, *per textum clarum, & ibi Doctores in l. nouatione C. de fideiuſſ. & in l. nouationes ff. eodem.* Ergo Maria prędicti Nicolai fideiuſſoris hæres non tenetur, & quod liberatio ipſa ſit vera, demonſtratur etiam ex alio contractu ſubſequente de anno 1568. vbi dictus Paulus nomine dictorum debitorũ principalium recipit ducatos ducentos in partem prædicti ſui crediti.

Quarto, & vltimo, prætenſa euictio dictorum ducatorum quinquaginta, fuit in anno 1582. & dictus Paulus nullam fecit denunciationem ipſi Mariæ, & venditori emptor alicuius rei tenetur denũ-
14 ciare litem motã, † & non denunciando vẽditor de euictione nõ tenetur, *per text. in l. emptor fundi, & ibi Doctores C. de euict.* & dictus Paulus non denunciauit dictæ Marię, ſed acquieuit per annos vndecim, vnde pro prætenſa euictione ipſam Mariam amplius vexare non poteſt: immò quia ex errore computorum dictus Paulus tenet ſuperfluam quantitatem, eſt committendus calculus ad finem dictum Paulum condemnandi ipſi Mariæ ſoluere quantitates ſuperfluas ex errore calculi receptas, & alias cum intereſſe, & non eſt tractandum de liberatione prætenſorum ducatorum quinquaginta, quia exequutio, & venditio proceſſerunt vigore quantitatis iam receptæ, & quietatæ, vt dicto fol. 180. & prius eſt diſcutiendum, ſi Maria ipſa tenetur ad prætenſam euictionem, ad quam ex prædictis patet, quod non tenetur, & non incipere ab exequutione, & omnia reuocari, vt iuris eſt.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Maior pars Vniuerſitatis ſingularibus intereſſe prætendentibus non præiudicat.*

2 *Aſſenſus quando conualidet actum inualidum ab Vniuerſitate factum.*

3 *Aſſenſus aſſumit vires actus, ſuper quo interponitur.*

4 *Statutum generaliter loquens nunquam annullat actum, in quo adeſt præiudicium particulare.*

## Pro particularibus Vniuerſitatis Montis Corbini, contra eandem Vniuerſitatem.

*ARGVMENTVM.*

*Maior pars Vniuerſitatis, an in præiudicium minoris partis concludat, & quando aſſenſus conualidet actum.*

## CONSILIVM XLIII.

MAior pars Vniuerſitatis Montis Corbini deſtinauit, quod pro ſolutione æris alieni imponantur ducati viginti, pro quolibet centenario, ſuper omnibus bonis Ciuium, etiam de pecunia exiſtente ad cenſum, & non obſtante, quod emerint cenſus francos à qualibet impoſitione impoſita, & imponenda, vt ex relatio-

Digitized by Google

latione fol. 20. etiam cum aſſenſu Domini Proregis, ſed cum ab aliquibus fuerit reclamatum, cõmiſſo negotio Sacro Cõſilio, vt de iuſtitia prouideret, per Dominum Ferdinandum de Haro cauſę Commiſſarium domi fuit decretum, quod ſuperſedeatur in exequutione, & ab hoc pendet verbum faciendum, in quo eſſe iudicandum benè prouiſum, ex his paruis medijs fundatur.

1 Primò, † quia maior pars Vniuerſitatis in intereſſe particulare ſingularium Ciuium ipſius præiudicare non poteſt, *per Gloſ. magiſtralem in l. 2. C. quæ ſit lõg. conſuetud. & dicunt Doctores omnes, & in ſpetie Caſtrenſ. in l. ciuitas num. 7. ff. ſi cert. petat.* & quatenus per partem aduerſam prætendatur ſuper hoc adeſſe Regium aſſenſum, non opitulatur, quia non

2 operatur, niſi ad actum inualidum † ab Vniuerſitate factum, validandum, per ea, quæ dicunt *Doctores in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur.* Conualidatq; actum, eatenus quatenus, eius vires ſe exten-

3 dunt, † cum aſſumat vires illius actus, ſuper quo apponitur, ſicut ſtipulatio, vt dicit *Camerar. in cap. imperialem fol. 52. de probibit. alienat. per Federic.* & ſic remanet actus conualidatus in his, quæ ſingulare intereſſe non concernunt, ſecundum vires illius actus, ſuper quo fuit interpoſitus, & impetratus.

Secundò, dicitur quod ſuper hoc nullus Regius aſſenſus adeſt impetratus, ex duobus. Primò, quia Proregi fuit tantum expoſitum, non obſtante, quod emerunt cenſus francos ab impoſitionibus impoſitis, & imponendis, ſed non fuit aſſertum, quod Vniuerſitas tenebat pecunias ad nouem, & decem pro quolibet centenario, vt in aſſenſu fol. 26. & quod ipſi particulares de domo Maiorina dederunt ad octo francos, cum clauſula, quod alias non contraxiſſent, vt in inſtrumento fol. 7.

Secunda ratio, quia Princeps non poteſt diſponere in caſu, quo interuenit iuramentum, ſecundum *Bart. in l. omnes populi num. 22. ff. de iuſtit. & iur. circa finem,* niſi quando expreſsè derogat, ſed quando ſimpliciter, nũquàm videtur annullare actum, in quo particulare præiu-

4 dicium adeſt, † & adeſt iuramentum, vt *per gloſ. final. in cap. cum non deceat de election. in ſexto, Abb. in cap. 1. num. 7. de bis, quæ fiunt à maiori parte capituli,* & eſt * communis opinio per *Alexand. conſil. 27. num. 5. lib. 1.* & ſi hæc procedunt, quando Princeps diſponit, tanto magis quando aſſenſum præſtat ad validandum actum, qui aſſenſus non operatur vltra id, quod actus experiri poteſt, & ſic omninò ipſi particulares ſoluere non debent, & proindè per Sacrum Conſilium confirmari debet decretum Domini cauſæ Commiſſarij, quod ſuperſedeatur, immò quod nullo pacto ſoluant.

*Facta relatione in Sacro Cõſilio per dictum Dominum Ferdinandum de Haro Regium Conſiliarium, & cauſa Commiſſarium, fuit prouiſum, quod ſuperſedeatur in ſoluendo.*

*Camillus de Laratba.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Summæ licet dentur pro diuerſis cauſis, tamen ſunt, vt indiuiduum, quia vnica eſt tranſactio.*

2 *Tranſactio, ratione iuramenti eſt indiuidua.*

3 *Cedens vni, non poteſt illud idem poſtea alteri cedere.*

4 *Dominium quando perditur per ceſſionem & tranſactionem.*

## Pro D. Hieronyma Ruffa, contra D. Federicum Ruffum.

## *ARGVMENTVM.*

*Tranſactionem impugnans, an ante omnia teneatur ob tranſactionem recepta reſtituere?*

CON-

## CONSILIVM XLIV.

FACTA tranſactione inter dictam D. Hieronymam, & D. Federicum de iuribus ad eandem D. Hieronymam ſpectantibus ſuper bonis paternis,& patrui, pro ducatis mille, & centum, cum tractaretur de reſciſſione ipſius tráſactionis D. Federicus ipſe oppoſuit in cauſa procedi non poſſe niſi facta reſtitutione ducatorum 400. ſolutorum, pro iuribus competentibus ſuper hæreditate paterna,D.Hieronyma oppoſuit ad talem reſtitutionem non teneri.

Primò, quia dùm dictus D.Federicus quo ad ducatos 700. pro hæreditate patrui vult ſtare tranſactioni, & quo ad ducat. 400. pro hæreditate patris intendit eos repetere, idque de iure non procedit cum tranſactio vnicum contineat iuramentum, quod diuiſionem non recipit, vt pro parte approbari, & pro alia improbari poſſit, & licet in tranſactione ducati 400. ſint poſiti pro iuribus hæreditatis paternæ tantùm, ſunt tamen, vt
1 indiuiduum, † cum vnica ſit tranſactio, quæ diuiſionem non patitur, *l. final. & l.cum te C.de pact. inter empt. & vendit. Bald. in l.græcè §.illud ff.de fideiuſſ.col.1. quem ibi Doctores ſequuntur,& in l.3.§. Cato ff.de verbor.obligat.& melius explicatur per Bald.in l. Auia tua C. de iure dot.in fine, Camerar.in cap. imperialem fol.*58.ſuper quæſtione ſi aſſenſus præſtitus ſuper venditione, extendatur ad pa-
2 ctum de retrouendendo,† & quod tranſactio ratione iuramenti ſit indiuidua, copioſè per *Doctores,& Iaſ.in l.ſcire debemus ff.de verbor.obligat.*

Secundò, dùm dictus D. Federicus pro ducatis 470. D. Hieronymæ cedit domum in iudicio deductam, nihil in eam tranſtulit,tùm ex parte ipſius D.Federici, qui eam in anno 1569. ceſſerat Petro Paulo Ruffo,vt in inſtrumento tráſactionis initæ inter ipſum D. Federicū, & Petrum Paulum apertiſſimè liquet, & poſtquàm ipſe D.Federicus eandem do-
3 mum alteri ceſſerat, † non potuit ipſi D. Hieronymæ ipſam cedere, *l. per quem ff. de ſeruit.ruſtic.prædior.l.non quocumque §. qui Caium, vbi Bart.ff. de legat.*1. *& latè per Tiraquell.de vtroque retract. fol.* 375. *num.* 82. eo magis,quia ceſſio fuit purè, vt explicat *Bald. in conſil.* 248. *lib.*3. Tùm etiam reſpectu D. Hieronymæ, quæ habebat dominium dictæ domus,quàm poſſidebat ex duplici cauſa, & virtute mortificationis, & reciprocæ donationis inter dictos D. Hieronymæ patrē, & patruum ad ipſius beneficium, & etiam virtute hæreditatis dicti patrui ab inteſtato deuolutæ ad ipsā D.Hieronymam pro tertia parte,tanquàm filiam vnicam ſui patris, & dicti patrui fratris, cū ergo D. Hieronyma ſit domus domi-
4 na per dictam tranſactionem, † & ceſſionem non amiſit dominium, *l. ſi in rem aliquam, vbi Bart. & * communiter Doctores ff.de acquirend. poſſeſſion.* Itaque ſicut ipſa D. Hieronyma doloſè per D. Federicum ad prædictam tranſactionem fuit inducta, ita & dolus fuit in ſumma prædictorum ducatorum mille, & centum, de quibus aliquam quantitatem,aùt quaquàm ſoluit, ſiquidem domum ipſa D. Hieronyma habebat, alios ducatos ſexcentos ſoluit infra annos quatuor, & maiorem quantitatem percepit ex fructibus annorum ſeptem à die mortis dicti ſui patrui, ſpectantibus ad ipſam D.Hieronymam, etiam vti hæredem ab inteſtato pro tertia parte dicti ſui patrui,& proindè ad prætenſam reſtitutionem non teneri, ſed debere ad vlteriora in cauſa procedi tali reſtitutione non obſtante, licet prædicta ex abundanti ſcripta ſint.

*Per Dominum Vincentium de Franchis tunc Regium Conſiliarium, & cauſa Commiſſarium fuit decretum,quod exceptio reſtitutionis prædictorum ducatorum quatuor centum reſeruetur ad merita, & poſtmodum facto verbo fuit ita confirmatum, in banca Balſami.*

*Camillus de Laratha.*

SVM.

Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Ius ex modica mutatione facti mutatur.*
3 *Publica vtilitas priuatæ præferenda eſt, nu.4 & 9.*
5 *Publica neceſſitas facit ceſſare priuatam.*
6 *Quod ſibi prodeſt, & vicino nocet licitè fit.*
7 *Ciues à ſuperiore compelli poſſunt ad victualia vendenda.*
8 *Vaſalli tempore neceſſitatis coguntur ad deputandum eorum nemora, & molendina vſui publico, competenti mercede recepta.*
10 *Lex emere ob publicam vtilitatem, & ex alijs limitatur.*
11 *Publicæ vtilitatis cauſa poſſunt bona priuatorum, ſoluto tamen pretio auferri.*
12 *Publicæ vtilitatis cauſa innumerabilia conceduntur.*
13 *Paſcendi ius habens pro ſe, & cui conceſſerit, habet fidam.*
14 *Pecunia exigitur pro permiſſione paſcendi, & hæc permiſſio dicitur fida, & affidatura.*
15 *Ius paſcendi, qui habet, poteſt prohibere quos vult, & à contrauenientibus pœnam exigit.*
16 *Domini duo non poſſunt eſſe inſolidum, & quando ſecus.*
17 *Iuriſdictio pro delictis, & iuris fida, & diffidæ eſt diuerſa.*
18 *Fructus eodem in territorio diuerſi, poſſunt eſſe diuerſorum.*
19 *Mœnia caſtri poſſunt eſſe vnius, & iuriſdictio alterius.*
20 *Ciuitas quælibet ſuis ciuibus præſidium præſtat.*
21 *Vniuerſitas cum non ſit excluſa à iure congrui in conſtitut. ſancimus incluſa cenſetur.*
22 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
23 *Ciuitates, & Vniuerſitates ſubditæ carent Fiſco.*
24 *Priuatæ Vniuerſitates non Fiſci priuilegijs, ſed priuatorum vtuntur.*
25 *Vniuerſitas ſtatuendi poteſtatem habet, etiam in ſingularium perſonarum præiudicium.*
26 *Statutum per maiorem partem, ab omnibus ſtatutum videtur.*
27 *Patriæ parere tenentur.*
28 *Patriam à ciuibus conculcari, ſcelus eſt grauiſſimum.*
29 *Vaſallus, qui venit contra patriam, feudo priuatur.*
30 *Immiſericordes verè ſunt inuidentes patriæ commoda.*

## Pro Vniuerſitate Vallis Vitulani, & Tocchi, contra Dominicum Zarrillum, & Simeonem Damianum.

### *ARGVMENTVM.*

*Vniuerſitas an habeat ius congrui in bonis Ciuium.*

### CONSILIVM XLV.

VNiuerſitatem Vallis Vitulani, & Tocchi, contra Dominicum Zarrillum, & Simeonem Damianum obtinere debere relaxationem territoriorum per ipſos emptorum iure congrui, & prælationis, ſtante pretij depoſito ſtatim facto, licet vnico medio confirmari poſſet, tamen pro faciliori deciſione cauſæ, ſubſcriptis quatuor medijs demonſtrabo.

Primò, quia ſatis expediens, neceſſarium, & vtile eſt prædictæ Vniuerſitati petita territoria habere.

Secundò, quia Vniuerſitas ipſa habet fidam cum iure paſcendi, prohibendiq; paſcua, etiam in locis appatronatis, de herbis agreſtibus, & ſic vniuerſi territorij Domina.

Tertiò, propter ius congrui, quod in ipſa Vniuerſitate, & inter eius Ciues viget, non ſolum vigore conſtitutionis Regni, ſed etiam particulari conſuetudine.

Quar-

Digitized by Google

Quartò, quod vocatò generali Conſilio per maiorem partem ipſius Vniuerſitatis, fuit ſtatutum, quod territoria ipſa capiantur.

1 Quo ad primùm, † cum ex facto ius oriatur, *l. ſi ex plagis* §. *in Diuo ff. ad l. aquil. l. ex facto* ff. *de negot. geſt.* & ex
2 modica mutatione † facti totum ius mutetur, vt per *Alberic. in d. §. in Diuo, qui allegat l. ea eſt natura, Cauill. de reg. iur.* Adducitur, & in facto probatur, quod prædicta territoria ſunt infra demanialia ipſius Vniuerſitatis, & in eis incorporata, propter quod per animalia affidata ſolent afferri damna prædictis particularibus, in prædictis terris, per eos emptis, & ex hoc non libenter affictatores paſcuorum, ſed habens prædicta territoria Vniuerſitas ipſa libentius, & carius eius paſcua venderet, & etiam ratione aquarum ibi exiſtentium, & ſic, eſt ei ſatis expediens, neceſſarium, & vtile ipſa territoria habere.

Primò, quia expediens eſt, vt per *Io. Boſc. lib. 6. num. 24. ſui tract. de leg. nupt. per formalia verba text. in l. actionem* §.
3 *labeo* ff. *pro ſoc.* dicit: † Non quod priuatim intereſt vnius, ſed quod ſocietati, vel ciuitati expedit, ſeruari ſolet, & debet, *& text. in l. vnica* §. *penult. C. de caduc. tollend.* in Fiſco loquens, & ſic in priuilegiato dicit: Nec Auguſtum priuilegium exercemus, ſed quod communiter omnibus prodeſt, rei priuatæ præferendum eſſe cenſemus; & non in Fiſco loquens ſimilis eſt, *& text. in authent. de reſtit. & ea, quæ par.* §. *ſancimus, ibi: Ea enim, quæ communiter omnibus proſunt ijs, quæ ſpetialiter vtilia ſunt, præponimus: idem habetur in text. in authent. de non alien.* §. *quia verò, in cap. bonæ memoriæ extra de poſtulat. prælat. & in cap. Abbas in fine de ſentent. & re iudic. in ſexto, & ſuper eis Doctores omnes, quod eſt verum, dicit gloſ. in d. cap. bonæ memoriæ, verſic.*
4 *communem,* † quando in communi vtilitate priuata includitur, vt in caſu noſtro, quia prædicti particulares emptores participabunt de fructibus, & introitibus ipſorummet bonorum, maximè quia *text. in l. ſi ita vulneratus* §. *multa autem ff. ad l. aquil.* dicit, multa autem iure ciuili, contra ſtrictam rationem diſputandi, pro vtilitate communi recepta eſſe.

5 Secundò, quia neceſſarium, † nàm ob publicam neceſſitatem à priuata vtilitate recedimus, *l. munerum* §. *item* ff. *de muner. & honor. authent. res quæ C. commun. de legat. & in d. l. vnica C. de caduc. tollend. ac in d. authent. de non alien.* per quæ iura ita in caſu noſtro determinat, *Iacob. de ſancto Georgio in ſuo tract. feud. in verbo, & cum molendinis in fine, huc accedat deciſio Bald. in cap. cum Eccleſia Vulturana colum. 3. de electione.* vbi vult, quod etiam faciens aliquid mixta conſi-
6 deratione, vt ſibi proſit, † & vicino noceat, illud licitè facit, quod multo magis in caſu noſtro locum habet, in quo principalis intentio, ea eſſe videtur, vt communitati commodum afferatur, non vt priuatis damnum detur, prout nec à iure præſumitur, ex mente *Gloſ. & Bald. in l. fluminum* §. *final. in verbo teneri* ff. *de damn. infect. & l. meritò* ff. *pro ſoc. Alexand. conſ. 194. num. 4. & in proprijs noſtris terminis Addens ad q. 446. Cappell.*
7 *Tholoſ.* dicit, † quod Ciuitas, & ſuperiores poſſunt compellere Ciues victualia
8 vendere, & in fine dicit, † quod poſſunt ſubditi ob neceſſitatem Reipublicæ vrgeri ad deputandum eorum nemora, & molendina, vel alia vſui publico recepta competenti mercede, *per text. in l. venditor* §. *ſi conſtat* ff. *commun. prædior. & l. item ſi verberatum* §. *item ſi fortè* ff. *de rei vendicat. quod etiam prędixerat, Aretin. in* §. *final. inſtit. de donat. & Angel. conſ. 206.*

Tertiò, ratione vtilitatis ipſius Vniuerſitatis, & ſic publicæ obtinere debet,
9 cum publica † vtilitas ſingulorum vtilitati ſit præferenda, *vt dicit text. in l. vtilitas C. de primipil. d. l. vnica C. de caduc. tollend. l. ſi poſtulauerit* §. *iubet ff. de adulter. l. lex cornelia* §. *penult. de iniur.* nec obſtat *l. nec emere C. de iure deliber.* vbi
10 nemo inuitus vendere cogitur, † quæ ſignanter limitatur non habere locum, quando ratio publicæ vtilitatis vrget,

vt

vt in l.ſi quis ſepulchrum ff.de religioſ. & ſump.fun. l.1.§.ſunt,qui putant ff.ne quid in loco publico, in l. lex cornelia ff. ad ſyllan. l.ſi locus ff.quemadmod.ſeruit.amitt. & in l.2.in quib.cauſ.ſeru. pro prem.lib. accip.ita ſingulariter dixit Io.Andr. in in addit. Speculat.tit.de exequ.ſent.ſuper rubr.tenet Fab.de Mont.in tract.de empt. & vendit. vbi nouem alias limitationes ad dictam l.nec emere affert,Roman.conſ.
11 310.num.4. dicit, † gratia vtilitatis publicæ priuatorum domos auferri poſſe, eaſq; dirui, dummodò competens prætium, priuato detur, quàmuis in oblatione non conſentiat,per text.in l.ſi quando C.de oper.publ. & Dec.conſ.270. num.3. dicit, Ciuitatem priuati rem auferre poſſe, ex cauſa remunerationis, & alicui benemerito dare, & multa alia fauore publicę vtilitatis permiſſa eſſe dixerunt, Roman. & Dec.vbi ſupra, & Iſern.in cap.1. §.ſimiliter poteſt de capit. qui cur. vendid.dicit, quod fauor duriora ſubſtinet, ſcilicèt, vt auferantur prædia inuitis,& aſſignentur militibus, modico pretio,honoris gratia poſſeſſori dato, per text.in d.l. item ſi verberatum §. item ſi fortè ff.de rei vendic.& l.Lutius de euict. & ſic prædicta, l. nec emere, limitatur in prædictis caſibus, & alijs multis per Soccin.in regul.435.Doctores in l.1.ff.ſolut.matrim. & Afflict.in prælud.conſtitut.q.3.num.10.& ſeq. & Doctores ibi per eum, inter quos dicit, quod Iſern.in d.probem.conſtitut.ſentit, quod ex cauſa, Dominus compelli poteſt ad vẽdendum rem ſuam ſtabilem, per d. l. ſi quis ſepulchrum ff.de religioſ.& ſumpt.fun.quam legem extendit Iſern.vbi vertitur fauor, & vtilitas publica in d. cap. 1. §.ſimiliter poſſunt de capit. qui cur.vendid. num.27. verſ.item ratione publicæ vtilitatis,& latiſſimè, ac plures * communes opiniones affert Couar.lib.3.variar.reſolut.cap.14. num.8. vt in caſu noſtro, vbi habere Vniuerſitatem prædicta bona, eſt fauor publicus, & vtilitas publica,cum ſit in beneficium totius Vniuerſitatis, & innu-
12 merabilia conceſſa fore † propter publicam vtilitatem, vltra prædicta teſtatur Hippolyt. de Marſil. in eius praxi §.aggreditur num. 61. & multis alijs ſequentibus, & per Doctores ibidem per eos adductos; ſed quid in hoc tantum inſiſto? non nè verùm eſt, quod Vniuerſitates, Ciuitates,& aliæ Communitates, & Eccleſiæ pro ampliatione alicuius publici ædificij, & alijs ex cauſis, priuatorum bona capiunt, vt in dies obſeruari videtur,vnde ex ſupradictis latiſſimè noſtra comprobatur opinio, & in Eccleſijs teſtatur D.Præſ.de Franch. deciſ.223.

Quo ad ſecundum principale caput, ſimiliter in facto probatur, Vniuerſitatem ipſam prælationem in venditionibus,& emptionibus particularium habere,eaq; vti,& quod eſt Domina omnium montanearum, ſyluarum, nemorum, &
13 vniuerſi territorij,† & habeat ius paſcẽdi pro ſe,& pro alijs, quibus id permiſerit, etiam in locis appatronatis pro herbis agreſtibus, & ſic poteſt, cui vult territoria affidare,& permittere,vt per conſtitut. cum per partes Apuleæ, & ibi Af-
14 flict.num.18. † pro qua permiſſione pecuniam exigit,& hæc permiſſio fida nuncupatur, eo quod pretium paſcui eſt, vt tradit Ioan.de Amic.conſ.8. quam Imperator Federicus in d. conſtitut. affidaturam nuncupauit, & cum quis ius dandi
15 paſcuum habet, † tacitè dicitur habere facultatem, nè quis ſine ſua permiſſione paſcua ſumat,& dum aliquis ingreditur, ſoluit pœnam, quæ affidatura nuncupatur,ſecundum Afflict.in d conſtitut.num. 13.ibi,& pondera iſtam conſtitutionem, ſequitur Frecc. in 46. authorit. num.11. licet fuerit originale verbum Petri de Antibolis in tract.de muner.§.4.nu.196. Nec inconuenit,vt iuriſdictio dictæ Vniuerſitatis ſit pęnes Baronem, & fida, & diffida pęnes Vniuerſitatem,quia ſi eiuſ-
16 dem dominij † duo non poſſunt eſſe Domini, l.vt certo §.ſi duobus vehiculum ff. commod. procedunt prædicta vera inſolidum, ſed reſpectu diuerſorum, hoc in iure non prohibetur,vt in vna, eademq; re plures ſint Domini, ſtant enim iſta duo ſimul, quod in eodem territorio Baro habeat iuriſdictionem de delictis va-

17 ſallorum,† & Vniuerſitas iuriſdictionem iuris fidæ,& diffidæ, quia ſunt diuerſa, & ſeparata, cum aliud ſit habere iuriſdictionem, aliud territorium, aliud ius paſcendi, vt declarat *Soccin.in conſ.*15.*in cauſa colum. final. verſ.propterea ex alio lib.*3.quæ videri poſſunt, *& per Calchan.*
18 *conſ.*43. † poteſt vnus in eodem territorio percipere, certam ſpetiem fructuum, puta fructus ſylueſtres, paſcua, & diffidam, vt Vniuerſitas prædicta, alius verò ſcilicèt Baro aliam ſpetiem prouentus iuriſdictionis, vt pedagia, & alia, & in terminis noſtris ad literam declarat *Capyc.in deciſ.*96.*num.*9.*verſ. ſoluitur hæc ratio, allegat text. vbi hoc probatur in cap.cum in tua de decim.* eſt indè bene ad propoſitum, quod dicit *Bald. in conſ.* 202.*ad euidentiam colum.final.verſ.præterea non eſt omninò ſuum lib.*2.vbi dicit, quod iuriſdictio reſpectu cuius dicitur territorium,diuiditur in ſuas ſpecies, puta in cognitione caſtri, perceptione pedagiorum,& aliorum fructuum; & quod ſi non percepit pedagium, territorium quo ad iſtud,ad ſe non ſpectat, quia iuriſdictio circa hoc non eſt ſua, allegat in argumentum *text. in cap. dilecto de offic. Archidiacon.Bartol.in l.final.* ff.*vti poſſidetis,& idem Bald.in cap.*1. §. *è contrario de inueſt.de re alien.fact.* dicit, quod
19 mœnia caſtri poſſunt eſſe vnius, † iuriſdictio verò alterius,cum ſint ad inuicem non ſolum ſeparabilia, ſed penitus ſeparata,*argument.notator.per Innocent.in cap. dilectu de appellat.* non eſt ergo abſurdum Baronem eſſe Dominum reſpectu iuriſdictionis delictorum vaſallorum, & aliorum; reſpectu verò iuriſdictionis fidæ, diffidæ, & prohibendi paſcua Vniuerſitatem ipſam Dominam eſſe; & ſic diuerſorum iurium in eodem territorio duo Domini eſſe poſſunt: qua concluſione ſtante, dicitur quod fida, & diffida deſignant ius dominij, & ſuperioritatis, vt habetur *in d. conſtitut. cum per partes Apuleæ, Alexand.conſ.*88. *quoniam omne datum num.*35.*lib.*5. obligamur enim vbi noſtra contingit natiuitas, vbi alimur,& docemur,& prædicta Vniuerſitas ipſis Ciuibus præſidium præſtat, ſicut
20 quælibet Ciuitas ſuis Ciuibus, † ſecundum *Afflict. in probem. deciſ. num.* 1. & Vniuerſitatis, ratione protectionis ſuorum Ciuium, ſunt omnia in eius territorio contenta,dicit *Gloſ.in probem.ff.verſic.ſanctione, & Napodan.in conſuetud.ſi quis habet, verſ.ſuis,* vndè cum ex pluribus prædictis demonſtretur Domina, prædicti dominij ratione in prædictis territorijs per dictos particulares emptis, Vniuerſitas ipſa eſt præferenda.

Progrediendo ad tertium principale caput iuris congrui,in eo parum inſiſtam cum vltra particularem conſuetudinem, quæ in ipſa Vniuerſitate viget iuris congrui prædicti,in finalibus verbis generalis *conſtitut. Regni*, ipſius iuris congrui tãtummodo Eccleſia via publica, & Fiſ-
21 cus excipiantur, † & ſic cum Vniuerſitas non ſit excepta, comprehenſa rema-
22 net in prædictum ius habentibus: † nàm exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis,*Iſern.in cap.*1.*qui ſucceſſ.teneat. & in tit. quæ ſint regalia in verbo argentariorum in fine, in cap.*1.*num.*21.*verſ.quod fallit, de natur.ſucceſſ.feud. allegat auth. de non alien. &c.* §.*vt autem, Dec.conſil.* 379. *&* 381. *Grammat. conſ. crimin.*6. *num.* 1. & hoc indubitanter cum Ciui-
23 tas,† & Vniuerſitas ſubditæ careant Fiſco, *Afflict.in ſuo tract.de iure prothom. in fine num.* 22. *per text. in l.eum, qui vectigal ff. de verbor.ſignificat. l.* 1. *C. de bon.vacant.& l.ſimile ff.ad municipal.* & licet poſſet dici idem eſſe Rempublicam, & Fiſcum,tamen hoc non poteſt prætendi in noſtra Vniuerſitate Vitulani,& Tocchi, quia eſt ſubdita, & ſic non eſt idem cum Fiſco, vt perbellè diſtinguendo firmat *Iacob.Rebuff.in rubr.de iure fiſci lib.* 10. *num.*5. *ibi tertio modo, &c.* quæ pri-
24 uatæ Vniuerſitates non Fiſci priuilegijs, ſed priuatorum iuribus vtuntur,*d.l.ſimile ff.ad municip.l.cum qui vectigal* ff. *qui potiores in pignor. habe. & l. intereſt ff. ad macedon. refert Roman.conſ.*111. *nu.* 1. *Petr.Paul.Fuſc.ſingul.* 41. *verſ. Vniuerſitas per plura iura, vt ibi per eum*, ergo dicta Vniuerſitas, tanquàm priuata perſo-

perſona dicto iure congrui gaudere debet, & illius vigore petita territoria obtinere.

Quo ad quartum, & vltimum princi-
25 pale caput dicitur, † Vniuerſitatem ſtatuendi authoritatem habere, *l.1.l.ambitioſè ff.de decret. ab ordin.fac.* & cum ſuis ſtatuere poſſe, *capit. ex literis de conſtitut. & ibi Doctores*, etiam ſi velit ſtatuere contra antiqua ſtatuta, *Bald. in l.omnes populi ff.de iuſtit.& iur.* & cum prædicta Vniuerſitas, conuocato conſilio per maiorem partem ipſius ſtatuiſſet velle capere prædicta territoria, quia ſibi expediens, neceſſarium, & vtile erat, & eſt, id facere potuit, cum ex cauſa in ſingularium perſonarum præiudicium ſtatui poſſit, etiam attenta diſtinctione Senatus Pedemontani *in deciſ.* 17. relata per *Dominum Praſ. de Francb. in deciſ.* 380. vbi habetur, quod quando Vniuerſitas aliquid ſtatuit, vt ſibi principaliter proſit, ex eo, quod notabilem ſuſcipit vtilitatem in vniuerſo, licet aliquod damnum particularibus inferatur, talis ordo valet, & in noſtro caſu tanto magis, cum nullum damnum ipſis particularibus addatur, immò vtilitas, tùm quia eis ſoluitur pretium, tùm etiam, quia de ipſorummet bonorum commoditate, & fructibus gaudent, dùm in communem omnium Ciuium vtilitatem accipiũtur: Nec obſtat ex aduerſo prætendi, quod Tocchus fuit caput dictę Baronię, cuius conſenſus non adeſſe prætenditur, nec Cacciani, quia vltra, quod non eſt in probatis, eſſet opponere, de iure tertij, & totum contrarium ex actis apparet: nam vocatis prædictis Caſalibus Tocchi, & Cacciani, ſi intendebant participare in prædicto retractu; replicarunt, nolle renunciare, ſed participare, & tempore recuperationis prædictæ exburſare eorum ratam pretij, vt fol.17.& 85. & ſic adeſt conſenſus omnium; ſed in caſu noſtro
26 ſufficiebat hoc fuiſſe ſtatutum † per maiorem partem, vt à principio fuit concluſum, & obſeruandum eſt, ac ſi omnes conſentijſſent, *ex regula l.aliud* §. *refertur de regul.iur. l. quod maior pars ff. ad municip. & Afflict.deciſ.1.num.4.* & cum nihil de proprio dicti particulares dent recipiendo pretium, nullum incommodum habent: nam & ſi pro vicinorum vtilitate aliquid pati debet, *l. 1. §. ſunt, qui putant ff. ne quid in flumin. publ. Oldrad.conſ.228. quod fratres colum. 2. in fine, verſ.quarto*, etiam ſi in hac relaxatione incommoda eſſent ipſis particularibus, pro vicinis ſubſtinere deberent,
27 quanto magis pro eorum patria, † cui parere tenentur, *l.veluti ff.de iuſtit.& iure, l.minimè ff.de religioſ. & ſumpt. fun.* cõtra quam patriam mirandum eſt, quomodo venire poſſunt, aùt particulares audeant in negando petita territoria.
28 Grauiſſimùm † equidem ſcelus eſt contra patriam venire, intantum, quod va-
29 ſallus † veniens contra eam, feudo priuari debet, *Veron.conſ.58.colum.6. in fine, verſ.ſed certum eſt, quod dictus Dominus Ioannes, & colum.ſeq.* verè immi-
30 ſericordes appellari debere iſtos patriæ inuidentes commodis, modo ipſi bene habeant, refert *Aymon conſ.132.nu.23. & ſeq.* Vnde ex prædictis concludo prædictos conuentos condemnari debere ad petita territoria relaxandũ dictę Vniuerſitati cum fructibus, ex quo fecerunt depoſitum integrum à tempore emptionis, & per eos non ſtetit recipere.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Ius congrui à iure diuino approbatum.*
2 *Ius congrui cognitum in veteri teſtamento.*
3 *Ius congrui procedit de iure canonico, ciuili, & feudorum, & nu.4. & 5.*
6 *Ius congrui de iure Regni, & totius mundi, & nu.7.*
8 *Omne dicens nihil excludit.*
9 *Generaliter dictum, generaliter intelligendum.*
10 *Imperator, qualiter Dominus totius mundi.*
11 *Ius cõgrui viget, etiam in terris Eccleſiæ.*
12 *Conſuetudo, eſt lex municipalis loci, vbi viget.*



Digitized by Google

13 *Conſuetudo æquipollet veritati, & facit de non licito, licitum.*

14 *Ius congrui habet locum, etiam in immobilibus.*

15 *Ius congrui in quibus contractibus, & cauſis locum non habet.*

16 *Incluſio aliquorum, eſt aliorum excluſio.*

17 *Ius congrui in omnibus, præterquàm in exceptuatis locum habet.*

18 *Ius congrui ex pluribus contra clericos locum habet.*

19 *Legem contra ſe, quis pati debet, qua contra alios vtitur.*

20 *Iudices alios iudicare debent, prout ipſi iudicari deſiderant.*

21 *Clericus vtens ſtatuto pro ſe, debet eo etiã contra ſe vti.*

22 *Ius congrui non habet locum in Archiepiſcopali Curia Neapolitana.*

23 *Ius congrui pro clerico, & contra clericum locum habet.*

24 *Nemo dat, quod non habet.*

25 *Ius congrui habet locum in ceſſione iurium.*

26 *Ius congrui habet locum in poſſeſſorio.*

27 *Denunciatio vnica ſufficit in iure congrui, & elapſo menſe præcluditur via.*

28 *Iure congrui, qui infra tempus ſtatutum non vtitur, ſibi imputet.*

29 *Præſcriptio excludit quem à iure ſuo.*

## Pro Nicolao Angelo de Ambroſia petente ius congrui, contra Clericum Baptiſtam Riccardũ.

## ARGVMENTVM.

*Clericus quando habeat ius congrui contra laicum, vel è contra, & quid in Ciuitate Neapolis.*

## CONSILIVM XLVI.

IN hac cauſa plura ſunt videnda.
Primò, principaliter dico, ius congrui introductum eſſe, atque appro-
1 batum à iure diuino, † ſecundum *Iacobum Nouellum in noſtra conſtitut. Regni ſancimus num. 18. in principio, quod firmat Maranta in ſuo aureo Speculo diſput. 8. num. 23. & omnes ferè Doctores, qui de hac materia tractarunt, excepto Tiraquell. in præfatione ſui Operis de retract.* qui dicit hoc ius poſſe dici de ve-
2 teri teſtamento, † *vt Leuit. cap. 25. ibi: Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam, & voluerit propinquus eius redimere poteſt. Hierem. cap. 32. eme tibi agrum, qui eſt in anathor tibi enim competit ex propinquitate, vt emas,* quod ius
3 eſt etiam de iure canonico, † *vt in cap. conſtitutus cum eius Gloſ. de reſtit. in in-*
4 *tegr.* † ac etiam eſt de iure ciuili, *per textum in l. ſi cui fundus ff. de legat. 3. ibi: Intereſt noſtra fundos vicinos, etiam ſupra iuſtum pretium habere, nè alius extraneus habeat l. ſi in emptionem ff. de minor.*
5 Eſtq; etiam ius congrui † de iure feudorum, *cap. vnico §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. ibi: Si quis agnatus rem, &c. text. in cap. 1. §. Titius ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu. inter Domin. & agnat. ibi, Sempronius proximior agnatus,* & de-
6 mum ius iſtud eſt † etiam de iure Regni, per imperialem *conſtitutionem ſancimus,* factam per Imperatorem Federicum II. mandantem in omni Prouincia, & inter omnes, vt ex ea.

Secundo principaliter dico, dictum ius congrui, & retractus vigere in omni-
7 bus ferè mundi partibus, † vt ex *d. conſtitut.* dùm Imperator dicit in omni Prouincia, & inter omnes, cum qui omne di-
8 cit † nihil excludat, *text. & Gloſ. in l. à Procuratore C. mandati,* & generaliter
9 dictum † generaliter intelligendum eſt, *l. 1. §. generaliter ff. de legat. præſt. cap. ſolitè de maiorit. & obedient.* & Imperator præcipiendo hoc ius ſeruari in omni Prouincia, vt ex *textu dictæ conſtitutionis,* intelligitur ſeruandum in omni mun-
10 di loco, † cum ſit totius mundi Dominus quantum ad iuriſdictionem, & protectionem, *l. bene à Zenone C. de quatrien. præſcript. & l. de precario ff. ad l. Rod. de iact.* & licet non poſſet dici in terris Eccleſiæ, quia Imperator ibi non imperet,

vt

Digitized by Google

vt notat *Gloſ. quomod. oport. Epiſcop. in authent. in principio, & Afflict. in eadem conſtitut. num.* 3. Tamen ex bulla Papæ Gregorij XIII. repilogante bullas Alexandri X. & Sixti IV. mandatur ius con-
11 grui, † & retractus in terris Eccleſię ſeruari, & in illis locis, vbi de conſuetudine viget, *Benedell. in d. tract. de iure congrui in principio poſt num.* 28. *fol.* 5. *à tergo, & d. cap. conſtitutus de reſtitut. in integr. qui Benedell. ibidem num.* 27. prædixerat dictum ius in omnibus ferè mundi partibus vigere; & cum prædictus Abbas Baptiſta in eius ſeptimo articulo, di-
12 cat conſuetudinem † iuris congrui in omnes Caſertanos ſeruari, & conſuetudo eſt lex municipalis, & particularis illius loci, vbi ſeruatur, vt per *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. in probem. num.* 20.
13 & æquipollet veritati, † & de non licito licitum facit, *vt in deciſ. Peruſ.* 63. *nu.* 14. *par.* 2. *& eſt gloſ.* * *communiter recepta in cap. tua nobis de ſimon.* ergo dictus actor Nicolaus Angelus obtinere debet.

Tertio principaliter, dico dictum ius
14 in immobilibus verſari, † vt ex *text. eiuſdem noſtræ conſtitutionis in principio, & ibidem per Afflict. in principio num.* 18. *Tiraquell. in tract. retract. municip.* §. 1. *gloſ.* 7. *per totum, Iacob. Nouell. in eodem tract.* §. 1. *num.* 213. *& ſeq.* & ad ſciendum, in quibus contractibus dictum ius congrui locum habeat, dico ex quo in ipſa *conſtitutione ſancimus* cauetur non
15 habere locũ in alienationibus † ex cauſa dotis, donationibus propter nuptias, ſimplicis donationis, donationis cauſa mortis, teſtamenti permutationis, & tranſactionis, citra fraudem, *vt in text. ibi cau-*
16 *ſa dotis, &c.* & incluſio † prædictorum videtur cæterorũ excluſio, *ex regul. text. in l. cum prætor ff. de iudic.* videtur dicendum dictum ius congrui habere locum
17 in omnibus, † & quibuſcumque alijs alienationibus, & bonorum diſtractionibus, quomodocumque faciendis, præterquàm in prædictis exceptuatis, vt ſupra.

Quarto principaliter, cum dictum ius congrui ſit de iure diuino, de veteri teſtamento, de iure canonico, & per Pótificales bullas approbatum, ac de iure ciuili, de iure feudorum, de iure conſtitutionum Regni, & de iure conſuetudinario, vt in primo capite diximus, nega-
18 ri non poteſt, † quin contra, & pro clericis locum non habeat, vltra prædicta ex alijs infraſcriptis.

Primò, quia *conſtitutio noſtra ſancimus*, & lex municipalis loquuntur per verba generalia non infringentia eccleſiaſticã libertatẽ, & generaliter ligant, ſecundum *Bart. in l.* 1. *C. de ſumm. trinit. & fide catthol. per cap. cum veniſſent, de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru.* & ius congrui non poteſt dici contra canones, cum ab eis permittatur, *d. cap. conſtitutus de reſtit. in integr.*

Secundò, ſtatuta generalia laicorum, vbi nulla ſit mentio clericorum, & eccleſiarum, vt in noſtra *cõſtitutione ſancimus*, tendunt aduerſus ea, quæ ipſis competunt, non tanquàm priuilegiatis, ſed vt cuilibet de populo, clericos ligare, idem *Bart. in repetit. l. de quibus colum. vltima ff. de legib. Lapus allegat.* 81. *non valuit actus colum.* 1. *Barb. in rubr. de reb. alien. vel non alien. limit.* 1. *colum. vltim. & ſeq.* idem tenuit *Anton. de Butr. in d. cap. conſtitutus*, dùm ex eo quærit, an ſtatuta laicorum ligent clericos, quo ad bona patrimonialia, ad idem vide *Cyn. Bald. Alberic. & Alexand. adductos per Tiraquell. in tract. de retract. lignag. in* §. 1. *gloſ.* 13. *num.* 4.

Tertiò, *in d. cap. conſtitutus de reſtit. in integr.* Papa mandat, vt clericus iure congrui vti poſſit, aduerſus emptores, & eo emente contra ipſum ius retrahendi
19 vicini habent, † vt legem contra ſe patiatur, qua contra alios experiri poteſt, *l.* 1. *ff. quod quiſque iuris, pro quo facit textus in l.* 1. *ff. de ſolution.* quem *Bald.* dicit
20 ſingularem ad id, † vt quis in alio non iudicet aliter, quàm in ſe iudicari vellet pro qua opinione facit *text. in cap. cæterum de appellat.* & ratio, quia appellatione Ciuium veniunt, etiam clerici, vt notat *Bartol. in l.* 1. *ff. ad municip.* quod facilius in caſu noſtro, quia ipſemet Ab-



Digitized by Google

bas Baptiſta declarauit ſe dicta conſtitu-
tione vti velle, quia ipſum Nicolaum
Angelum illius vigore pro congruo re-
conuenit, & in eius ſeptimo articulo, di-
xit dictam conſtitutionem inter Caſer-
tanos vigere, & clericus vtēs ſtatuto lai-
21 corum pro ſe, † debet & contra ſe pati,
*vt per D. de Franch. deciſ. 285. num. 7. ex
doctrina Rocchi de Curt. in cap. fin. 11. q.
7. limit. 6. & aliorum ibi adductorum nu.
1. & per totum.*

22 Quartò, † ſi in Archiepiſcopali Cu-
ria Neapolitana ius congrui locum non
habet, eſt vigore particularis ritus, & ca-
pituli ipſius Curiæ, ſed extra Neapolim,
nè in tàm claro articulo morer, ſed tran-
ſeundo cum *D. Præſ. de Franch. in d. de-
ciſ.* 285. Dico de iure clarum eſſe, quod
Clerico, & contra Clericum ius congrui
23 competit, † quando proprio nomine
emit, vel habet propria bona, iuxta bo-
na vendita, *ex Doctoribus per Napodan.
adductis in conſuetudine ſi Eccleſijs, ver-
ſic. ſed quid de clericis, & in conſuetudine
vbi domus, verſ. Eccleſia, Afflict. in d. con-
ſtitut. ſancimus in principio num.* 8. *verſ.
item quæro, an iſtud ius congrui, & verſ.
item quæro, an ſi clericus emit, Capyc. de-
ciſ. 98. Mantua lib. 2. Dialog. iur. dialog.
39. in fine, Tiraquell. in tract. lignag.* §. 1.
*gloſ. 13. num. 2. & per alios per d. D. Præſ.
de Franch. ibidem adductos, ac Benedell.
in d. ſuo nouiſſimo tract. iuris congrui* §.
*vltim. num. 15. fol. 93.* dicit hanc * com-
munem eſſe opinionem, ex doctrina
quamplurimorum Doctorum ibidem
per eum adductorum, ergo pro noſtro
cliente habemus intentum, vt contra
clericum obtinere debeat.

Quinto, & vltimo principaliter circa
reconuentionem ex aduerſo factam ali-
quid attingendo, dico, quod dictus Ab-
bas Baptiſta circa reconuentionem ip-
ſam, nullo modo audiri debet, cum pę-
nitus actione careat ex infraſcriptis, vi-
delicèt.

Primò, quia magnificus Antonius de
Francho, ex cuius perſona ipſe Abbas
Baptiſta venire prætendit, non erat Do-
minus Terræ in actis deductæ, ſed ſim-
plex creditor quondam Thomæ Virilis,
& deindè Marci Maſſarij, vt ex inſtru-
mento, ex quo ipſe Antonius dictam
Terram cum iure congrui in dictum Ab-
batem Baptiſtam transferre non pote-
24 rat, † cum nemo transferat, quod non
habet, *l. 2. C. de legib. l. traditione ff. de ac-
quir. rer. domin.*

Secundò, ſi prædictum inſtrumentum
prætenſi tituli dicti Abbatis Baptiſtę be-
nè perpendimus, in eo non ſit venditio
terræ prædictę, ſed ceſſio quantitatis ab
ipſo Antonio de Francho creditæ, vt ex
eius lectura clariſſimè patet, & etiā quod
actio crediti ceſſa fuiſſet, ad ipſam Ter-
ram, quod expreſsè negatur, nihilominus
ius congrui habet etiam locum, in ceſ-
25 ſione actionis ad rem, † vt dicit idem
*Benedell. in d. ſuo tractatu in princip. con-
ſtitut. ampliat. 37. fol. 30. ex doctrina
Ferron. in conſuetud. Burdegal. ſub tit. de
retract.* §. 25. Ex quo Nicolaus Ange-
lus per prius poſſeſſor, & Dominus alte-
rius Terræ Collateralis dictum ius in re
Abbati Baptiſtæ, vt prætenditur ceſſum
ex prædictis retrahere poteſt.

Tertiò, licet dictus Abbas Baptiſta,
vti ceſſionarius pecuniæ tantùm non ha-
buiſſet, niſi actionem recuperandi quan-
titatem ſibi ceſſam, & de facto non po-
terat in ipſa Terra ſe immiſcere, ſed poſt-
quàm de facto reperitur in poſſeſſione,
dico ius congrui habere locum, etiam
26 in poſſeſſorio, † ſecundum *dictum Be-
nedell. vbi ſupra ampliat. 42. fol. 30. à ter-
go, per text. in l. 1. in princ. ff. de acquir.
poſſeſſ. & gloſ. in princ. in l. naturaliter eod.
titul.*

Quarto, & vltimo, prædictus Abbas
Baptiſta prætendit venire ex perſona
dicti Antonij de Frācho creditoris quō-
dam Thomæ Virilis, nec poteſt, quia di-
cto Thomæ, & eius filio per ipſum Nico-
laum Angelum fuit facta denunciatio tē-
pore emptionis, & tranſacto menſe fuit
interpoſitum decretum pręcluſionis vię,
27 licet ſufficeret vnica denunciatio, † *l. Ti-
tia ſæpè* §. *vſuras ff. de legat. 2. & notab.
gloſ. in l. mora poſt principium ff. de vſur.
& cum in eadem noſtra conſtitutione ſan-*

*cimus*

Digitized by Google

*timus in verbo infra triginta dies*, *& in verbo verùm*, qui infra ſtatutum tempus pretium non ſoluit, de cætero non auditur, & prædicti fratres, & filij non ſolum acquieuerunt per menſem, ſed ferè decennium, ſequitur quod non poterit amplius audiri, *vt d. conſtitutio mandat*, ad quod facit *text. in l. item veniunt* §. *à*
38 *quo ff. de petit. hæredit.* † & ei imputandum eſt, ſi infra terminum ſtatutum non
39 egit, † quia præſcriptio eum excludit à iure ſuo, *l. final. in fine C. de his, qui à non domin. manumiſſ. cum alijs adductis per Aſſlict. in eadem conſtitut. ſiuè ipſius tractatu in* §. 2. *notab.* 4. *num.* 24. vndè ex prædictis concludendum eſt clericum ipſum Baptiſtam condemnari debere ad relaxandum Terram prædictam iure congrui petitam, & ſic laicum habere ius congrui contra clericum emptorem, ſaluo ſemper, &c.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Incertitudo contractum vitiat.*
2 *Legatum, ſeù conceſſio iuris, quod habetur ſi non habeatur, quando ſit valida*, *& num.* 6.
3 *Legatum quantitate non expreſſa deficit.*
4 *Legatum certum de incertis, an debeatur.*
5 *Conſtitutum adiunctum diſpoſitioni incertæ nullam poſſeſſionem transfert.*
7 *Diſpoſitio incerta fauore piæ cauſæ non vitiatur, quando ratione adiuncti, vel arbitrio boni viri certificari poteſt.*
8 *Conditio inducitur ex relatiuo iniuncto, verbo futuri temporis.*
9 *Diſpoſitio dùm pendet importat conditionem, dùm verificatur demonſtrationem inducit.*
10 Conditio *inducitur per dictionem, quicquid.*
11 Conditionis *defectus, vitiat etiam diſpoſitionem fauore piæ cauſæ.*
12 *Diſpoſitio taxatiua ſi ſuper corpore ipſo deficiat corruit.*
13 *Diſpoſitio pura, ſi poſtea deſignatur, ſuper quo corpore eſt adimplenda, dicitur demonſtratiua.*
14 *Deſignatio facta in eadem ſubſtantia legati, cum relatiuo tunc, eſt taxatio, & re deficiente deficit diſpoſitio.*
15 *Demonſtratio fit ſuper certo corpore, vel quantitate, taxatio ſuper incerto.*
16 *Demonſtratio fit de præſenti, taxatio de futuro.*
17 *Actio, quæ tertio abſenti acquiritur eſt perſonalis.*
18 *Actio, quæ datur in re ex priuilegio, vel ex ficta traditione, non datur contra tertium poſſeſſorem.*
19 *Legata gradatim, & ſucceſſiuè facta, ſunt adimplenda ex ordine charitatis, & ſcripturæ.*
20 *Diſpoſitio, cum pretio, & conſtituto, prior, per poſteriorem non inficiatur.*
21 *Nemo dat, quod non habet.*

## Pro D. Hippolyta de la Noya, contra Monaſterium S. Ioachim.

## ARGVMENTVM.

*Diſpoſitio taxatiua, conditionalis, & incertæ rei adiuncta redditur inutilis.*

## CONSILIVM XLVII.

ADuerſus prætenſum iudicium aſſiſtentiæ intentatum pro parte Monaſterij S. Ioachim, ſuper ducatis decem millibus, poſſeſſis per D. Hippolytam de la Noya, dictum Monaſterium ex duobus obtinere non poſſe demonſtratur.

Primò, quia caret omni actione, & iure.

Secũdò, quando aliqua competerent, caret requiſitis in iudicio propoſito aſſiſtentiæ.

Quo ad primum caret omni iure, & actione, ſiquidem diſpoſitio Illuſtris,

ac

ac Reuerendæ quondam D. Hippolitæ, ſeù ſororis Helenæ Caſtriotæ, ſuper qua fundatur prætenſio ipſius Monaſterij agentis, eſt incerta, conditionalis, & taxatiua.

Incerta eſt, dùm in ea dicitur: *De tutto quello, che vi auanzarà, &c.*) quę verba denotant incertitudinem quantitatis,
1 quæ ad inſtar † incertitudinis ratione loci, contractum vitiat, *l. ita ſtipulatus in principio, l. qui inſulam, l. vbi autem*, §. *illud ff. de verbor. obligat. l.* 3. §. *incertam*, *l. locus* ff. *de acquirend. poſſeſſ. & l. emptor ff. de vſucap. pro emptor.* Hinc deducitur quæſtio *Dyni*, relata per *Bart. num.* 4. *& per omnes alios in l. ſi ſic* §. 1. *ff. de legat.* 1.
2 quod ſi Comes † cõcedat Eccleſię, quicquid iuris habet in aliquo territorio, ſi de iure concedentis mox, non appareat, nihil operatur conceſſio talis, per illum
3 *text.* §. 1. vnde ſumitur regula, † quod defectus debiti demonſtrari, quantitate non expreſſa, facit deficere ſunſtantiam legati, hoc etiam dicit *text. in l. legaui* ff. *de liber. legat. Specul. de locat.* §. *nunc aliqua verſ.* 58. *num.* 73. *Alexand. conſ.* 28. *viſis, & accuratè, verſ. ad prædictorum num.* 7. *lib.* 1. & licet ſumma, quæ Monaſterio dari mandatur certa ſit, videlicèt, annui ducati viginti, vel eorum capitale,
4 eſt tamen certa † de incerta, ſcilicèt, *de quello, che ci auanzarà*, quo caſu non debetur, vt à contrario ſenſu colligitur *in* §. *incertis verſ. ſub certa, inſtit. de legat.* eo maximè, quia nunquàm per exiſtentiam talis incertitudinis potuit verificari, *vt Iaſ. inquit in d.* §. *incertam num.* 16. *verſ. primo*, quod benè eſt incertitudo, *per text. in l. interdum in principio ff. de verbor. obligat. & l. tunc emptio ff. de contrahend. empt.* Immò vt ibidem *Iaſ.* dicit
5 *num.* 11. † ex conſtituto adiecto, in huiuſmodi diſpoſitionibus incertis, nulla poſſeſſio transfertur, quod inferius demonſtrabo, facit etiam ad prędicta, quod *Iaſ.* refert *in d.* §. 1. *l. ſi ſic num.* 13. quod
6 quando teſtator † certè ſciens nihil à Titio ſibi deberi, alicui relinquat centum, quos Titius debet, relictum valet, & debetur, cum verò legat ignorans an debeatur, nihil debetur, *per text. notab. in l. final. ff. de liber. legat.* cum ergo ex ſerie diſpoſitionis iam dictæ, & ex clauſula poteſtatis addendi, & minuendi clare colligatur ſororem Helenam ignoraſſe, an aliquid ſupereſſet, concludendum puto, ratione incertitudinis, & ignorantiæ huiuſmodi nihil Monaſterio deberi.

Nec obſtat limitatio, relata per *Doctores in d. l. ita ſtipulatus*, & præſertim per
7 *Ripam nu.* 23. † quod fauore piæ cauſæ per incertitudinem diſpoſitio non vitiatur: nàm eo caſu certificari poteſt, vel ratione adiuncti, vt dicunt *Doctores in d. l. vbi autem* §. *illud*, vel per arbitrium boni viri, pro modo facultatum, vt inquit *Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus num.* 13. *& in l. triticum num.* 4. *ff. eodem*, ſed hic relatio haberi non poteſt, ad id quod non ſupereſt, & mens diſponentis deficit, vt ex ſubſequentibus fundamentis demonſtrabitur, immò regulariter incertitudo vitiat libertatem, *l. cum ex pluribus* ff. *de manumiſſ. teſtament. gloſ. final. in l. cum teſtator C. eodem*, à qua licitè argumentamur ad piam cauſam, *Roman. ſingul.* 284. *tù habes, Bartol. in l. ſi vnus C. de teſtament. Bald. in l. ſi iure C. de teſtament. manumiſſ.*

Eſt item dicta diſpoſitio conditionalis, vt in eiſdem verbis legitur: *& tutto*
8 *quello, che ci auanzarà, &c.* † In quibus adeſt relatiuum iniunctum verbo futuri temporis, quod conditionem importat, quia futurum eſt incertum, dùm poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, *l.* 1. *& l. legatum ff. de condit. & demonſtr. l. ſtychum, qui meus erit ff. de legat.* 1. vbi conditio, quæ venit implenda in re, de qua fit diſpoſitio, reſoluitur in quatenus, & facit ſuum antecedens conditionale, & quando antecedens relatiui eſt ipſa ſubſtantia diſpoſitionis, tunc reddit ipſam diſpoſitionem conditionalem, *l. nuper* §. *final. ff. de legat.* 3. *l. talem* §. 1. *ff. de hæredi. inſtit. Bart. in d. l. ſtychum in principio, & ibidem Iaſ. num.* 19. Ex quibus infertur,
9 quod dum pendet, † importat conditionem, dùm purificatur, demonſtrationem inducit, dùm deficit omnem diſpoſitionem

Digitized by Google

nem vitiat, per text. in l. vnica §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollend. in §. longè verſ. ſed ſi conditionaliter, inſtit. de legat. notat. in l. cum ad præſens, & in l. itaque ff. ſi cert. petat. Bald. in rubr. ff. de condit. & demonſtrat. dixit in definitione, quod conditio eſt adiectio, per quàm diſpoſitum habet in ſuo eſſe pendentiam, exiſtentiam, vel defectum, ex quo ſequitur, quod vbi nullũ eſt ſubſtantiuum, nullum congruit relatiuum, gloſ. in cap. 1. extra de fide inſtrumentor. quodquè prædicta non ſolum procedant in relatiuo ſubſtantiæ, ſed etiam in relatiuo quantitatis, vel accidentis, decidit Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. num. 20. & 29. idem Bart. & Bald. in l. ſi quis fundum ff. de contrah. empt. Alexand. in d. l. ſtychum num. 30. licet contrarium teneat ibi Paul. Caſtrenſ. num. 4.

10 Nec eadem † extẽduntur ad dictionem quicquid, quæ ſimiliter conditionem importat, ſi verbo futuri temporis iungatur, l. qui Romæ §. Augerius ff. de verbor. obligat. quæ omnia ſic cumulaui, cum tàm relatiuum ſubſtantiæ, quàm quantitatis, & dictio, quicquid poſſit ad verba diſpoſitionis ſupra notata adaptari neceſſariò, & ſic ex iàm dictis liquet, Monaſterium nihil prætendere poſſe, dùm non probauit cõditionis purificationem, immò ex calculo fol. 402. proceſſus ma-
11 gni, contrarium patet, † & quod defectus huiuſmodi conditionis, quæ dicitur caſualis, vitiet etiam diſpoſitionem fauore piæ cauſæ, eſt text. in l. Titius vſufructu in principio ff. de condition. & demonſtrat. vbi Paul. de Caſtr. proponit conſimile dubium, & rogo Dominos Iudicantes, vt videant.

12 Item dicta diſpoſitio eſt † etiam taxatiua, taxatur enim in verbis iàm ponderatis, corpus, ex quo facienda eſt emptio annuorum ducatorum viginti, ita vt eo deficiente, prout iàm defecit, corruat ipſa diſpoſitio, l. ſi ſeruus §. qui quinque ff. de legat. 1. l. cum certus ff. de tritic. vin. & ole. legat. & in l. ſi debitor §. veriſimile ff. de contrahend. empt. faciunt etiam text. in cap. ſuſceptum de reſcript. in ſexto, & in cap. cui de non ſacerdotali de prabend. eodem lib. 6. & vt clarius demonſtretur, diſpoſitionem hanc eſſe taxatiuam, ſumo diſtinctionem Bartol. in l. quidam teſtamento in principio ff. de legat. 1. & in l. inter ſtipulantem §. ſacram num 6. ff. de verbor. obligat. Bald. in cap. 1. de not. feud. Alberic. in l. ſi quis argentum in principio C. de donat. Felyn. in cap. ſuper literis num. 4. extra de reſcript. Cùm enim legatur, vel promittitur aliquid purè, &
13 poſtmodùm in alia oratione † deſignatur, vndè ſoluatur, dicitur demonſtratiua diſpoſitio, vt deficiente re demonſtrata debeatur extimatio ipſius, vel ex fructibus annorum ſequentium, prout iura loquuntur, d. l. quidam teſtamento l. Paulo Callimaco ff. de legat. 3. & d. l. ſi quis argentum §. ſin autem donator, cum alijs cõ-
14 cordantibus, † vbi deſignatio rei adhibetur in ipſa ſubſtantia legati, & in eadem oratione, prout in d. l. cum certus d. §. qui quinque, & d. §. veriſimile, maximè ſi adeſt relatiuum, (prout in hac controuerſia,) quia tunc eſt taxatio, & re taxata deficiente, deficit ipſa diſpoſitio.

15 Secundò, † demõſtratio fit ſuper certo, & determinato corpore, vel quãtitate, taxatio verò ſuper incerto, d. l. nuper, verſ. ſi verò incertum, & l. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Caſtrenſ. in d. l. ſtychum num. 4. Soccin. num. 6. & Bald. in l. 1. num. 3. C. de falſ. cauſ. adiect. leg.

16 Tertiò, † demonſtratio fit de præſenti, taxatio de futuro, l. nominatim in fine ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. demonſtratio falſa num. 1. in definitione demonſtrationis ff. eodem, in qua l. dicit, idem Bart. notabiliter num. 9. quod etiam demonſtratio falſa vitiat diſpoſitionem in eo, in quo falſa apparet, quoties demonſtratur genus ſimpliciter poſitum in diſpoſitione, & nõ limitatum per text. in d. l. 3. in principio C. de falſ. cauſ. & in l. ſcribit Quintus Mutius §. final. ff. de aur. & argent. legat. Itaque quando verba prædicta; & tutto quello, che auanzarà, prætendantur demonſtratiua, controuerti non poteſt, quin ſint demonſtratiua generis, non limitati, & conſequenter dùm

Digitized by Google

dũ nihil ſupereſſet, nihil deberetur. Primò, quia diſponitur ſuper incerto. Secundò, quia conditionaliter. Tertiò, quia taxatiuè ſuper re incerta, & futura, aut ſaltim per demonſtrationem generis non limitati, vt iàm diximus. Præterea ex eiſdem verbis, dùm infertur, quod ſi nihil ſupereſt, nihil debeat præſtari, videtur expreſsè facta ademptio ad traddita *in l.cum quæſtio C. de legib.*

Quo ad ſecundum principale, dato quod Monaſterio aliqua actio competat in modo agendi, per aſſiſtentiam intentatam, & contra Dominam conuentam non ritè agit, quoniam & ſi per iuris diſpoſitionem ex conuentione ſororis Helenæ, cum Procuratore Sacri Montis inita, vigore cuius agitur, quando ſupradictos defectus non pateretur, &c. actio acquireretur Monaſterio actori, qui in cõuentione non interuenit, *per text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod.* Nihilominus, actio, † quæ tali tertio abſenti
17 acquiritur, perſonalis eſt, vt ibidem dicit *text. & gloſ. in verbo actionis*, & ita omnes Doctores * communiter tenere, refert *Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 14. num. 2. verſ. ſecundo, quod ex d. l. quoties*, ſed conceſſo, quod dicto Monaſterio compe-
18 tat actio in rem, † ex eius priuilegio, vel ex ficta traditione, prout opinatur ex *l. qui Romæ §. Flauius ff. de verbor. obligat.* Tamen contra D. Hippolytam vti tertiam poſſeditricem, actio, *ex d. l. quoties* non dabitur, quia non datur contra tertios poſſeſſores, vt optimè probat, & hanc * communem eſſe opinionem, teſtatur *Alciat. reſponſ. 99. tàm diligenter, & copioſè nu. 11. & reſponſ. 578. Lelij Gozzadini, Soccin. conſ. 236. placet concluſio lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 512. Titius bona ſua donauit*, etiam quia in dictis ducatis decem mille per eam poſſeſſis, & in eorum retentione habet antiquiorem, ac priorem hypothecam, & anterius conſtitutum, & prçcarium vti filia, & hæres D. Antonij de la Noya, eius patris prioris donatarij, tanquàm prænominati, & prçdilecti. Primò, ex voluntate ipſius ſororis Helenæ, quæ voluit diſpoſita adim-
19 pleri gradatim, † & ſucceſſiuè vnum poſt aliud, prout reperiuntur ordinata. Secundò, ex ordine donationis, qui deſignat ordinem charitatis, quia D. Antonius erat filius. Tertiò, ex ordine ſcripturæ, prout dicunt *Doctores in l. 1. §. prius ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. & præſertim Iaſ. num. 21. vbi allegat Angel. in §. etenim in auth. de hæred. & falcid.* dicentem, quod ſi in vno, & eodem contractu obligatur domus, vel fundus Titio, & Seio, hypotheca Seij erit poſterior, eſt etiam *text. qui hoc dicit in l. quoties ff. de vſufruct. & in l. vnica §. quibus C. de nouo codic. fac. dicunt etiam Bald. in l. aduerſus num. 6. C. de furt. & in l. 1. num. 4. C. de impuber. Doctores in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. & Felyn. pleniſſimè in cap. cum dilecta à nu. 4. ad ſextum extra de reſcript.* cum ergo prædicti ducati 10. mille, ſuper quibus
20 Monaſterium obtinere conatur, † fuerint in eadem diſpoſitione prius D. Antonio donati, & in eum poſſeſſio illorum tranſlata, per conſtitutum, & prçcarium, & à donante abdicata, *l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.* in eo, quod vltimo loco per eam diſponitur, in fauorem dicti Monaſterij, non cenſentur obnoxij, nec per cõſtitutum reſpectu dictç poſterioris diſpoſitionis in Monaſterium tranſlata eorum poſſeſſio, vt dicunt *Doctores, & præcipuè Alexand. num. 22. in d. l. quod meo, & Paul. Caſtrenſ. in l. quamuis §. ſi conductor num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* per regu-
21 lam nemo dat, † quod non habet, *l. traditio ff. de acquir. rer. domin. & l. nemo plus ff. de regul. iur. Matteſ. notab. 62. nota quod venditor, & 170. nota doctrinam mirabilem*, & ſic cum clauſula præcarij, & conſtituti nihil Monaſterio ſecũdo creditori opituletur, non poteſt in hoc iudicio obtinere, ſed principalem debet conuenire, ipſumq; excutere, & ſic agere ſuper ducatis 1333. remanſis vltra donationes collatas D. Cæſari, & D. Antonio ex dotibus dictæ ſororis Helenæ in poſſe Illuſtris Marchionis Mariliani, & ita firmat *Marant. in tractat. de remed. poſſeſſ. ſuper l. 1. §. ait prætor in 4. illatio-*

ne

Digitized by Google

*ne num.54. ff. vti poſſidetis*, & hæc ſufficiant ad excluſionem venerabilis Monaſterij ab actione, & iudicio contra D. Hippolytam, ipſamq; abſolui debere per Sacrum Conſilium firmiter teneo.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum coniecturis, & tacita voluntate induci poteſt.*

2 *Filios in conditione poſitos, non cenſeri vocatos, ſed ſuccedere ab inteſtato, qualiter intelligatur.*

3 *Coniectura leuis, & qualibet ſufficit, vt filij intelligantur vocati, non in conditione poſiti.*

4 *Fideicommiſſum inducitur, quando inſtitutus rogatur, vt illa prædia, quæ ad eum vadunt, curet, vt ad filios perueniant.*

5 *Teſtatoris mens potius, quàm verba ſpectantur.*

6 *Fideicommiſſum inducitur ex actu, ex quo neceſſariò ſic infertur.*

7 *Fideicommiſſum inducitur, quando teſtator vult bona peruenire ad nepotes.*

8 *Verba importantia Conſilium important neceſſitatem fauore liberorum.*

9 *Fideicommiſſum per quæcumque verba inducitur.*

10 *Filiorum appellatione veniunt, quandoq; nepotes.*

11 *Fideicommiſſum, vt inducatur ſufficit teſtatoris verba non repugnare.*

12 *Prohibitio, nè diſſipentur bona prohibet alienationem.*

13 *Prohibitio trebellianica præſupponit fideicommiſſum.*

Pro filijs quondam magnifici Horatij Coppulæ, contra creditores ipſius.

## ARGVMENTVM.

*Fideicommiſſum an ex coniecturis, etiã inducatur, & an in conditione poſiti cenſeantur vocati?*

## CONSILIVM XLVIII.

CONCLVSIVE loquendo pauca afferam, & primò in iure cautum eſſe, ad inducendum
1 fideicommiſſum † ſufficere, etiam tacitam voluntatem defuncti, quæ ex coniecturis colligi poteſt, vt tradit *text. in l. cum proponebatur in fine ff. de legat. 2. l. qui ſolidum* §. 1 *eod. tit. l. cum Auus* ff. *de condit. & demonſtrat.* & hoc eſt, quod iura dicunt in fideicommiſſis, voluntatem potius, quàm verba inſpici, *l. cum virum C. de fideicommiſſ.* applicando ergo verba teſtatoris, quibus vſus eſt ad inducendùm in eius bonis fideicommiſſum, ponderanda eſt voluntas ipſius teſtatoris in his verbis, quæ ſequuntur, videlicèt.

*Item ordino, voglio, & commando, che quandocumque Giouan Horatio mancaſſe da queſta vita preſente, abſque filijs legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore, & de legitimo matrimonio deſcendentibus, quod ſuccedat, & ſuccedere habeat in eius bonis, & hæreditate lo predicto Giouan Tomaſo Coppola mio figlio.* Ex quibus verbis habetur, quod dùm inſtituit Horatium, voluit vt ipſo moriente ſine filijs, ſuccederet magnificus Ioannes Thomas, filius eiuſdemmet teſtatoris, ſed inter deſcendentes, prætulit filios Horatij, ipſi magnifico Ioanni Thomæ filio teſtatoris, & voluit ex verbis prædictis bona non exire extra ſuos deſcendentes, per quam vocationem deſcendentium operatur diſpoſitio, *Gloſ. in l. Lutius ff. de hæred. inſtit.*
2 dicentis, † filios poſitos in conditione, non cenſeri vocatos, ſed ſuccedere ab inteſtato eius patri, vt non habeat locum quando in caſu mortis abſque filijs, vocantur alij deſcendentes ipſiuſmet teſtatoris, vt traditur *per deciſ. Pedemont. 96.* maximè poſt *num.* 14. In qua tamen aliæ concurrebant coniecturæ, vbi dicit iſtam ſolam ſufficere, & ſubſtineri poſſe, ſtante maximè Doctorum opinione, de qua ibi
3 *nu.* 9. videlicèt, † quod qualibet etiam leuis coniectura ſufficiat, vt dicantur filij

lij vocati, & non poſiti tantum in conditione, quod eo maximè procedit, quando fauore prædictorum filiorum poſitorum in conditione prohibetur alienatio, & diſpoſitio bonorum, de qua prohibitione inferius loquitur, & iſtam limitationem, *ad gloſ. in d. l. Lutius, ponit Hieronym. Zanc. in repetit. l. hæredes mei §. cum ita num. 748. limitat. 4. ad trebell. allegat ad hoc Ruyn. & Soccin. hoc idem tenentes, vt ibi per eum.*

Secundò, ponderanda ſunt ſubſcripta alia verba teſtatoris, quæ leguntur in dicto teſtamento, in primis inſtructionibus *cap.* 11. Poſtquàm legauit magnificę Iuliæ Vicedomini eius vxori annuos ducatos tricentos, vita eius durante, dicitur, videlicèt.

*Voglio, ordino, & commando, che detta Giulia inſieme con Giouan Tomaſe, babbia penſiero dell'entrate della Dobana della farina, con tutte l'altre entrate, recuperarnole, & ſtiparnole, in la caſcia mia, & che ſe ne faccia notamento, leuate tutte le ſpeſe, calzare, & veſtire, in ſeruitio de tutti li predetti, che ſono viui hoggi, & figliuoli futuri de detto Giouan Tomaſe, & de Giouan Horatio, & lo reſto ſi babbia da ponere in ſaluo, ad inſtantia de' detti figliuoli, & ſe habbino da ponere in compra ferma, & ſicura, per vtilità commune, ita che con gratia de Iddio, & de buon penſiero, & buon conſiglio, detti figliuoli habbino da venire in augmento, & non in detrimento.*

Ex omnibus his verbis habetur, quod teſtator voluit, quod cura haberetur, circa eius bona, nè dilapidarentur, ſed vt deductis expenſis, reſiduum conſeruaretur, & in emptionem conuerteretur, ad inſtantiam filiorum prædictorum magnificorum Ioannis Thomæ, & Horatij, quos vocauit filiolos futuros, & ſubnectitur, quod debebant prædicta fieri, ad hoc, vt dicti filioli venirent in augmentum, taliter quod conſeruationem bonorum ſuorum teſtator conſiderauit, non ſolum pro manutentione, & fauore eius filiorum, ſed multo magis pro manutentione, & fauore eius nepotum, filiorum prędictorum Ioannis Thomæ, & Horatij, qui filioli pluries in prædictis verbis per teſtatorem nominati, & honorati fuerunt, ex quibus ſupradictis verbis, quod inducatur fideicommiſſum, eſt *text. clarus, & notabilis in l. fideicommiſſa §. hæc verba ff. de legat.* 3. vbi probatur, quod

4 illa verba ibi poſita, videlicèt: † Te rogo fili, vt illa prædia, quæ ad te peruenerint, eorum curam agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire, importanr fideicommiſſum, & per iſtum *textum* non eſt dubium, quod deciditur caſus noſter: nàm ſi per huiuſmodi verba: *quæ vt idem text. dicit*, nòn ſatis exprimentia fideicommiſſum, ſed magis Conſilium, quàm neceſſitatem relinquendi, cum vtatur illis verbis: Rogo te fili, inducitur tantùm

5 fideicommiſſum, † cum inſpiciatur potius mens teſtatoris, quàm verba, *vt gloſ. ibi notat in verbo continere*, multo fortius dicendum eſt in caſu noſtro, cum magnificus Hieronymus teſtator non vſus fuerit tantum verbis præcantibus, ſed etiam præceptiuis, & neceſſitatem imponentibus. *Voglio, ordino, & commando*, vt in dicto vndecimo capite in primis inſtructionibus: Teſtator enim cum voluerit proſpicere eius nepotibus, fruſtra diceretur eſſe proſpectum, ſi fideicommiſſum non eſſet inductum, & fuiſſet in poteſtate dicti quondam Horatij bona prædicta diſſipare, prout iàm in totum ludendo, & alia faciendo, quo ad ipſum diſſipauit: nàm cum voluerit teſtator bona conſeruari pro eius nepotibus, intellexit ex hoc fideicommiſſum facere, ſine quo fideicommiſſo conſeruatio bonorum pro ne-

6 potibus fieri non potuiſſet, † fideicommiſſum enim inducitur ex actu, ex quo neceſſariò ſic infertur, dicit *Dec. conſil.* 377. *num.* 7. *& vltra dicit text. in d. §. hæc verba, eſt text. in l. pater §. pater filius eod. tit. de legat.* 3. vbi licet ex verbis non inductum ſit ibi fideicommiſſum, ex mente tamen, quæ præualet, vt ibi dicit *gloſ. final. in verbo proponi*, inductum dicitur fideicommiſſum, quàm *gloſ.* * *cõmuniter teneri, aſſerit Soccin. poſt alios in conſ.* 249. *poſt num.* 19. *verſ. poſtremo reſponde-*

ſponditur lib. 2. & ſequitur eum, etiam Bart. ibi, quando ſunt contemplati filij, vt filij, vt in caſu noſtro, & non ſub nomine hæredum: nec id quod ponderatur per partem aduerſam obſtare poteſt, videlicèt, & in d. §. hac verba, inducatur fideicommiſſum, ex eo, quod ſit grauatus ille, qui fuerat inſtitutus hæres: nàm vltra, quod textus hoc non dicit, ſed loquitur generaliter, de prædijs filio teſtatoris quoquo modo, tamen ratio propter quam inducitur fideicommiſſum, ſecundum Bart. ibi, eſt illa,

7 † quia voluit teſtator eius bona eſſe peruētura ad eius nepotem, & ſic fauore nepotum, vt etiam tradit benè ibi Bald. & Alberic. & Dec. conſ. 38. à verſ. ſed tamen prædictis non obſtantibus, & num. 2. & infra, & proptereà oppoſita per partem, quod ibi ſit grauatus hęres ſubſtitutus, vel quod non adminiſtrauerit mater magnificorum Ioannis Thomæ, & Horatij, non faciunt ad propoſitum, etiam ſi vera eſſent; nec obſtat ſi diceretur dictum §. hæc verba ſic diſponere propter verbum perueniat, vt ſic ſummatur ibi, per Bartol. nàm & ſi verùm ſit dictum Bart. tamen fundata eſt principaliter diſpoſitio d. text. in prouiſione facta fauore filiorum, & propterea fauore ipſorum

8 † verba importantia Conſilium, important neceſſitatem, vel benè dicit Bald. in d. §. hac verba, & ibidem Alber. & Dec. in d. conſ. 38. & quod dicti §. diſpoſitio non ſit fundata in verbo perueniat, adduco Alciat. in l. nepos proculo in verbo poſſit ff. de verbor. ſignifi. vbi allegando d. §. dicit de iure recedi à proprietate verborum, in fideicommiſſis, & non eſſe proſpiciendum, quemadmodum verba concipiantur,

9 † ſed per quæcumquè verba induci, & ideò verbum in dicto §. poſitum, videlicèt, vt poſſint bona ad filios peruenire, inducunt fideicommiſſum.

Subiungit etiam Hieronymus teſtator in dicto teſtamento in cap. 8. in nouis, ſub his verbis. *Et de più ſi laſcia il gouerno à detta Giulia in quanto lo fatto delle ſpeſe dì per dì, & la prego, & eſorto, che come perſona de gouerno, & prattica, però quando li piacerà, & parerà, che per ſeruitio ſuo, & della caſa pigli penſiero, & fatica quale non è poca con Giouan Tomaſe, quando ſerrà commodo pigliar conto della rendita della dobana della farina ſera per ſera, & pigliare li denari precipui della ſpeſa per tutta la caſa, giuſta, honorata, & commoda, ſecondo la diſpoſitione delli tempi, & ſi facciano ſpendere ſenza inganno dalli compratori, che pro tempore ſerāno, & lo reſtante ſe debbia conſeruare dentro lo ſcrittorio dello ſtudietto mio, ſecondo l'inſtruttioni, & finito lo meſe ſe conſeruino in caſcia, mediante chiaro notamento, per ſeruitio, & vtile de tutti, & che neſſuno penſi sbaragliare la robba, vni dico, omnibus dico, penſate che chi non ſtenta la robba, non la prezza;* & peſſimum eſt, & in cap. 11. in nouis legatur quæſo totum, & præcipuè ſubſcripta alia verba, videlicèt. *Ita che null'homo penſi, che non deſidero, nè voglio, che ſe ruini la robba, & ogn'vno faccia li diſegni, & penſieri ſopra la robba mia, come è detto allo primo capitolo preſente: ma che ſtiano le robbe tutte bene conſeruate, guidate, cuſtodite, & ben guardate, ad inſtantia della mogliere, & figli, & chi non li piace ſi ponga la pace;* & paulò poſt in eodem capitulo leguntur ſubſcripta alia verba: *De gratia ve requedo, eſorto, commando, & prego in viſceribus charitatis, che non ſia nullo, che tocca, nè pigli della ſubſtantia; ceppo, & capitale, radice della ſubſtantia, & facultà, & ogn'vno giuſtamente attenda ad accumulare, & acquiſtare per voi medeſimi, & per tante, & tante ragioni dette più volte in vita, & in morte, & per la diuerſità delli tempi, chi ſpende, & compra, ſape, & conoſce l'entrate, & come ſe viue alla piazza.*

Ex quibus verbis habetur, nè dùm per huiuſmodi diſpoſitionem bona ipſius teſtatoris debere conſeruari ad inſtantiam eius nepotum, ſed prohiberi prædicta bona alienari, & diſſipari, dùm ordinauit, vt nullus homo cogitaret diſſipare bona, ſed illa benè conſeruarentur ad inſtantiam vxoris, & filiorum, ideſt nepotum, verba ſunt clara: nàm cum prohibi-

tio diſſipationis non poſſit tendere, niſi
in perſonam filiorum teſtatoris, ad quos
bona peruenienda erant, dùm dixit po-
ſteà, quod illa deberent conſeruari, ad in-
ſtantiam filiorum, intellexit de filijs eius
filiorum, & ſic nepotibus, cum alia ſit
perſona, cui iubetur, & alia, cui fit iuſſio,
& nominauit eorum vxores, & filios, &
ſic perneceſſe intelligitur, de filijs filio-
rum, ex quibus verbis prohibentibus diſ-
ſipationem bonorum, arguit *gloſ. in l. co-*
*dicillis §. inſtituto de legat. 2. in verbo fi-*
10 *lijs ſuis*, † verbum filijs ſuis, accipi pro
nepotibus ipſius teſtatoris, & induci fi-
deicommiſſum in fauorem prædictorum
nepotum; lex enim in fideicommiſſis om-
miſſis verbis ſolemnibus, quę olim exige-
bantur, voluit ſufficere pro fideicommiſ-
11 ſo, † quod verba teſtatoris congruant
ijs, quæ ſcribi apertius potuerant, ad in-
ducendum fideicommiſſum, & dicetur,
rectè datum, & minus ſcriptum, verba
ſunt *text. in l. vnum ex familia §. ſi omiſ-*
*ſa ff. de legat. 2. iuncta etiam ibi gloſ. in*
*l. Pamphilo ff. de legat. 3.* Immò teſtator
prohibuit expreſsè alienationem bono-
rum fauore prædictorum eius nepotum:
nàm licet nō dixerit expreſsè, quod eius
bona non alienarentur per filios, hoc iuſ-
ſit per alia verba, idem denotantia, dùm
dixit, *che non voleua, che ſe sbaragliaſſe,*
*nè ruinaſſe la robba, mà che ſi conſeruaſſe*
12 *per li figli.* † Prohibere enim diſſipatio-
nem bonorum, nihil aliud eſt, quàm pro-
hibere alienationem: nàm qui alienat,
diſſipat, vt tradit *Bart. in l. cum oportet §.*
*non autem num. 2. C. de bon. quæ liber.* vbi
loquendo de patre diſſipante bona filij,
ponit exemplum, quando vendit bona,
negari enim non poteſt, quod alienare,
nihil aliud eſt, quàm diſſipare, & ſic e
contra, maximè quando ſit abſquè ne-
ceſſaria cauſa, prout ſemper fecit quon-
dam magnificus Hieronymus, qui non
proſpiciendo tot maſculis, & fœminis
eius filijs, quolibet quaſi die, (vt noto-
rium eſt) operam dabat ad diſſipandum,
ludendo, & quod alienare nihil aliud ſit,
quàm diſſipare, dilapidare, & conſumare,
& ſic è contra, vltra *Bart. traditur latiſ-*
*ſimè per Molin. in tractat. primogenituræ cap. 16. in tit. mayor poſſe bona maior. dilap. cap. 1. poſt num. 14. verſ. aut pater benè num. 18. & per totum d. cap.* Non eſt ergo dubium teſtatorem ſemper cogitaſſe conſeruare bona pro eius nepotibus, cum à principio vſquè ad finem, ſemper in ſubſtituendo, & in præcipiendo conſeruationem bonorum, & prohibendo eorum alienationem, ſeù diſſipationem, & in conſeruatione, cauthelis cippi, & ſubſtitutione, conſiderauit fauorem eius deſcendentium, & conſeruationem bonorum pro eius nepotibus, maximè quia in eius vita teſtator præuiderat Horatium diſſipatorem bonorum, vt ipſemet teſtator dixit in ſuo teſtamento in *cap. 2.* in nouis, vbi leguntur, hæc verba, videlicèt. *Et così è la volontà mia, che la parte, che toccaſſe à Giouan Horatio, quale al preſente và periclitando, & s'intende, che non vole ſeguitare lo ſtudio, ſia de Giouan Tomaſe, & quando per via de lite Giouan Horatio per volere sbrigare la robba mia, pretendeſſe la parte, dico, che non ſe li dia*; & hac ratione ductus voluit proſpicere nepotibus ex dicto Horatio, quia vt dictum eſt præuiderat Horatium eſſe pronum ad dilapidandum totam ſubſtantiam, non eſt iuſtum, quod prædicti filij mendicare habeant, contra voluntatem Aui, qui in tota eius diſpoſitione nihil aliud fecit, niſi cautelare capitalia eius ſubſtantiæ, & ſic non debere diſſipari, ſed conſeruari pro eius nepotibus, vt ſupra dictum eſt. Et quod teſtator voluerit fideicommiſſum facere in eius bonis fauore nepotum ſuadetur, quia etiam trebellianicæ detractio fuit per teſtatorem prohibita eius filijs, per hæc verba, & voluit, quod hæc ſit ſua voluntas, & quod quicumque ſibi ſuccedens, ſiuè ex præſentis teſtamenti vigore, ſiuè quocumque alio iure, & modo teneatur, & debeat hoc præſens teſtamentum, & contenta in eo adimplere, & obſeruare, & quod de præſenti teſtamento, & contentis in eo non poſſit aliquid detrahi, ſeù defalcari iure naturæ, ratione falcidiæ, ſeù trebellianicæ, aùt

pro

Digitized by Google

pro debito bonorum ſubſidio, quæ de-
13 tractio trebellianicæ non fit, † nec operatur, niſi vbi eſt fideicommiſſum ex verbis, & mente teſtatoris, cum priuatio præſupponat habitum, *l. decem de verb. obligat.* nec eſt dubitandum ſecundum opinionem *Doctor.* approbatam per Sacrum Conſilium prohiberi poſſe detractionem prædictam, etiam in filijs primi gradus, *vt per Dominum de Franch. deciſion.* 11. & ex his clarè conſtat bona prædicta ſpectare ad dictos filios quondam Horatij vigore fideicommiſſi dicti quondam Hieronymi, & non vti hæredes dicti Horatij, & ſi diceretur, quod prohibitio detractionis trebellianicæ poteſt habere locum in hoc teſtamento, etiam non dato fideicommiſſo in fauorem filiorum Horatij, cum adſint dicta verba prohibitionis trebellianicæ, ad hoc verificandum, vocatur Hieronymus filius Ioannis Thomæ in caſu, quo ambo, ſcilicèt, Ioannes Thomas, & Horatius eſſent concordes ad diſſipandum bona, vt legitur in dicto capitulo ſecundo in nouis, reſpondetur, quod per verba, quæ leguntur in dicto capitulo, non inducitur fideicommiſſum in perſonam Hieronymi nepotis, ſed priuatio bonorum in perſonam Ioannis Thomæ, & Horatij, dùm eſſent concordes ad diſſipandum bona, & inſtitutio in eum caſum in perſonam dicti Hieronymi, non expectata morte, & ſic non per viam fideicommiſſi, taliter quod dicendum eſt, quod ideò teſtator prohibuit detractionem trebellianicæ, quia iàm ſua intentio fuerat facere dictum fideicommiſſum in fauorem dictorum nepotum, vt ſatis clarè demonſtratum eſt, & ex prædictis concludo per Sacrum Conſilium declarandum eſſe, bona prædicta ſpectare ad dictos filios Horatij, vti filios, & non vti hæredes, vt dixi, vigore dicti fideicommiſſi.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Rei ſuæ, quilibet eſt moderator, & arbiter.*

2 *Ius accreſcendi, vel decreſcendi habet locum inter coniunctos, & collegatarios.*

3 *Vſusfructus venit iure fideicommiſſi, & legati.*

4 *Legatum præſtandum poſt mortem alicuius, eſt conditionale.*

5 *Res legata ad vitam, quæ poſt mortem legatarij ſpectat ad hæredem, ſi hæres præmoriatur, non tranſit ad hæredem hæredis.*

6 *Rogatus reſtituere hæredibus poſt mortem, debet reſtituere hæredibus ſuperſtitibus tempore mortis.*

7 *Conditio ſufficit, quod adſit tempore ſui euentus, vt adimpleatur.*

8 *Vſufructuarius, qui reſtituere tenetur, non poteſt dici proprietarius.*

9 *Vſufructuarij poſteriores viuente antecedente vſufructuario, venire non poſſunt.*

10 *Vſusfructus debetur hæredi ſuperſtiti.*

11 *Hæres hæredis, venit appellatione hæredis.*

12 *Filij inſtituti ex perſona alterius fratris inſtituti præmortui venire non poſſunt, maximè patre viuente.*

13 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.*

14 *Affectio charitatis cadit inter ſuccedentes ab inteſtato, & ordine ſucceſſiuo ſuccedunt.*

15 *Fratres ſuperſtites ex perſona fratris præmortui in præiudicium aliorum in primo gradu exiſtentium non veniunt.*

16 *Ordo ſcripturæ ſeruandus.*

17 *L. in annalibus, quomodo, & quando procedat.*

18 *Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio.*

Pro Domino Pompeo Salernitano Regio Conſiliario, contra Dominum Ioannem Leonardũ Salernitanum eius fratrẽ.

*ARGVMENTVM.*

*Succeſſio in fideicommiſſo, an in ſtirpem fiat, vel in capita, & qualiter vſusfructus inter vſufructuarios tranſmittatur.*



Digitized by Google

## CONSILIVM XLIX.

Pater D. Regẽtis Salernitani vinculauit in naturam fideicõmiſſi perpetui inter omnes filios, eorumq; deſcendentes, quandam maſſariam, propè quam ipſe Dominus Regens emit aliqua petia terrarum, & in eius teſtamento inſtituendo eius hæredes in eius bonis, exceptis legatis, & fideicommiſſis, repetendo vinculum paternũ dictæ maſſariæ, dixit, & legauit, quod partitæ terrarum per ipſum Regentem emptarum tranſirent cum eadem diſpoſitione, & vinculo paterno, quæritur.

Primò, an filij Pompei, & Ioãnis Leonardi fratruum dicti Regentis, qui in dicta maſſaria ab Auo vocantur in ſtirpes, & ab ipſo Domino Regente in eius generali diſpoſitione in capite, quomodo in dictis partitis terrarum per Dominum Regentem emptarum per dictos eius heredes ſuccedatur in capita, vel in ſtirpem?

Secundò, dùm D. Regens inſtituit hæredes filios dictorum Pompei, & Ioannis Leonardi, quibus ſubſtituit ſuperſtites poſteros in infinitum, & omnibus deficiẽtibus ſacrum hoſpitale Incurabilium, & ipſos, aliosq; fratres reliquit vſufructuarios, vita durante, & decedente, vel decedẽtibus aliquibus ipſorum fratruum vſufructuariorum dictus vſusfructus cõſolidetur cum proprietate in beneficium dictorum ſuorum heredum inſtitutorum, & pro tempore ſubſtitutorum, quæritur an dictus vſusfructus diuidi debeat inter omnes hæredes exiſtentes, & etiam mortuos ante mortem vſufructuarij, ita quod portio præmortui cedat in beneficium ſuorum hæredum, vel in beneficium omnium exiſtentium, & viuentium tempore mortis vſufructuarij.

Quo ad primum cum ex lectura diſpoſitionis Domini Regentis clariſſimè demonſtretur terras ab ipſo emptas propè dictam maſſariam fuiſſe relictas ſecundum voluntatem paternam, ſecundum quam, filij dictorum fratruum ſuccedunt in ſtirpem, & non in capita, quia Dominus Regens illorum Dominus legem,
1 quam volebat imponere potuit, † cum quilibet rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandat.* non inſiſto, quin in eis ſuccedatur in ſtirpem per nepotes ipſos, iuxta Aui voluntatem primi teſtantis, & diſponentis, vt diximus.

Quo ad ſecundum ante omnia eſt videndum, quo iure in dicto vſufructu per dictos vocatos ſuccedatur: nàm non ve-
2 niunt iure accreſcendi, † vel decreſcendi, cum hoc ius habeat locum inter coniunctos cohæredes, & collegatarios, *l. re coniuncti ff. de legat.* 3. & vſufructuarij prædicti non ſunt, nec cohæredes, nec collegatarij, nec iure donationis cauſa mortis venire, conſiderari poteſt, cum hoc verba, non indicent; non iure ſubſtitutionis, quia numquàm vſufructuarius fuit ſubſtitutus hæres, ſed neceſſariò fa-
3 tendum eſt, † quod dictus vſusfructus redeat iure fideicommiſſi, vel legati, vt optimè probat *text. in l. in cauſa §. Pomponius ff. de minor. ibiq; Gloſ. notabilis in verbo hæredi.* Si ergo iure legati, vel fideicommiſſi, nullatenus tranſmittere poteſt, & ſic, quod filij ſuperſtites dicti Ioãnis Leonardi ex perſona fratris præmortui in nihilo ſuccedere poſſunt, ex infraſcriptis patebit.

Primò, nam in caſu noſtro dictum legatum præſtari debet poſt mortem, & ſic
4 eſt cõditionale, † vt optimè probat *text. in l. hæres meus ff. de condit. & demonſtr.* & legata conditionalia pendente conditione ad eius hæredem non tranſmittuntur, *ad text. in l. vnica §. ſin autem C. de caduc. tollend.* Ideò ſequitur, quod cum vnus ex hæredibus vocatis conditione pendente, ideſt ante mortem vſufructuarij, ſit mortuus, nullatenus ad eius hæredes tranſmittere poteſt, ergo alij fratres ex perſona fratris premortui in vſufructu prædicto ſuccedere debent.

Secundò, *per text. in l. in cauſa la ſecunda §. idem Pomponius ff. de minorib.* probatur quod res legata ad vitam, cum condi-



Digitized by Google

conditione, quod poſt mortem legatarij
debeatur hæredi, ſi hæres præmoriatur,
5 non debetur hæredi hæredis,† quod etiã
probatur per *l. 4. & l. huiuſmodi ff. quan-
do dies leg. ced. & l quod de pariter ff. de
reb. dub.* licet hæres in eius locum ſucce-
dat, *vulgat. l. hæredis ff. de verbor. ſignific.
& l. qui per ſucceſſionem ff. de reg. iur. cum
ſimilib.*

Tertiò, affertur textus multum nota-
bilis in *l. cum pater §. hæreditatem ff. de
legat. 2.* vbi poſt eius mortem reſtituere
6 rogatus, † hæredibus ſuperſtitibus ſuæ
mortis tempore, non autem hæredibus,
hæredum præmortuorum reſtituere de-
bet.

Quartò, idem ſuadetur per *text. in
l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad trebellian.*
vbi data diſpoſitione *l. cum Auus ff. de
condit. & demonſtrat. ac l. cum acutiſſimi
C. de fideicommiſſ.* in fideicommiſſo intel-
ligitur illa conditio, ſi ſine liberis deceſ-
ſerit, cum quæreretur an ſi rogato filij
naſcerentur, & ante eius mortem dece-
derent, deberetur nè fideicommiſſum, &
7 ſtatuitur, quod ſic:† ex quo ipſi filij tem-
pore mortis rogati, non erãt ſuperſtites,
quia ſufficit, vt conditio adſit tempore
ſui euentus, vt adimpleatur per prædicta
iura.

Quintò, cum iſti hęredes vſumfructum
tantum in eorum vita tenere poſſint, &
alijs poſt eorum mortem reſtituere tenen
8 tur, † proprietarij dici non poſſunt, ex
quo nullum ius in proprietate habent,
cum de ea diſponere nequeant, *l. fundi
trebatiani ff. de vſufruct. legat. l. 2. C. de
vſufruct.* ſed quia omnes ſunt vſufru-
ctuarij, ideò ſequitur, quod vnus non po-
teſt alteri ſuccedere, niſi in vſufructu,
quem ante vſufructuarij mortem habere
non poſſunt, quia vſufructuarij poſterio-
res viuente antecedente vſufructuario
9 ad vſumfructum venire non debent, † &
ſic inter eos ſucceſſio dari non poteſt, vi-
uente primo vſufructuario, & proinde
ex perſona præmortui in vita occupan-
tis ad vſumfructum venirent ſolum ſu-
perſtites.

Sextò, adducitur fortiſſimus *text. in
l. generali §. filios ff. de vſufruct. legat.* vbi
caſus noſter ad literam deciditur, quod
10 vſusfructus debetur hæredi ſuperſtiti; †
& licet ex aduerſo prætendi poſſit, quod
ibi ita de teſtatricis intẽtione conſtabat,
& arguendo à contrario ſenſu, *iuxta
l. conuenticulam, C. de Epiſcop. & cleric.*
ſi de teſtatricis intentione non conſtabat
vſusfructus ad proprietatẽ rediret: quia
reſpondetur, quod in caſu noſtro de te-
ſtatoris intẽtione, etiam apparet idem,
quia vocauit dictos hæredes inſtitutos,
& licet hæres hæredis veniat appellatio-
11 ne hæredis, † *d. l. hæredis, & qui per ſuc-
ceſſionem cum ſimilib.* non tamen hære-
des hæredis ſunt inſtituti, ſed ſubſtituti,
quos etiam inſtitutis deficientibus voca-
uit, & ſic filij inſtituti ex perſona alterius
12 fratris præmortui ſimiliter inſtituti,† ve
nire non poſſunt, maximè patre viuente,
quia ex illius perſona tanquàm ſubſtitu-
ti venirent contra teſtatoris intentionẽ,
13 & voluntatem, † quæ eſt ſeruanda, *l. in
conditionibus primum locum ff. de condit.
& demonſtrat. l. ſi ſeruus plurium §. fin.
ff. de leg. 1. cap. cum dilecti de donat. cum
ſimilib.*

Nec obſtat ſi ex aduerſo prętendatur
fuiſſe ſimul vocatos inſtitutos, & pro tem
pore ſubſtitutos, quia quando erga voca-
tos cadit affectio ordinatæ charitatis,
quæ eſt quãdo ſimiliter ab inteſtato ſuc-
14 ceſſuri erant, † *vt per Bart. & Doctores
in l. Gallus § quidem rectè ff. de vulga. &
pupillar. ſubſtit.* cenſentur vocati, & ſuc-
cedere debent ordine ſucceſſiuo, ſecun-
dum * communem opinionem *gloſ. Bart.
& aliorum Doctorum in d. §. quidem
rectè, vide etiam notabilia conſ. Alexan.
13. & 14. lib. 4.* & ſic fratres ſuperſtites
ex perſona fratris præmortui venire non
poſſunt, in prężiudicium aliorum, in primo
gradu inſtitutionis vocatorum, & exi-
15 ſtentium, † neque vti ſubſtituti, ſtanti-
bus ipſiſmet cum alijs primum gradum
inſtitutionis occupantibus.

Et ex abundanti, nec etiam ſecundum
16 ordinem ſcripturæ, † qui ſeruandus eſt,
*l. quoties ff. de vſufruct. authent. ſi verò
nullus de hæred. & falcid.* quia primo sũt

 vocati

Digitized by Google

vocati inſtituti, quàm ſubſtituti, ergo ex perſona præmortui fratris, ex quo tanquám ſubſtituti veniunt, ſuccedere non poſſunt.

Nec obſtat ſi ex aduerſo adducatur, *l.ex pluribus* ff.*de ſuis, & legitimis*, quia in hoc caſu non ſucceditur iure accreſcendi, vel decreſcendi, vt ſupra probauimus, nec minus ſi adducitur, *l.in annalibus C. de legib.* vbi legatum tranſit ad hæredem hæredis, quia reſpōdetur, prout ſignanter reſpondet *Bald. in l.final.in 4.oppoſit. C. de hæred.inſtit. quem ſequitur Alexand. & Caſtrenſ. in l. paterfamilias* ff. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit.*

17 *quod d. l. in annalibus,* † procedit quando teſtator alijs quamuis hæredibus reliquit, quia tunc omnes veniunt in infinitum, ſed quando ſuis hæredibus legauit, tunc videtur habuiſſe affectionem, ſolum ad primos hæredes, & ſolum ipſi veniunt, per ſupra allegata iura, & ſic ipſi fratres ex perſona fratris præmortui, non eſſent in primo gradu, ſed in ſecun-

18 do, cum venirent tanquàm ſubſtituti, † quæ ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, *l. 1. ff de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* vndè reiectis contrarijs firma remanet concluſio mea, quod dicti filij D. Ioannis Leonardi ſuperſtites in primo gradu vocati ex perſona patris in vſufructu extincto poſt mortem patrui vſufructuarij, viuente patre ſuccedere non poſſunt, ſed tantùm ex perſona propria, pro eorum ratis ſuo tempore habere debent, ex ſupra fundatis, & ita iudicari debet.

*Hæc cauſa, quia inter fratres, non fuit determinata, ſed viſis his ſcriptis ſe concordarunt.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum vnum poteſt plura continere capita.*

2 *Fideicommiſſum, quando in vno, vel in vtroque caſu ſit inductum.*

3 *Fideicommiſſum, quando ſimplex, & abſolutum.*

4 *Affectio, quæ cadit in re maiorum eſt potens, & multum operatur.*

5 *Diſpoſitio contra voluntatem prioris diſponentis eſt nulla, ſicut ſi eſſet contra prohibitionem legis.*

6 *Diſpoſitio legis, & teſtatoris ad paria procedunt.*

7 *Oneratus cenſetur per prius honoratus.*

8 *Remotiores in gradu præmaturè vocari non poſſunt.*

9 *Donatio cauſa mortis facta abſentibus eſt inualida.*

10 *Fideicommiſſum quibuſcumque verbis inducitur.*

11 *Voluntas ſolius teſtatoris in fideicommiſſis ſeruatur.*

12 *Voluntas teſtatoris ex coniecturis colligitur.*

## Pro Alphonſo de Auria.

### ARGVMENTVM.

*Fideicommiſſum, quando dicatur ſimplex in caſu alienationis tantum, vel complectatur etiam caſum mortis?*

## CONSILIVM L.

Difficultas huius cauſę conſiſtit tantùm in perſcrutando, an ſuper domo in iudicio deducta, ſit inductum fideicommiſſum in beneficium dicti Alphonſi de Auria in caſu alienationis, ſeù contrauentionis tantùm, prout pars aduerſa prætendit, vel ſimplex fideicommiſſum, tàm in caſu alienationis, quàm mortis Ioannis Franciſci abſquè filijs.

Nā *Doctores* in hac materia duo con-

1 ſiderant fideicommiſſa, † vnum in caſu alienationis, & contrauentionis tantùm, aliud etiam in caſu mortis prohibiti, abſquè filijs, *iuxta l.final.C.de verbor.ſignificat.* quod ſimplex, & abſolutum appellant, prout de vtroque loquuntur *Doctores in l.qui Romæ* §. *cohæredes* ff. *de verbor.obligat.Soccin.in l.ſi cognatis ff.de reb.dub.num.18. Ioan.Crott.in l.filiusfamilias*

*milias §.diui colum.8. verſ. vltimo nota, Soccin.conſ.227.& Curt.Iun.conſ.43.nu. 9.verſ.ſecundo principaliter, & 145. nu. 4. & 5. Dec. conſ.23.38.481. & alij citati per Gabriel.in tit. de fideicomm. concluſ.9.num.33.37. in ſuis commun. opin. fol.mihi 537.*

Et ad cognoſcendum quando fideicommiſſum ſit inductum in vno caſu tantùm, vel in omni caſu tàm contrauentionis, quàm mortis,
2 † *Doctores* * communi calculo dicunt, quod quando ex qualitate rei prohibitæ alienari, prohibitio eſt ex ſe valida, abſquè expreſſione cauſæ, vel perſonæ, vt quia Turris, Viridarium, & ſimilium, *iuxta gloſ.* * *communiter approbatā in d.l.quoties in 2.additione, vbi laſ.num.5. verſ.quando fit contemplatione rei, Paul.de Caſtr.num.4.verſ.vt erat aliqua turris, vel palatium, quod fuerat ſuorum maiorum, Dec.conſ.481. in caſu, quo Peruſij in primis verbis, Io.Anton. Alex.conſ.53.num.5.Tiraquell. qui alios congerit de vtroque retract. in præfatione num.39.& poſt eum Molin. de primogen. hiſpan.lib.1.cap.6.num.32.fol.mihi 46. ex regula text. in l. ſi in emptione ff. de minorib.& l.lex, quæ tutoris C. de adminiſtrat. tutor.* Tunc quando poſt prohibitionem apponuntur verba, ſeù redditur ratio à teſtatore, ſcilicèt, vt permaneat in familia, ſeù quia eſt domus antiqua familiæ, & vt non exeat à nomine domus, vt in caſu, de quo tractamus, abſquè dubio inducitur ſimplex, & abſo-
3 lutum fideicommiſſum, † *Dec. conſ. 23. num.5.verſ.& concluſio prædicta, & in conſ.38. num.2. verſ.quinto etiam, Ioan. Anton. Alex.conſ.53.per totum, Curt. Iun.conſ.43.num.9.verſ.quicquid tamen ſit, Ruyn.conſ.208. verſ.ac etiam potuiſſet, Gabriel.in dicta concluſ.9 nu.37. & 44.* & ratio eſt, quia cum prohibitio alienationis ſit de ſe valida, ex quo habet cauſam à iure ſubintellectam, ſcilicèt affectionis, ob quam prohibitio, ſeù præceptum alienationis non dicitur nudum, ſed veſtitum, illa cauſa adiecta, vt non exeat à nomine domus, & ſimilia, vt aliquid operentur, inducunt, vt fideicommiſſum ſit ſimplex, & abſolutum, etiam in caſu mortis, vt dicunt *Doctores* præcitati, & hęc eſt potiſſima, * & cōmunis ratio per *Doctores* conſiderata, *ex regula l. ſi quando ff.de leg.1.cap.ſi Papa de priuileg.in ſexto, cum vulgat.* ob quam rationem dicunt etiam *Doctores*, quod in omni caſu, in quo prohibitio alienationis de ſe eſt valida, tunc ſi ſubijciatur ratio, vel cauſa ſemper inducitur ſimplex, & abſolutum fideicōmiſſum, etiam in caſu mortis, *Curt.Sen.conſ.40.num.18. verſ.iſta concluſio, Ruyn.conſ.110. num.7. lib.2. verſ. quibus tamen, Gabriel. vbi ſupra num. 41.* & eſt adeò potens iſta affectio,
4 quæ cadit in re maiorum, † quod non ſolum præceptum non dicitur nudum, ſed veſtitum, & efficax, & operatur, quod vbi alias prohibitio de non alienando, non extenderetur ad hæredem hæredis, tamen extenditur quādo eſt prohibitum alienari ſepulchrum, vel domus, quę fuerunt maiorum, ita *Roman.in l. ſi quis filium §.final. ff.de acquirend.hæredit. per text.in d.l.ſi in emptione, ſequitur Capyc. deciſ.108.nu.4.Tiraquell.in loco præcitato num.49.*

Ex prædictis liquet reſolutio quæſtionis noſtræ, quod in domo, de qua agitur, fuerit inductum fideicommiſſum, non tantùm in caſu alienationis, ſed etiam in caſu mortis Ioannis Franciſci: nàm hic fuit prohibita alienatio domus maiorum, prout teſtator aſſerit, & etiam conuenti fatentur fol.29. in articulo 8.& 9. hæc prohibitio non adiecta cauſa valuit, & fundatum eſt, quod poſt prohibitionem fuit adiecta ratio, ſiuè cauſa, per illa verba, ſæpius repetita, vt non exeant à domo, & ideò tenebatur Ioannes Franciſcus in caſu mortis illam reſtituere dicto Alphonſo, vti proximiori, ſeù antiquiori vocato à teſtatore, *ex regula text. in l cum ita §.in fideicommiſſo ff.de legat. 2. & per text. in l.final. C. de verbor. ſignific.* nulla habita ratione de donatione facta à dicto Ioanne Frāciſco alijs fratribus, in vlteriori gradu exiſtentibus, tanquàm nulla, & inualida, ex quo con-
5 tra voluntatem teſtatoris, † qui vocauit maio-

maiores, *l.final.* §.*ſin autem C.commun. de legat.l.filiusfamilias* §.*diui, vbi omnes Doctores* ff.*de legat.*1.*l.peto* §.*fratre* ff.*de legat.* 2. ſicut ſi eſſet facta contra prohibitionem legis, *l.non dubium C. de legib.*
6 cum prohibitio legis, † & teſtatoris ad paria procedant, *l final. in princ. C. de rebus alien. alienand.* & ſucceſſiuè, quod lex, ideſt teſtator tribuit, §. *diſponat in authent. de nupt.* alius quàm lex puta, Ioannes Franciſcus, non potuit auferre, §.*ſed hæc quidem in d.auth.de nupt.quem ad hoc allegat Iſern.in cap.*1.*nu.*1.*verſ.eſt ratio de ſucceſſ.feud.*

Corroborantur prædicta, quia dicta prohibitio, non ſolum fuit veſtita affectione rei, ſed etiam perſonæ: nàm fuit facta etiam fauore filiorum Ioannis Frãciſci, ibi nec per eum, nec per eius hære-
7 des filios, cum oneratus † cenſeatur per prius honoratus, *ad text.in l.ab eo, & ibi notabiliter per Doctores C. de fideicomm. iuxta l.illud de acquirend. hæredit. Bart. hoc tradit in ſpetie in l.Centurio num.*37. *verſ.nàm ex quo text. in l.denique* §. *interdum ff. de pecul. legat. quem ſequitur Dec. in d.conſ.*481. *num.*4. Fuit etiam facta fauore familiæ, ibi, quia eſt domus antiqua familiæ, & fauore naſciturorum maiorum, ibi, ſuccedat proximior ætatis, & genituræ maſculus, dùm in alio capitulo ſequitur, vt nè exeat à nomine domus, vt aliquid operentur, illa verba operantur, vt ſit inductum ſimplex fideicommiſſum, etiam in caſu mortis, vt ſæpius dictum eſt, ſi ergo fideicommiſſum eſt inductum in omnem caſum, dùm viuit Alphonſus maior ætate, & maſculus, cenſetur factum in ſui beneficiũ, & ideò Ioannes Frãciſcus non potuit omittere ipſum Alphonſum maiorem, & primogenitũ vo-
8 cando † alios fratres in remotiori gradu exiſtentes, *iuxta text.in d.l.cum ita* §.*fideicommiſſo*, vbi eſt caſus in indiuiduo *ff. de legat.*2.*& d.l.fin.C.de verbor.ſignif.in princ.*

Et pro faciliori victoria præſentis cauſæ, etiam conſidero, quod donatio factã á Ioanne Franciſco, fuit donatio cauſa
9 mortis, † & fuit facta fratribus abſentibus, & ſucceſſiuè inualida, vt fuit alias iudicatum per Sacrum Conſilium, *referente Domino Præſidente de Franch. in ſua deciſ.*4.*num.*19. & ſic poſtea cum mortuus fuerit ab inteſtato ſine liberis, vtique Alphonſus maſculus hac ætate primus præferri debet.

Vltimo conſidero, quod fideicommiſ-
10 ſum, † quibuſcumque verbis inducitur, *l.eo modo* ff.*de legat.*1.& in eo ſola volun-
11 tas teſtatoris ſeruatur, † *l.penult.* ff.*de legat.*1.Immò tacita ſufficit, quæ ex con-
12 iecturis colligitur, † *l.cum Auus C.de fideicommiſſ. l.licet Imperator, vbi Bartol. de legat.*1. hinc dicimus, quod in fideicõmiſſis potius voluntas, quàm verba inſpicimus, *l.cum virum C.de fideicommiſſ.* & non poteſt negari mentem, & verba teſtatoris non eſſe aperta, & manifeſta, quod in hoc dono voluit inducere fideicommiſſum, & quod vnus reſtituat alteri antiquiori, ſeruata ætatis, & ſexus prærogatiua: nàm prohibuit non ſolum Ioannem Franciſcum, ſed etiam filios, & voluit, quod domus de vno in alium tranſeat, dũ vocat proximiores, & antiquiores, vt dicit *Alexand.in d.conſ.*53.& de maſculo in maſculum, *Pariſ.conſ.*53. *colum.*3.*lib.*1.*quem citat Gabriel.vbi ſupra num.*18.*fol.*539. Immò dùm teſtator ita ſuam intentionem declarauit, & diſpoſuit per illa verba, vt non exeant à domo, quæ diſpoſitiua ſunt, *vt per Bart.in l.pater filium* §.*fundum ff.de leg.*3. *quem ſequuntur Roman. Alexand. Paul. Caſtrenſ. & Ioan.de Anan.relati per Dec.in d.conſ.*481.*num.*3. *& ſeq.* ac Capyc. *in d.deciſ.* 108. qui videatur, & hæc credo ſufficere, ſtante quod materia eſt nimis vulgata, & diffusè per *Doctores* tractata.

*Hæc cauſa relata per D.Pompeum Salernitanum Regium Conſiliarium, per Sacrum Conſilium poſſeſſores dictarum domorum fuerunt condemnati eas relaxare dicto Alphonſo de Auria, ſalua prouiſione facienda quo ad fructus, die* 22.*Maij anni* 1589. *Figliola Actorum Magiſtro.*

*Camillus de Laratha.*

SVM-

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Rei iudicatæ exceptio non obſtat poſt conditionis euentum, ſi ante conditionem agatur.*
2 *Fideicommiſſum quando ſimplex, & purum ſit.*
3 *Fideicommiſſum inducitur per probibitionem alienationis.*
4 *Filiorum appellatione veniunt maſculi, & fœminæ.*
5 *Subſtitutio validè fit in contractu inter viuos.*
6 *Reſtitutio æquè ordinatur pacto, & in vltima voluntate.*
7 *Verbum hæres, quando in diſpoſitione non adeſt, bona non ſunt hæreditaria, & è contra.*
8 *Pater, & filij ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur.*
9 *Vocati ordine ſucceſſiuo non per tranſmiſſionem, ſed ex perſona propria vocati cenſentur.*
10 *Agens ex perſona propria non tenetur ſtare facto antboris.*
11 *Factum præcedentis, non præiudicat ſubſequenti.*
12 *Fideicommiſſa primo ordinanti ſuccedi tur.*
13 *Iura quæſita ſine facto eius, cui ſunt quæſita non auferuntur.*
14 *Pater in bonis ab ipſo donatis filijs præiudicare non poteſt.*
15 *Bonorum donatorum dominium transferri à die contractus deciſum.*
16 *Donatarium auocare poſſe bona donata, deciſum.*

Pro magnifica Emilia Zaccharia, contra magnificum Andream Albritium.

## ARGVMENTVM.

*De fideicommiſſo, & donatione facta contemplatione matrimonij.*

## CONSILIVM LI.

IN hac cauſa Aemiliæ Zaccharię, cum Andrea Albritio, & alijs, ſuper petitione bonorum ſtabilium, vigore irreuocabilis donationis, & fideicommiſſi per quondam Alexandrũ Zacchariam, die 21. Aprelis anni 1545. contemplatione, & cauſa matrimonij contracti inter Colellam Zacchariam eius nepotem, & magnificam Eliſabettam Bouiam, ipſius Aemiliæ parentes, de pluribus eſt aduertendum.

Primò, quod de viribus dicti fideicommiſſi fuit iudicatum, quando Eliſabetta Bouia prædicta aſſecurationem ſuarum dotium petijt, & eadem bona contemplatione ſui matrimonij obtinuit contra tertios poſſeſſores, vt ex ſententia Sacri Conſilij in primo proceſſu fol. 138. & cũ fuiſſet ex aduerſo prætenſum, vxori non competere actionem fuerunt reſeruata filijs Colellæ, vt ex alia ſententia in ſecundo proceſſu fol. 347. quæ filiæ cum eadem bona petijſſent viuente patre, fuit dictum, quod expectetur tempus mortis Colellę, vt ex decreto eiuſdẽ Sacri Conſilij in tertio proceſſu fol. 67. de quo vltimo decreto pars non poteſt prætendere exceptionem rei iudicatæ, quia poſt
1 conditionis † euentum rei iudicatæ exceptio non obſtat, ſi ante conditionem egit, vt in caſu noſtro, *ad text. in l. grege §. ſi ſub conditione C. de pignor. vbi Bart. & Doctores*, immò dictum decretum ſtante morte Colellæ pro ipſa Aemilia facit, & proindè nunc bona ipſa donata, & vinculata in ſuorum parentuum deſcendentes, & alios, vt infra, vendicare poteſt.

Secundò, ex verbis claris in dicta donatione, Alexander Zaccharia patruus Colellę donans, vult ꝙ bona perueniant ad filios, & filias fœminas Colellæ, & ipſis deficientibus ad certos alios vocatos, & ſic deficientibus Colellæ filijs maſculis in beneficium Aemiliæ vnicæ Colellę
2 filiæ ſimplex † fideicommiſſum inductum fuit,

Digitized by Google

fuit, iuxta caſum in *l. cum ita* §.*in fidei-*
*commiſſo ff.de legat.2.& in l.2.C.de ver-*
*bor.ſignificat. & ſecundum omnes, vt di-*
*xit Curt.Iun.in ſuo conſ.145.propè num.*
3 *10.in primo caſu*, † & per prohibitionem
alienationis ſemper, & per centum an-
nos,& in perpetuum,ſimiliter fideicom-
miſſum inductum fuit,iuxta theoricam
*Bart.in l.pater filium §.filium ff.de legat.*
*2.ſequitur Alexand.in l.qui Romæ §.co-*
*hæredes num.17,ff.de verbor.obligat.Soc-*
*cin.Sen.conſ.127.colum.4.verſ.præmiſſa*
*probantur lib.2. Dec.conſ.217.nu.14. &*
*ex alijs per Peregrin.in tract.de fideicom-*
*miſſ.art.14.nu.7.*

Nec opitulatur contemplatio familiæ
Zachariæ, quia illud procederet ſi Co-
4 lella ſine filijs decederet, † quorum ap-
pellatione licet veniant maſculi, & fœ-
minæ, *l.filij appellatione ff. de verbor.ſi-*
*gnificat. & per Peregrin. in d.tract. de*
*fideicommiſſ.artic.25.num.1.* Tamen fi-
liæ fœminæ ex dicto matrimonio Colel-
læ,cuius contemplatione fuerunt bona
donata, fuerunt expreſsè vocatæ, vt ex
verbis ipſius fideicommiſſi, & donatio-
nis,vbi legitur:*Niſi alle figliuole legitime,*
*& naturale femine del detto* Colella,& ſic
in beneficium dictę Aemiliæ Colellæ fi-
liæ,fideicommiſſum inductum fuit,& va-
5 lidè cum in cõtractibus † inter viuos fiat
ſubſtitutio de vno in alium, *l.quoties, l.ſi*
*rerum de donat.quæ ſub modo, & in l.qui*
*Romæ §.Flauius ff.de verbor.obligat.vbi*
*Bart.in verſ.vlterius quęro,&* * *commu-*
*niter Doctores,ac Octau.Oſaſch.Pedemõt.*
6 *deciſ.85.num.6.* † & nulla eſt facienda
differentia an fiat per pactum inter vi-
uos, vel per fideicommiſſum in vltima
voluntate, & teſtamento, *Peregrin. in*
*dicto tractatu artic.1. num.16. & artic.*
*51, num.2.*

Non obſtat partem aduerſam præten-
dere,bona ipſa donata fuiſſe filijs Colel-
læ, vti hæredibus, quia in dicta diſpoſi-
7 tione non adeſt verbum hæres, † quod
faceret bona hęreditaria,ſecundum *Bar-*
*tol.in l.iuriſiurandi § ſi liberi nu.4. verſ.*
*ſed ſi accepiſſet ff.de oper. libert.* & dona-
tio ipſa proceſſit in beneficium Colellæ,
& ſuorum filiorum ſimpliciter, abſque
qualitate hęreditaria,qui Colella,& eius
8 filij,† & filię ordine ſucceſſiuo vnus,poſt
alium vocati cenſentur, *l.peto §.fratre,*
*l.frater §.fideicommiſſo de legat. 2.* & eſt
* communis opinio, vt dicit *Dec. conſil.*
*607.nu.10. ac firmat Viuius in ſuis com-*
*mun.opin.lib.4. verſ.donatio fol.mihi 91.*
9 *in magnis*, † & hoc intelligitur non per
viam tranſmiſſionis de perſona in perſo-
nam, ſed ex propria perſona, *Dec.conſil.*
*498.num.19.allegat Caſtrenſem in conſ.*
*164.incipient.in præſenti cauſa verſ.nam*
*ad primum lib.1.* ſicut dici ſolet de con-
ceſſione in feudum,vel in emphiteuſim
facta Titio, & filijs: nàm mortuo Titio
veniunt filij ex propria perſona, *Bart.in*
*d.l.vt iuriſiurandi §.ſi liberi ff.de oper.li-*
*bert.eodem nu.4.Bertrand.conſ. ſeù alleg.*
*8.lib.2.*

Quartò, Aemilia facilius obtinere de-
bet, quia hæreditati paternæ expreſsè
renunciauit,& agit ex ſua propria perſo-
10 na, † & ſic non tenetur ſtare facto ſui
authoris, *l.final. C.de euiction.* & factum
11 præcedentis † non præiudicat ſequenti,
*Aluarot.in cap. hoc quoque verſ.quæro ab*
*extra de ſucceſſ.feud. Alciat.reſponſ.119.*
12 *num.31. lib. 9.* † cum in fideicommiſſis
ſuccedatur primo diſponenti, *l. cohæredi*
*§.cum filiæ ff.de vulgar. & pupillar. ſub-*
*ſtit.D.Præſ.de Francb.deciſ.153.nu.19.*
13 ita quod, nec idem donans, † nec Co-
lellæ Aemiliæ pater, ius ſemel quæſitum
eidẽ Aemiliæ filiæ ordine ſucceſſiuo tol-
lere, nec mutare poterant, etiam ſi ex
propria ſtipulatione penderet, vt de *
communi teſtatur *Iaſ.conſ.113.lib.1. &*
*in l.2.C.de iure emphit.nu.188. & 211.*
*vſque in fin.*
14 Nec pater † poteſt præiudicare filijs,
etiam in bonis ab ipſomet donatis, *l.2.C.*
*ſi aduerſ. donat. vbi Doctores omnes*, &
ita pluries deciſum firmat *Aufrer.add.ad*
*deciſ. Cappell. Tholoſan.453.* Quinimmò
15 nec in dictis bonis donatis † in dicto cõ-
tractu matrimonij filijs naſcituris,& in
caſu noſtro, quod à die donationis præ-
dictæ ſit trãſlatum dominium ipſi Aemi-
liæ Colellæ filiæ pro indubitabili, per
vtrum-

Digitized by Google

vtrumque Collaterale, & Sanctæ Claræ, ſeù Capuanæ Conſilium fuit habitum, & ex multis firmat *D. Præſ. de Franch. 16 deciſ. 213. num. 1.* † Ipſaq; donataria bona donata auocare poſſe, ſimiliter deciſum firmat *Octau. Oſaſcb. Pedemontan. deciſ. 85. in fine.* Vndè ex prædictis breuiter adductis cōcludo, Aemiliam ipſam debere obtinere bona petita, & Andream Albritium, aliosq; conuentos condemnari ad ea ipſi Aemiliæ Zaccbariæ relaxandum, cum fructibus, & ità iudicandum puto.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia ſine citatione ad dicendum eſt ipſo iure nulla.*
2 *Sentētia exequēda intelligitur de valida.*
3 *Nullitas quamprimum proponitur deuoluit, & ſuſpendit, poſt illius declarationem perimit.*
4 *Immiſcens ſe bonis hæreditarijs, videtur hæreditatem adire, & agnoſcere per poſſeſſionem.*
5 *Hæres adeundo ſine b. l. & i. eius actio, etiam legitima confuſa videtur.*
6 *Hæres contra factum patris non venit, etiamſi pater diſponit de re pertinente ad filium.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem, comprobat geſta defuncti.*
8 *Legitimæ onus non imponitur.*
9 *Hæres grauatus reſtituere, capit legitimam incontinenti, & quartam, quando reſtituit, & quando.*
10 *Exceptio euictionis, excludit agentem.*
11 *Filius in bonis alij legatis legitimam non exigit.*

Pro D. Vincentio de Racta, contra D. Hierònymam eius ſororem.

## *ARGVMENTVM.*

*Sententia nulla ex defectu citationis ad dicendum, non eſt exequenda, & an legitima in bonis reſtituendis capi poſſit.*

## CONSILIVM LII.

SEntentia Sacri Conſilij in fauorem D. Hieronymæ de Racta, contra Dominum Vincentium de Racta, ſuper domibus in actis deductis exequi non debet, cum ſit nulla, & iniuſta, nulla ipſo iure, quia ſine citatione
1 ad dicendum prolata fuit, † *iuxta text. in l. 3. §. ſtychus, & ibi Bart. ff. de ſtatu liber. cap. 2. de dol. & contum. in ſexto, clement. paſtoralis de re iudic.* & ex alijs ita vnanimiter per totum Conſilium votatum fuiſſe dicit *Afflict. in deciſ. 283. nu. 5.* vndè exequutioni demandari non de-
2 bet, † cum ſententia exequenda intelligatur de valida, *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. l. non putaui §. non quæuis de contr. tab. Dominus Vincent. de Francb. meritiſſimus Præſes deciſ. 86. num. 5.* & nedum ipſa ſententia eſt nulla, ſed omnes
3 alij actus poſteà facti ſunt nulli, † quia nullitas quamprimùm proponitur, antequàm declaretur regulariter deuoluit, & ſuſpendit, poſt illius autem declarationem verè, & naturaliter perimit, & facit, quod actus factus habeatur pro non facto, *l. 1. & 2. ff. de auth. tut. l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogant. l. de ætate §. quod ait prætor ff. de interrog. actio. cap. 2. de tranſlat. Prælat. & firmat Vant. in tractat. de nullitat. tit. quoties, & infra, quod temp. de nullit. dic. poſ. propè num. 12.* & ſic decreta indè ſequuta exequutioni demandari non debent, per prædicta iura. Eſt etiam iniuſta, quia Dominus Hieronymus Caracciolus inſtituendo hæredem D. Corneliam Caracciolam eius filiam voluit, quod ea ſine filijs decedente, ſuccederēt filij Dominæ Andrianæ Caracciolæ ſimiliter eius filiæ, cuius filius eſt ipſe Dominus Vincentius de Racta, & Domina Cornelia hæreditatem paternam abſque b. l. & j. eademq; domos Dominæ An-
4 drianæ vendidit, † & immiſcendo bonis paternis ſe hæredem patris ſimpliciter fecit, *iuxta text. in l. 1. & ibi Bald. Caſtrenſ. Alexand. & alij C. de repud. & abſtin.*

*ſtin.hæred.* Quoties enim fit actus, qui ci-
tra ius, & nomen hæredis fieri non po-
teſt, inducitur aditio *l.pro hærede ff. de*
*acquirend.hæredit. & ibi Doctores, Rimi-*
*nald.Sen.conſ.346.in fine*, tantoq; magis
in ſuis hæredibus, quales ſunt filij, qui vt,
ait *Connan. in commentarijs iuris ciuilis*
*lib,10.cap.5. colum.7.* (Non tàm adire,
ſed agnoſcere dicuntur hæreditatem,
ac ſi ſola agnitione apprehenderent re-
rum hereditariarum poſſeſſionem, tamen
& ſi eam non adeant,) vndè cum dicta
D.Cornelia non aliundè ius haberet poſ
ſidendi, & vendendi totas dictas domos
dicitur vti patris hæredem feciſſe, & ſuc-
ceſſiuè D.Hieronyma eius hæres, ſimili-
5 ter ſimpliciter ſine b. l. & j. † actio pe-
tendi legitimam fuit confuſa, *per text.in*
*l.debitori ſuo C. de pact l. ſtychum §.adi-*
*tio de ſolut. vbi gloſſa allegant concordan-*
*tes, eſt etiam text. in l. debitor ad trebel-*
6 *lian.* & dicta D. Cornelia † contra fa-
ctum patris, cuius eſt hæres ſimpliciter,
venire non poteſt, *l.cum à matre C.de rei*
*vendic.l.filios C.de reuoc.donat.quæ à pa-*
*tre gerantur de teſtamen.milit.& per Af-*
*flict.in deciſ.112.num.4. Riminald.Sen.*
*conſ.428.num.7.Crott.conſ.32.num.28.*
vbi hoc ampliat etiam ſi pater diſponat
de re pertinente ad filios, *per d. l. cum à*
7 *matre, & l.ab ea C.de liber.cauſ.* † quia
hæres adeundo hæreditatem defuncti,
videtur comprobare geſta per eum ſu-
per re propria, & ſic etiam in legitima
8 poſtquàm in ea † onus imponi non po-
teſt. *vulgat.l.quoniam in prioribus C.de*
*inofficioſ. teſtament. per prædicta iura, &*
*Crott. vbi ſupra*, nec videtur obſtare,
quod dicit *gloſ.in cap.Raynaldus, & in*
*cap.Raynutius de teſtament. & voluit Af-*
9 *flict. in deciſ.367. num.4.* † quod hæres
grauatus reſtituere hæreditatem certis
perſonis capit legitimam incontinenti, &
quando reſtituit detrahit quartam, quia
intelligitur quādo hæreditas aditur cum
b. l. & j. & non quando pater de ea di-
ſponit, & culpa eſt hæredis abſque legis,
& inuentarij beneficio adeuntis, & pro-
indé D. Cornelia tenebatur diſpoſitio-
nē paternam obſeruare, in caſu quo de-
cederet ſine filijs, vt ſuccedant filij Do-
minæ Andrianæ, qui eſt ipſe Dominus
Vincentius, & venditionem factam per
D.Corneliam, ipſa Hieronyma eius hæ-
res controuertere non poteſt: immò con-
10 tra eam debet obſtare regula, † quem
de euictione tenet actio eundem agen-
tem repellit exceptio, *l. vendicantem ff.*
*de euict. vbi gloſ. & Doctores*, vndè pro
prætenſa legitima ex perſona D. Corne-
11 liæ venire non poteſt, † etiam quia filius
non poteſt exigere legitimam in bonis
alteri legatis, *vt per Alexand.in l.Mar-*
*cellus §. res quæ, verſ. quid autem legiti-*
*ma ff.ad trebellian. & in l.in quartam,*
*verſ.confirmo num.16.ad leg.falcid. An-*
*ton.Gabriel lib.6. commun. opinion. in tit.*
*de legitima concluſ. 5.* & ex his breuiter
dictis in verbo faciendo, debet decerni
Dominum Vincentium in nihilo mole-
ſtari poſſe.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in caſu mortis ab inteſtato, facto teſtamento, ceſſat.*
2 *Dictio, vt ſupra, facit repetitionem omnium qualitatum, quæ ſupra dicta ſunt.*
3 *Subſtitutio ſecunda, etiam ſimpliciter prolata, intelligitur ſecundum qualitates præcedentis ſubſtitutionis.*
4 *Dicta in vna oratione modificatiua, cenſentur repetita in alia propter identitatem rationis.*
5 *Subſtitutiones cenſentur facta per modum continuati ſermonis.*
6 *Primordio tituli, poſterior conformatur euentus.*
7 *Teſtamenti pars vna ab alia interpetrationem recipit.*
8 *Gradus fauore agnationis multiplicari non debet.*
9 *Qualitas generis maſculini, & agnationis eſt exprimenda.*
10 *Fœmina quando inſtituitur non conſideratur fideicommiſſum in fauorem agnationis.*

11 *Sub-*

11 Subſtitutio ad caſus non expreſſos non extenditur, & nu. 12.
13 Caſus omiſſi pro omiſſis habentur, & non includuntur, etiam ſi in eis maior ratio ineſſet.
14 Voluntas teſtatoris non eſt diuinanda.
15 Diuinatio non debet admitti, maximè in teſtamentis.
16 Teſtatoris voluntas non attenditur, quãdo verba non patiũtur, etiam quod magna ſit præſumptio illorum.
17 Teſtatorem voluiſſe, quod non dixit, non præſumitur.
18 Hæredes ſcripti ſolummodo capiunt hæreditatem, tàm etſi teſtator alios dixiſſet velle ſcribere, quos poſtea non ſcripſit.
19 Verba teſtamenti ſunt ipſa forma intrinſeca, & eſſentialis diſpoſitionis.
20 Voluntate teſtatoris pro interpretanda recurritur ad verba, & tenorem teſtamenti.
21 Voluntas teſtatoris, etiam obſcura debet interpretrari ſecundum verba teſtamenti.
22 Voluntas teſtatoris ex ſcriptura interpretrari debet.
23 Verba à teſtatore pronunciata quando habent propriam ſignificationem, nulla neceſſaria eſt interpretratio.
24 Teſtimonium mentis nullum magis eſt, quàm qualitas inſpecta verborum.
25 Teſtatoris voluntas debet intelligi ſecundum propriam verborum ſignificationem.
26 Maritata in Terra Pediſmontis, ſi moritur infra biennium, maritus lucratur dotem vigore ſtatuti ibi vigentis.
27 Dotis conditio, nec expreſsè, nec tacitè deteriorari debet.
28 In dubio contrà fideicommiſſum pronunciandum eſt.
29 Coniecturis locus non eſt in legatis, & fideicommiſſis, quando ratio recti ſermonis repugnat.
30 Fauor agnationis taliter exhibendus eſt, vt cum alijs iniuſtitia non committatur.
31 Fœmina duodecim annorum teſtamentum facere poteſt.
32 Minor ætas de iure Longobardo, dicitur durare vſque ad decimumoctauum annum.
33 Iure Longobardo non iudicandum in Regno, ſed iure Romano.
34 Ius Longobardum ius aſininum, quia caret ratione, & non eſt ſeruandum, niſi vbi viget.
35 Ius Longobardum non ſeruatur, niſi in aliquibus partibus, quoad mundualdum tantùm.
36 Tutor propria authoritate de ſuis creditis ſatisfieri poteſt, de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.
37 Agnatus ſi eſt debitor, vel creditor pupilli, non poteſt eſſe tutor, & nu. 39.
38 Tutor, vel curator, ſi tacet eius creditum contra pupillum, amplius non petit, neque cedit.
40 Matris in fauore pronunciandum, nè à luctuoſa hæreditate filiæ excludatur.

## Pro Caſſandra, & Boetio de Amico, contra Fabium de Paulo.

### ARGVMENTVM.

*Qualitates, & conditiones in inſtitutionibus, & fideicommiſſo poſitæ, cenſentur in ſubſtitutionibus repetitæ, ſed vltrà vocatos non extenduntur.*

## CONSILIVM LIII.

MAgnifica Caſſandra de Amico petijt per Sacr. Conſ. condemnari Fabium de Paulo ad ſibi relaxandum bona in iudicio deducta, cum fructibus ad eum ſpectantia vti heredem teſtamentarium quondam Victoriæ de Paulo eius filiæ, ex quondam Notario Nicolao Franciſco de Paulo, etiam ſtante fideicommiſſo, quibus prædefunctis, Boetius de Amico, ipſius Caſſandræ hæres idem petijt contra Iacobum Anto-

nium de Paulo, dicti quondam Fabij hæredem, & ad obtinendum in facto deducta ſunt incumbentia pro ſe, ſed ad ea infringenda pars aduerſa multa opponit.

Primò, prætẽſum fideicommiſſum per dictum quondam Notarium Nicolaum Franciſcum erectum, in quo duo conſtituuntur caſus. Primus, ſi aliquis filiorum ſuorum in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocumquè ab inteſtato, vel ſine filijs, vnus ſuccedat alteri, & hic non eſt caſus noſter, cum omnes ab hac vita diſceſſerint.

Secundus caſus, quando omnes decederent, vt ſupra, tunc ſuccedant proximiores in gradu ipſius teſtatoris, & ſic prætendit, quod ſtante morte Victoriæ, filię Nicolai Franciſci ipſi de Paulo, tanquàm proximiores vocati cenſeantur.

Secundo, quod ex coniecturata mente teſtatoris, nè bona exeant de familia, pars aduerſa dictum fideicommiſſum in ſui fauorem ſubſtinere prætendit.

Quo ad primum reſpondendo dico, quod dùm adeſt dictio, vt ſupra, ipſa dictio repetit omnes eaſdẽ qualitates ſubſtitutionis, ſcilicèt in pupillari ætate, vel

1 poſtea ab inteſtato quandocumquè, † in caſu noſtro adeſt teſtamentum Victoriæ prædictæ, ergo ſubſtitutionis non eſt locus: Etenim dictio illa, vt ſupra, facit re-

2 petitionem omnium eorum, † quæ ſupra dicta ſunt, *l.* 1. §. *hoc edicto in fine ff. de poſtula. & ibi Bart. l. item quæritur §. Iulianus ff. locat. ibi, vt ſupra diximus, facit text. in §. ſanè in prohem. decret.* & hęc relatio fit cum omnibus ſuis qualitatibus, *Bart. in l.* 1. *ff. de recept. arbit. & alias, vt latè tradit Dec.* in fideicommiſſo loquens de dictione ipſa, vt dictum eſt, *conſ.* 181. *num.* 12. *& à fortiori affertur conſ. Aym.* 208. *propè num.* 6. vbi concludit, quod ſi

3 teſtator ſubſtituit filios † inter ſe vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ipſis omnibus decedentibus ſubſtituit Titium ſimpliciter, Titius cenſetur ſubſtitutus, etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, dicens ita etiam tenuiſſe *Bald. in eius conſ.* 17. *præteritia lib.* 2. propter continuationem, & cõiunctionem orationis, & ad idem adducit *conſil. Ancharan.* 361. *viſa plena facti narratione colum.* 1. *verſ. nec obſtat, quod dixit,* vbi tradit, quod in materia continuata

4 dicta in vna oratione, † modificatiuè, aùt aliter, cenſentur repetita in alia oratione, propter idẽtitatem orationis, & idem *Ancharan. in conſ.* 137. *principaliter ponderandum colum.* 1. *verſ. ſed ſubtilius,* ſcri-

5 bit, † quod ſequentes ſubſtitutiones cẽſentur factæ per modum continuati ſer-

6 monis ad primum, † & ſic ex primordio tituli poſterior formatur euentus, *l.* 1. *C. de impon. lib.* 10. *Aymon d. conſ.* 208. *nu.* 5. vna enim ſubſtitutio recipit interpretrationem ab alia, *Dec. cõſ.* 442. *colum.* 2. *& conſ.* 395. *Aymon conſ.* 62. *num.* 11. *Alciat. reſponſ.* 527. *num.* 9. *verſ. ſecundo.* Quibus ſimiliter à fortiori, accedat, quod ſi teſtator in vna parte teſtamenti, de filijs maſculis mentionem fecerit, & in alia de filijs ſimpliciter, ſine illa dictione, vt ſupra, de maſculis eſt intelligendum,

7 cum vna pars † teſtamenti ab alia interpretrationem recipiat, *Abb. conſ.* 37. *colum.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 112. *num.* 4. *conſil.* 114. *num.* 20. *& conſ.* 156. *num.* 6. *cum alijs quos breuitati ſtudens omitto,* immò *Curt. Iun. in allegat. conſ.* 112. *colum.* 2. tenet, vt cenſeatur facta repetitio, etiam in diuerſis orationibus, ſi ergo prædicta ſunt vera, quando teſtator non vtitur dicta dictione, vt ſupra, quæ eſt repetitiua, tanto magis procedunt in caſu noſtro, in quo pars ſe fundat, caſum noſtrum non includere.

Veniendo ad ſecundum partis obiectum, quod ex coniecturata mente teſtatoris, nè bona exirent de familia, fideicommiſſum fuerit inductum, reſpõdetur, quod talis prætenſio omninò eſt vana, ex pluribus.

8 Primò, † quia agnationis gradus non debent multiplicari: nàm ſi voluiſſet vltra quàm expreſſit, dixiſſet, & qualitas

9 generis maſculini, † & agnationis ſolum conſideratur, in caſibus expreſſis, quia voluit ſecundum conditionem in teſtamento inſertam, ſcilicèt eueniẽtibus caſibus

ſibus ſubſtitutionis expreſſis,vt pluribus iuribus,& authoritatibus, firmat & tenet *Franc.Mantica de coniect.vltim.volunt. lib.6.tit.*15. *nu.6*.

Secundò, noſter teſtator inter alias fi-
10 lias fęminas inſtituit dictam† Victoriam, eamq́; expreſsè ad ſubſtitutionem vocauit,quo caſu planum eſt, eum non videri reſpexiſſe ad fauorem agnationis, idem *Franc. Mantica,vbi ſupra num.9. ex notabili conſil. Aymon.* 306. *num.*5.*latè hoc probans per §. cæterum, inſtit.de leg.agn. ſucc.vt ibi, ac Hieronym.Grati.reſponſ.*5. *nu.*8.*lib.*2.

Tertiò, teſtator expreſsè vocat proximiores in gradu, in caſu quo eius filius, & filiæ decederent in pupillari ætate,
11 vel ab inteſtato,† quandocumquè ſi voluiſſet vocare proximiores in alium caſum exprexiſſet, ſicut fecit in prædictis, *l.vnica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc.tollend. cap.audientiam de decimis*, exprimendo igitur dictam ſubſtitutionem,euenientibus dictis caſibus, ſcilicèt decedentibus in pupillari ætate ſine filijs vel ab inteſtato, in alio caſu, in quo non
12 exprexit eam negaſſe videtur,† *l.cum prætor ff.de iudic.cap.non nè,de præſumpt. cap.qualis* 25.*diſt.*

13 Quartò, † caſus omiſſus à teſtatore pro omiſſo haberi debet,immò caſus cõtingens,præter ordinem teſtatoris,non includitur in ſua diſpoſitione, etiã quod maior ratio in eo eſſet diſponendi, *Cyn. in l. quod fauore C. de legib. refert & ſequitur Ancharan. conſ.*357. *ex ſerie teſtamenti colum.*3. *Dec.in conſ.*63. *colum.* 2.*poſt medium, verſ. quia caſus conſ.*80. *colum.*3.*conſ.*190.*in fin. conſ.*191.*colum.*
14 *final. & conſ.* 317. † & in voluntate teſtatoris interpretranda, diuinare non debemus, quia in teſtamentis nihil ita eſt proprium ſicut claritas,*authent.de teſtament. imperf. circa finem,per quem text. ita argum.Bald.in conſ.*255.*quod dicta clauſula lib.*5. & dicere,quod proximiores ſunt vocati, vltra caſus expreſſos, & ſignanter in caſu excepto à teſtatore,
15 eſſet diuinare, † cum verba nihil dicant, ergo talis ſenſus diuinatiuus admitti non debet, *l.prætor ff. ad leg.aquil.*

16 Quintò, † voluntas teſtatoris non attenditur, quando verba non patiuntur, etiam quod magna ſit præſumptio illius voluntatis, *Bald.conſ.*409. *Statuto Ciuitatis Mantuæ lib.* 3. vbi quando verba expreſſa refragantur,non attenditur mẽs quia dicitur quædam mens imaginaria, quæ non conſideratur, *l. ſi alij ff.de vſufruct.legat. Alexand.conſ.*139. *colum.*3. *lib.*6. & in propoſiro noſtro, quia teſtator vocauit proximiores in caſu,quo ſuæ filiæ decederent in pupiliari ætate, vel poſtea, ſine filijs ab inteſtato quandocumquè, ſi prætenditur vocatio proximiorum in caſu prædictæ vltimæ decedentis cum teſtamento, non ſolum repugnat in hoc ratio recti ſermonis, ſed talis prætenſio eſt ipſis verbis teſtatoris contraria, eſſet enim conuertere nigrum in album,dicere quod filia ex vocatione, ſeù in eo, quod vocata fuit à patre grauata cenſeretur;nec ſufficit dicere,teſta-
17 tor † ita voluit poſtquàm non dixit, neque expreſſit,*l. quoties in principio ibi,neque eum quem voluit,&c. ff.de hæred.inſtit. l.in ambiguo ff.de reb. dub. l.iubemus ff. de teſtament.* vbi teſtator voluit inſtituere plures, puta quatuor, & hoc conſtabat, & inſtituit duos tantùm, dicitur
18 ibi, † quod illi tantùm habentur pro inſtitutis,& non alij, quos ſcribere voluit, ſed non ſcripſit, *facit text.in l.fin.§.*1.*ff. de iure codicill. per quæ ita arguit Paul. de Caſtr.in conſ.*254.*videtur dicendum pro matre lib.*2.

19 Sextò, † verba teſtamenti ſunt ipſa forma intrinſeca,& eſſentialis diſpoſitionis,*l.ſi quis cum teſtamentum ff. de teſtament. quam ad hoc propoſitum adducit Franciſc.Aret. in l.qui Romæ §. duo fratres colum.*11.*circa principium verſic. & aduerte, ff. de verbor. obligation.* & vbi
20 de interpretanda teſtatoris † voluntate agitur, recurrendum eſt ad verba, & tenorem teſtamenti, *Paul. de Caſtro conſil.* 177.*num.*1.*circa medium lib.*2. *per §.nos igitur in authent.de reſtit.fideicom.* & cũ verba caſus noſtri expreſsè non vocent proximiores,niſi in caſu,quo ſuę filię de-



Digitized by Google

cederent in pupillari ætate, vel ſine filijs
ab inteſtato quandocumquè, ex quo Vi-
ctoria ipſa filia deceſſit cum teſtamento,
non admittitur quęſtio alterius volunta-
tis, non expreſſæ, *l. iam hoc iure verſ. hoc
itaquè, & ibi Bartol. de vulg. & pupillar.
ſubſtit.* Nàm voluntas teſtatoris debet
intelligi, vt verba ſonant: Quin etiam
21 voluntas † obſcura debet interpretari,
ſecundum verba teſtamenti, *l. Lutius Ti-
tius la prima ff. de hæred. inſtit.* Immò &
22 ſi ex ſcriptura manifeſta ſit, † eius volũ-
tas ſeruari debet, *l. pluribus ibi, ſcilicèt,
23 niſi de legat.* 1. † & quando verba à te-
ſtatore pronunciata habent propriam ſi-
gnificationem, interpretatio neceſſaria
non eſt, quia ſic voluiſſe defunctum con-
ſtat; *Bartol. in l. Centurio num.* 16. *in fine,
ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Nullum
24 eſt enim † maius mentis teſtimonium,
quàm qualitas inſpecta verborum, *Curt.
Iun. conſ.* 169. *num.* 3. & ideò perſpicua
voluntas teſtatoris, quæ ex verbis colli-
gitur ſequenda eſt, *l. Lutius Titius* §. *Lu-
tius Titius ff de legat.* 2. & quando verba
ſunt clara, licet probetur aliam fuiſſe
teſtatoris intentionem, quàm colligatur
ex verbis, nequè ex diſpoſitione talis vo-
luntas ſeruatur: nàm voluntas teſtatoris
25 debet intelligi † ſecundum propriam
verborum ſignificationem, etiam contra
piam cauſam, vt prædicta omnia tenet,
& ex multis alijs iuribus, & authoritati-
bus comprobat *Franc. Mantica, vbi ſu-
pra lib.* 3. *tit.* 4. *nu.* 2. 4 & 5.

Septimò, prædictis accedat, quod in
Terra Pediſmontis, vndè ſunt dictæ par-
26 tes viget ſtatutum, † quod fœminæ ma-
ritatæ, ſi infra biennium deceſſerint, viri
integram lucrantur dotem, quod ſi taci-
tè fideicõmiſſum eſſet inductum per gra-
uamen prædictis filiabus fœminis dotis
27 conditio deterior effecta fuiſſet, quod
minimè eſſe poterat, ſiquidem ſicut non
poteſt expreſsè paciſci aliquo pacto, per
quod dotis conditio deterioretur, *l. de
die, cum l. ſeq. & l. actilicinus de pact. do-
tal.* ita nec videtur tacitè fieri poſſe, quia
tale onus fideicommiſſi impedimentum
eſſet nuptijs.

Octauo, & vltimo, quoties verba fidei-
commiſſi ceſſant, nunquàm intelligitur
ſubeſſe fideicommiſſum. & licet ſimus in
28 claris, † ſi eſſemus in dubio pronuncian-
dum eſſet, fideicommiſſum non extare,
vti odioſum, *l. cohæredi* §. *cum filiæ ff. de
vulgar. & pupillar. ſubſtit. l. Lutius* §. *tres
hæredes ff. ad trebellian. in illis verbis, re-
ſpondi non proponi ſecum rogatum vntiam
ei reſtituere, cum alijs cumulatis per Mã-
ticam, vbi ſupra lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 11. & 13.
*per vltra column.* & quod dicitur lega-
29 ta, † & fideicommiſſa per coniecturas
relinqui poſſe, nunquàm locum habet,
quando interpretationi, & coniecturę re-
pugnat ratio recti ſermonis, *Bart. in l. vl-
tima ff. ad trebell.* cuius opinio eſt * com-
muniter recepta, vt teſtatur *idem Man-
tica, vbi ſupra lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 21. *per l.
plautius de aur. & argent. legat. & alias,*
30 *vt ibi per eum,* † & licet ex fauore agna-
tionis conſeruandæ præſumatur aliquid
pro fideicommiſſo, in fauorabilibus cau-
ſis tamẽ fauor ita extimari debet, vt alijs
iniuſtitia non committatur, *cap. ex teno-
re de foro compet. cap. nuper de donat. in-
ter virum, & vxorem,* & fauore conſer-
uandæ agnationis non licet á tramite
iuris diſcedere, nec vltra terminos præ-
ſcriptos à teſtatore, fideicommiſſaria ſub-
ſtitutio extendi debet, *d.* §. *nos igitur in
authent. de reſtit. fideicommiſſ. vt idem
Mantica ibidem num.* 46. Ergo cum
claris verbis fideicommiſſum ſit indu-
ctum, niſi in caſu decedentiæ in pupilla-
ri ętate, vel ab inteſtato, prout ſunt, fidei-
commiſſum prætendi non poteſt, ex qui-
bus patet fideicommiſſum non obſtare, &
propterea Victoria, quæ fratri, & ſorori-
bus ſucceſſit virtute ſubſtitutionis pupil-
laris, ab eius patre Notario Franciſco de
Paulo factę, licito iure teſtari potuit, ma-
trem ſuam inſtituendo, cum ſextumdeci-
31 mum annum exceſſiſſet, † qua ætate
& etiam in duodecimo anno teſtamen-
tum facere potuit, *per text. in l. qua ætate
ff. qui teſtament. facer. poſſ. vbi Doctores.*

Nec adiuuatur conuentus, quod in
dicta Terra Pediſmontis Longobardo-
32 rum iure viuatur, † quo iure prætendit
ętatem

Digitized by Google

ætatem pupillarem durare vſque ad de-
cimumoctauum annum, & propterea te-
ſtari non potuit, ad hoc reſpondetur.

Non eſſe concludenter probatum in
dicta Terra Pediſmontis ius Longobar-
dum obſeruari, quod aperta probatione
indigebat: nàm licet *per conſtitutionem*
*puritatem*, dicatur, quod ius Longobar-
dum præferendum ſit iuri Romano, ta-
men verior ſententia eſt in contrarium,
33 quod in Regno † ſit iudicandum, ſecun-
dum ius Romanum, ſiquidem ius Lon-
34 gobardum † eſt ius aſininum, & caret
ratione *Iſern. in cap. 1. §. final. in fine, de*
*not. feud. Odofred. & Bald.* in *authent. dos*
*data C. de donat. ante nupt.* Dùm dicit,
quod non eſt lex, ideò receſſit ab aula,
hinc *Bald. in l. ſi in iure in fine C. de nupt.*
dicit hoc ius Longobardum non eſſe
ſeruandum, niſi vbi eſſet ipſius obſeruan-
tia ſecundum conſuetudinem loci, & ex-
preſsè, ac latè *Luc. de Penn. in l. 1. C. de*
*conduct. lib. 11. colum. 7. num. 18. & 19.*
*& ſeq.* vbi quod ius Longobardum non
debet præferri Romano iuri, niſi vbi de
conſuetudine ſeruatur, quam opinionem
tenet etiam *Afflict. in d. conſtitut. purita-*
*tem colum. 4.* qui reſpondet ad dictam
conſtitutionem, & latiſſimè omnium,
*Marant. in ſecunda diſputatione per to-*
*tum*, cuius dictis addi non poteſt, erat er-
go probandum, quod in dicta Terra Pe-
diſmontis tali Longobardo iure viueba-
tur, quæ probatio hoc caſu nè dum
deficit, ſed contrarium probatum eſſe
apparet, vt ex facto liquidiſſimè conſtat,
& in ſpetie, quod non ſeruatur ius Lon-
gobardum in Regno, licet in aliquibus
35 partibus ſeruetur † quo ad mūdualdum
tantùm, affero *Vincentium Maxillam*
*ſuper conſuetudin. Barenſ. in prohem. nu.*
*228. fol. mihi 13.*

Item conuentus ſe tueri prętendit ex
ceſſionibus figuratorum creditorū quon
dam patris dicti quondam Notarij Ni-
colai Franciſci, quod minimè obſtare
poteſt, quia prædictus Notarius Nico-
laus Franciſcus hæreditatem paternam
renunciauerat, & ſi quid prædictus Fa-
bius ſoluit occaſione prædicta, quid ad
nos, dùm hęreditas Aui creditoribus ob-
noxia, erat iàm renunciata, & licet *Af-*
*flict. per Doctores in eius deciſ. 13. nu. 14.*
36 dicat tutorem † propria authoritate de
ſuo credito ſibi ipſi ſatisfacere poſſe,
*per text. in l. fiſtulas §. fundum ff. de con-*
*trahend. empt. & ibi gloſ. ac Bald. in l. cum*
*ipſe in fine*, dicit, quod poteſt ſatisfieri de
rebus, quę ſeruando, ſeruari non poſſunt,
tamen idem *Afflict. ibidem num. 15.* di-
37 cit, † quod ſi agnatus eſt creditor pu-
pilli, nō poteſt eſſe eius tutor, *per text. in*
*authent. minoris debitor C. qui tutor. dari*
*poſſ.* ex quo *text.* habetur, quod ſi tutor
38 tacet, † creditum, non poteſt amplius pe-
tere, nec ſi ceſſionarius eſſet, per hęc ver-
39 ba, videlicèt: † Minoris debitor, vel is,
cui minor tenetur, aùt qui minoris res
tenet, à curatione prohibetur, & debet
iurare de ſuo credito: nàm ſi tacet actio-
nis ſuſtinebit iacturam, nec ceſſione per-
mirtitur vti, quod firmat *gloſ. ibidem, &*
*Doctores* omnes, tám in tutore, quàm in
curatore, & ſic ſi prædictus Fabius de
Paulo prætendebat aliquod creditum,
vel aliquam ceſſionem aduerſus prædi-
ctas pupillas, non poterat prædictæ tute-
læ ſe immiſcere, & poſtquàm ſe immiſ-
cuit, non habet actionem, vt ſupra, etiam
ſi prædictus Notarius Nicolaus Franciſ-
cus paternam hæreditatem creditoribus
obnoxiā non repudiaſſet: & proindè prę-
tenſis ex aduerſo non obſtantibus ipſos
conuentos condemnari debere ad rela-
xandum bona petita cum fructibus dicto
Boetio de Amico hæredi dictæ quōdam
Caſſandrę de Amico, hęredis dictæ quō-
dam Victoriæ de Paulo, etiam ſi eſſemus
in dubio pro dicta matre iudicādum eſt,
40 nè excludatur † à luctuoſa filiæ hæredi-
tate, *per text. in l. final. C. de inſtit. & ſub-*
*ſtit. Bald. conſ. 258. appellatione patrui co-*
*lum. 2. lib. 3.*

*Referente Domino Conſiliario Marco Antonio de Ponte, nunc Sac. Conſ. Præſide meritiſſimo, conuenti fuerunt condemnati, iuxta petita, die 17. Martij anni 1595. Amatruda Actorum Magiſtro.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe pro fructibus rei legatæ debetur.*
2 *Actionem prò legatis ex teſtamento dari.*
3 *Actio ex teſtamento viget pro re euicta.*
4 *Condemnatus ſi ſoluit principale, acceſſorium non durat: ſecus ſi non ſoluit principale.*
5 *Acceſſoria in actionibus bonæ fidei veniunt iure actionis.*
6 *Actio ex teſtamento eſt bonæ fidei.*

### Pro D. Hieronyma Ruffa, contra D. Federicum Ruffum.

## *ARGVMENTVM.*

*Re legata euicta, & condemnato hærede ad extimationem, omiſſo intereſſe pro fructibus, an debeatur intereſſe.*

## CONSILIVM LIV.

Lata ſententia per Sacrum Conſilium in fauorem dictę D. Hieronymę, contra D. Federicum Ruffum hæredem quondam patris ipſius Hieronymæ ob euictionem paſſam per ipſam D. Hieronymam de Terra ſibi à quondam ſuo patre legata, qua prædictus Federicus fuit condemnatus ad extimationem rei legatæ euictę, omittendo intereſſe pro fructibus, cum Terra legata euictis; proindè ipſa D. Hieronyma in ſupplicatione liquidationis, extimationis petijt declarari caput condemnationis intereſſe, contra quam ſupplicationem dictus D. Federicus oppoſuit exceptionem rei iudicatę, ad impediendum litis ingreſſum, tandem Dominus cauſæ Commiſſarius decreuit, quod terminus in liquidatione extimationis currat, etiã ſuper intereſſe petito non obſtãtibus oppoſitis, & deinceps fabricatus eſt proceſſus: in expeditione cauſæ dictus D. Federicus opponit eandem exceptionem rei iudicatæ fortè ad excludendam intentionem D. Hieronymæ, ſuper fructibus prædictis, ideò cum certè dubitari non
1 debeat, † quin ipſi fructus debeantur ex re legata, *per text. in l. prima, & finali, C. de vſu, & fruct. legat. l. ſi domus* §. *de euictione* ff. *de legat.* 1. *l. cum rem alienam, ibiq; per Doctores C. de legat.* atquè pro
2 ipſis fructibus † actionem ex teſtamento dari liquet, quæ per ſententiam non nouatur, *l. grege* §. *etiam ff. de pignor. l. grege* §. 1. *de fideiuſſ. l. argentum, vbi gloſ. ff. de iudic. & l. final.* §. *penult. vbi gloſ. ma-*
3 *gna C. de vſur. rei iudic.* † Ergo actio ex teſtamento viget, tàm pro re euicta, quàm prò fructibus euictis, vt clarè probat *text. in d. l.* 1. *C. de vſur. & fruct. legat.* pro concluſione prædicta facit *text. in l. euidenter ff. de except. rei iudic.* cuius verba ſunt hæc; *Euidenter enim iniquiſſimum eſt, proficere exceptionem rei iudicatæ, ei contra quem iudicatum eſt.* Si ergo D. Federicus condemnatus eſt, quomodo opponit exceptionem prædictam? & licet prædictis videatur obſtare *text. in l. Paulus ff. de re iudic. & l.* 4. *C. depoſiti, l. terminato C. de fruct. & lit. expenſ.* Tamen in terminis præſentis dubij non militant cum talis exceptio circa cognitionem cauſæ decreto dictæ cauſæ Commiſſarij fuerit reiecta, & pars acquieuit, & ex prædictis de iure non ſubſiſtit, cum intereſſe debeatur, atquè actio vigeat, vt ſupra fundatum eſt; prò quibus facit ſingularis doctrina *Salycet. in d. l.* 4. *C. depoſiti*, quod vbi ſententia eſt condemnato-
4 ria, † & condemnatus ſoluit principale, actio ſuper acceſſorio non durat, & procedunt iura prædicta, ſi verò condemnatus non ſoluit principale, nec obtulit tũc acceſſorium durat, vna cum principali actione, adeò quod *gloſ. in* §. *actionum inſtit. de action.* fuit in opinione, quod
5 acceſſorium † in actione bonæ fidei veniat iure actionis, quam *gloſ.* ſequitur *Bald. in l. ſi marito* §. *final.* ff. *ſolut. matri-*
6 *mon.* prout eſt actio ex teſtamento, *l. in*

*mino-*

Digitized by Google

*minorum C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ.* & maximè, quod D. Federicus non obtulit parere ſententiæ, & ab ea reclamauit omninò condemnãdus eſt ad intereſſe pro fructibus rei legatæ. *Fuit deciſum intereſſe deberi, referente Conſiliario Antonio Cathena, in banca Aſcanij Longhi.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Debitum neceſſarium compenſatur cum legato, ſecus in voluntario, & nu.2.*

3 *Dotis actio contra maritum, & eius hæredes competit.*

4 *Compenſatio eius, quod debetur vni, non fit cum debito alterius inuito creditore.*

Pro Iulia Salernitana.

## *ARGVMENTVM.*

*De compenſatione cum legato.*

## CONSILIVM LV.

In materia compenſationis, quando caſus euenit ſemper recurrendum eſt ad illud tutiſſimum diſtinctionis fędus, tanquàm ad ſignum an debitum ſit neceſſarium, vel voluntarium;
1 ſi enim neceſſarium, veriſſima eſt iuris concluſio, cum legato compenſationem fieri, *ad text. in l. ſi cum dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrimon. & in l. cum pater §. quod dotale ff. de legat. 2. habetur in authent. præterea C. vnde vir. & vxor. in fine, not. Doctores, & præcisè Alexand. in l. huiuſmodi ff. de legat. 1.* Si verò debi-
2 tum eſt voluntarium, † vt quia nulla legis diſpoſitione, vel ſtatuto debetur, tunc non eſt facienda aliqua compenſatio, *l. creditorem* ff. *de legat. 2. l. vnica §. ſciendum C. de rei vxor. action.* vnde cum nullo iure cogeretur Antonius Saluius de illis ducatis ducentis debitorem ſe conſtituere, ſed eſt debitor ex obligatione contracta, ſequitur veriſſima concluſio nullam compenſationem factam cenſeri, prout in proprijs terminis in Sacro Conſilio deciſum firmat *Afflict. in deciſ.* 44. Hoc etiam liquido demonſtratur; nàm dato millies, quod debitum Antonij neceſſarium eſſet, prout voluntarium eſſe, negari non poteſt: adhuc tamen nulla facienda eſſet excomputatio: nàm illa centum fuerunt promiſſa Caprio de experto marito Iuliȩ Salernitanȩ, & ideò
3 non vxori, ſed marito, † & contra hæredes mariti competit actio, *ex regula text. in l. ſi pater C. de dot. promiſ. Guid. Pap. deciſ. 375. latiſſimè D. Præſ. de Franch. deciſ.* 33. Et legatum relictum eſt dictæ Iuliæ, cui nulla competit actio contra
4 hæredes Antonij debitoris, † & propterea cum non eidem relictum ſit legatum, cui portio ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti debebatur, nulla eſt facienda compenſatio, ita in ſpetie dixerunt *Imol. in l. huiuſmodi §. ſi pater* ff. *de legat. 2. Aretin. Alexand. in authent. præterea C. vnde vir. & vxor. quos refert, & ſequitur Iaſ. ibidem num. 20. colum. 10. circa medium, & ibi etiam Dec. num. 13. in fine.* Ex quibus breuiſſimè dictis non ex neceſſitate, ſed vt clienti, dubitanti ſatisfacerem, non video quo iure, vel qua ratione in caſu noſtro de compenſatione tractari poſſet, & ita iudicandum firmo, *& ſic deciſum legatum deberi.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater filios, filiasq; omnes etiam emancipatos inſtituere debet, alias teſtamentum eſt nullum.*

2 *Paternnm teſtamentum, vbi filia eſt præterita ipſo iure non valet.*

3 *Dotatio filiam non excludit, quin cum ſorore in capillo non concurrat collatis ſuis dotibus.*

4 *Filius, vt non dicatur præteritus, non ſufficit nominari intus, vel extra teſtamẽtũ, ſed oportet inſtitui, vel exhæredari.*

5 Cau-

5 *Cauſa in exhæredatione requiritur, quæ omiſſa, vel non probata, irritum eſt teſtamentum, & nu.6.*

7 *Pactum inter patrem, & filiam factum, vt parte quadam recepta, non poſſit in alio ſuccedere, non valet.*

Pro Prudentia, & Morgana Cappellis.

*ARGVMENTVM.*

*Filiæ à patre non inſtitutæ rumpunt teſtamentum, etiam quod fuerint maritatæ, & dotatæ.*

CONSILIVM LVI.

CAeſar Cappellus tres habens filias, duas ex prima vxore nuptas, & ex vxore ſecunda vnam in capillo ſuum vltimũ condidit teſtamentum, in quo dictam ſuam ſecundam vxorem hæredem inſtituit vniuerſalem, & de dictis ſuis filiabus, tàm nuptis, quàm in capillo verbum nullum in dicto ſuo teſtamento, & vltima voluntate, & quia dicta filia in capillo inſtitutioni ſuæ matris nõ contradicit, cum in eius beneficium tendat, ſed ipſe duæ aliæ filiæ nuptæ, licet à patre, quia præteritæ de dicto paterno teſtamento conquæruntur, quod ſtante earum præteritione teſtamentum ipſum ſit nullum, *per text. inſtit. de exhered. liber. vbi legitur:*

1 † *Pater, qui habet filios in ſua poteſtate, ſeù etiam emancipatos, ſiuè maſculos, ſiuè fœminas, curare debet, vt eos hæredes inſtituat, vel exhæredet, alioquin ſi eos ſilentio prætereat nullum eſt teſtamentum, ita dicit d.text. in princ. & in* §. *emancipatos de exhæred. liber.* nec

2 valet ipſo iure, † *l. maximum vitium C. de liber. præter.* ibiq; fœminæ exequantur maſculis, & eodem modo debent inſtitui, vel exhæredari, vt omnes *Doctores* dicunt in dictis locis, & ita eſt * communis opinio, vt dicit *Corn. conſ.61. colum. 2. liter. G, lib. 2. Iaſ. conſ. 113. nu. 1. lib. 1. & firmat Iul. Clar. in d.* §. *teſtamentum q. 42. verſ. item quæro*. Nec opitulatur vxoris inſtitutæ probatio, quod teſtator interrogatus tempore teſtamenti, cur dictarum filiarum non recordatus fuit, aliquid eis relinquendo, reſpondit, quod de ſuis bonis habuerunt plus debita portione, vt videtur deponere teſtes examinati fol. 31. & ſequenti, forſan, quia maritauerat, & dotauerat, quia dotatio

3 ipſas non excludit, † quin cum alia ſorore in capillo non concurrat, ſignanter decedente patre, collatis tamen dotibus, & bonis, quæ à patre habuit, vt de iure Longobardorum, dicit *Car. in l. ſi pater filiam de ſucceſſ.* & de iure Romano, *per text. in l. 1.* §. *1. & 2. ff. de collat. cum ſimilibus, Napodan. in conſuetud. ſed & ſi moriatur in verbo ipſi ſucceſſores fol. 81. Anton. de Alex. ibidem in* §. *quod autem de ſucceſſ. ex teſtamento, & per Afflict. in deciſ. 161.* Nec ex quo nominauit eas, quia tanto minus debet valere teſtamentum, quàm ſi recordatus non fuiſſet, quia

4 ad hoc, † vt quis non dicatur præteritus non ſufficit, quod ſit nominatus in teſtamẽto, aùt extra, ſed requiritur, quod expreſsè inſtituatur, aùt exhæredetur, §. *eadem inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. de-*

5 *feruntur*, tanto magis, † quia in exhæredatione requiritur, cauſa, quæ omiſſa, aut non legitima, vel non probata irritum eſt teſtamentum, *authent. ex cauſa C. de liber. præter. & authent. non licet eo-*

6 *dem titulo.* † Cauſa verò, quod prædictę filiæ habuerunt de bonis teſtatoris partem contingentem, aut maiorem, non eſt legitima, nec de quatuordecim inſertis, *in authent. vt cum de appellat. cogn.* §. *aliud quoque capitulum, cum ſeq. collat. 8. conſtit. duodecima.* Præterea ſi quid pro-

7 baretur fuiſſe traditum † prædictis filiabus per dictum teſtamentum ex cauſa dotium, forſan licet cum pacto de eidem non ſuccedendo, nihilominus pacto non obſtante deberent ſuccedere, *l. pactum dotale, cum ſua materia C. de collat. & ibi Alexand. & cæteri Doctores*, ex quibus breui-

breuiter adductis concludo dictum teſtamentum ob filiarum nuptarum prçteritionem eſſe nullum, ipſasq; concurrere, cum ſorore in capillo, collatis tamen dotibus habitis à patre. *Quia negotium fuit inter ſorores ſe concordarunt.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Habitatores ob timorem ſpirituum domos relinquere poſſunt, non ſoluta mercede.*

2 *Probatio dependens ex tempore requirit probationem illius temporis, alias non probat.*

3 *Probatio de præſenti, præſumitur de præterito.*

4 *Probatio ſpetialis præfertur generali.*

5 *Teſti vno affirmãti magis creditur, quàm pluribus negantibus.*

6 *Spiritus, & vmbra ſolent eſſe, vbi aliquis interficitur.*

Pro Amico.

*ARGVMENTVM.*

*An habitatores ob ſpirituum timorem, & periculum non ſoluta mercede domos relinquere poſſint?*

CONSILIVM LVII.

QVod conuentus abſolui debeat, non ſolùm ex facto, ſed etiam de iure, dico, quod habita-
1 tores † ob timorem ſpirituum domos relinquere poſſunt, non ſoluta mercede, quod nulli dubium eſſe debet, *per text. in l. habitatores §. vltimo* ff. *locat. vbi gloſ. & Doctores*, & in ſpetie propter timorem ſpirituum, qui inquilinos vexare ſolent, vt in caſu noſtro firmat, *Port. in §. final. verſic. quæritur inſtit. locat. Apoſtill. conſuetudin. Neapolit. de locat. & conduct. nu. 3. poſt literam B, Ferron. in conſuetud. Burdegal. tit. 1. lib. 3. Couarr. variar. reſolut. lib. 4. cap. 6. per totum, Cagnol. in l. contractus de regul. iur. verſic. quinquageſimoquinto, Carrot. in tractatu locat. & conduct. part. vltim. de remiſſ. merced. numer. 46.* Non obſtat, quod teſtes partis dicant de præterito domos fuiſſe ſecuras, & quod in eis non viderunt vmbras, quia dùm dicti teſtes ſunt artiſtæ, & non habitarunt in domo magna, ſed in apothecis, & cameris inferioribus, quomodo de hoc deponere poterant, ſed quomodocumque ſit, quia deponunt de præterito, & non in ſpetie de tempore loca-
2 tionis non obſtant, † cum probatio dependens ex tempore, requirit probationem illius temporis, alias non probat, *l. matrem C. de probat. vbi Caſtrenſ. & alij*
3 *Doctores*, † & probatio locatoris, cum ſit de præſenti, & ſic præſumitur de præterito, per *text. in l. ex perſona C. de probat. vbi gloſ. & Doctores.* Quinimmò probatio partis aduerſæ eſt generalis, quæ non excludit probationem locatoris, in
4 ſpetie factam, † & ſpetialis probatio prçfertur generali, & attendi debet, *l. 2. vbi Angel. de calumn. notat Bart. in l. cum de indebito ff. de probat. & quamplurimi alij Doctores allegati per Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizzan. 1. num. 8. parte ſecunda*, & magis credendum eſt teſtibus conductoris affirmantibus, quàm teſtibus lo-
5 catoris negantibus. † Immò magis vno affirmanti, quàm pluribus negantibus, *per gloſ. in l. diem §. ſi plures in verb. conſentierunt, ibi, an idem in teſtibus* ff. *de recept. arbit. Bart. in l. 1. num. 5. verſ. vlterius nota* ff. *de ventr. inſpic.* & quia ſpi-
6 ritus, † & vmbræ ſolent eſſe in domibus, vbi aliquis interficitur, vt auditur, & colligitur ex dictis per *Couarr. in ſupra citato loco*, & pars aduerſa in 6. artic. fatetur fol. vlt. in dictis domibus fuiſſe interfectũ quẽdam ſeruum, negari non debet, quin in ipſis domibus ſpiritus nõ adſint, & ſic concludo locatorem eſſe abſoluendum à penſione temporis, quo non habitauit, poſt domos infra annum relictas. *Et ex prædictis partes ſe concordarunt.*

*Camillus de Laratha.*

SVM-

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Donatio eſt contractus.*
2 *Contractus in teſtamento factus, vitiat teſtamentum,& quare.*
3 *Diſpoſitio, ſiuè contractus infringens vltimum iudicium non valet.*
4 *Hæreditas contractu, & pacto dari non poteſt.*
5 *Libertas reuocandi diſpoſitionem in teſtamento tolli non poteſt,& nu.6.*
7 *Teſtandi,& legatum reuocandi duplex eſt potentia, quæ auferri non poteſt, & numer.8.*
9 *Donatio rei legatæ in teſtamento facta, non valet.*
10 *Opinio communis in iudicando eſt ſeruanda.*
11 *Præcedentia in ſequentibus, & in toto actu, repetita cenſentur.*
12 *Sequentia regulantur à præcedentibus, vt euitetur correptio.*
13 *Præcedentia quando non ſunt clara regulantur à ſequentibus, non ſecus.*
14 *Donatio admiſta teſtamento, & legato reuocabili, naturam reuocabilem aſſumit.*
15 *Legatum per exactionem à teſtatore reuocatur,& extinguitur.*
16 *Legata pecunia, ſi de ea ematur aliquid legatum non extinguitur,& quando ſecus nu.17.*
18 *Liberalis nemo eſt in neceſſitate.*
19 *Donata ſine acceptatione non transferuntur, etiam ad locum pium,& nu.20.*
21 *Donatarius ſecundus, cui res tradita fuit eſt potior.*
22 *Teſtamenta & legata reuocari poſſunt.*
23 *Fideicommiſſa,& legata contraria teſtatoris voluntate, ipſo iure non valent.*

### Pro Gregorio, Decio, & Antonio Nigris.

### ARGVMENTVM.

*Legata, & donationes irreuocabiliter inter viuos, etiam ad pias cauſas in teſtamento facta,& facta reuocari poſſunt.*

## CONSILIVM LVIII.

IN hac cauſa de duobus eſt exhitandum.

Primò, an legata per viam donationis irreuocabilis inter viuos facta in teſtamento valeant.

Secundò, dato, quod valeant, an potuerint,& fuerint reuocata, etiam quod ſint ad pias cauſas.

Quo ad primum dico, quod donatio
1 dicitur, † & eſt contractus, *Gloſ. & Doctores in l. ſi donationis C. de his, quæ vi, metuſuè cauſa, in l. ſi quis emptionis C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum, Gratt. reſponſ.* 25. *num.* 9. *libr.* 1. &
2 contractus factus † in teſtamento, ratione voluntatis vitiat teſtamentum, quia voluntas non præſumitur deliberata, propter actum inter viuos intermedium, *text. eſt,& gloſ. in l. antiquitas C. de teſtament. & in l. hæredes palam* §. *final.* ff. eodem titulo, *Brun. conſ.* 43. *num.* 5. & in eo, quod dicunt aliqui tenentes in teſtamento poſſe contractum fieri, eſt diſtin-
3 guendum, † aut per illum actum infringitur libertas vltimi iudicij, & tunc non poteſt, *l. cùm duobus* §. *idem reſpondit, non poſſe, l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. obligat. l. pactum, quod dotali C. de pact. & quod pleniſſimè notatur in l. vltima C. de pactis*, & ſi contrarium diceretur, non aliud eſſet, quàm firmare,
4 hæreditatem † per contractum dari poſſe, quod eſt falſum, *vt ex text. in l. hæreditas C. de pact. conuent.* ſicut nec pacto auferri poteſt, *ad text. in l. vltima de ſuis,& legit. l. pactum,* quod dotali C. *de*
5 *collat.* † aut infringitur libertas reuocandi inſtitutionem, & diſpoſitionem, nec minus poteſt per prædicta iura; & licet dicta donatio non fuerit de bonis hæredi relictis,& per eã facultas teſtandi non tollatur, & alium hæredem inſtituendi, ſed de certis bonis legatis, tamen quia tollitur facultas reuocandi relictum, factum in dictis certis bonis, & ipſam
6 facultatem reuocandi diſpoſita in teſta-

mento

Digitized by Google

mento directè, nec indirectè teſtator ſibi auferre poteſt, *iuxta text. in l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de legat.3.* & prout vult *Bald. in l. ſancimus in fine C. de teſtament.* & ex alijs in proprijs terminis firmat *Ruyn. conſ.179. num.4. & ſeq. lib.1.* Aduerſus tenentes valere donationem rei legatæ, caſu quo legatum reuocatur, quia non auſertur teſtamenti factio diſtinguendo
7 dicit, † quod duplex eſt potentia, ſcilicèt teſtandi, & legatum reuocandi, & quælibet conſiſtit in libero arbitrio, *l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & d. l. ſi quis ita*
8 *in principio teſtamenti.* † Nec poteſt quis auferre potentiam reuocandi, ſicut nec teſtandi, vt ibi, & in *l.1. & in l. Diuus §. licet de iure codicill. & l. cum precarium de procurat. & in cap. final. de procurat. lib.6. & alia per Ruyn. d. conſ.179.* vbi reijciendo contraria firmat donationem
9 rei legatæ † in teſtamento factam non valere, quod ex multis alijs firmat *Iaſ. in ſuo conſ.122. num.2. lib.4.* dicens opinionem *Dyni* in regula, quod ſemel, vltra quod idem *Dyn.* contrarium tenuit *in conſ.10. incipient. quæſtio talis eſt*, ipſius opinio, & regulæ, quod ſemel, ac aliorum contrarium tenentium, eſt * cõmuniter reprobata per *Bart. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti*, & per alios mul-
10 tos * communem teſtantes ibidem, † à qua * cõmuni in iudicando non eſſe recedendum, idem *Bart. in l. final. C. de pen. iudic. qui mal. iud. & Canoniſtæ in cap.1. & cap. nè innitaris de conſtitut. & ex deciſ. Afflict. 275.* poſſet argui legatum, ſiuè donationem in teſtamento factam eſſe irreuocabilẽ, aduertatur quod per Sacrum Conſilium fuit ita deciſum propter traditionem fundi factam per teſtatorem in eius vita ſuis nepotibus, & poſſeſſionem quatuor annorum dictorum nepotum; à quibus teſtator recipiebat fructus virtute reſeruationis factę in teſtamento, & ſic dictum legatum, & donatio tranſiuit in contractum inter viuos, *vt ex dicta Afflict. deciſ. num.7.* eſt videre, & quod *Dec. in conſ.292. & Roman. conſ.293.* dicant in teſtamento poſſe fieri donationem, licet eorum dicta poſſent ſaluari dicendo de donatione reuocabili, iuxta naturam actus, in quo eſt facta, tamen in contrarium eſt veritas: nàm donatio in teſtamento facta eſt inualida, ac reuocari poteſt per ſupradicta iura, & opinionem * communem.

Quo ad ſecundum, quod ſi ſint ad pias cauſas, dico ipſa fuiſſe prolata per verba legati, & ſi poſtea dicitur, quod habeant per donationem irreuocabiliter
11 inter viuos, † verba legauit poſita in præcedentibus, in ſequentibus, & in toto actu repetita cenſentur, etiam in odioſis, *text. eſt in l.3. §. filijs ff. de liber. & poſthum. cap. ſecundo requiris de appellat. &*
12 *Natta conſ.64. num.12.* † & verbum donatio regulatur à præcedenti verbo legauit, quia ſequentia declarantur à præcedentibus, *l. ſi fuerint §. final. ff. de reb. dub. l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat.3. Alexand. conſ.47. num.18. lib.1.* vbi ſubdit, maximè id procedere, vt tollatur correptio; & quamuis aliquando ſequentia reſtringant præcedentia, hoc eſt, quando præcedentia non ſunt clara, vt in caſu noſtro, in quo primo cla-
13 rè, † & expreſsè reliquit dictum nomen debitoris, & bona, per legatum ſequentia, intelliguntur ſecundum ea, quæ præcedunt, ita poſt *Cyn.* inquit *Bald. in l. legatorum petitio § final. ff. de legat.2. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium §. final. num.3. ff. de*
14 *legat.1.* † Inſuper donatio prætenſa eſt admiſta dicto teſtamento, & legato reuocabili, vnde naturam ipſorum reuocabilem aſſumpſit, cum contractus in teſtamento initus quo ad reuocabilitatem ſapit naturam vltimæ voluntatis, ſicut ſtipulatio ipſius teſtamenti, quæ ſui natura eſt reuocabilis, *l. ſicut C. de action. & obligat. l. ex placita C. de rerum permut.* & interpoſita ex cauſa vltimæ voluntatis, efficiuntur reuocabilia, ſecundum *Aretin. in l. ſciendum ff. de verbor. obligat. l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. l. generali §. hæredis ff. de vſufruct. & per Ruyn. dicto ſuo conſilio num.7. & 9.* Quæ legata ſunt reuocata per receptionem maſſariæ, per teſtatorem emptæ à debitore

Digitized by Google

tore pecuniæ legatæ, pro ducatis 620. in
quibus excomputauit, & bonos fecit di-
ctos ducatos 220. ſibi debitos, & ſic per
15 receptionem crediti legati, † ipſum le-
gatum fuit reuocatum, & extinctum, iux-
ta *text. ad literam in l. filio ex parte ff. de*
*adimend. legat. vbi gloſ. adducit l. non ſo-*
*lum §. liberatio ff. de liber. legat. nec obſtat*
*text. in l. pater inter filios ff. eodem de*
16 *adimend. legat.* vbi habetur, † quod ſi ex
pecunia legata ematur aliquid, legatum
non extinguitur, quia poſt factam dictam
emptionem maſſariç, & dictum creditum
in partem pretij excomputatum, per eũ-
dem teſtatorem, tota maſſaria empta
donationis titulo prædicto Antonio Ni-
gro eius nepoti fuit data contemplatio-
ne matrimonij per eum contracti; ex quo
legatum ipſum eſſe ademptum nulli du-
bium eſſe debet, vt eſt *text. in l. rem lega-*
*tam ff. de adimend. legat. vbi legitur: Rem*
17 *legatam, † ſi teſtator viuus alij donaue-*
*rit, omnimodò extinguitur legatum, nulla*
*habita ratione ſiue voluntariè, vel ex ne-*
*ceſſitate donauerit, cum nemo in neceſſita-*
18 *tibus † liberalis extet, ibiq; Bart. & Do-*
*ctores* communiter poſt Gloſ. in l. 3. C. de*
*legib. & eſt etiam text. in l. fideicommiſ-*
*ſa §. ſi rem ff. de legat. 3. & in §. ſi rem,*
*vbi Gloſ. inſtit. de legib. & vtrobique Do-*
*ctores.*

Sed ex abundanti dicitur, quod per
legatarios non fuit facta acceptatio di-
ctorum legatorum, ſiuè donatorum in
dicto teſtamento contentorum, ex quo
etiam ſi cum conſtituto, & præcario exi-
ſterent, (quod non eſt,) quæ dominium
transferre ſolent, adhuc legata, & dona-
19 tio prætenſa ipſis legatarijs † acquiſita
non ſunt, *iuxta text. in l. communis ſeruus*
*§. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. facit text. in*
*l. ſi ego ff. de negot. geſt. & Dec. conſ. 225.*
*num. 10. quod etiam ex Paul. de Caſtr. in*
*l. illud circa finem, verſ. vltimo allegatur,*
20 *C. de ſacroſanct. eccleſ.* † quod dominium
etiam aliquo recipiente pro donatario,
non acquiritur, niſi ſequuta ratificatio-
ne, quia tunc perficitur, iuxta notata in
*d. l. ſi ego*, concludens, quod nec per ſti-
pulationem Notarij acceptantis pro ab-
ſente ipſi non acquiritur, & dominium,
& poſſeſſio remanet penes donantem,
vt notant *Gloſ. Bartol. & Doctores in*
*d. l. ſi ego*, & donans habens dominium,
& poſſeſſionem, ea demmet bona donan-
do, & tradendo dicto Antonio eius ne-
21 poti, † Antonius ipſe ſecundus donata-
rius eſt potior, *ad text. in l. quoties ff. de*
*rei vendicat. & Dec. dicto conſil.* 225. &
eo maxime, quia teſtamentum, & lega-
ta omnia, etiam ad pias cauſas, ab ipſo
teſtatore per publicum inſtrumentum re-
22 uocata fuerunt, † quod facere potuit,
*iuxta text. in l. ſancimus C. de teſtament.*
*vbi legitur: Sin autem teſtator tantummo-*
*do dixiſſet non voluiſſe prius ſtare teſta-*
*mentum, vel alijs verbis vtendo contra-*
*riam aſſeruerit voluntatem, & hoc, vel per*
*teſtes idoneos, non minus tribus, vel inter*
*acta manifeſtauerit, & decennium fuerit*
*emenſum, tunc irritum eſt teſtamentum,*
*tàm ex contraria volũtate, quàm ex cur-*
*ſu temporali, vbi gloſ. & Doctores*, & ſuf-
ficit, ſi teſtator coram quinque teſtibus
dixerit velle decedere ſine teſtamento,
*Bartol. in l. militis §. veteranus ff. de mi-*
*lit. teſtament. & ex alijs* communem te-*
*ſtatur Couarru. in 2. rubr. de teſtament.*
*num. 12. verſ. ſexta concluſio, & text. in*
*l. fideicommiſſum, & eius gloſ. C. de fidei-*
23 *commiſſ.* dicunt, † fideicommiſſa, & le-
gata pœnitentia teſtatoris ipſo iure non
valere, quæ *Gloſ.* adducit concordantia,
& ex prædictis currenti calamo adductis
concludo dictum teſtamentum, & legata
omnia ipſis verbis adiunctis per dona-
tionem inter viuos fuiſſe, & potuiſſe re-
uocari, etiam quod ſint ad pias cauſas,
& proindè donatariũ teſtatoris, nec eius
ab inteſtato hęredem moleſtari poſe, &
ita mihi videtur.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſa, & legata conditionalia, conditione purificata debentur.*
2 *Teſtatoris voluntas eſt attendenda.*
3 *Authent. res quæ, habet locum in neceſſitatibus.*

4 *Do-*

Digitized by Google

4 *Dotem, quaſua culpa diſſipat ſibi imputet.*

5 *Auus maternus, neptem dotare non tenetur.*

6 *Ius quæſitum patri, vel matri in fideicommiſſo, tranſmittitur ad filios.*

7 *Filia teſtatoris non poteſt alterare fideicommiſſum paternum.*

8 *Bona fideicommiſſo ſubiecta veniunt ad grauatum, cum onere reſtituendi ſequentibus vocatis.*

9 *Authent. res quæ C. commun. de legat. procedit in linea deſcendente, non collaterali.*

10 *Poſſeſſionem transferens animo euitandi exequutionem, eſt in dolo, & habet locum cap. Regni conuentus.*

11 *Poſſeſſionem litigioſam alienans punitur ad tertiam partem pretij.*

12 *Rapta apud quemcumque inueniantur, redduntur proprijs Dominis.*

## Pro Mario de Alferio, contra certos particulares de Iuuenatio.

### *ARGVMENTVM.*

*Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, licet fiat in linea deſcendenti ex cauſa dotis, requiritur tamen neceſſitas dotandæ, & non procedit in collaterali.*

### CONSILIVM LIX.

IN hac cauſa duo ſunt videnda.

Primò, an bona fideicommiſſo ſubiecta data in dotem alienari potuerint ex vi *authent. res, quæ C. commun. de legat.*

Secundò, an ſtante decreto vltimo loco lato, quod ſententia in beneficium Marij de Alferio non mandetur exequutioni ſuper bonis moderatis in ſententia, rei iudicatæ obſtet exceptio.

Quo ad primum reſpondetur. Primò, quod dùm habemus voluntatem teſtatoris, vt bona ipſa nullo modo alienari poſſint, nec ex cauſa dotis, & in eis ſuccedant deſcendentes, vt ex lectura fideicõmiſſi fol. 19. in primo proceſſu, alienatio non ſubſiſtit cum non debeat eſſe in poteſtate hæredis ſic grauati, deludere teſtatoris voluntatem, vt conditione exi-
1 ſtente fideicommiſſa, † & legata non debeantur, *l. ſi id quod ff. de liber. legat. l. cætera ff. de legat. 1. cap. ſi ciuitas de ſentent. excommunic. in ſexto*, & ſic in ſpetie determinat *Paul. de Caſtr. in ſuo conſ. 247. num. 3.* & multi alij per *Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. artic. 22. num. 75.*
2 quia voluntas † teſtatoris eſt attendenda: nàm diſponat teſtator, & erit lex, ad *text. in l. verbis legis ff. de verbor. ſignificat. l. legem C. de pact. §. diſponat in auth. de nupt. Alban. latè in ſuo conſ. 97.* qua ſpetiali prohibitione in cauſam dotis exiſtente, quod non poſſit fieri alienatio eſt communis * opinio, ſecundum *Iaſ. in eodem authent. res quæ num. 24. poſt Alex. conſ. 5. vol. 2.*

Secundo reſpondetur, quod Lucretia de Marinis teſtatoris neptis primo loco fuit dotata de bonis paternis, cum primo viro, & ſic aderant primæ dotes, & *d. au-*
3 *thent. res quæ*, † loquitur quando non habet aliundè, & ſi legitima portio non ſufficiat, vt habetur ex *text. eiuſdem authent. res quæ*, nec adfuerunt neceſſitates de quibus per *Bald. in ſuo conſ. 20. lib. 2.*
4 & dùm habuit dotem, † & ſua culpa diſſipauit ſibi imputetur, *Bald. in authent. ſi captiui in fraudem C. de Epiſcop. & cleric. Iaſ. in d. authent. res quæ num. 22. &* 23. vel ipſam primam dotem habet, & non tenetur, quia non eſſet in neceſſitate, vt diximus, & per eundem *text. auth.*
5 Tertiò, ſumus in auo materno, † qui neptes dotare non tenetur, cum ſit onus paternum filias dotare, vt ex multis firmat *Aymon Crauett. conſ. 209.* nec alienatio fuit facta pro nepte deſcendente ex vocatis, immò pro extranea, & de linea collaterali, vt infra.

Quartò, tempore quo bona prædicta fuerunt data in dotem, Laura Celentana



Digitized by Google

6 mater Marij actoris viuebat, † & ſic erat
ius fideicommiſſi quæſitum in perſonam
ſuam,& illud trāſmiſit ad ipſum Marium
eius filium,per *text. in l.vnica* §. *ſin au-*
7 *tem C. de codicill.* † & ſic filia teſtatoris
non poterat alterare naturam fideicom-
miſſi de bonis remanſis in hæreditate
teſtatoris,& dare alijs per regulam illud,
quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli
non poteſt,per ſupradicta iura,& autho-
ritates.

Quinto poſito, quod dicta Luctetia
de deſcendentibus teſtatoris eſſet,in eius
8 poſſe bona reſtitutioni † ſubiecta venire
non poterāt,niſi iure ſucceſſionis,& cum
onere reſtituendi ſequentibus vocatis,
æqualiter,iuxta teſtatoris diſpoſitionem,
& ſic Paſca mater Lucretiæ naturam fi-
deicommiſſi alterare non poterat,& ſuæ
nepti de linea collaterali dare in dotem,
in præiudicium fideicommiſſi, & deſcen-
9 dentium, † quia *d.authent.res quæ,* pro-
cedit tantùm in deſcendente, quod pro-
batur per verbum liberis, & verbum le-
gitima in eodem *authent.* & dicunt ibi
*Bartol. & Angel.* non autem in linea col-
laterali,ibidem firmant *Corn. & Curt.* &
hāc opinionem cæteris relatis tenet *An-
ton.de Padill.ibidem in prima limit.verſ.
text.hunc num.114. & ſeq. Ludouic.Mo-
lin.in tract.primogen.hiſpan.lib.4.cap.6.
verſ. ex quibus infertur, Ioan.Crott. in
repetit.* §.*Diui in 3.limitat. num.6. Fer-
dinand.Loaz.num.142.verſ.ex quo infe-
ro ff.de legat.1. Couarru. variar. reſolut.
lib.3.cap.6.num.10.verſ.primum,*vbi re-
ferens omnes,dicit hanc * communem
eſſe opinionem, quàm ſequitur *Præſid.de
Franch.in ſua deciſ.241.nu.1. & 3.*

Sextò,alienatio facta per magnificum
Ioannem Franciſcum de Solijs ſecun-
dum virum Lucretię,& generum Paſchę,
qui ſimul alienauerunt,& dederunt nep-
ti,non vocatæ,fuit voluntaria,& non ne-
ceſſaria: nàm poſſederunt dicta bona
longo tempore, & non alienauerunt, &
poſteà nulla vrgente cauſa alienauerunt,
adeò quod ſi eſſent de vocatis,*d.authen.
res quæ,* locum non haberet,cum bona
ipſa nullo modo,nullaq; ex cauſa aliena-
ri potuiſſent, nec poſſent, vt dictum
eſt.

Circa ſecundum, quod eſt de excep-
tione rei iudicatæ parum inſiſtam,quia
tale decretum nullo modo interponi po-
terat: nàm inter partes ipſas fuit colla-
tum,& clarè apparet per inſtrumentum
vbi Ferdinandus,& Bartholomæus reſti-
tuerunt bona petita illis de Iuuenatio,
eiſq; voluerunt de euictione teneri,caſu
quo bona ipſa fuiſſent euicta ab eorum
hæredibus, & ab ipſis cauſam habenti-
bus, quod fecerunt, ad euitandam con-
tra eos exequutionem paratam, cum
condemnati eſſent, tamquàm authores
laudati ad omnia damna,expenſas,& in-
10 tereſſe; † & dum animo euitandi exe-
quutionem, & dictum Marium fraudan-
di id fecerunt, fuerunt in dolo expreſſo,
vnde ſuccedit diſpoſitio *cap. Regni con-
uentus,* dicens quocumque titulo res li-
tigioſa vadit ad alios,reuocari poteſt,fa-
cit *text.in l.2.C.de litig.& conſtitut. Re-*
11 *gni eorum fraudibus,* dicit, † quod non
ſolum tenetur ad intereſſe, ſed punitur
ad tertiam partem extimationis, Fiſco
applicanda, ſi ignoranter, & ſi ſcienter
amittit pretium,facit *text.in l.ſed ſi lege*
§. *proindè,* vbi habetur, quod ſi poſſeſſio
per plures manus ambulauerit, omnes
tenentur, quando dolo quilibet poſſide-
re deſijt,vt in caſu noſtro,cum Ferdinan-
dus, & Bartholomæus deſierint poſſide-
re, ad euitandam exequutionem, quæ
contra eos erat parata, vt ſupra, ad hoc
facit apertè *text.in authent.de mona.*§.*ſi
verò bis quidem in fine,ibi: Ea verò, quæ*
12 *rapta ſunt,* † *ſi apud quoſcumque inue-
niantur modis omnibus reddantur priſti-
no Domino,*faciunt dicta *Bartol.in l.3.ff.
de pign.*ibi,vbicumquè autem ſententiam
latam contra debitorem, dixi præiudi-
care creditori, intelligitur, niſi colluſum
ſit, vt habetur *in l. Præſes eodem titulo,*
prout in caſu noſtro,vbi fuit inter partes
colluſum; ex quibus omnibus breuiter
adductis apparet exequutionem ſenten-
tiæ in fauorem ipſius Marij impediri non
poſſe, quibuſuis ex aduerſo prætenſis nō
obſtantibus, & ita iudicandum puto.

Et

Digitized by Google

*Et ita deciſum fuit, & ſententia ipſa exequuta, referente Horatio Marcheſio, vt ex proceſſu in banca Amatrudæ.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Verbum quoſcumque eſt generale nihil excludens.*

2 *Dictio, &, non ſemper ponitur coniunctiuè, ſed multoties diſiunctiuè.*

3 *Mundualdus, quod debeat in teſtamento interuenire ſecundum Afflict. non militat.*

4 *Arbitrium non confertur in tempus, in quo bona non ſunt noſtra.*

5 *Teſtamentum mulieris, cum interuentu Mundualdi, nec ad pias cauſas valet.*

6 *Teſtamentum duo requirit, ſubſtantiam, & voluntatem.*

7 *Teſtamenti ſubſtantia eſt de iure gentium.*

8 *Teſtamenti ſolemnitas, eſt de iure ciuili.*

9 *Mundualdus in contractu mulierum, quare interueniat.*

10 *Teſtamento ceſſat ratio, nè mulier decipiatur, quia non contrahit, & ſic decipi non poteſt.*

11 *Mors omnia ſoluit.*

Pro magnifica Iulia de Simeonibus, eiuſq; filijs, contra Ioannem Baptiſtam Maurellum.

## ARGVMENTVM.

*Teſtamentum ſine interuentu Mundualdi, an ſit nullum.*

## CONSILIVM LX.

EX in facto adductis actrix, eiuſquè filij eorum habent intentionem fundatam, adeò quod allegare opus non eſſet, ſed pro contrariorum reiectione dico, quod pars aduerſa tria opponit.

Primò, laudum eſſe nullum propter limitatam poteſtatem Procuratori datam ad compromittendum.

Secundò, teſtamētum factum per Iſabellam dictæ Iuliæ filiam, abſquè Mundualdo eſſe nullum.

Tertiò, Ioanni Baptiſtæ ex perſona Lauræ eius filiæ defunctæ competere legitimam in bonis Iſabellæ matris.

Pro reſolutione ipſorum ſingulorum quo ad primum dico, quod poteſtas Procuratori ad compromittēdum data, licet in ea dicatur ad compromittendum in perſonam Domini Iulij Palumbi, ſi bene aduertatur, ſequitur in ea, & alios quoſ-
1 cumquè, † quod verbum eſt generale, & vniuerſale nihil excludens, *l. Iulianus ff. de legat. 3. l. à Procuratore C. mandati, l. omnes C. ſine cenſ. vel reliq. cap. ſolitæ de maioritat. & obedient. cap. ſecundo de obſeruat. ieiun. cap. ſi Romanorum 19. diſtinct.* item dictum debere compromitti penes dictum Iulium, & alios, dicta di-
2 ctio &, † non ſemper ponitur coniunctiuè, ſed multoties diſiunctiuè, vt eſt *text. in l. Titio fundum ff. de vſufruct. legat. vbi latè Bartol. confirmat, & text. in l. vltima C. de codicill.* per quam *l. ſi Titio* dicunt *Doctores*, quod ſi teſtator dicit valere iure teſtamenti, & codicillorum, illa copula, &, reſoluitur in diſiunctiuam, & ſic compromiſſum fieri potuit in quemcumquè Procurator voluit, maximè quod dictus Iulius compromiſſum acceptare noluerat, ſi in ipſum fiebat, quia pro Aduocato interuenerat conſulendo ſcripturas, & poſtea ſimiliter interuenit vſquequo ab hac vita diſceſſit, vt eſt notorium, & proindè laudum nullum prætendi non poteſt, vt benè per Iudicantes eſt cognitum, dùm fuit dictum, quod laudum ipſum exequatur.

Circa ſecundum, quod teſtamentum Iſabellæ propter Mundualdi non interuentum prætendatur nullum.

Primò dicitur, quod licet *Afflict. in eius deciſ. 260.* concludat, quod Mundualdus interuenire debeat, tamen non

 militat,

Digitized by Google

3 militat, † quia actus teſtandi ab alieno
arbitrio dependere non debet, *l.captato-
rias,& l.illæ autem inſtitutiones ff.de hæ-
4 red. inſtit.* † quia nemo arbitrium alte-
rius ſuper bonis in tempus, quo non
ſunt ſua conferre poteſt: nàm eo ipſo,
quod quis moritur, ceſſat rerum ſuarum
Dominus eſſe, & arbitrium alterius eſſet
collatum ad tempus inhabile, *& laſ.in
l.captatorias de teſtam milit.* dicit, quod
5 teſtamentum mulierum † cum interuen-
tu Mundualdi, nec ad pias cauſas valet,
quia vltima mulieris voluntas ex alieno
arbitrio dependeret.
6 Secundò, † in teſtamentis duo requi-
runtur ſubſtantialia, & ſolemnitas ſub-
ſtantiæ conſiſtit in voluntate, voluntas in
7 forma: † quo ad ſubſtantiam teſtamen-
tum eſt de iure gentium: nàm homines,
quamprimum eſſe cæperunt, nondum
ſcriptis legibus de eorum bonis teſtaban
tur, & in veteri teſtamento antiqui pa-
tres teſtantur ante legem moſaycam,
vt dicit *gloſ. in l.quotiens ff. de hæred.in-
8 ſtit.* † Solemnitas verò fluxit à iure ciui-
li, & poſitiuo, *ita Bart.in l.interdum ff.
de condit. indebit. & in rubrica ff. de ac-
quirend.hæredit.* Ex quo ſolemnitas ple-
rumquè mutatur, & ad pias cauſas, &
alijs cauſis demitur, vt eſt notorium.
9 Tertiò, † Mundualdus interuenit in
contractibus mulierum nè decipiantur,
10 ſed hæc ratio ceſſat in teſtamẽto, † quia
teſtamento quis non contrahit cum ali-
quo, & ſic decipi non poteſt, quam ra-
tionem adducit *Alexand. in l.mutum co-
lum.3. ff.de acquirend.hæredit.* nullum
damnum ſentit mulier cum diſpoſita
in teſtamento poſt eius mortem ſortian-
11 tur vires, & effectum, † & mors omnia
ſoluit §.*deinceps de nupt.* & ſic abſque
Mundualdo teſtari poteſt, vt latè per
*Maxill. in conſuetudin. Barenſ. folio*
97.
Circa tertium dicitur, quod compro-
miſſarij non grauarunt Ioannem Bapti-
ſtam patrem puellæ defunctæ, reſeruan-
do iura legitimæ, ſed ipſam actricem,
& illa reſeruatio nihil obſtat cum fuerit
dictum, ſi quæ competunt, ſed circum-
ſcripto hoc teſtamento ad huc Iulia
actrix, eiuſq; filij in dotibus dictæ Iſa-
bellæ filiæ, ſtante morte eius filiæ in pu-
pillari ætate, ſuccedere debent omnibus
excluſis, ex vi pacti in capitulis matri-
monialibus, quod decedente ſine filijs,
vel filijs in pupillari ætate deficientibus,
aut ab inteſtato quandocumquè ſucce-
derent mater, & ipſi fratres dotantes, &
ſic negotium eſt abſquè dubio, cum
ex vi pacti expreſſi in capitulis matrimo-
nialibus, ex vi antiquatæ conſuetudinis,
quod dotes reuertantur ad dotantes mu
lieribus mortuis abſquè liberis, vel ſi cum
liberis, & ipſis deficientibus in pupillari
ætate, vel ab inteſtato quandocumque
benè ergo prouiſum fuit per Dominum
cauſæ Commiſſarium, quod oppoſitis ex
aduerſo non obſtantibus laudũ per quod
omnia actrici reſtituuntur, exequatur; &
idem per Sacrum Conſilium confirmari
debere mihi videtur. *Ita deciſum fuit per
Sacrum Conſilium exequendo ipſum lau-
dum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius nullam poteſt exceptionem opponere.*

2 *Depoſiti cauſa debet exequi vti ſententia, laudum, & confeſſio in iudicio iurata.*

3 *Depoſitum per fidem banci eſt notorium.*

4 *Depoſitarius, nec contra depoſitantem, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poteſt, & eſt communis opinio, & nu.6.*

5 *Depoſitarius compenſationem opponere non poteſt.*

7 *Depoſiti confeſſio realem numerationem probat.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in mutuo tantùm.*

9 *Depoſiti cauſa attenditur, & non cauſa mutui, etiam originalis.*

10 *Depoſiti in mutuum transfuſio fit iure ſpetiali.*

11 *Subrogatus quando ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

12 *Com-*

Digitized by Google

12 *Communis opinio in iudicando eſt attendenda.*
13 *Clericus, nec tacitè, nec expreſsè in Iudicem laicum conſentire poteſt.*
14 *Clericus non incidens in habitu, & tonſura, non gaudet priuilegio.*

Pro Illuſtrimo Domino Principe Caſertæ D. Iulio Antonio Aqua uiua de Aragonia, meo affine, contra Dominum Carolum Brancatium.

## ARGVMENTVM.

*Fides depoſiti publico à banco facta nullam recipit exceptionem, vt retardetur ſolutio. Item Clericus non incedens in habitu, & tonſura, fori priuilegio non gaudet.*

## CONSILIVM LXI.

IN hac cauſa duo ſunt videnda.

Primò, ſi facta per publicum bancum fide depoſiti, aliqua poſſit opponi exceptio.

Secundò, an ſit remittendus Clericus, qui poſt ſententiam remitti petit.

Quo ad primum dico, quod depoſitarius † exceptionem nullam opponere poteſt, quæ ſolutionem impediat, vt eſt text. *in l. ſi quis, vel pecunias C. depoſit.* ibi: *Reddere illico modis omnibus compellatur, nullamq; compenſationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponat*, ibiq; *Gloſ. & Doctores* * *communiter* fir- 
1

2 mant, † & meretur exequutionem ſicut ſententia, vel confeſſio iudiciaria, vel iuramentum conuentionale, *l. poſt rem iudicatam ff. de re iudicat.* vel laudum emologatum, *l. cum antea C. de arb. & firmat Matthæſil. in ſuo ſingul.* 5. maximè quod
3 tale depoſitum † factum per fidem publici banci eſt notorium, *vt idem Matthæſil. firmat ibidem.*

Nec opitulatur depoſitum eſſe factum contemplatione Domini Caroli Brancatij debitoris, & non creditoris bãci, quia ex eius lectura apparet fuiſſe factum pro Domino Octauio Brancia, maſſariæ emptore, & non pro Domino Carolo, ſed quomodocumque ſit, ad inſtantiam cuiuſuis factum prætendatur, ſiuè creditoris, ſiuè debitoris, adhuc depoſitarij ipſi tenentur ſtatim ſoluere, quia nec contra
4 depoſitantem, † exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poſſunt, vt eſt *textus apertus in l. in contractibus §. ſed quoniam C. de non numerata pecunia*, ſecundum verum intellectum *Gloſ. Bald. Salycet. Caſtrenſ. & aliorum*, qui de confeſſionato depoſito intelligunt, vt in proprio ex aduerſo prætenſo caſu, quando Brancia, ſiuè Brancatius non eſſet, banci creditor cum de vero, & naturali debito nulla ſit dubitatio, idemq; tenet *Iaſ. in l. 1. C. de edend. & in l. 2. poſt eum Curt. Iun. confirmat num. 15. ff. ſi cert. petat. Felyn. in cap. ſi cautio colum. 8. verſic. tertio fallit, de fide inſtrument. Practica Pap. in form. libelli in actione hypoth. in gloſ. in verbo in depoſito, Curt. Iun. in l. bona fides colum. penultim. ff. depoſit. Rolandus à Valle conſ. 17. num. 7. lib. 1. Natta conſ. 438 num. 4. poſt Caſtrenſ. conſ.* 170.
5 vbi nec exceptio † compenſationis, ex mente *Tiraquell. de retract. conuent. gloſ. 6. num. 13. & 19.* & talem non nume-
6 ratæ pecuniæ † exceptionem non admitti eſt * communis opinio, *vt per Suarez in ſuo Theſauro receptarum ſententiarum litera D, num. 16. & cum prædictis concordat Petr. Duen. in ſua regul. 160. limi-*
7 *tat. 5.* & eſt ratio, † quia ſola confeſſio in depoſito probat realem numerationem, *l. publia §. 1. ff. depoſit. Bald. in l. pecuniam C. de ſolution. & Roland. à Valle dicto conſilio num. 8. Natta dicto conſil.* 248.
8 Hoc etiam, † quia exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in contractu mutui tantùm, *Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione limitat. 2. C. de non numerata pecunia, Aretin. in l. 1. colum. 6. & Alexand. num. 35. ff. ſolut. matrim. Iaſ.*



Digitized by Google

*in l. legitima colum.*3. ff. *de pact. & in l.* 1. *colum.* 4. ff. *de condit. ex lege, Ferdinand. Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 9. *num.* 27. vbi teſtatur hanc* communem eſſe opinionem: nec operatur doctrina *Bald. & ſequatium in l. aduerſus in fine C. de non numerata pecunia*, qui concludunt,
9 † vt originalis cauſa depoſiti, quæ erat cauſa mutui, vbi non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, & non depoſiti, in quod fuit facta conuerſio, immò depoſitum ipſum ſecundum naturam mutui, in cuius locum ſubrogatum fuit, regulari debet, ex regula *in l. ſi eum §. qui iniuriarum* ff. *ſi quis caut.* huic motiuo reſpondeo duobus modis.

10 Primò, † quia dicta transfuſio de contractu mutui in depoſitum, fit iure ſpetiali, cum præcedens contractus eſſet irretractabilis, *l. ſicut C. de action. & obligat. vt videtur in l. ſingularia ff. ſi cert. petat. vbi legitur: Singularia quædam præcepta ſunt, ſcilicèt ſpetialia,* ſecundum omnes ad denotandum, quod hæc conuerſio vnius cauſæ, vel contractus in alium fit de iure ſpetiali, & ſic licet depoſitum per conuentionem ſit ſubrogatum loco mutui, tamen ſecundum naturam mutui regulari non debet.

11 Secundò, † quando natura ſubrogati repugnat naturæ illius, in cuius locum ſubrogatur, tunc eius naturam non ſapit, *idem Bald. conſ.* 147. *lib.* 2. *Bologn. conſil.* 60. *in fine, Cuman. conſ.* 35. *& vtrumquè caſum firmat Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 53. *num.* 33. *& ſeq.* & cum natura depoſiti licet confeſſati, non admittat exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt diximus, & ſic repugnat natura mutui confeſſati, dictam exceptionem admittentis, vt *in inſtit. de lit. obl.* vndè eius loco depoſitum ſubrogatum, ſecundum naturam ipſius mutui regulari non debet, poſſem & ex alijs contraria reijcere, ſed quia pro noſtra concluſione, quod contra depoſitum non numeratæ pecuniæ, nulla alia admittatur exceptio ſit communis* opinio, vt prędiximus, à qua
12 communi* in iudicando † non eſt recedendum, vt firmant *Doctores omnes in cap.* 1. *in fine, vbi Berous, Dec. & latè Felyn. de conſtitut.* Amplius non inſiſto ad fundandum bancherios ipſos pecuniam, quam depoſitatam tenere dixerunt, omni exceptione remota ſoluere debere, prout in terminis latiſſimè, & doctiſſimè firmat *Hippolyt. Riminald. conſ.* 60. *num.* 29. *vſque in fine.*

Quo ad ſecundum, an dictus Dominus Carolus Brancatius, qui poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam remitti petijt ſit vti clericus remittendus, parum
13 inſiſtam: † nàm licet clericus expreſsè, nec tacitè in Iudicem laicum conſentire poſſit, *cap. ſi diligenti de foro competenti*, & etiam quod de ſuo clericatu taceat, ſententia eſt nulla, vt ex pluribus firmat *Dec. in conſ. ſuo* 241. *ſcripſit alias, Grammat. deciſ.* 61. *in fine, Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 2. *colum.* 1. *verſ. immò & ſi clericus tacuit, firmat Præſid. de Francb. in nouiſſima ſecunda parte ſuarum deciſionum deciſ.* 400. *num.* 6. *&* 7. Tamen quia prędictus Dominus Carolus, licet haberet bullas ſuæ primæ tõſuræ, nunquàm tamẽ
14 in habitu, † & tonſura inceſſerat, ex quo priuilegio fori gaudere non poteſt, iuxta Pontificales ordinationes Clement. VII. & Pauli III. volentes, clericos continuè in habitu, & tonſura incedere debere. Proindè petita remiſſione non obſtante decerni debet, quod procedatur ad maſſariæ venditionem, pro exequutione ſententiæ Sacri Conſilij contra eum latæ.

*Referente Domino Horatio Marcheſio doctiſſimo Conſiliario, per Sacrum Conſilium fuit decretum, quod procedatur ad vlteriora petita remiſſione non obſtante de anno* 1590. *pęnes Ciuitellam.*

Et quia prædicta maſſaria vendita fuit pro integro credito dicti D. Principis, ex quo ſatisfactus remanſit, non fuit opus deciſione primi articuli contra bãcherios depoſitarios, ſed deciſio ipſa ex iàm dictis patet.

*Camillus de Laratha.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Contractus ad gaudendum ob fructuum incertitudinem validus.*

2 *Euictio non venit, non facta denunciatione litis motæ authori.*

3 *Denunciatio litis motæ requiritur, etiam ſi venditor eam ſciuerit.*

4 *Denunciatio eſt neceſſaria, vt venditor aliquid faciat.*

5 *Emptor debet oſtendere venditori libellum in forma publica.*

6 *Sententia non obtinet euictionem, niſi realiter, & effectiuè exequuta.*

7 *Euictio rei, etiam alteri obligatæ, re non euicta non debetur.*

8 *Stipulatio dupli committitur, quando res eſt reſtituta petitori.*

9 *Euictionis actio non datur, quando res, vel aliquid pro ea non adeſt.*

10 *Res, vt euicta dicatur, neceſſe eſt, quod per ſententiam ſit abdicata.*

11 *Reſtitutio in integrum non animo calumniandi, impedit ſententiæ exequutionem.*

Pro filijs, & hæredibus quondam Domini Marini Falangolæ, contra D. Aemilium de Magiſtro Iudice.

ARGVMENTVM.

*Euictio locum non habet aduerſus venditorem, lite ei non denunciata, vel ſententia non exequuta. Item reſtitutio in integrum petita, & euidenter non calumnioſè, impedit exequutionem ſententiæ.*

CONSILIVM LXII.

DOminus Aemilius de Magiſtro Iudice cũ pro ducatis quingentis ad gaudendum accepiſſet quaſdam domos, cum iardeno á Domino Curtio Serſale, cum cautione Domini Marini Falangholæ certæ ratæ, & ad inſtantiam cuiuſdam creditoris præſtita fuiſſet aſſiſtentia ſuper dictis domibus, & alij bonis eiuſdem Domini Curtij, petit quod hæredes dicti Domini Marini quantitatem fideiuſſam ei ſoluãt, vnde quod dictus Dominus Aemilius obtinere non debeat, breuiter fundatur.

1 Nàm licet talis contractus † ad gaudendum poſſit ſubſtineri, per *text. in l. ſi ea pactione, & in l. ſi ea lege C. de vſur.* quæ iura ob fructuum incertitudinem eum validant: tamen quando ei mota fuit lis aſſiſtentiæ ſuper dictis domibus, ipſam litem non denunciauit, nec Domino Curtio principali, nec Domino Marino fideiuſſori, qui tunc viuebant; cum 2 ad euictionem † obtinendam requiratur litis motæ denunciatio, alias non datur regreſſus, *vt eſt text. apertus in l. emptor C. de euiction.* vbi dicitur, quod ſi denunciatio non fuerit facta venditori, emptor contra vẽditorem regreſſum non habet, per quem *text.* hoc firmat *Gloſ. & Doctores omnes ad eum, idem habetur ex text. in l. libera, ibi: Præmiſſa denunciatione, C. de ſentent. & interloq. vbi hoc firmat Bald. colum. penultim. verſ. deinde nota, Natta conſ. 38 num. 5. & ex multis alijs Capyc. in deciſ. 106. num. 1. & ſequ.* deciſum inquit, & latiſſimè firmat *Duen.* 3 *in regul.* 241. † quæ denunciatio eſt facienda, etiam ſi venditor litem motam 4 ſciuiſſet: † quia non ſimplex ſcientia, ſed denunciatio neceſſaria eſt, ad finem, vt emptor aliquid faciat, *vt per Bart. in l. denunciaſſe in principio ff. de adult. in l. 2. §. voluntatem ff. ſolut. matrimon. & in l. non ſolum §. morte ff. de nou. oper. nunciat. Bald. & Angel. in l. qui abſentem ff. de Procurator. Speculat. & Ioan. Andr. in titul. de emption. & vendit. §. final. Caſtrenſ. in l. in exequutione §. inſolidum, & in l. cum ex cauſa ff. de verbor. obligat. Bald. in l. ſi cum quæſtio C. de euiction. & in cap. 1. ſi de feud. vaſſall. Dec. conſ. 74. colum. 2. Soccin. Iun. conſ. 4. in fine lib. 2. Hippolyt. Riminald. conſ. 1. num. 46. & ſeq.* 5 *lib. 1.* † Nec ſufficit ſola litis motæ denunciatio, ſed oportet libellum in forma publi-

Digitized by Google

publica emptorem venditori oſtendere, quod pro regula ponit *Bartol. in d.l.non ſolum* §. *morte num.* 51. *Angel. & Imol. in d.l.in exequutione* §.*inſolidum*,*Cardin. per text.ibidem*,quem ad hoc extollit vſque ad ſydera in *clement. cauſam verſic. idem quoque in fine de electiõ. & Duen. in regul.* 243.hoc per binas * communes opiniones comprobat, etiam contrarios reijciens, & licet aliquas ponat limitationes,nulla ipſarum in noſtro caſu adaptari poteſt,vndè Dominus Aemilius,qui non denunciauit, de euictione agere non poteſt, etiam ex alio: nàm licet tertius creditor ſententiam aſſiſtentiæ obtinuiſſet,adhuc contra eum in ipſis domibus exequutum non eſt,& ipſe Dominus
6 Aemilius eas poſſidet, † & vt ſententia euictionem obtineat,neceſſe eſt,quod effectiuè,& realiter ſit exequuta, ad quod Primò adduco *text. in terminis in l. qui rem C. de euict.* vbi determinatur, quod
7 antequàm res euincatur † de euictione non agitur, etiam ſi res ſit alij obligata, Secundò *text. in l.euicta* §. *duplex ff. de*
8 *euiction.* † vbi tunc committitur ſtipulatio dupli, cum eſt reſtituta res petitori, Tertiò facit *text. in l.ſi ſeruus vẽditus* §. *cum igitur ff. eodem*, vbi cum neque corpus rei,neque pecunia adſit,emptori non committitur ſtipulatio, & *Alberic. in ſumma d.* §. *& in* §. *idem Iulianus* dicit,
9 quod quãdo res non adeſt, † nec aliquid propter rem, actio de euictione committi non poteſt, Quarto,per peculiarem ad hoc *text. in l. habere licere ff. eodem, vbi Gloſ. & Doctores, & ſignanter Bald.* fir-
10 mant, † quod vt res,dicatur euicta, neceſſe eſt, quod per ſententiam emptori res abdicata ſit, cum ſententia reali exequutione non facta, nihil operetur per *dictã leg.habere licere,vbi omnes ibi Scribentes, firmant,Iaſ. in l. quoties num.* 48. *C.de rei vendic. Bartol.Cepoll. cautel.* 71. *deciſ.Bonon.* 25. *num.*2. *Anton. Gomez variar.reſolut.tom.*1. *cap.*2.*num.*39. *verſic. immò, quod magis eſt, de Anna in ſingul.* 471. *per conſ. Alexand.*4. *colum.*1. *lib.*3. *& Dominus Vincẽtius de Franch. firmat in deciſ.* 200. *num.*8. & hæc ſufficere videntur ad excluſionem prætenſæ euictionis, vel ſaltim, quod detur terminus, vt ipſi pupilli Domini Marini hæredes ſe defendere poſſent, etiam per viam reſti-
11 tutionis in integrum, † quæ cum non ſit petita animo calumniandi,ſed defendendi,& Dominum Aemilium de negligentia conuincendi, omninò ipſis competit, & ſententiæ exequutio impedienda eſt, vt ex doctrina *Alexand.in conſil.* 62.*egregiè, & eleganter ſecunda columna vſque ad finem lib.*6. *Couarru.in cap.*25. *practicar.quæſtion.colum.penultim.num.* 7. *verſ. ſeptimo licet, & deciſum firmat Dominus Vincentius de Franch.deciſ.*86. *num.*8. ſubdens à tali deciſione non diſſentire *Capyc.in deciſ.*53. *& Afflict. in deciſ.*356.

*De Anno* 1591.*per Dominum Fuluiũ Conſtantium tunc Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, nunc verò Regiam Cancellariam Regentem meritiſſimum, & Coroleti Marchionem digniſſimum, fuit decretum, quod ſuſpenſa exequutione ſententiæ, audiantur partes infra quatuor dies, cui decreto, & cauſa pars de ſua victoria diffidens acquieuit, vt ex proceſſu in banca Ioannis Dominici Cioffi.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Maior pars, quod facit, quando ab omnibus factum cenſetur, & nu.*6.

2 *Pluribus,vt ſingulis communia omnes cõcludere debent.*

3 *Vnius prohibitio cæterorum actum impedit.*

4 *Introitus,& gabella Vniuerſitatis ſpectãt ad ſingulos,vt ſingulos.*

5 *Medicorum curatio ſpectat ad ſingulos,vt ſingulos,& ita eius conductio.*

7 *Publico in intereſſe vnus de populo, etiam ſi eius non intereſt admittitur ad contradicendum.*

8 *Medici in conductione omnes obligantur vti ſinguli, ſicut in conductione gabellarum.*

9 *Maior pars non præiudicat minori in voluntarijs.*
10 *Gabellarum conductio, & pacta, omnes tangunt, & omnes eis ligantur.*

Pro aliquibus particularibus Ciuitatis Monopolis.

## ARGVMENTVM.

*Maior pars Vniuerſitatis conducens Medicum neceſſarium, non poteſt minori parti contradicenti præiudicare.*

## CONSILIVM LXIII.

MAiorē partem Ciuitatis Monopolis nō potuiſſe conducere tertium Medicum, cum annuis ducatis ſexcentis aliquibus reluctantibus, ex his dignoſcitur.

1 Nàm licet factum † à maiori parte ab omnibus factum eſſe dicatur, *l. quod maior ff. ad municip. l. nominationum C. de decurion. lib. 10. cap. cum omnes cum ſimilibus de conſtitut. Præſ. de Francb. de-*
2 *ciſ. 2. num. 1.* † Tamen in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, etiam ſi eſſent mille non valet, niſi omnes conſentiant, dicit *text. in l. per fundum ff de ſeruitut. ruſtic. prædior. & l. final. ff. commun. prædior. gloſ. 1. in cap. cum omnes, & ibi Doctores de conſtitut. & in cap. ſi Archiepiſcopus in verſ. ab omnibus in fine, de temp. ordin. reg. quod omnes tangit, vbi Dyn, de regul. iur. in ſexto, Oldrad. conſil. 34. nu. 1. verſ. ſed contrarium magis credo in re communi pluribus, vt ſingulis, etiam in rebus filijs, Abbas in cap. final. de his, quæ fiunt à maior. part. cap. & Duen. in regul. 295. ampliatione prima*: nàm vnus maioris partis, neceſſario non conſequitur voluntatem, immò magis
3 vnius † prohibitio cęterorū actum impedit, *l. Sabinus ff. commun. diuidun. l. pariete ff. de ſeruit. vrban. prædior. & expreſſius text. in l. hæreditas §. ſi in certo ff. famil. erciſcund.* Cùm enim conducere Medicos cum ſalario Vniuerſitatis, quod
4 eſt capiendum ab introitibus, † & gabellis Vniuerſitatis, ſit de re, quæ ſpectat ſingulis, vt ſingulis, *Afflict. deciſ. 400. nu.*
5 *6.* ſic & † ipſa conductio Medici, iuxta *text. in l. 1. ff. de decret. ab ordin. fac.* quæ incipit Medicorum in fine, ibi: *Vt certi de probitate morum, & peritia artis eligant, ipſi quibus ſe, liberoſq; ſuos in ægritudine corporum committant*; & cum curatio facienda per Medicum conducendum, tangat, & tangere debeat omnes, non vti vniuerſos, ſed vti ſingulos, vnde ex litera dicti *text.* habetur, quod quilibet de Vniuerſitate contradicere poteſt, poſtquàm eius conductio ad omnes ſpe-
6 ctat, † & ſic factum à maiori parte non tenet, per *d. l. per fundum, vbi gloſ. in verſic. ab omnibus, & alia prædicta cumulat Andr. ab Exea in d. cap. cum omnes de conſtitut. ſupra num. 144. Capyc. deciſ. 152. num. 3. vbi addit. Bart. in d. l. quod maior, per d. l. per fundum, & Franciſc. Marc. deciſ. Delphin. 125. num. 7. par. 2.*
7 & quando † tractatur de intereſſe publiço vnus tantùm de populo, immò etiam is, cuius non intereſt ad contradicendum admittitur, *Aymon. conſ. 132. homines ſancti Andreæ num. 9. ex Dec. in l. ſi quis id, quod num. 15. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*
8 maximè † quod in ſolutione dicti Medici conducti omnes obligantur, ſicut quādo venduntur gabellæ, omnes vti ſinguli pactis appoſitis obligantur, quoniam vno contradicente, tolli, & reuocari non poſſunt, *Bartol. in l. donationes C. de donat. inter vir. & vxor. l. quod ſemel ff. de decret. ab ordin. fac. & l. Cæſar ff. de public.* & à fortiori etiam ſi actus pertineret ad ſingulos, vt vniuerſos, quo caſu ſolet valere factum á maiori parte, per *d. l. quod maior*, cùm in caſu noſtro nulla adſit neceſſitas, quia duo alij Medici de publico ſalariati adſunt, & alij plures,
9 ſumus in actu voluntario, † & ſic maior pars minori non præiudicat, ſecundum *Antonium de Butr. in l. & alios in d. cap. cum omnes, vbi Felyn. latè num. 8. limit. 1.*

*Barb.*

*Barb.conſ.7.mihi videtur part.* 1.*& idem Andr.ab Exea ibidem num.*158. quam opinionem dicit eſſe * communem *Dec. in prima lectura colum.*4. *num.*6. *verſic. iſta concluſio, &* D. *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 2. *num.* 24. & in ſolutione dictorum duorum Medicorum conductorum omnes vti ſinguli obligati ſunt, ſicut in
10 alienatione † gabellarũ pactis appoſitis omnes ligantur, quorum vno contradicente tolli, & reuocari non poſſunt, *Bart. in d.l.donationes num.*10. *l.quod ſemel* ff. *de decret. ab ordin.fac. l.Cæſar* ff.*de public.* vnde dicti alij Medici prius conducti non ſunt reuocati, nec poſſunt per prędictá, & conductio tertij Medici, nè dum non eſt neceſſaria, ſed omnibus damnoſa cum tanta prouiſione annuorum ducatorum ſexcentorum, & in præiudicium ſingulorum non tenet per prædicta iura.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *L.pupillus ff.quæ in fraud. credit. non habet locum poſt ceſſionem bonorum.*
2 *Bona cedentis decreto Iudicis adiudicari, vel vendi debent.*
3 *L.pupillus prædicta, nec habet locũ, quando omnes creditores inſtant.*
4 *Nec quando ſolutio eſt facta vni vigilanti alijs negligentibus.*
5 *Afflict.deciſ.* 190.*fundata in d.l.pupillus non obſtat in noſtro caſu.*
6 *Creditoris confeſſioni in ſuſpectis non ſtatur.*

Pro Baptiſta Scoppa, contra Accardos.

## *ARGVMENTVM.*

*Anterior creditor quando poſſit auocare pecuniam à creditore vigilante exactam.*

## CONSILIVM LXIV.

FRANCISCVS Antonius Accardus filius, & hæres quõdam Simeonis Accardi, de Anno 1583. fecit ceſſionem bonorum in beneficiũ ſuorum creditorum, & facta graduatione creditorum patris, & filij. Euenit, quod poſterior creditor exegit, quæritur num eius diligentia adiuuetur, ne reſtituere anterioribus teneatur, & quod omninò diligentia in caſu noſtro non proſit probatur.

Primò, quia ſic eſt declaratum per decretum Magnæ Curiæ Vicariæ poſt graduationem tranſactam in rem iudicatam audito, & condemnato Iacobo de Amore.

1 Secundò, † quia poſt ceſſionem bonorum communis debitoris, & graduationem factam inter creditores, non habet locum, *l.pupillus* ff.*quæ in fraud.credit.* vt potior ſit conditio vigilantis, nec poſſunt creditores propria authoritate bona, & nomina debitorum ſibi appropriare,
2 ſed decreto † Iudicis bona ipſa debẽt eis adiudicari facere, vel vendere, alias creditores tenerentur, *l. Iulia de vi public. text. inſignis in l. legis Iuliæ* C. *qui bonis cedere poſſunt,* cuius litera dicit: *Non tamen creditoribus ſua authoritate, diuidere hæc bona, & iure dominij detinere, ſed venditionis remedio:* Immò etiam circunſcripta ceſſione præoccupatio, de qua in
3 *d. l. pupillus* non habet locum, † quando omnes creditores pariter inſtant, tunc non licet ſoluere, & ſolutum reuocatur, *l.ſi non expedierit* §.*ſi pupillus verſ. quod ſi vtroque inſtante tibi gratificatus eſt ff. de bon. auth. iudic.poſſ. latè Alexand.in l.final.* §.*& ſi præfatam num.*8. C.*de iure deliber. poſt Bartol. & Bald.* nec obſtat *Afflict.deciſ.*190. quia ipſa, *& d.l.pupil-*
4 *lus* habent locum, † quando ſolutio eſt facta vni vigilanti, alijs negligentibus, ſecus quando omnes pariter inſtabant in iudicio, tunc non habet locum præoccupatio, ſic limitat diſtinguendo, & concordan-

cordando opiniones *Brun. in tractatu de ceſſione bonorum in fine q. 24. num. 7. verſic. ſolutio, & latè Benuen. Strac. in tract. de mercat. in vltimo articulo num. 28. & ſeq. in tit. de decoctor. qui num. 30.* dicit, ſed licet Neapolitani Conſilij ratio, & authoritas me magnopere mouerit, non tamen à *Ioanne Andreã, & cæteris legum prudentum verticibus* diſſentio, eſt enim à frequentioribus receptum in fa-
5 cto propoſito, † quod ſolutum eſt, reuocari poſſe, & meo quidem iudicio lege clara ſancitum eſt, *vt patet in l. fina. §. & ſi præfatam verſ. ſin verò creditores, & verſ. ſeq. C. de iure deliber.* & ex alijs iuribus, rationibus, & authoritatibus, hoc firmat *Vrſill. ad dict. deciſ. Afflict. poſt num. 5.* ſed caſus noſter eſt extra omnem dubitationem, cum pecunia colluſiuè ſit
6 ſoluta, † & in his ſuſpectis ſolutionibus exactioni creditoris non ſtatur, *Paul. de Caſtro in l. facta §. hæres ff. ad trebell.* vndè nè dùm dictum depoſitum integrũ eſt liberãdum anterioribus; ſed condemnandus eſt Iacobus de Amore poſterior, qui exegit ſic colluſiuè ad depoſitandam pecuniam habitam, vt anterior ipſe de integro ſuo credito ſatisfieri poſſit.

*Ita per Sacrum Conſilium fuit iudicatum in banca Iubeni.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
2 *Inſtrumentum facit notorium, ſicut ſententia.*
3 *Partis agnitio arguit agnitionem totius.*
4 *Partem ſoluens, non videtur ſoluere totum.*
5 *Debitum ex contractu ſolutionem per contractum, vel per quinque teſtes requirit.*
6 *Præſumptio tollitur conſtito de initio per ſcripturam.*
7 *L. procula ff. de probationibus, declaratur.*
8 *Longi temporis curſus, quandoq; eſt annorum quadraginta.*

## Pro magnifico Laurentio Ventura, contra Æconomos Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ huius Ciuitatis Neapolis.

## ARGVMENTVM.

*Debitum ex contractu, quando longi temporis taciturnitate præſumatur ſolutum.*

## CONSILIVM LXV.

MAGNIFICVS Laurentius Ventura vti filius, & hęres quondam magnifici Alphonſi Venturæ, dimittendo eius primum libellum maioris ſummæ petit condemnari Aeconomos Sacri Hoſpitalis Sanctiſſimę Annũciatæ huius Neapolitanæ Ciuitatis, tanquam hæredes, & poſſeſſores bonorum quondam magnificorum Antonij, & Rafaelis de Zurulo debitorum, ad ducatos centum ſexaginta ſex, tarenos tres, & granos ſex, cum intereſſe debitos ex reſta ducatorum quingentorum, & aperto iure pronunciari in eius fauorem debet, cum ſuum fundet creditum per inſtrumentum productum, in quo omnia bona dictorum de Zurulo ſunt obligata, ex quo inſtrumento habemus probationem
1 probatam, † ſecundum *Bald. in l. quoties C. de iudic. quem ſequitur Iacob. in rubrica verſ. & aduerte, ibi, in fine ff. de probation. plura ponit Ludou. in deciſ. 82. col. 2. verſ. pro parte, & in deciſ. 26. num. 13.*
2 *verſ. exemplum.* † Item inſtrumentum inducit notorium, ſicut ſententia, notat *Bartol. in l. 1. in prima oppoſitione ff. de nou. oper. nunciat. allegat concordantia Rota Bonon. in deciſ. 213. colum. 2. verſic. tandem, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 391. num. 7. D. de Franch. deciſ. 279. num. 1.* Reſtat ſolum difficultas, quia pro parte Sacri Hoſpitalis producitur partita ſolutionis

Digitized by Google

nis per bancum ducatorum quinquaginta ſeptem, tareni vnius, & granorum ſexdecim ad complementum debiti Rafaelis, de quibus dicit eodem die quietaſſe in Curia Notarij Alphonſi Fontanæ. Ad hanc aduerſariam prætenſionem Laurentius ipſe adducit inſtrumentum dictæ quietationis, ex quo apparet ſolutionem ipſam eſſe ad complementum ducatorum centum octuaginta trium debitorum portionis ducatorum quingentorum tangenti dicto Rafaeli, & di-
3 cit, † quod partis agnitio, agnitionem totius arguit, iuxta doctrinam *Bart. in l. ex duobus in l. ſi is fuit ff. de legat. 2.* hoc quidem non eſt præſumendum, ſed benè
4 fatendum, † quod qui ſoluit partem non videtur totum ſoluiſſe, & ideò ad reſiduum agi poteſt, idem *Bartol. in l. in commodato §. duobus ff. commodat. Afflict. deciſ. 13. num. 12.* & ſic non ex hoc excluditur deberi dicto actori alias duas tertias partes dictorum ducatorum quingentorum, & ad eas agere non poſſe, maximè quod pars prædicta non fuit ei ſoluta, ſed magnifico Scipioni de Rubeis eorum Procuratori. Nec obſtare videtur aduerſarij Procuratorem voce dixiſſe ex ſpatio longi temporis ſolutionem iàm factam præſumi, quia de iure debi-
5 ti in ſcriptis per contractum, † vt in caſu noſtro, ſolutio ſimiliter per contractum fieri debet, vel præſentibus quinque idoneis teſtibus, vt firmant *Bart. & alij in l. teſtium C. de teſtib.*
6 † & conſtito de initio per ſcripturam tollitur præſumptio, quæ ex antiquitate oritur, *Dec. in authent. ſi quis in aliquo documento in ſeptima fallentia C. de edend.* & taciturnitas per diuturnitatem temporis, non petendo debitum non ſufficit, vt dicit *text. in l. libertis quos §. manumiſſis ff. de aliment. & cib. legat.* quod pro regula ponit *Roman. conſ. 517. num. 15. Iaſ. in l. quæ dotis num. 18. ff. ſolut. matrim.* vbi eam dicit eſſe* communem, *Gabriel Pontanus num. 8. & firmat Petrus Duen. in regul. 207. in principio,* nec impugnat *text. in l. procula ff. de probation.* qui *text.* ad hoc adducitur, quia ex eo apparet ad pro-
7 bādam ſolutionem † longi temporis ſpatium tantùm non ſufficere, ſed requiritur etiam ſanguinis proximitas, & ſæpè facta calculatio, firmat *Capyc. deciſ. 180. num. 15. Grammat. deciſ. 103. num. 39. circa medium, verſ. nec obſtat, Tiraquell. in tract. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. num. 24.* multos more ſolito congerit, quæ tria copulatiuè interuenire debent, vt de* communi opinione teſtatur *Petr. Duen. in dicta regul. 207. num. 3. verſic. tertio fallit,* & cum in caſu noſtro ipſa tria non adſint, & vno deficiente prętenſa ex aduerſo præſumptio ceſſat, *Bartol. & alij in d. l. procula,* immò ſecundum* communem Doctorum opinionem in eadem
8 *l. procula* † longi temporis taciturnitas eſt annorum quadraginta, & dùm venditio fuit in anno 1534. ſolutio promiſſa in anno 1540. & debiti petitio in anno 1573. decurrerunt anni 33. tantum, vnde reiectis iàm contrarijs Laurentius obtinere debet. *Ita iudicatum fuit, vt ex proceſſu pęnes Iubenum in Sacro Conſilio.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Donatio per ſuperuenientiam filiorum reuocatur.*
2 *Donatio cauſa mortis reuocatur in vita, & quid in donatione titulo irreuocabili, & nu. 5.*
3 *Donatio omnium bonorum quando eſt prohibita.*
4 *Donatio inofficioſa, qualiter reuocetur.*
6 *Pater donans ſimpliciter, non præſumitur cogitaſſe de filijs.*
7 *Donans cogitando expreſſè de filijs, & dicens nolle reuocare, non reuocat.*
8 *Lex ſi vnquàm fundàtur in præſumpta mente donantis, ſed quando conſtat de contraria, lex ipſa non obſtat.*
9 *Lex ſi vnquàm non habet locum in donatione ob cauſam ſeruitiorum, & meritorum.*
10 *Donatio propter merita, quando valet, poſito quod merita per ſolam aſſertionem donantis appareant, & nu. 11.*

12 Do-

Digitized by Google

12 *Donatio cauſa mortis per promiſſionem de non reuocando, efficitur irreuocabilis.*

13 *Mortis mentio cauſa demonſtrandi tempus, non facit donationem reuocabilem.*

14 *Donatio, in qua non amittitur facultas teſtandi, valet, & non reuocatur.*

15 *Querela inofficioſæ donationis non competit, quando filijs eſt reſeruata legitima.*

Pro Domino Mario Carrafa, contra Dominum Scipionem Carrafam eius patruum, eiuſquè filios, & hæredes.

## ARGVMENTVM.

*Donatio facta nepoti ob merita, & ſeruitia, an per ſuperuenientiam liberorum reuocetur.*

## CONSILIVM LXVI.

ADuerſus donationem factam per Dominum Scipionem Carrafam Domino Mario Carrafæ eius nepoti ex fratre, plura opponuntur.

Primò, quod tempore donationis Dominus Scipio filios non habebat, ob
1 quod per ſuperuenientiam fuit reuocata, per *text. in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.*

2 Secundò, † fuit donatio cauſa mortis, quæ reuocatur in vita, prout Dominus Scipio voce reuocauit, & proindè non valere, per *text. in l. mortis cauſa la quarta ff. de reuoc. donat.*

Tertiò, tempore donationis Dominus
3 Scipio erat pauper, † & ſic donauit omnia bona ſua, quod eſt prohibitum, *l. Stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* & eſt * communis opinio per *Bald. in cap. in præſentia num. 36. de probat. Roman. conſ. 171. nu. 1.*

4 Quartò, † donatio ipſa in caſu præſenti poteſt dici inofficioſa, & facta extraneo, & ſic reuocatur in totum, *Gloſſ. & Doctores in l. 1. C. de inoffic. donat.*

Licet prædicta prima fronte obſtare videantur, tamen contraria ſententia eſt
5 verior, † nā cum dicta donatio ſit irreuocabiliter inter viuos facta, nō reuocatur, *l. perfecta C. de donat. quæ ſub mod. ibiquè Gloſ. & Doctores.* Nec obſtat, quod libe-
6 ros indè ſuſcepit: † nàm aliquando donans poteſt cogitare, ſe poſſe liberos habere, & tamen ſimpliciter donat, & tunc non præſumitur in dubio cogitaſſe, & reuocatur donatio per *d. l. ſi vnquàm, ſecundum Bartol. &* * *communiter Docto-*
7 *res in l. Titia ff. de legat. 2.* † Aliquando quis veriſimiliter poteſt filios habere, & de eis cogitat, & tunc expreſsè dicit, quod non vult reuocare, & non reuocat, ſecundum *Bartol. &* * *communiter Scribentes in d. §. Imperator, Bald. in l. 1. C. de reuoc. donat. Soccin. conſ. 126. nu. 8. lib. 3.* & hæc eſt * communis opinio, & ita iudicarem dicit *Iul. Clar. in §. donatio q. 22.*

8 Nàm diſpoſitio *l. ſi vnquàm,* † fundatur in præſumpta mente donantis, quæ ceſſat, vbi de contraria eius mente apparet expreſsè, quia in ſpetie renunciauit diſpoſitioni *d. l. ſi vnquam,* donatio ipſa non reuocatur, ex quo proculdubio potuit pater in ipſius filiorum præiudicium renunciare diſpoſitioni *d. l. ſi vnquam,* quam opinionem dicit eſſe * communē, *Soccin. conſ. 147. num. 17. lib. 1. & in conſ. 163. num. 13. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Natta in conſ. 125. nu. 1.* & cum hac ſententia tranſit *Iul. Clar.* dicens hāc veriorem opinionem, quàmuis dictus articulus ſit valdè dubius, & periculoſus in *d. q. 22. verſ. tertio infertur.*

9 Inſuper *d. l. ſi vnquàm,* † non habet locum in donatione ob cauſam ſeruitiorum, & meritorum, vt eſt * communis opinio, ſecundum *Soccin. in l. 2. ff. ſolut. matrim.* Nàm huiuſmodi donatio cum habeat cauſam annexam, non fundatā in ſola liberalitate, non debet propter aliquid, quod ſuperueniat reuocari, & quia
10 propter merita eſt, † valet ſi de ipſis

meritis aliter, quàm per aſſertionem donantis non appareret, cum non ſit neceſſe ad ipſius validitatem, quod merita ipſa probentur, & hanc eſſe * communem opinionem dicit *Bertrand. in conſil.* 115. *poſt num.* 1. *lib.* 5. dummodò non ſit donatio inter perſonas prohibitas: nàm in eo caſu, non ſtatur aſſertioni donantis, ſed requiritur probatio meritorum, ita dixit *gloſ. final. in l. ſi donatione C. de collation.* quam dicit eſſe * communiter approbatam *Bellon. conſ.* 74. *num.* 5. *Bertrand. conſ.* 133. *num.* 22. *lib.* 5. † atteſtante igitur donatore merita præceſſiſſe, ſtandum eſt aſſertioni donantis, in quo caſu etiam non attenditur, an merita æquiualeant donationem, vel nè, ex quo nullis ſubſiſtentibus meritis donatio valet, & in hoc nulla eſt controuerſia, refert *Iul. Clar. in* §. *donatio q.* 3. *in fine*, tanto fortius, quod in caſu noſtro merita præceſſiſſe probantur.

Nec obſtat ſecundo, quod dicta donatio fuit cauſa mortis, & fuit reuocata, quia fuit inter viuos, & irreuocabiliter facta: † nàm per promiſſionem de non reuocando cenſetur donatio inter viuos, vt in *l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſa mortis*, vbi legitur: *Vbi ita donatur mortis cauſa, vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi magis eſt, quàm mortis cauſa donatio, & indè haberi debet, atque alia quæuis inter viuos donatio, vbi Gloſ. & Doctores, Grammat. deciſ.* 73. *num.* 12. *Boer. deciſ.* 353. *tangit Afflict. deciſ.* 338. *num.* 5. *in fine, Loffred. conſ.* 5. *primo dubio, & conſ.* 9. *in principio, Bertrand. in conſil.* 138. *num.* 12. *lib.* 2. *allegat.* & eſt * communis opinio, vt dicit Couarru. *in rubrica de teſtament. part.* 2. *poſt num.* 11. & *Natta conſ.* 104. *nu.* 6. *& ſeq.* dicit, quod in hoc neminem reperit contradicentem: nec enim, quia facta eſt mentio mortis impugnat, quia vera concluſio eſt, quod non dicitur donatio cauſa mortis, † quãdo apponitur hoc verbum pro demonſtratione temporis, donec donatio eſt habitura effectum, *Gulielm. Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verſ. teſtamentum il quarto in 2 limitat. fol.* 187. & ita deciſum refert *D. Vincent. de Franch. in eius deciſ.* 213. *nu.* 6. *&* 8.

Tertio, & vltimo, non obſtat, quod dicatur facta donatio omnium bonorum, vel maioris partis, quod negatur, quia non donauit omnia bona præſentia, & futura, ſed ducatos mille tantùm, poſt eius mortem, quo tempore remanſerunt in hæreditate ducati duo mille, & plus, vt ex inuentario, ex quo infertur, quod quando non adimitur † facultas teſtandi, talis donatio non reuocatur, & valet *Bartol. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta num.* 6. *ibiq; Iaſ. num.* 16. dicit, quod ſequuntur *Scribentes*, & eſt * communis opinio, *Boer. deciſ.* 355. *num.* 3. *& Viuius in lib.* 4. *commun. opin fol.* 68. *verſ. donatio*, loquentes in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, reſeruato vſufructu, & ſic in fortiori caſus noſtri, vbi de fructibus, & de alijs ducatis mille vltra donatos teſtari poterat, & ſic valida, vt dictum eſt, & vltra præcitatas authoritates, *& Doctores omnes in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, Ruyn. conſil.* 178. *num.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 13. *num.* 3. *lib.* 2. *Roman. conſ.* 26. *in principio*, dicit nulla dubitatio eſſe poteſt, quin valeat, etiã præſentium, & futurorum, dùm aliquid reſeruetur pro facultate teſtandi, vbi *Mandoſ.* addens confirmat, & * communem dicit per ferè *colum. ibi litera A*, quam * communem latè proſequitur, & tuetur *Molin. de primogen. hiſpan. lib.* 2. *nu.* 20. † Amplius dico, quod non competit querela inofficioſę donationis, quãdo filijs eſt reſeruata legitima, *Gloſ. & Doctores in l. ſi totas, cum l. ſeq. C. de inofficioſ. donat. vbi Gloſ. & Doctores*, loquentes in proprio noſtro caſu, quod quando donatio eſt facta extraneis, per ſuperuenientiam filiorum reuocatur, vſque ad legitimam, *l.* 1. *C. de reuocand. donation. Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam in verbo libertis num.* 33. & ſic ex prædictis concludo dictam donationem ducatorum mille, eſſe validam, & vigore ipſius, in qua adſunt clauſulæ obligatoriæ, præcarium, & conſtitutum. Dominum Marium debere obtinere, & pro ipſa

Marginal numbers: 11 (beside "trand. conſ. 133"), 12 (beside "facta: † nàm"), 13 (beside "non dicitur donatio cauſa mortis"), 14 (beside "quando non adimitur"), 15 (beside "nu. 20. † Amplius").

Digitized by Google

ſa ſumma ſibi præſtari aſſiſtentiam ſuper bonis in iudicio deductis, vt eſt petitum.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor debet prius agere contra principalem debitorem, & poſtea contra indemnitatis promiſſorem.*

2 *Creditor ſi aliundè eſt ſibi conſultum, non debet agere contra indemnitatem promittentem.*

3 *Excuſſio fallit in pluribus.*

4 *Nullitatis exceptio propoſita ſuſpendit, & deciſa perimit.*

5 *Nullitas principalis contractus inualidat indemnitatem.*

6 *Dies interpellat pro homine.*

7 *Indemnitatis promiſſor facto aliquo impeditus, non eſt in mora, & ſoluere non debet.*

8 *Moram non contrahit, qui iuſtè litigat.*

9 *Mora non contrahitur ſine culpa.*

10 *Exceptiones rei competunt fideiuſſori, & promiſſori.*

11 *Nullitatum deciſione pendente conuentus non moleſtandus.*

12 *Pragmatica, ſiuè ſtatuta non extenduntur vltra caſum, de quo loquuntur.*

Pro Domino Pompeo Seripanno, contra creditores Don Ioannis de Marra.

*ARGVMENTVM.*

*De excuſſione principalis debitoris facienda, antequam agatur contra fideiuſſorem, ſiuè indemnitatem promittentem, qui facto aliquo impedito non eſt in mora.*

CONSILIVM LXVII.

Dominum Pompeum Seripannum ad petitum intereſſe ratione indemnitatis factæ Domino Ioanni de Marra, ex pluribus non teneri probatur.

1 Primò, † quia creditor prius contra principalem debitorem agere debet, & poſtea contra fideiuſſorem, ſiuè indemnitatis promiſſorem, *per text. in authent. de fideiuſſ. & mandat. §. 1. ibi: Vt creditores primo loco conueniant principalem, neque negligens debitoris interceſſoribus moleſtus ſit, ſed veniat primum ad eum, qui aurum accepit, debitumq; contraxit, vbi*
2 *Gloſ. & Doctores,* † cùm ſi aliundè conſeruari poteſt, ideſt indemnitatem conſequi, non poteſt contra indemnitatem promittentem agere, etiam in Fiſco dicit *text. in l. 1. C. de conu. fiſc. deb. lib. 10. Ibi re promiſſa Fiſco indemnitate eos priori loco conuenire, qui reliqua contraxerunt, per quem text. ita firmat Bart. in l. quaro in principio ff. locat. & ex Angel. in l. final. ff. ſi cert. petat. Bald. & Salycet. in l. ſi pro eadem C. mandat. idem voluit Afflict. in deciſ. 518. nu. 2. & ibi Vrſill. & Piſan. Capyc. in deciſ. 54. & vtrobiquè addit. ac Alexand. conſ. 114. num. 2. lib. 3.*
3 Licet concludat, † quod fallit in debitore notoriè non exiſtente ſoluendo, & in contractu appoſito præcario, & conſtituto, & in Fiſco, quæ cum non ſint in caſu noſtro, vbi adeſt ſimplex indemnitas de ſoluendo certum intereſſe, vndè concluditur principalem creditorem debere prius experire contra principalem debitorem, & poſtea contra indemnitatem promittentem.

Secundò, D. Ioannes mouit litem contra principalem creditorem ſuper inualiditate, & nullitate contractus, & ſic eſt videndum, ſi contractus eſt nullus, & interim Dominus Pompeus non debet
4 vexari, † quia exceptio nullitatis, quamprimum fuerit propoſita, antequàm declaretur, regulariter deuoluit, & ſuſpendit; poſt ipſius autem declarationem verè, & naturaliter perimit, & facit, quod actus factus habeatur pro non facto, *l. 1. in fine, & 2. ff. de auth. tutor. l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogant. l. de ætate §. quod ait prætor ff. de interrog. action. cap. 2. de tranſlat. prælat. clement. 1. de immunit. ec-*

*eccleſiaſt.cap.Imperialis* 25.*q.*2. *l. non du-*
*bium C.de legib.Vant.in tract.nullit. de*
*nullit.quoties,& intr.quod temp.num.*16.
5 *fol.*65. *à tergo*, † & dum principalis con-
tractus eſt nullus, indemnitas, ſiuè fide-
iuſſio non valet, *l.ſi quis pro eo* ff.*de fide-*
*iuſſ.notat Couarr.in repet.cap.quamuis* 1.
*par.*§.2.*nu.*3.*de pact.*

Tertiò, licet in contractu indemnita-
6 tis adſit dies ſolutionis,† quæ pro homi-
ne interpellat, *l.magnam C.de contrahen.*
*& committ. ſtipul. l. traiectitiæ* §. *de illo*
ff.*de action. & obligat.* Tamen quia Don
Ioannes principalis debitor mouerat li-
tem contra principalem creditorem, ſu-
per inualiditate principalis contractus
debiti, Dominus Pompeus ſoluere non
poterat, nec debebat, cum non fuerit in
mora, iuxta *text.in l.cum quidam* §.*ſi pu-*
7 *pillo ff.de vſur.ibi:*† *Quid enim potuit im-*
*putari ei, qui ſoluere etiam ſi vellet, non*
*potuit, & in l.ſciendum eodem titulo* legi-
tur: *Vel exceptio aliqua allegatur mora*
*facta non videtur, & ad idem eſt text.in*
*l.final.in fine ff. de adminiſtr. rer. ad ci-*
8 *uit.pertin. vbi Gloſ.& Doctores*, † & ille
videtur propriè moram non facere, qui
iuſtè litigare maluit, à contrario ſenſu
*l. nemo* §.*ſi poſt moram in fine ff. de ver-*
*bor.obligat. l.tutor, qui poſt* §. *tutor datus*
*ff. de adminiſtrat. tutor.* Nec aliquam
moram feciſſe videtur ille, qui iuſtè in
iudicium prouocauit, dicit & firmat *Ol-*
*drad.conſ.*270.*nu.*6. Tanto magis, quia
non ipſe, qui indemnitatem promiſit, ſed
principalis debitor, contra principalem
creditorem, ad reſciſſionem contractus
9 egit: † ex quo cum non ſit in culpa, nec
in mora ſoluendi, iuxta *text. in l.*3. §.*ſi*
*quis paratus ff. quod vi, aùt clam, ibi: Si*
*quis paratus ſit, ſe iudicio defendere ad-*
*uerſus eos, qui interdicendum putant, ne*
*opus fiat, an videatur detinere vi facere?*
*& magis eſt, vt deſinet*, vndè cum Domi-
no Pompeo indemnitatem promittenti,
10 ſeù fideiubenti competant † exceptio-
nes, etiam inuito reo, vt eſt *text. in l. ex*
*perſona rei* ff.*de fideiuſſ.* cuius litera dicit:
*Ex perſona rei, & quidem inuito reo, ex-*
*ceptio, & cætera rei commoda fideiuſſori*,
*cæteriſq; acceſſionibus competere poteſt*,
*& ibi per Gloſ.& Doctores*, & Don Ioan-
nes principalis debitor præuenit credito-
rem de annullando contractum, penden-
11 te tali nullitatis declaratione, Dominus
Pompeus moleſtari non debet, vltra præ-
dicta in fortiori caſus noſtri, dicit *Ma-*
*rant.in ſuo ſpecul.aur.par.*6. *act.*8. *num.*
26. qui in præuentione aduerſus liqui-
dationem inſtrumenti via ritus loquitur,
& licet dicat adeſſe *Pragmaticam*, quæ
in talibus præuentiones tollit. *Pragma-*
*tica* ipſa habet locum in caſu ſuo, ideſt
in præuentione liquidationis inſtrumen-
ti, & cum nos non ſimus in eo caſu, ſed
diuerſo, ſcilicèt in ordinario iudicio, non
12 debet extendi, † quia *Pragmatica* ne-
dùm de caſu ad caſum non extenditur,
ſed nec ad caſum fictum, *ad text. in l.*3.
§.*hæc verba ff.de negot. geſt. Afflict. de-*
*ciſ.*21.*num.*10.*& planè Bartol.in l.*1. §.
*lex falcidia* ff. *ad leg.falcid. & ibidem*
*plures caſus diſtinguit ibidem Imol. poſt*
*num.*8.*verſ.ſi verò eſſent contra ius, quem*
*ſequitur Alexand. eodem in loco num.*9.
*verſ.ſi autem loquimur in ſtatuto, & Iaſ.*
*num.* 170. *qui alios adducunt*, & proin-
dè Dominum Pompeum non moleſtari
debere, nec poſſe, concludo ex prædi-
ctis.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Maritus fructus dotium in vxoris præ-iudicium relaxare, vel cedere non poteſt, & nu.*28.
2 *Dos non eſt propriè in bonis mariti.*
3 *Dos non computatur in boni viri.*
4 *Alienare verbum, largè intelligitur.*
5 *Maritus ſeruitutem fundo dotali imponere non poteſt.*
6 *Maritus in deterioratione fundi dotalis, tenetur de dolo, & l.aquil. nu.*7.
8 *Dos licet ſit profectitia, tamen acquiritur filiæ, quo ad dominium, & poſſeſſionem.*
9 *Mulier reſtituitur in læſione dotis, tanquàm læſa in proprijs bonis.*
10 *Mulier reſtituitur in ſeruitute amiſſa facto mariti, etiam contra Fiſcum.*

10 Po-

Digitized by Google

11 *Pactum patris non nocet filiæ in actione de dote.*
12 *Maritus quaſi dominium dotis habet, de iure ciuili.*
13 *Vxor eſt dotis Domina, de iure naturali.*
14 *Ius naturale potentius eſt, iure ciuili.*
15 *Vxor habet poſſeſſionem dotis particulariter, etiam quo ad fructus.*
16 *Pactum in dote ſoli viro, non autem etiam vxori præiudicat.*
17 *Maritus conditionaliter fructuum dotis eſt Dominus.*
18 *Maritus de fructibus dotis in vxoris præiudicium diſponere non poteſt.*
19 *Fructus ſunt pars ſoli.*
20 *Principale ſi non tenet, vel eſt extinctum, acceſſorium nec tenet, & eſt peremptum.*
21 *Mariti diſpoſitio de dote adeò inualida, quod maritus ipſe contra factum proprium venire poteſt.*
22 *Fructus dotis oneribus matrimonij deſeruire, Reipublicæ intereſt.*
23 *Mulier fragilitate naturæ in repentinam inopiam deduci non debet.*
24 *Finalis cauſa in omnibus contractibus attendenda.*
25 *Finalis cauſa fructuum dotis eſt, vt de eis maritus, vxor, & filij alantur.*
26 *Ratio, quæ de toto eſt ad totum, eadem de parte eſt ad partem.*
27 *Pater dilationẽ reſtituendæ dotis in præiudicium filiæ concedere non poteſt.*
29 *Gener ſi reſtituit dotem ſocero, ignorante filia, non eſt liberatus.*

Pro Domina Beatrice Ceuli, contra hæredes quondam D. Leandri Ceuli Romani.

## *ARGVMENTVM.*

*An maritus in præiudicium vxoris partem fructuum dotium ſocero relaxare potuerit: & an ſit dotium, & fructuum Dominus.*

## CONSILIVM LXVIII.

VLtra doctè ſcripta per Dominum Collegam, addo, maritũ ante matrimonium quintã partem fructuum dotium per albaranum ſocero, in præiudicium vxoris promittere, & relaxare non potuiſſe.

1 Primò, † quia maritus rei dotalis propriè Dominus non eſt, *l. Pomponius* §. *in dotem* ff. *de acquirend. poſſeſſ. l. ſciendum* §. *ſi fundus* ff. *qui ſatiſdar. cogant. l. Lutius alias incipit, cum qui* §. *idem reſpondit* ff. *ad municip.* qui *text.* elegãter dicũt, quod licet dos ſit in bonis mariti, ſi tamen maritus vocetur ad aliqua munera accepto modo ſubſtantiæ, dos non computa-
2 bitur: † quaſi dicat, quod licet dos ſit in bonis, non propriè dicitur eſſe mariti, ſeù de eius ſubſtantia, & probatur euidenter in *l. in rebus C. de iure dotium*, quæ dicit, quod licet legum ſubtilitate res dotales tranſeant in matrimonium, non tamen ob hoc deletur, & confunditur rei veritas: quaſi dicat, quod veritate inſpecta, propriè loquendo, non ſunt viri; ideò ſi ſtatutum velit, quempiam ad
3 aliquod officium non vocari, † niſi habeat mille, non computabitur dos per illum, §. *idem reſpõdit*, & cum maritus non ſit propriè Dominus rei dotalis, aliena-
4 re non poteſt; † quod verbum alienare largè intelligas, ſiuè dominium mutetur, ſiuè ius alijs conſtituatur, dicit *gloſ. ibidem in verſ. alienare, per text. in l. final.* ff. *de reb. alien. non alienand.* §. *alienationes colum. 2. authent. de non alien. l. Iulianus, cum l. ſequent.* ff. *de fund. dot.* vbi di-
5 citur, † neque ſeruitutes fundo dotali maritum imponere poſſe, nec obligare, & per *Alexand. in l. ſi conſtante* §. *maritus in fine ſolut. matrim. hoc confirmatur per text. in l. diuortio, alias Papinianus* §. *ſi fundum in fine,* ff. *ſolut. matrimon. vbi legitur: Puto autem ſi arbores ceduæ fuerint, vel germinales dici oportet in fructus*
6 *cedere, ſi minus, † quaſi deteriorem fundum fecerit, maritus tenebitur; vbi Gloſ.*



Digitized by Google

in dicto verbo tenebitur, dicit actione de-
dote, l.ſi maritus §.final. de iure dotium,
l.ſi ex lapidicinis ad l.aquil. & l.ſi ſeruus
7 ſeruum §.ſi maritus eodem:† nàm contra
Dominum non datur actio legis aquiliç,
ſed Domino ſic, l.item mela §.legis ff. ad
leg.aquil.& iſtam putat eſſe veritatem,
Conſtant.Roger.in tract.de dot.§.13.fol.
mihi 344. à tergo.

Secundò, mulier habet priuilegium,
8 vt licet dos † ſit profectitia à patre, ta-
men acquiritur ipſi filiæ quo ad poſſeſ-
ſionem, & dominium, l. Pomponius Fila-
delphus ff. famil. erciſcund. quod non eſt
in alijs profectitijs, l.cum oportet in prin-
cipio C. de bon. quæ liber. & ita vult Sa-
lycet.in rubrica C.de priuileg. dot. & mu-
9 lier habet reſtitutionem,† ſi in dote con-
tingat læſio, quaſi læſa in proprio patri-
monio, l.3. §.ſed vtrum ff.de minor. ipſi-
10 què mulieri † datur actio ad reſtituendã
ſeruitutem amiſſam facto mariti, etiam
contra Fiſcum, ff. de fund. dot. l.ſi mari-
tus, & dùm dictum albaranum factum
fuit per patrem dictæ Dominæ, ceſſio fru-
ctuum effectum habere non debet, ſtante
11 priuilegio mulieris in dote, † quod pa-
ctum patris, filiæ non nocet, in actione
de dote, l.2.C.de pact.cõuent.& ibi Bart.
& Bald. qui dicunt hoc eſſe notabile,
12 & licet maritus ſit † Dominus dotis, nõ
verè, vt prædiximus, eius quaſi domi-
nium habere prætenditur de iure ciuili,
§ accidit aliquando inſtit. quib. alien. lic.
13 vel non, † ſed vxor eſt dotis Domina,
de iure naturæ, ad text.in l.in rebus C.de
iure dotium, ibi: Cùm eædem res ab initio
vxoris fuerint, & naturaliter in eius per-
14 manſerint dominio. † Quod ius naturale
potentius eſt iure ciuili, §.minus ergo in-
ſtit.de hæredit.quæ ab inteſtat.defer. Im-
15 mò & ipſa † mulier poſſidet, dicit text.
in l.aſſiduis circa medium C. qui potior.in
pignor.habea.vbi legitur: Oportebat enim
diſponi maritum creditoribus ſuis, ex ſua
ſubſtantia ſatisfacere, non de dote mulie-
ris, quàm ad ſuos victus, ſuaſq; alimo-
nias mulier poſſidebat, vel à ſe ipſa dota-
ta, vel ab alio, & hic apertè videtur, quod
text. ipſe loquitur, etiam in fructibus,
quia proprietas, vt pro alimentis deſer-
uiret non datur, & gloſ.in verbo poſſidet
in fine, verſ.dic ergo poſſidet, ideſt poſſeſ-
ſionis, vel quaſi, quomodo gaudet, & ge-
neraliter concludit Ioannes Campeg.in
16 tractatu de pact.dot. q.1. in fine, † quod
ſi pactum ad præiudicium mariti fiat, va-
let, ad præiudicium autem vxoris nun-
quám valet, vt in l.actillicinius l.de die,
vbi gloſ.& Salycet.cum duobus alijs ll.ſeq.
ff.de pact.dot.

17 Tertiò, † licet maritus dicatur Domi-
nus fructuum dotis, iuxta text. in l.pro
oneribus C.de iure dotium. Tamen hoc in-
telligitur conditionaliter, non autem
ſimpliciter per illud aduerbium appoſi-
tum in præallegata l. pro oneribus, ibi:
Dummodò pro oneribus matrimonij, quod
aduerbium diſpoſitionem ſuſpendit, &
ita facit conditionem in l.1. nu.22.ff. de
18 condit.& demonſtrat. † & proindè mari-
tus diſponendo de fructibus dotis, ipſam
dotis conditionem deteriorare videtur;
quod in vxoris præiudicium facere non
poteſt, l.ſi conuenerit ff.de pact.dot. etiam
19 quia fructus † pars ſoli eſſe cenſentur, vt
in l.fructuum ff.de re iudic.notat Bald. in
cap.1. in principio 3.colum. de pac.ten. &
quando non eſſent pendentes, non poteſt
maritus in præiudicium vxoris diſpone-
re, ſicut nec de principali, per id quod di-
cit Bald. in l.ſi is quem C. de præd. min.
20 vbi ſi non tenet principale, † non tenet
acceſſorium, & extincto principali, depẽ-
dentia, ſiuè acceſſoria pereunt, vt dicit
idem Bald. in cap.1. de vaſſall. decrepit.
21 ætat. † & adeò non valet diſpoſitio ma-
riti, quod contra factum proprium veni-
re poteſt, l.quemadmodum C.de agric. &
cenſit.lib.11. l.in rebus C.de iure dotium,
etiam ſi iuramento vallatum eſſet, reuo-
catur, cap. non eſt obligatorium de regul.
22 iur. in ſexto, eo maximè, † quia intereſt
Reipublicç fructus dotis oneribus matri-
monij deſeruire, l.1.ff.ſolut.matrim.l.in
diem ff.de pact.dot. per rationem, nè con-
iuges, de quorum intereſſe tractatur, &
23 præſertim mulier,† fragilitate naturæ in
repentinam deducatur inopiam, l.1.§.
cum lex C.de rei vxor.act.† & attenden-

dam

Digitized by Google

24 dam eſſe cauſam finalem, † quæ in om-
nibus contractibus attendi debet, iuxta
25 *conſ. Soccin.* 151. *lib.* 2. † Cauſa finalis
dotis eſt, & de eius fructibus, maritus,
vxor, & liberi, ſi extant, alentur, quod ſe-
cus eſſet, ſi fructus abſtrahantur, quia fa-
me perirent, quod eſt euitandum, & ſi
dicatur hoc verum de omnibus fructibus
26 non obſtare, † quia eadem ratio eſt de
toto ad totum, quæ de parte ad partem,
*text. eſt in l. quæ de tota ff. de rei vendic.*
& ſic idem ius ſtatuendum, *l. illud ad l.*
27 *aquil.* Prædictis accedat, † quod ſi pa-
ter pro filia promiſit dotem cum dilatio-
ne, aliquorum annorum, & cum eadem
dilatione redderetur, quod tale pactum
in præiudicium filiæ non valet, iuxta
*text. in l. aliud ff. de pact. dot. notat Bald.
Nouell. in ſeptima parte tractat. de dote
priuileg.* 11. *num.* 17. ſed in proprijs no-
28 ſtris terminis, † quod maritus fructus
dotis cedere non poſſit, eſt *text. in l.* 4. ff.
*de pact. dot. vbi legitur: Sed ita diſtingue,
vt ſiquidem fundum in dotem dederit mu
lier, ita vt maritus fructus redderet non*
29 *eſſe ratum pactum.* † Immò ſi gener re-
ſtituit dotem ſocero ignorante filia, non
eſt liberatus, ſed condicere poteſt, verba
ſunt *text. in l. qui hominem* §. *gener ff. de
ſolution.* vndè dicta filia nè dum obtinere
debet, vt in futurum fructus quintæ par-
tis dotis non ſoluantur patri, ſed exactos
pro præterito ſibi reſtitui, & ita ex præ-
dictis currenti calamo adductis mihi vi-
detur.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Legatares in teſtamento, ſi poſtea inter viuos eidem legatariæ donetur, per ſecundum teſtamentum, alio inſtituto non reuocatur.*
2 *Legata adempta in præſentia hæredis præſumuntur ad preces, & per metum adempta.*
3 *Legata facta Eccleſijs, & pro anima ſunt pia.*
4 *Legata pia abſquè ſpetiali reuocatione non reuocantur, & nu. ſeq.*
5 *Teſtamentum inter liberos non reuocatur, niſi ſpetialiter.*
6 *Argumentum de fauore piæ cauſæ ad fauorem liberorum valet.*
7 *Paragium, ſiuè dos eſt loco legitimæ.*
8 *Paragium, ſiuè dos, quod ſit legitima, pluries deciſum.*
9 *Fratres tenentur dotem dare ſorori, etiam caſtè viuenti, & non nubenti.*
10 *Fœmina, quia non admittitur cum maſculo, habet legitimam loco portionis legitimæ.*
11 *Frater, vt excludat ſororem debet dotare illam de bonis paternis, & maternis, abſquè onere, & nu.* 12. 13. *&* 14.
15 *Ratio excluſionis fœminarum eſt dos.*
16 *Dictio, cum, denotat cauſam finalem.*
17 *Ratio excluſionis contrariorum.*
18 *Mulier ſi excluditur debet habere paragium.*
19 *Mulier excluditur, dummodò infra ſextumdecimum annum maritetur.*
20 *Paragium, ſiuè legitima tranſmittitur, ad hæredes.*
21 *Paragium ſi non eſſet tranſmiſſibile, tolleretur, quod fieri non poteſt.*

### Pro Iulia Papara Templi Gubernatrice, & alijs legatarijs, contra Philippum, & Ioannem Petrum Gaiullos.

## ARGVMENTVM.

*Legatum factum in primo teſtamento, confirmatum per donationem inter viuos, per aliud teſtametum non reuocatur. Item paragium filiæ de bonis paternis, & maternis debitum transfertur ad hæredes, etiam quod non nubat.*

## CONSILIVM LXIX.

IN hac cauſa verùm eſt in facto, quod Victoria Gaiulla die 14. Iunij anni 1604. inſtitutis hæredibus dictis Philippo, & Ioanne Petro eius fratribus,

tribus, legata petita dictæ Iuliæ, & alijs actoribus reliquit pro eius anima, & die 18. eiuſdem omnia, quæ in dicto teſtamento legauerat dictis actoribus,& alios ducatos centum ſorori Agatæ Falconi, & poſt eius mortem in dicti Templi beneficium per contractum irreuocabilis inter viuos donationis dedit in ampliſſima forma, & demum conducta in domibus Fratrum, aliud fecit teſtamentum inſtituendo hæredes eoſdem fratres, nullam de legatis ipſis mentionem faciens, & proindè duo ſunt videnda.

Primùm, diſpoſitiones factæ per dictam Victoriam non nuptam an ſint validæ.

Secundùm, paragium an tranſmittatur ad hæredes non nuptæ,& de eo legata ipſa hæredes dare teneantur.

Quo ad primum dico. Primò, quod dum dicta Victoria quantitates contentas in ſuo primo teſtamento

1 † poſteà per contractum irreuocabiliter inter viuos in ampla forma donauit, talis contractus non reuocatur,vt eſt *text. in l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſ. mort. ibi: Vbi ita donatur mortis cauſa, vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi magis eſt, quàm mortis cauſa donatio, & indè haberi debet, atquè alia quæuis inter viuos donatio, ibiq; firmant Gloſ. & Doctores, Grammat. deciſ. 73. num. 12. Boer. deciſ. 353. Loffred. conſ. 5. primo dubio, & conſ. 9. in principio, Bertrand. conſil. ſiuè allegat. 138. num. 12. lib. 2.* & eſt * communis opinio, *vt per Couarr. in rubrica de teſtament. par. 2. poſt num. 11. & Natta conſ. 104. nu. 6. & ſeq.* dicit, quod in hoc neminem inuenit contradicentem.

Secundò, diſpoſitiones in ſecundo teſtamento ſunt inualidæ, & quæ in primo adſunt validæ ex pluribus.

Primò, quia quantitatis ipſæ donatæ fuerunt per contractum irreuocabilem inter viuos, vt fundatum eſt.

Secundò, condito primo teſtamento in ſacro Templo Victoria dubitabat de fratribus nè ſcirent,& reuocari facerent: Teſtes ſuper ſeptimo articulo fol. 22. 25. à tergo 26. 27. & 28. & teſtamentum ſecundum fecit in domo fratruum, de quibus valdè timebat, vt deponit Notarius,& Iudex, qui in ipſo ſecundo teſtamento interuenerunt fol. 20. & 30. ſuper octauo articulo, & legis præſumptione,

2 quādo † legata ſunt adempta in præſentia hæredis inſtituti, præſumitur ad preces,& propter metum illius, *Caſtrenſ. in authent. hac conſultiſſima §. at cum humana fragilitas C. de teſtament. Ruyn. conſil. 73. num. 5. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 169.* quod arguitur etiam, quia interrogata ſi aliud fecerat teſtamentum, negauit, vt deponunt idem Notarius,& Iudex, cum alio teſte teſtamentario, ſuper decimo articulo fol. 29. & 30. à tergo: vndè ſecundum teſtamentum, aùt fuit factum metu, aùt non ſtabat in recto ſenſu, dùm de præcedenti teſtamento non meminit.

3 Tertiò, † tractatur de legatis factis Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum Templo, eius confeſſori, & Moniali pro eius anima, quæ ſunt pia, *vt in authent. vt cum de appellat. cognoſ. §. illud quoque, ibi: Piæ animæ relaxentur, & notat Bald. in*

4 *authent. ſimiliter ad leg. falcid.* † & legata pia, abſquè ſpetiali reuocatione non reuocantur, *Nicol. de Neapol. in l. libertis §. proximis per illum textum ff. de alim. & cibar. legat. ſequitur Roman. in d. authent. ſimiliter Tiraquell. in tractatu piæ cauſæ priuileg. 19. cumulat Surd. in tractatu de aliment. tit. 9. q. 3. ac eſt text. in authent. hoc inter liberos C. de teſtament.*

5 vbi teſtamentum † inter liberos, cum duobus teſtibus factum, per ſecundum teſtamentum non reuocatur, niſi ſpeciali facta de eo reuocatione, ſic & in caſu pio

6 nō valet reuocatio, † niſi ſpetialiter fiat: nàm valet argumentum de fauore liberorum ad fauorem piæ cauſæ, *Caſtrenſ. in l. & iſta Epiſtola C. de fideicomm. Surdus in dicto tractatu de aliment. tit. 2. q. 15. num. 116. Menoch. in præſump. 166. num. 4. lib. 4.* ergo legata petita debentur.

Veniendo ad ſecundum, de quibus bonis non nupta diſponit, dico de paragio.



Digitized by Google

7 Primò, † quia paragium, ſiuè dos eſt loco legitimæ, vt voluit *Cyn. Bald. & Salycet. in l. ſancimus C. de nupt. Alber. de Roſat. in l. quoniam in prioribus C. de inofficioſ. teſtam. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. de ſtat. mon. in rubrica verſ. ſcire debes, Iſern. in conſtitut. Regni in aliquibus fol. 257. colum. 1. in fine, & in principio 2. colum. Napodan. in conſuetud. ſi moriatur verſ. eas autem, in verb. paragium, Afflict. deciſ. 160. vbi addit. Camerar. in cap. imperialem fol. 102. liter. L, Grammat. deciſ. 101. num. 45. Præſid. de Francb. deciſ. 61. nu. 5. Loffred. latiſſimè conſil. 26. qui num. 29.* diſtinguit, in quantum tangit legitimam, quám diſtinctionem ſequitur *Petr. de Gregor. de dote de paragio q. 39.* & abſque diſtinctione *Marãt. conſ. 43. num. 2. Lanar. conſ. 70. num. 4. Regens de Ponte conſ. 74. num. 5. de Anna pater allegat. 70. nu. 13. Conſiliarius Filius conſil. 6. num. 10. & conſ. 75. num. 8.*

8 Immò eſt legitima, † & bis ita iudicatum dicit *Maricond. in d. conſuetud. eas autem litera D, fol. 94.* & ibidem idem iudicatum firmat *Præſid. de Francb. litera F.*

9 Secundò, † dicti fratres tenebantur dictam Victoriam ſororem dotare, dotemq; præſtare, etiam quod caſtè vixerit, & non nupſerit, ſaltim de paragio, quod debetur filiæ ſicut portio hæreditatis, & ſine onere, vti legitima iure naturæ debita, & cum dicta *conſtitut. in aliquibus*, non ex beneficio patris, quia
10 fœmina † non admittitur, cum maſculo, habet legitimam loco portionis legitimæ, vt dicit *Iſern. in d. conſtit. ſuper verbo moriatur, verſ. non ergo fol. 253. colum. 1. & fol. 257. colum. 1. & ſeq. & fol. 259. colum. 1. num. 70. verſ. ſed filius poſt mor-*
11 *tem patris:* † vult quod filius, vt excludat ſororem, à ſucceſſione patris, & matris, debet eam maritare, & de bonis vtriuſque conſignare paragiũ, ſicut portionem legitimam abſque onere, *ad text. in d. l. quoniam in prioribus C. de inofficio. teſtament.* ibi: *Quodcumquè onus introduci tollatur, vbi Gloſ. & Doctores, & in l. ſancimus, §. ſancimus eodem* legitur: *Qualiſcumque cauſa interueniẽs aliquod grauamen imponat, vel in quantitate, vel in tempore hoc modis omnibus repleri, & noſtrum iuuamen purum filijs inferri, ibiq; Gloſ. & Doctores, & habetur in di-*
12 *cta conſtitut. in aliquibus,* † quæ maſculos præfert fœminis, & dicit: *Dùm tamen ſorores, aùt amitas, fratres, aùt neptes pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero ſecundum paragium habeant maritare,* quæ verba dum imponunt neceſſitatem eas maritandi cum
13 paragio, † ſiuè legitima, ſine onere ei debetur, vltra prædictos dicunt etiam in ſpetie *Afflict. deciſ. 306. nu. 1. per dictam l. quoniam in prioribus, Capyc. deciſ. 176. num. 10. Grammat. d. deciſ. 101. num. 21. Præſ. de Francb. deciſ. 525. num. 20.* vbi
14 ſi cum onere relinquatur, onus reijcitur per *d. l. ſcimus, Molin. de primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 1. num. 32. verſ. vlterius etiam cum ſeq. Iaſ. in l. ſi pater 12. colum. verſ. in vltim. part. gloſ. C. de inſtit. & ſubſtit. Regens de Ponte conſ. 65. nu. 4. 7. & 17. qui alios adducit.*

15 Tertiò, † ratio excluſionis fęminarum non eſt agnatio, ſed ipſa dos, ſiuè paragium, *vt in d. conſtitut. ſi moriatur,* ibi: *Et tenentur ipſi ſucceſſores maritare ſorores, & amitas ſecundum paragium, & facultates, & in conſuetud. ſed ſi morienti,* legitur: *Cùm fratres ipſas habeant maritare,*
16 quæ dictio cum, † denotat cauſam finalem excluſionis, *ad text. in l. ſi ab Arbitro ff. qui ſatiſdar. cogant. & Napodan. in d. conſuetud. ſed ſi morienti, verſ. cùm fratres litera K, num. 284. fol. 155.* Si
17 propter dotem excluditur, † neceſſario ſequitur, quod aùt debet habere dotem, aut ſucceſſionem, quæ non poteſt eſſe minus paragio, ſiuè legitima, & hæc ve-
18 riſſima † ratio excludit fundamentum partis, *ex Caſtrenſe in l. Titio centum §. Titio genero de condit. & demonſtrat. & Gabriel. in conſ. 11. & 116. ac Marc. Anton. Peregrin. in conſ. 79.* quæ non obſtant, quia loquuntur in ſtatutis Italiæ, quæ reſpiciunt agnationem, non autem
19 dotem, † & dùm mulier eſt excluſa, cum cauſa ſi infra ſextumdecimum annum

num

Digitized by Google

num maritetur, *vt in d. verſ. eas autem, ibiq; Napodan.* vndè cum dictum paragium ſit loco legitimæ, quę portio eſt de iure naturæ, & ſine onere debita filiæ,
20 ſequitur ad hæredes,† etiam non nuptæ tranſmitti, & legata facta ſuper eis deberi, vt volunt *Napodan. in d. conſuetud. & ſi moriatur, verb. paragium in fine, verſic. ſuccedunt, latiſſimè Loffred. in d. conſil. 26. per totum, Capyc. in addit. ad dictum verſ. eas autem fol. 94. verſ. incipiente an mulier, ibiq; Caſar. Vitell. & Præſ. de Franch. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 160. vbi Piſan. addens dicit ita iudicatum, Minadous in repetit d. conſtitut. in aliquibus nu. 7. verſ. ſed videbitur num. 14. fol. 144. & conſ. 2. Cannet. in repetit. extrauag. volentes, cap. non eſſet otioſum, Cumia in cap. ſi aliquem verb. maritata q. 1. num. 83. Surd. in tract. de aliment. tit. 3. q. 1. num. 60. Anton. de Alex. in d. conſuetud. ſi moriatur verſ. ſecundum paragium fol 69. lit. A, ibi tranſmittit paragium*, vltra quod ipſe tenet, dicit ſic in ſpetie tenere *Bald. conſ. 489. lib. 3. & conſ. 9. lib. 4. Marant. in diſputat. 10. Regens de Ponte conſ. 65. per totum, & conſ. 74. ex alÿs firmat, & annis non longè decurſis fuit deciſum in cauſa Ioan. Andrea Gambacurta, cum Ioan. Baldaxare Gambacurta pęnes . . . . . in* Sacro *Conſilio*, & ſi tranſmiſsibile non eſ-
21 ſet tolleretur, † & tolli non poteſt, *Cyn. in d. l. ſcimus, Iſern. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. latè Molin. de primogen. hiſpan. lib. 2. cap. 1. verſ. ſi verò facultas num. 14. Dec. conſ. 106. Alexand. conſ. 211. num. 8. lib. 7. & conſ. 55. num. 10. lib. 2.* & eſt * communis opinio, *per Iaſ. in authent. nouiſſima colum final. vbi add. concordantia adducit*, & ex prædictis concludo dictos Philippum, & Ioannem Petrum Gaiullos fratres condemnari debere ad petita legata, etiam donata, capienda de paragio, quod dictæ Victoriæ eorum ſorori competebat.

*Referēte Regio Conſiliario Domino Io. Sances de Luna, prædictus Philippus primo fuit condemnatus pro medietate, & deinde pro alia vti Io. Petri hæres, qui vti ſuæ Excellētiæ continuus ad Auditorem campi remiſſus fuerat, idem Philippus condemnatus fuit, vt ex ſententÿs Sacri Conſilÿ pęnes Cioffum, & hodie pęnes Bonellum Sac. Conſ. Actorum Magiſtr.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſſi.*

2 *Maior ætas ſuperueniens facit ceſſare pupillarem, & vulgarem ſubſtitutionem.*

3 *Conditio adimpleri debet in forma ſpecifica.*

4 *Subſtitutioni vulgari, prælegata non accedunt.*

5 *Fideicommiſſum eſt, quid facti, & oneroſum, quod non præſumitur, & nu. 6.*

7 *Aduerſatiua natura eſt aduerſari caſum in eiſdem terminis.*

8 *Subſtitutione iniuncta inſtitutioni, prælegata non veniunt.*

9 *Dictio, vt ſupra, inducit repetitionem ad omnia præcedentia, cum omnibus qualitatibus.*

10 *Lego verbum de propria ſignificatione non importat inſtitutionem, & hæreditatis verbo non veniunt.*

11 *Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, & non extenditur ad prælegata poſtea facta.*

12 *Subſtitutionis clauſulæ referūtur ad proximè præcedentia.*

13 *Legata, & prælegata poſt ſubſtitutionem facta in ea non veniunt.*

14 *Præcipuè verbum non facit venire prælegatum in ſubſtitutione.*

15 *Diuerſitas verborum facit, quod alio titulo, quàm inſtitutionis prælegata veniant, vt ibi legitur.*

16 *Donatio facta in teſtamento confirmatur morte.*

17 *Inſtitutio, & ſubſtitutio in portionibus hæreditarÿs non comprehendit diuiſa per patrem in eius vita.*

18 *Clauſula ex nunc pro tunc in præambula hora mortis, operatur tranſlationem dominÿ bonorum legatorum à die contractus.*

19 Tem-

19 *Tempus præſens trahitur ad futurum, & è contra.*

20 *Voluntas teſtatoris ex verbis expreſſis eſt attendenda.*

21 *Intentio non verbis, ſed intentioni verba ſeruire debent.*

22 *Sententiæ præponẽdæ ſunt verbis, vt animus corpori*

23 *Mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima.*

24 *Cor eſt Imperator linguæ, & habet cauſam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua.*

25 *Lingua cedit cordi, & ad diſponentis intentionem recurrendum.*

26 *Leges ſunt poſitæ adiuuantes teſtatoris voluntates.*

27 *Teſtator ſi aliter, quàm dixit, voluiſſet dicere ſciuiſſet, & ſic noluiſſe videtur.*

28 *Verba, voluntas, & mens teſtatoris faciunt claram diſpoſitionem.*

29 *Dictio, item, poſita inter orationes diuerſas facit ceſſare repetitionem.*

30 *Prælegatum abſorbens maiorem partem bonorum venit in ſubſtitutione.*

31 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

32 *Inſtituti omnes ſunt hæredes, cum onere prælegatorum, & aliorum debitorum, & nu. 33.*

34 *Hæreditas eſt nomen iuris continẽs actiones actiuas, & paſſiuas.*

35 *Hæreditas intelligitur, cùm oneribus, & emolumentis.*

36 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuerat tempore mortis.*

37 *Hæreditas poteſt conſiſtere, etiam ſi ære alieno ſit exauſta, & nulla ſint corpora.*

38 *Prælegata poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem in reſtitutione non veniunt.*

39 *Prælegata de re debita, vel in compenſationem oneris non veniunt in fideicommiſſo.*

40 *Prælegata de re debita, etiam ſi teſtator iuſſiſſet reſtitui, non reſtituuntur.*

41 *Confeſſio debitoris parte abſente probat debitum.*

42 *Legatũ pro exoneratione animæ eſt pium.*

43 *Legata ad pias cauſas in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt.*

44 *Anima omnibus rebus præferenda eſt.*

45 *Piæ cauſæ lex fauorabilius fouet, (excepta legitima,) quàm liberis.*

46 *Opinio, quæ pro anima facit in dubio ſequenda eſt.*

47 *Legata diminuuntur, quando patrimonium non ſufficit.*

48 *Legata pia ante omnia deducuntur, tanquàm æs alienum.*

## Pro Ioanne Antonio Sances legum profeſſore, cum Ioanne Dominico Sances eius fratre.

### *ARGVMENTVM.*

*Inſtitutio, ſubſtitutio, legatum, & prælegatum poſteà factum, quando in reſtitutione fideicommiſſi veniant.*

### CONSILIVM LXX.

IN hac cauſa Ioãnis Antonij Sances, cum Ioanne Dominico eius fratre in prælegato paterno, alterius fratris mortui, an ſuccedat dictus Ioannes Antonius hæres teſtamentarius fratris mortui, an omnes vigore paternæ ſubſtitutionis, quod vnus ſuccedat alteri decedenti ſine filijs; licet prima fronte
1 videatur dicendum prælegata † in fideicommiſſo venire, & omnes ſuccedere debere, *iuxta text. in l. Marcellus* §. *quidam liberis, l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad trebell. l. cum virum C. de fideicommiſſ. vbi Bart. & Doctores.* Tamen contrariam ſententiam in hoc caſu puto veriorem ex pluribus.

Primò, teſtator habens filium maiorem, & alios minores, ſubſtitutionem pupillarem, & vulgarem fecit, & ſtante,
2 quod omnes ipſi filij ad maiorem † peruenerant ætatem, ſubſtitutio pupillaris fuit

Digitized by Google

fuit extincta, *l. in pupillari, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. vbi notant Bartol. & Doctores, Alex. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. par. 2. cap. 19. nu. 3.* & ſtatim quod maior venit ætas fuit extincta, *l. cedere diem* ff. *de verbor. ſignific. l. poteſt quis* ff. *de hæredib. inſtit. & plenius notatur in l. Gallus* §. *quid ſi tantum, de liber. & poſthum.*
3 † Debet enim conditio adimpleri in forma ſpecifica, *l. qui hæredem* ff. *de condit. & demonſtrat.* aliàs extare non
4 videtur, † & ſic reſtat vulgaris ſubſtitutio, in qua prælegata non veniunt, vt eſt *text. in l. miles* §. *pro parte ff. de legat. 2. ibi: Præceptionum autem portionis, quæ pro parte conſtiterũt ad hæredes eius trãſmitti, vbi Gloſ. & Doctores, idẽ dicit text. in l. ſextiliam ff. de legat. 3. & tenet Ioan. Fab. in d. l. cum virum, & ibi Bartol. &* * *communiter Gloſ. & Doctores, ac Dyn. Bartol. Alexand. Angel. Io. de Imol. in d. l. Marcellus* §. *quidam liberis, Ripa, & Soccin. in l. 1. ff. ad trebell. & per Alexan. Trentacinq. in d. tract. de ſubſtit. par. 1. cap. 13. nu. 14.*

5 Secundò, † fideicommiſſum eſt, quid facti, & res oneroſa, quæ non præſumitur in euitanda, *l. cohæredi* §. *cum filiæ* ff. *de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Cephal. conſil. 67. num. 27.* & in dubio pronunciandum eſt non ſubeſſe, cum hoc fauorabilius ſit, *l. ſi fuerit* ff. *de reb. dub. Alciat. conſil. 525. num. 12. & conſ. ſeq. num. 6.* Sed in fideicommiſſo prædicto, nõ dicit, quod ſuperſtis ſuccedat decedenti ſine filijs in quantitatibus prælegatis, ſed in portione in qua vnuſquiſque ipſorum fuerat hæres inſtitutus, vt in ſecundo capite, vbi legitur: *Voglio, ordino, & commando, che doue alcuno delli predetti miei figli, & heredi, vt ſupra inſtituti, moreſſe in pupillari ætate, vel poſt quandocumque ſenza figli legitimi, & naturali del ſuo corpo, vno debbia ſuccedere all'altro, & l'altro all'vno, taliter moriente, vt ſupra,* & cum dicta bona, & quantitates nondum præ-
6 legatæ, † & nominatæ fuerant in ſubſtitutione, & reſtitutione venire non poſſunt, vt patet ex verbis præcedentibus, quæ in declaratione mentis teſtatoris multum operantur, *per text. in l. ſi ſeruus plurium* §. *final.* ff. *de legat.* 1. In præcedentibus enim verbis teſtator dicit: *Ordino, & faccio mei heredi vniuerſali, & particulari li detti miei figli, eccetto in l'infraſcritti legati, & fideicommiſſi.* Eſt
7 enim de natura aduerſatiua aduerſari caſum in eiſdem terminis, & qualitatibus præcedentium repetere in ſequentibus, iuxta doctrinam *Bartol. in l. ſi mariti in fine ff. ad l. Iul. de adulter. Salycet. in l. virum ff ſi cert. petat. Soccin. Iun. conſ. 102. num. 13.* Ideò teſtator in ſubſtitutione repetit, *detti miei figli heredi, vt ſupra inſtituti,* & vult, quod vnus ſuccedat alteri morienti ſine filijs, & ſubſtitutio ex-
8 preſsè videtur iniuncta inſtitutioni, † & portioni hæreditariæ ad vnumquemque ipſorum tangenti, ex quo in tali ſubſtitutione prælegata non veniunt, *l. in fideicommiſſario, ff. ad trebell. ibi: Quotiens quis rogatur hæreditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis, Aretin. conſ. 153 colum. 2. ex cuius dictis firmat Ruyn. conſ. 165. nu. 16. lib. 2. ſic conſuluit Caphal. conſ. 513. & contraria reijciens firmat Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. artic. 7. num. 43.* & prædicta maximè procedunt
9 ſtante dictione, † vt ſupra, quæ inducit relationem ad præcedentia, cum omnibus qualitatibus, *l. 1.* §. *deindè, & ibi Bartol. in* §. *ex hoc edicto* ff. *de poſtul. text. in l. item quæritur* §. *item Iulianus ff. locat. Ruyn. conſ. 18. num. 12. lib. 2.* & hæc relatio fit cum omnibus qualitatibus ſuis, *Bart. in l. 1. ff. de recept. arbit. tradit Dec.* loquens in fideicommiſſo *conſ. 182. nu. 3. & Conſiliarius de Anna conſ. 28. num. 1. conſ. 53. nu. 121. & ſeq. Roland. à Valle conſ. 34. num. 29. lib. 4.* qui *num. 30.* dicit, quod dictio, vt ſupra, & ſimiles, ad caſum ſuperius expreſſum reſtringũtur, ex *Dec. conſ. 377. num. 5. Crauett. conſil. 89. num. 3. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. num. 23.* vbi latè de materia relationis, & repetitionis à principio vſque ad finem.

Et ſic dum per dictam dictionem, vt ſupra poſitam in ſubſtitutione, fit repetitio

tio

tio omnium eorum, quæ ſupra dicta ſunt, & ſupradicti filij inſtituuntur hæredes in portionibus ſuis hæreditarijs, exceptis legatis, de quibus nondum loquutus fuerat, legata, ſiuè prælegata ipſa in ſubſtitutione non veniunt, etiam quia verbum *conſigno, ordino*, *& relinquo*, ſine adiun-
10 cto, † ſicut verbum lego, de propria ſignificatione non importat hæredis inſtitutionem, & hæreditatis verbo non veniunt, *l. ſi Titius ex parte* ff. *de legat. 3. l. Titia ff. ad l. falcid. per Doctores in rubr. ff. de legat. 1.*

Tertiò, teſtator facta inſtitutione in bonis hæreditarijs in continenti dixit: *vnus ſuccedat alteri*, & ſic ad inuicem
11 eos ſubſtituit, † quæ ſubſtitutio eſt ſecūda inſtitutio, *Gloſ. & Scribentes in rubrica de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* quæ videtur facta ad bona, de quibus loquitur inſtitutio, cum ſubſtitutio ad inſtitutionem referatur, *l. 1. C. de impuber. & alijs ſubſtit. Pariſ. conſ. 71. nu. 16. lib. 2. Ruyn. conſ. 128. num. 13. lib. 3. Dec. conſ. 480. Roland. à Valle dicto conſ. 34. num. 34.* & non extenditur ad prælegata facta poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem, cum
12 clauſulæ † ſubſtitutionis debeant referri ad proximè præcedentia, *ex Paul. de Caſtro, & alijs, Dec. conſ. 547. nu. 6. verſ. & hoc etiam*, & non ad ea, de quibus nōdum loquutus fuerat, *Pariſ. conſ. 14. nu. 2. lib. 3.* ad quod facit, quod dicit *Soccin. Iun. conſ. 107. num. 52. lib. 3.* quod prohibitio alienationis extenditur ad bona, de quibus teſtator loquutus fuerat in inſtitutione, ponderando dictionem, vt ſupra, & procedit ſine ſcrupulo dubitationis, ſi quis primo rogatus eſt reſtituere,
13 & poſtea † relicta ſunt legata, & prælegata ipſa non veniunt in ſubſtitutione, vt habetur in *Gloſ.* * communiter approbata *in d. l. cum virum C. de fideicommiſſ. idem tenet gloſ. per illum textum in d. l. Marcellus §. quidam liberis, vbi Bart. & Doctores illam ſequuntur, ibiq; Alexand.* * communem dicit eſſe opinionem, *Fräciſc. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. nu. 1. comprobat Peregr. in tractat. de fideicom. art. 7. nu. 63.*

Quartò, in dicto teſtamento expreſsè dicitur, quod dicti filij minores capiant dicta bona, & ducatos quatuor mille, & quingētos præcipuos, & ante partem, vndè clarè habetur, teſtatoris mentem, & voluntatem fuiſſe in ſubſtitutione non
14 venire, † cum per verbum præcipuè, teſtatorem prohibuiſſe videtur, vt prælegata in ſubſtitutione, & fideicommiſſo non venirent, *l. prætor ait* ff. *de nou. oper. nunciat. l. filius C. famil. erciſcun. Chaſſan. in conſuetud. burgund. de ſucceſſ. rubric. 7. §. 5. num. 12. & ſeq. Angel. conſ. 395. nu. 2. firmat ex multis*, quia hæredes legata eorum præcipuè habere debent, nec veniunt conferenda, nec in hæreditate, vt communia diuidenda, ſed cuilibet, vt præcipua aſſignanda, *l. à patre, l. filiæ, §. cum autem C. de collat.* per rationem, quia legatum priuilegiatur iure extranei, non iure hæreditario, *per d. l. à patre, vbi Gloſ. & Doctores.*

Quintò, dixit amplius teſtator ipſe, Ioānem Dominicum eius primum filium habuiſſe mobilia, pecuniarum quantitates, & ducatos mille, cum quibus ſe exercuit, & multum lucratus fuit, & omnia vult eſſe in dicti filij poſſe, & dominio, & in compenſationem earundem quantitatum in vita per dictum Ioannem Domi-
15 nicum habitarum, verba † ipſa diuerſa operantur: nàm diuerſo, & alio titulo, quàm inſtitutionis dicta bona, & quantitates ipſis alijs filijs dedit, vt expreſsè teſtator ipſe dixit ibi: *Che ſia lecito alli predetti Giouan Antonio, Baptiſta, & Franceſco pigliarſe, & retenerſe in loro potere li predetti beni mobili, & ſupellettili di caſa, & anco li predetti ducati 4500. ſin come quelli ex nunc pro tunc, & è contra, ſequuta la morte di me predetto teſtatore, & in ipſa præambula hora mortis, ce li cōſegno, dono, & laſcio ſopra tutti, & qual ſi vogliano beni di me predetto teſtatore*, ex quibus verbis clarè patet, prçlegata in ſubſtitutione non venire, vt per *Fulgoſ. conſil. 49. Ruyn. conſil. 152. colum. 6.*
16 *lib. 3.* etiam ſi talis donatio † modo prędicto facta in dicto teſtamento non valeret, niſi morte confirmata fuiſſet, iuxta



Digitized by Google

*text.in l.ſequens quæſtio ff.de legat.2.te-
net Bartol. in d. §. quidam liberis, & ibi-
dem Soccin.colum penult.in princip. verſ.
circa aliam queſtionem,Gloſ.Bart.& Do-
ctores in d. l. cum virum in d. l.filium
quem,Corn.conſ.228.num.9. & quaſi per
totum*,vbi vult, quod ſi pater in vita ſua
17 fecerit inter filios diuiſionem,† tàm
ſuorum bonorum,quàm etiam filiorum,
& tractu temporis in teſtamento eos in
portionibus hæreditarijs hæredes inſti-
tuit,& ſubſtituit; quod in reſtitutione
fideicommiſſi non veniunt dicta bona
diuiſa,cum actualiter,licet non effectua-
liter à patrimonio teſtatoris exierint, vt
fecit noſter teſtator,dando per viam do-
nationis alijs prædictis filijs ducat.4500
ſcilicet vnicuique ducat. 1500. in com-
penſationem conſimilis ſummæ habitæ
per Ioannem Dominicum primum filiũ,
& ſic etiã in vita eis dedit,dùm ex nunc
pro tunc, & in præambula hora mortis
dedit,& aſſignauit,& ideò ſubſtituendo,
vt vnus ſuccedat alteri, non ſucceditur
in bonis prælegatis,ex præcitata cauſa
donatis, & ipſis filijs minoribus aſſigna-
tis,quæ ſunt extra hæreditatem, & bona
hæreditaria dicti teſtatoris, *d. l. ſequens
quæſtio*, & licet intendat *Salycet. in d.l.
filium quem*,limitare hoc dictum, tamen
*Soccin.*ſibi reſpondit in *d. §. quidam libe-
ris,verſ.circa aliam quæſtionem*, & ita
concluſum,& deciſum firmat *Boer.deciſ.
280.num.7.* maximè quod adſunt clau-
18 ſulæ ex nunc, † pro tunc,quæ operantur
tranſlationem dominij dictorum bono-
rum in dictos filios minores à die con-
tractus prędicti,licet eius effectus in prę-
ambula hora mortis eius ſequeretur, cu-
ius clauſulæ virtus facit actum ab initio
eſſe perfectum, *Iſern.in cap ſancimus ne-
mo miles colum final.verſ.& hoc quando,
verſ. vbi ergo lex, quo tempor. miles*, &
19 tempus † præſens trahitur ad futurum,
& futurum ad præſens,iuxta plenè tradi-
ta *per Angel. Imol.Caſtrenſ.Alexand. &
Scribent.in l.huiuſmodi la ſecunda ff. de
verbor.obligat. Bartol. Bald. Angel.& om-
nes in l.ſi ita ſtipulatus fuero ff. eodem,
Boer.deciſ.28.num.33.& ſeq.* & proindè
in præambula hora mortis dicti teſtato-
ris,dominium,& poſſeſſio dictorum tali-
ter datorum effectualiter venit in poſſe
dictorum filiorum extra bona hæredita-
ria, vt verba ipſius diſpoſitionis can-
tant.

Sextò, ex verbis apertis ſatis demon-
ſtratur voluntatem teſtatoris eſſe, vt di-
cta quantitas eſſet præcipua ipſorum fi-
liorum minorum,& in fideicommiſſo, &
20 ſubſtitutione non veniret, † cum volun-
tas teſtatoris in expreſſis verbis collecta,
ſit attendenda, *d.l.cum virum, Dec.conſ.
23. num.3. Hippolyt. Riminald. conſ.85.
num. 18.lib.1.*& ab ipſa voluntate non
eſt recedendum, *l.non aliter ff.de lega.3.*
ſed ſuus effectus eſt attendendus, *l.3.C.
de inſtit.& ſubſtit.*Immò ſi ex verbis nõ
conſtaret,vt conſtat, eius mens eſt etiam
attendenda,*Bald.in l.quoniam indignum
21 C.de teſtament.* † cum non intentio ver-
bis,ſed intentioni verba famulari debẽt,
*cap.humanæ aures 23. q. 5.* ſicq; præpo-
22 nendæ ſunt ſententiæ verbis, † vt ani-
ma corpori, *cap.ſedulo 28. diſtinct. Iaſ.
conſ.108.num.2.lib.4. Bald.in cap.man-
23 datum de reſcript.* inquit, † quod mens
eſt radix verborum, & eius ſubſtantia
24 prima: † nàm cor eſt Imperator linguæ,
& habet cauſam ſicut mancipium in iu-
riſdictione ſua, & vltra hæc idem *Bald.*
paulo ſuperius dicit,quod ſemper eſt re-
25 currendum ad intentionem † diſponen-
tis, quia cedit lingua cordi, & ſub iugo
mentis verba conſiſtunt, tanquàm ſuo
proprio originali, & digniori, hinc, &
*Baldo* fuit conformis *Berous conſil.* 104.
*num. 164.lib.2.citans text.in l.final.C.de
liber.præter.corrupto titulo pro C.de fidei-
commiſſ.* quod frequentiſſimè ſunt leges
26 poſitæ † aduerſantes teſtatoris volunta-
tes, & quod teſtator ſenſerit prius ſpe-
ctandum eſt, *l.in facto la grande ff.de hæ-
redit.inſtit.l.non aliter ff. de legat.3. l.in
conditionibus primum ff.de condit. & de-
monſtrat.Hippolyt.Riminald.conſ.21.nu.
24.& ſeq.lib.1.* Dùm ex verbis teſtatoris
habemus legata in fideicommiſſo non
venire,ſic etiam habemus eius mentem,
quæ eſt attendenda,vt ſuperius fundaui-
mus:

Digitized by Google

27 mus: † nec relinquam dicere, quod ſi pater aliter voluiſſet vtique dicere ſciuiſſet, quod cum non fecerit, noluiſſe videtur, *l.* 1. §. *ſin autem ad deficientiam C. de caduc. tollen.* cum teſtator, quod non loquitur, velle non præſumatur, *d.* §. *ſin autem, & ex alijs prædictis,* vndè cum ha-
28 beamus verba, voluntatem, † & mentem teſtatoris, reducentia in diſpoſitionem claram, ſecundum *Bald. in dicta l. quidam filium, Pariſ. conſ.* 87. *num.* 28. *libr.* 1. vbi dicit hanc eſſe * communem opinionem, quem ſequitur *Rolād. à Valled. conſ.* 34. *num.* 41. nulli dubium eſſe debet, quod dicta bona, & quantitas, modo quo ſupra diſpoſita in ſubſtitutione, & fideicommiſſo venire non debent.

Non obſtat, quod dictio, item, appoſita in dicta diſpoſitione, dicens: *Io predetto Giouan Matteo dechiaro, &c.* prætendatur, quod ſit dictio repetitiua præ-
29 cedentium, † quia quando dictio ipſa ponitur inter orationes perfectas, facit ceſſare repetitionem, *Bartol. in l. Seya* §. *Gaio ff. de fund. inſtruct. Iaſ. conſ.* 207. *colum.* 2. *lib.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 72. *colum.* 2. *Aemil. conſ.* 49. *num.* 2. *Magon. conſil.* 1. *nu.* 56. *inſert. inter conſ. Soccin. Iun.* 114. *lib.* 2. Sed in caſu præſenti, dictio, item eſt poſita inter orationes perfectas, & capita finita, vt videre eſt in dicto teſtamento, ideò non obſtat.

Nec ſimiliter obſtant verba in ſubſtitutione generaliter prolata, vnus ſuccedat alteri, quia intelligi debent de illis bonis, quæ in inſtitutione ipſis hæredibus relinquuntur, vt conſtat ex teſtamento, & non de legatis, & donatis poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem, vt latius ſupra fundatum eſt.

Nec minus obſtare videtur, ſi præten-
30 datur dictum prelegatum † abſorbere maiorem partem bonorum hæreditatis, & ſic venire in reſtitutione fideicommiſſi, iuxta notata per *Pariſ. conſ.* 94. *colum. penultim. & final. lib.* 2. Nàm reſpondetur, quod eius dictum intelligi debet ſecundum deciſiones, quas allegat *Bartol. in l. non ſolum* §. *liberationis verba ff. de libert. legat.* vt quando pater diuiſit totum patrimonium inter filios æqualiter & eos æqualiter inſtituit, quia tunc portio vnius, quàm habet iure prælegati, ſuccedit in lo c im portionis, quàm habebat iure hæreditario in bonis alteri aſſignatis, & ideò totum dicitur habere iure hæreditario, ſecundum *l. quid ergo ff. de legat.* 1. *Dec. conſ.* 254 *colum.* 2. *in fine,* per notata in dictis iuribus, ſubdit hanc eſſe * communem opinionem, quæ nihil obſtat, quia in terminis noſtris ſumus in caſu differenti.

Primò, quia pater non dedit dictam quantitatem, & bona ipſis filijs minoribus diuidendo totum patrimonium, vel maiorem partem inter omnes filios, ſed eos inſtituit vniuerſaliter exceptis lega-
31 tis, † & fideicommiſſis, & demum fecit ſubſtitutionem, & poſtea donauit bona mobilia, & ducatos 4500. prædictos, dum in inſtitutione excepit legata facienda, & ſubſtitutio fecit de bonis in inſtitutione contentis, maximè per dictionem, vt ſupra, relatiua ad præcedentia, vt diximus *num.* 2. *poſt medium,* ta-
32 lis exceptio † firmat regulam in omnibus alijs bonis, non exceptuatis, *l. quæſitum* §. *denique, & ibi gloſ. & Bart. ff. de fund. inſtruct.* pro qua ſententia adducitur *Gemin. in cap. qui ad agendum* §. *fin. de procurat. in ſexto,* vbi dixit, quod ſi do procuratori mandatum ad exigendum, cum clauſula, quod poſſit omnia facere, quæ ego poſſem, excepto quod non poſſit iurare de calumnia, nec iuramentum ferre: iſta exceptio operatur, quod expedire poſſit omnes alios actus, etiam requirentes ſpeciale mandatum, ſed non iurare, ſequitur *Felyn. in cap. frequenter in principio, vt lite non conteſtat. Roland. à Valle conſ.* 99. *num* 42. *lib.* 4. ſic in caſu noſtro omnes dicti filij ſunt inſtituti,
33 & ſubſtituti, † & erunt hæredes in vniuerſo in omnibus alijs bonis paternis, cum onere tamen dictorum bonorum mobilium, & ducat. 4500. donatorum, iuxta *text. in l. ſi quis ita hæres inſtitutus de hæredi. inſtit. ibi: Si quis ita hæres inſtitutus fuerit excepto fundo, excepto vſufructu hæres eſto, perindè erit iure ciuili,*



Digitized by Google

atque ſi ſine re hæres inſtitutus eſſet, *vbi Gloſ. & Doctores*. Nec curandum ſi in hæreditate remanſiſſet minor quantitas, quàm poſtea donata, & prælegata, quia ita teſtator voluit, & expreſsè mandauit, à qua voluntate non eſt recedendum, vt prædiximus ſupra *num.6*. & quia
34 hæreditas † eſt nomen iuris, & continet in ſe actiones actiuas, & paſſiuas, *l. hæreditas l. nihil aliud ff. de verbor. obligat.* & eo ipſo, quod defertur hæreditas tacitè videtur agi, quod hæres ſatisfaciat cre-
35 ditoribus, † cum hæreditas intelligatur, cum oneribus, & emolumentis, facit quod notatur *in l. ſi quis ſeruum §. final.*
36 *cum l. ſeq. de legat. 2.* † & etiam hæreditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuerit tẽpore mortis, verba ſunt *text. in l. hæreditas ff. de regul. iur. vbi Gloſ. & Doctores*, tempore enim mortis dicti teſtatoris in bonis ſuis non ſunt dicta bona, & quantitas, in præambula hora mortis dictis alijs filijs donata, & aſſignata, & ſubſtitutio facta in bonis in inſtitutione, & hęreditate contentis, ergo in ſubſtitutione
37 non veniunt, † maximè quod hæreditas poteſt conſiſtere, etiam ſi ære alieno ſit exauſta, & nulla ſint corpora, *l. hæreditatis appellatione ff. de regul. iur. d. l. nihil ff. de verbor. ſignific.* & ſi requiritur, quod defunctus tempore mortis habeat ius, in quo ſuccedi poſſit, *d. l. nihil*, dicitur ius habere, etiam ſi corpora debitis exauriantur, quia eo modo conſeruatur, & ideò *text. in d. l. hæreditas ff. de petit. hæredit.* dicit, hęreditas etiam ſine vllo corpore iuris intellectum habet, intellige de remanſura in hęreditate, quando plus incommodi, quàm commodi hæreditas habet, vt ex alijs firmat *Ioan. Annibal in repetit. rubricæ ff. ſolut. matrimon. nu. 440. fol. 31. tom. 3. repetit.* & proindè dicta bona, & quantitas donata, & aſſignata, in reſtitutione fideicommiſſi non ve-
38 nire, † maximè, quod ſunt poſita poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem, iuxta * communem concluſionem notatam per *Scribentes in d. §. quidam liberis, & ex alijs ſupradictis in tertio, & quarto principali capite circa finem*.

Secundò, ex quo Ioannes Dominicus primus filius habuerat multa mobilia, pecunias, & ducatos mille, cum quibus lucratus fuerat multum, teſtator ipſe pro exoneratione ſuæ conſcientiæ dedit alia mobilia, & dictos ducatos 4500. ſcilicet ducatos 1500. vnicuique ipſorum trium aliorum filiorum minorum, quod ſi non feciſſet, induxiſſet inæqualitatem, & generaſſet odium inter filios, & non erat
39 æquum, † & cum de re debita, vel in compenſationem oneris illius, quod dederat primo filio, in ſubſtitutione donata, & prælegata ipſa non veniunt, *l. Lutius §. maritus ff. ad trebell. Alexand. & Soccin. in d. §. quidam liberis in 3. limit. Caſtrenſ. conſ. 399. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 107. num. 42. lib. 3. Natta conſ. 255. cum alijs adductis per Menoch. conſ. 164. nu. 9.*
40 Immò etiam, † quod teſtator iniunxiſſet prælegata reſtitui, non veniret prælegatum factum de re debita ipſi hæredi, etiam ſi per verba vniuerſalia teſtator dixiſſet, caſus eſt *in d. §. maritus*, maximè quando debitum aliundè non conſtaret, quàm ex aſſertione teſtatoris, vt in caſu noſtro, vbi dictum prælegatum fuit factum, tanquàm debitum, mente teſtantis inſpecta, ideò in ſubſtitutione, & fideicommiſſo non venit, ſic *Caſtrenſ. in d. §. quidam liberis, & in l. cum hæres deductis ff. ad trebell. Corneus in d. l. cum virum, Zanch. in d. §. cum ita nu. 392. & Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. 7. nu. 39. & ſeq.*

Tertiò, tale legatum fuit pro exoneratione conſcientiæ à teſtatore aſſerente in compenſationem quantitatum datarum primo filio aſſignante, & donante prædicta bona, & quantitatem alijs fi-
41 lijs minoribus: † talis aſſertio parte abſente probat dictum debitum, *Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in cap. ſi cautio de fide inſtrument. & tenet Bald. formaliter in l. generaliter C. de non numerata pecunia, in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. & idem ſentit in authent. ſimiliter C. de falſ.*
42 & dum eſt relictum † pro releuatione animæ, eſt ad pias cauſas, vt notabiliter dicit

dicit *text. in authent. vt cum de appell. cogn. §. illud quoque, ibi: Piæ animæ releuentur, vt tenet Bald. in authent. ſimiliter ad leg. falcid. & l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. verſ. quid de relicto pro male, &c.* ſed
43 relicta † ad pias cauſas non poſſent venire in reſtitutione fideicommiſſi, quia animæ teſtantis non eſſet ſatisfactũ, cum
44 anima † ſit omnibus rebus præferenda, *iuxta l. ſancimus in fine C. de ſacroſanct. eccleſ.* & præſumendum eſt teſtatorem prælegatum prædictum pro exoneratione conſcientiæ, & pium, etiam proprijs
45 filijs anteferre, † cum fauorabilius lex prouideat, remota legitima, piæ cauſæ, quàm liberis, *per authent. ſi qua mulier*
46 *C. de ſacroſanct. eccleſ.* † & in dubio ſequenda eſt opinio, quæ pro anima facit *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun. hac fermè Petr. Anchar. conſ. 46. num. 2. cuius ſententiam ſequitur Felyn. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ colum. 38. in prima limitat. q. 9. de conſtitut. Iaſ. in l. tale pactum §. vltimo colum. 3. verſ. & præterea per hanc doctrinam ff. de pact. & ex alijs multis per Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 17.* & prædicta procedunt in caſu noſtro abſquè dubio, & contrarietate vlla: nàm prælegatum ipſum licet pium, fuit factum, alijs proprijs filijs,
47 & quando † patrimonium non ſufficit, legata diminuuntur pro rata, vt omnibus ſufficiant, *l. ſi quis teſtamento §. apud*
48 *Iulianum ff. de legat. 1.* † Legata tamen pia ante omnia deducuntur, tanquàm æs alienum, etiam ſi alijs legatis non pijs bona non ſufficiant, vt voluit *Oldrad. conſil. 200. incipient. præpoſita fuit, & Bartol. loquens in legato dotis in l. 2. §. 1. ff. de priuileg. credit. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis teſtamento §. apud Iulianum ff. de legat. 1. & Tiraquell. in priuileg. 72. piæ cauſæ;* ſic in caſu noſtro nihil refert ſi dictum priuilegium aſſorberet maiorem partem bonorum hæreditariorum, quia prælegatum ipſum præcipuum ante partem, & vt æs alienum capiendum erat, ex quo in ſubſtitutione, & fideicommiſſo venire non poſſet, nec deberet, ex ſuperius dictis, & ita Conſulo ſaluo tamen iudicantium ſaniori iudicio.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Mulier diſponit tantum de medietate bonorum antiquorum, iuxta conſuetudinem, alia medietas ſpectat ad proximiores.*

2 *Mulier viri domicilium ſequitur, & in quibus nu. 3.*

4 *Statutum prohibens rem alienari, afficit eam vbicumquè fiat contractus.*

5 *Forenſes includuntur in ſtatutis, quo ad bona loci ſtatuentium.*

6 *Iudex dat tutorem, non ſubdito pro bonis in iuriſdictione ſua.*

7 *Forenſes ratione rei ſitæ ſubduntur illi curiæ, & coguntur reſpondere.*

8 *Statutum loci rei ſitæ attendi debet.*

9 *Alienationi rei Iudex loci rei ſitæ interponit decretum.*

10 *Alienationi rei Eccleſiæ Epiſcopus Diœceſis interponit decretum.*

11 *Quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter.*

12 *Pacta quæcumque in tranſlatione rei ſuæ quis apponere poteſt.*

13 *Dos aſſignari poteſt ea ſub lege, quam contrahentes dixerunt, & voluerunt.*

14 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

15 *Dos reſtituitur ſecundum pacta in contractu poſita, non ſecundum conſuetudinem loci contractus.*

## Pro D. Alonſo de Zarate Ramires milite Hiſpano nobiliſſimo, contra D. Paulum Baldinum.

## *ARGVMENTVM.*

*Diſpoſitio in teſtamento mulieris decedentis ſine filijs non comprehendit, niſi medietatem dotium, & alia medietas eſt*

*reſtituenda proximiori, iuxta conſuetudinem Neapolitanam, ſecundum quam fuit contractum.*

## CONSILIVM LXXI.

DON Alonſus de Zarate Ramires petijt condemnari dictum Paulum Baldinum ad ſibi reſtituendum medietatem dotiũ Dõnæ Annę Zaratę Ramires eius neptis, ſine filijs defunctæ, ad ipſum vti proximiorem ſpectantem, & dùm bona in dotem data ſunt antiqua, & in hac Ciuitate Neapolis exiſtentia, vt ex facto, ſuam habet intentionem fundatam, *per conſuetudinem eiuſdem Ciui-*
1 *tatis, & ſi teſtator ibi:* † *Diſponere iuxta velle, vſque ad medietatem ipſorum bonorum. Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos,* quæ loquitur in ſine filijs decedente, vt in noſtro caſu, quàm *conſuetudinem, ſequũtur ibidẽ Napodan. & Doctores, & Præſid. de Franch. tangit in deciſ. 307. nu. 18. & alibi.* Qua conſuetudine ſtante inſtitutio hæredis in dictum Paulum per dictam eius vxorem non ſubſiſtit, niſi in medietate ipſorum dotium; aliam verò medietatem dicto Don Alonſo, proximiori reſtituere tenetur, cum intereſſe, vndè cum per Magnam Curiam Vicariæ iudicatum, & obtemptum fuiſſet, reſtat per Sacrum Conſilium ſententiam prædictam confirmari.

Non obſtat aduerſa prætenſio, quod dùm dicta Donna Anna ſit nupta dicto Paulo, qui Ciuitatis Nuceriæ Pagano-
2 rum eſt, † viri domicilium ſequuta fuit, & originem propriam amiſit, vt habetur in *l. final. §. item reſcripſerunt ff. de muner. & honor. in l. penult. ff. de iuriſd. omn. iudic. gloſ. in l. penultim. C. de municip. &*
3 *origin. lib. 10.* † quia iſtud procedit in his, quæ eam retrahere poſſent ab obſequijs mariti; in alijs verò non perdit originem *Bartol. in d. §. item reſcripſerunt, ſequitur Alexand. in d. l. penult. colum. 2. & in conſ. 100. colum. 1. verſ. benè facit lib. 3. Corn. conſ. 202. colum. 2. conſil. 241. colum. 2. circa medium lib. 2. & in conſil. 177. in fine lib. 4. Dec. conſ. 223. colum. 2. verſ. tertio non obſtat, Curt. Iun. conſil. 5. colum. penult. poſt medium, verſic. ſecundo reſpondetur;* nec minus obſtat teſtamentum eſſe factum in Ciuitate Nuceriæ,
4 quia quando † ſtatutum prohibet rem ſimpliciter alienari, afficit eam vbicumquè fiat contractus, aùt alienatio, etiam extra territorium ſtatuentium, *Bart. in l. 1. in 6. q. principal. C. de ſumm. trinit. & fide catthol. Soccin. conſ. 176. colum. 4. verſ ſed dicet quiſpiam lib. 2. Capr. conſil. 144. colum. final. circa medium;* & poſito, quod talis mulier alibi nupta dicatur fo-
5 renſis, † adhuc forenſes videntur includi ſub ſtatuto, quo ad bona, quæ ſunt in ſtatuentium territorio, prout ſunt dicta
6 bona, de quibus agitur: † nàm videmus, quod Iudex dat curatorem, non ſubdito pro bonis, quæ ſunt in iuriſdictione ipſius Iudicis, *l. 1. vbi Bald. C. vbi tutor. vel curator. ex traditis per Bart. in l. pupillo ff. de tutor. & curator. dat. ab his,* & ratio-
7 ne rei ſitæ in territorio, † habet iuriſdictionem in forenſem Dominum illius rei, qui forenſis ratio ipſius rei cogitur, reſpondere in alieno territorio, *l. final. C. vbi in rem acti, cap. ianè, & cap final. de*
8 *foro compet.* † & quoties eſt quæſtio de aliqua re, debet attendi ſtatutum loci, vbi ſita eſt res, *argument. l. an in totum C. de ædific. priu. Bart. in d. l. 1. C. de ſum-*
9 *ma trinit. & fide catthol.* † & in alienatione rei immobilis minoris Iudex loci rei ſitæ interponit decretum, licet minor oriundus ſit alterius loci, *l. prædium C. de*
10 *præd. minor.* † Idem in alienatione rei immobilis Eccleſiæ, interponitur decretum per Epiſcopum, in cuius Diœceſi eſt res, *Gloſ. ordinaria in cap. hoc ius porrectum 12. q. 2. tradit Roman. conſil. 450.* ſed in caſu noſtro ſumus extra omnem dubitationem: nàm matrimonium ipſum fuit contractum, iuxta *conſuetudinem ipſius ciuitatis Neapol.* & ſecundum eam dos reſtitui promiſſa, vt ex lectura contractuum patet, quod partes ipſe facere potue-

Digitized by Google

11 potuerunt, † quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata*
12 *C. mandat.* † & in tranſlatione rerum quæcumque pacta præfigi poſſunt, vt in inueſtitura feudi, *cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. & ibi Bald. Crott. conſil. 55. num. 12. Cæphal. conſ. 152. num. 15.* ſicut & in emphyteuſi, *l. 1. C. de iure emphyt. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 169. Bald. in l. final. C. commun. de legat. Pariſ. conſil. 86. nu. 4. lib. 4.* & par-
13 ticulariter † in dotatione poteſt apponi lex, quàm partes volunt, dicit *Præſid. de*
14 *Franch. deciſ. 196. in fine*, † & contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt, *vt in regula contractus de regul. iur. in ſexto, l. contractus ff. eodem*, & dùm de reſtitutione dictæ dotis partes ipſe dixerunt, & conuenerunt, iuxta *Neapolitanam conſuetudinem*, ſecundum quàm mulieres non habentes filios, poſſunt de medietate tantum diſponere; reliquam verò medietatem ad proximiores ſpectare, à qua conſuetudine diſcedi non poterat, prout in terminis *Dec. in conſil. 402.* vbi maritus Dominus Plumbini promiſerat, reſtituere dotem ſecundum morem Magnatuum Regni Siciliæ, vult ac ex pluribus determinat *Decius* ipſe,
15 quod mortuo viro † dos illa reſtituenda ſit more Magnatuum, non autem iuxta Statutum Plumbini Patriæ viri, refert & ſequitur *Hippolyt. Riminald. conſil. 16. num. 15. libr. 1.* ſic in caſu noſtro dictus Paulus vigore teſtamenti dictæ D. Annæ eſt hæres medietatis ipſarum dotium: alias verò medietas ſpectat ad dictum D. Alonſum proximiorem ſuum, cum fructibus, & ita ipſum Paulum condemnari debere SacrumConſilium, confirmando ſententiam Magnæ Vicariæ, & hæc nedum ſufficiunt, ſed ſuperflua ſunt ob Iudicantium eminentiam.

*Referente Conſiliario Ambroſio S. Iago, per Sac. Conſ. fuit confirmata ſententia Mag. Cur. & exequuta in fauorem dicti D. Alonſi, iuxta petita, vt ex proceſſu in banca Aloyſij Sarri Sac. Conſ. Actor. Mag.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Exequutor teſtamenti propria authoritate bona ſibi legata capit.*
2 *Exequutor teſtamenti eſt legitimus contradictor ad hæredis impediendam immiſſionem.*
3 *Fideicommiſſarius abſquè detractione propria authoritate fideicommiſſi bona capit.*
4 *Vinearum cultura moram non patitur.*
5 *Fructus pendẽtes poſt mortem grauati ad fideicommiſſarium ſpectant.*
6 *Introitus in vita grauati non exacti, ad fideicommiſſarium pertinent.*
7 *Dolo facit, qui petit, quod reſtitutus eſt.*

Pro V. I. D. Proſpero Rendella, contra Fabritium Teſtam.

*ARGVMENTVM.*

*Poſſeſſio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, an ſtatim mortuo grauato ad fideicommiſſarium ſpectet, cum fructibus pendentibus.*

## CONSILIVM LXXII.

STante morte Franciſci Antonij Rendellæ poſſeſſio bonorum fideicõmiſſo ſubiectorum V. I. D. Proſpero Rendellæ vocato per Magnam Curiam Vicariæ eſt deferenda ex pluribus.

1 Primò, † quia cum Proſper ipſe teſtamenti quondam Donati Antonij Rendellæ ſui fratris fideicommittentis eſſet exequutor, bona ipſa authoritate propria capere potuit, ex latè traditis per *Peregrin. in tractat. de fideicommiſſ. artic. 47. num. 46. ac Bald. Iaſ. & alij in l. non dubium C. de legib. Dec. conſ. 242. num. 3. 418. num. 4. 424. num. 16. Præſ. de Franch. deciſ. 204. num. 9.* qui *num. 10. & 11.*
2 dicit, † quod ſi hæres ageret remedio,

*l. final.*

*l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* Exequutor teſtamenti poteſt impedire immiſſionem, & erit legitimus contradictor.

3 Secundò, † Proſper eſt fideicommiſſarius abſquè detractione legitimæ, ex quo ſimiliter dicta bona capere authoritate propria poterat, vltra adducta per eundem *Peregrin. artic.* 47. *num.* 5. *eſt gloſ.* quam ſequuntur *Cyn. Alberic. & alij in l.* 1. *C. quorum legatorum*, quod intendunt etiam poſt hæreditatem aditam, quanto facilius ſi ſtatim grauato mortuo, & ante hæreditatem per ſuum hæredem aditam, poſſeſſionem habuit, & ei ſequeſtrari non poterat.

Tertiò, bona fideicommiſſo ſubiecta
4 ſunt vineæ, † quorum cultura moram non patitur, cum durante lite deteriorari poterant, & remanere incultę, vt ſingulariter dicit *Bart. in l. ſi alius* §. *belliſſimè ff. quod vi, aut clam*, quem ſequitur *Veronenſ. in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap.* 3. *nu.* 12.

Quartò, nè dùm poſſeſſio ipſorum bonorum ipſi Proſpero deferri debet, ſed
5 condemnari pars ad fructus † reſtitutionem, etiam pendentium ad ipſum ſpectantes, iuxta *text. in l Herennius ff. de vſur.* ex latè adductis per eundem *Peregrin. d. tract. artic.* 49. *num.* 91. & 93.
6 & etiam introitus † in vita grauati non exacti ad ipſum ſpectant, vt deciſum firmat *Præſid. de Franch deciſ.* 13. *num.* 5. & 8. *per text. in l. poſtulante* §. *in huiuſmodi ff. ad trebell. & in l. deducta* §. *qui poſt eodem*, & ſic omnia ipſi fideicommiſſario reſtitui debent, & actores à limine iudicij reijciendi ſunt, cum omni actio-
7 ne careant, & etiam, † quia dolo facit, qui petit, quod reſtitutus eſt, *per regulam dolo facit, de regul. iur. in ſexto*, & hæc pauca adducta cum res ſit indubitata ad obtinendum ſufficere mihi videntur.

*Per Magn. Cur. Vicar. fuit decretum, quod bona in iudicio deducta reſtituantur dicto Proſpero, cum fructibus liquidandis, vt ex proceſſu in banca Campanilis, & idem iudicatum, & confirmatum per Sacrum Conſilium. Referente D. Conſiliario Iacobo de Franchis penes Burrellum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius pro ſua poſſeſſione tuenda poteſt curiam adire.*
2 *Hæres grauati opponendo fideicommiſſario conſtituitur in mora.*
3 *Mora facit, quod fructus ſpectent ad fideicommiſſarium, qui nō fuit negligens in petendo.*
4 *Hæres grauati tenetur de fructibus, & damnis fideicommiſſario.*
5 *Fideicommiſſario primo grauato, mortuo, & ſic adueniente conditione actiones, & dominium tranſeunt in ſecundum abſque traditione.*
6 *Fructus pendentes ſpectant ad fideicommiſſarium.*
7 *Vſufructuario mortuo ante fructus recollectos ad eius hæredes non ſpectant.*
8 *Fructus etiam ſati per grauatum, & non recollecti, ſpectant ad fideicommiſſarium.*
9 *Introitus non recollecti ſpectant ad fideicommiſſarium, & nu.* 10. & 15.
11 *Conditione adueniente dominium rei relictæ ſtatim tranſit ad fideicommiſſarium vocatum.*
12 *Fructus pendentes ſunt pars ſoli.*
13 *Lex defuncta ff. de vſufruct. loquitur in mortuo poſt fructus collectos.*
14 *Cautio facit extare fructus.*

## Pro eodem V.I.D. Proſper Rendella, contra eundem Fabritium Teſtam.

## ARGVMENTVM.

*Fructus pendentes, & introitus non exacti in vita grauati ad fideicommiſſarium ſpectant.*

CON-

## CONSILIVM LXXIII.

IN eadẽ præcedenti cauſa liquidatis fructibus à die mortis grauati domi obtentum fuit, quod fieret verbum in Sacro Conſilio, vnde pro confirmanda liquidatione facta pauca dicam.

Primò, verùm eſſe in facto Franciſcum Antonium Rendellam primum grauatum die 8. Septembris 1602. ab hac vita diſceſſiſſe fol. 4. à tergo 5. & 7. à tergo, & Fabritium Teſtam dicti grauati hæredem die nona eiuſdem ad fideicommiſſariam maſſariam vindemiãdam acceſſiſſe, vt per teſtes ſuper 6. 7. & 8. articulis fol. 61. 72. 78. & ſi Proſper Rendella V.I.D. fideicõmiſſarius poſſeſſionem ipſius ru-
1 ris, † accepiſſet pro illa ſibi tuenda, & impedimenta dicti hæredis remouenda adiuit curiam Ciuitatis Monopolis, iuxta notata per *Bald. in conſ. 224. num. 2. lib. 3. & Ancharan. q. 4. in fine part. 2.*
2 dùm dictus hæres † oppoſuit, fuit conſtitutus in mora, *l. 1. & final. C. de vſur. & fruct. legat. Soccin. conſil. 42. num. 5. lib. 3.* & in hærede grauato, & hæredis hærede notarunt *Angel. & Paul. Caſtr. in l. 1. §.*
3 *de illo ff. ad trebell.* † qua mora ſtante fructus poſt grauati mortem recollecti ad ipſum fideicommiſſarium ſpectant, cum ipſius negligentia in petendo non adfuiſſet, ad *text. in l. in fideicommiſſaria ff. ad trebellia. vbi Gloſ. & * communiter Doctores per Benedict. de Benedict. conſ. 31. in fine, verſ. circa quintum, Soccin. regul. 172.* & habetur etiam *ex text. in l. mulier §. ſi hæres, l. poſtulante §. 1. ff. ad trebell. l. apud Iulianum §. 1. ff de legat. 1.*
4 vbi quod de fructibus, † & omnibus dãnis, & periculo hæres tenetur, vt firmat *Peregrin. in tract. de fideicomm. artic. 49. num. 85.*

Secundò, Franciſcus Antonius fuit
5 primus legatarius grauatus, † & fideicommiſſum agnouit, & ſic adueniente die, vel conditione actiones, & rerum dominia abſque alia reſtitutione, nec verbali tranſierunt in Proſperum ſecundum fideicommiſſarium. *per text. in l. penultima §. cum autem C. ad trebell. in tertio caſu in fine, ibi: Siuè à primo fideicommiſſario in ſecundum tranſlatio celebrari iuſſa eſt, ipſo iure, vtiles actiones tranſeũt,* quem *text.* ſic ſimpliciter intellexerunt, *Bartol. Paul. de Caſtr. & Peregrin. in d. tract. art. 2. num. 58. & ſeq.* ibiq; contraria reijcit, & rationes adducit, idem *Benedict. de Benedict. d conſilio, & loco,* & ſic ſtante, quod Proſper ſtatim mortuo Franciſco Antonio dominium ruris,
6 acquiſiuit fructus pendentes † ad ipſum fideicommiſſarium ſpectant, non ad hæredes grauati, iuxta *text. in l. Herennius ff. de vſur. ibi: Fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, de terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere, licet maior pars anni ante diem fideicommiſſi cedentem præteriiſſe dicatur, notat idem Peregrin. d. artic. 49.*
7 *num. 91.* † ſicut vſufructuarius, qui ante fructuum recollectionem deceſſit, vt in *l. in ſingulis ff. de ann. legat. in fine, vbi le-*
8 *gitur: Fructuarius etiam † ſi maturis fructibus nondum tamen perceptis, deceſſerit hæredi ſuo eos fructus non relinquit,* &
9 tanquàm fructus † per defunctum ſati, non recollecti ad fideicommiſſarium, & legatarium ſpectant, etiam hæreditate iacente percepti, vt ex multis firmat *Gulielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verbo ſi abſque liberis nu. 13. part. 4. de teſtament. fol. mihi 55. à tergo,* & nè
10 dum fructus, † ſed & introitus non recollecti ad fideicommiſſarium ſpectant, & ſic in fortiori caſus noſtri deciſum firmat *Præſ. de Franch. deciſ. 13. num. 5. & 8. per text. in l. poſtulante, §. in huiuſmodi ad trebell. ibi: Etiam vſuras debitas ex mortis die in tempus reſtitutionis perſequor, & idem in deciſ. 168. nu. 6. & ſeq.*

Tertiò, tale fideicommiſſum fuit iniunctum Franciſco Antonio, in caſu quo ſine filijs decedebat, & ſic ſumus in fideicommiſſo conditionali, & adueniente conditione, vt aduenit abſque filijs de-
11 cedendo ſtatim poſt conditionis † euentum, dominium rei relictæ tranſijt in Proſpe-

Proſpe-

Digitized by Google

Proſperum fideicommiſſarium vocatum, *iuxta text. in l. penultima* §. *ſin autem*, *ſub conditione*, C. *commun. de legat. ibi: Sciat, quod conditione adimpleta ab initio cauſa in irritum reuocatur*, *ibiq; in terminis Salycet. & latè Soccin. Iun. conſil.* 182. *num.* 20. *lib.* 2. *idem Peregrin. d. artic.* 49. *num.* 104. cum grauatus die octaua Septembris anni 1602. ab hac vita diſceſſerit, & teſtis partis in art. 2. fol. 33. dicit, quod de dicto anno in dicto rure fuit cæptum vindemiari verſus finem Septembris, clarum eſt, quod tempore mortis grauati, fructus erant immaturi, pendentes, & non recollecti, & ſic per prædicta iura, authoritates, & deciſiones ad Proſperum fideicommiſſarium ſpe-

12 ctant, & ratio eſt, † quia fructus pendentes ſunt pars rei, *l. fructus pendentes ff. de rei vendicat. l. final.* §. *penultimo ff. de his, quæ in fraud. credit. & Præſ. de Franch. deciſ.* 390. *num.* 2. Ideò cum re tranſeunt ad quem res ſpectat, adeò vt nec pro rata temporis inter hæredes, & fideicommiſſarium diuiduntur, *Corn. conſ.* 158. *colum. vltim. num.* 8. *lib.* 3. *& plenè proſequitur Tiraquell. in tract. de retract. conuent.* §. 5. *gloſ.* 4. *in principio, & per totam, Molin. de primogen. hiſpan. lib.* 3. *cap.* 9. *Peregrin. d. art.* 49. *nu.* 93.

13 Non obſtat † *text. in l. defuncta ff. de vſufruct.* cum loquatur in penſione, quæ debebatur de menſe Martij, & fructus erant antea integrè percepti de menſe Octobris, quo caſu ſpectabāt ad hæredes fructuarij mortui de menſe Decembris, poſt fructus recollectos, ſed in caſu noſtro, quia erant pendentes, & non recollecti tempore mortis Franciſci Antonij grauati, ad ipſum Proſperum fideicommiſſarium fructus omnes ſpectant, vt ſuperius fundatum eſt.

Vltimo quid in hoc vagandum? cum etiam ſit verum in facto, quod eadem die nona Septembris 1602. poſt grauati mortem, hæres ad ipſam maſſariam, ſiuè vineam vindemiandam acceſſit, & vindemia, & fructus per Curiam Ciuitatis Monopolis ſequeſtrati fuerunt, pęnes tertium fol. 2. & ſeq. & poſtea dicto hæredi cum cautione conſignari fol. 31. à tergo,

14 quæ cautio † fructus ipſos extare facit, *per text. in l.* 1. *&* 2. ff. *de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſ. & Præſ. de Franch. deciſ.* 75. *num.* 9.

Vndè dùm per ſententiam Magnæ Curiæ, & Sacri Conſilij eſt dictum, maſſariam ſpectare ad Proſperum, cum fructibus, & fructus diſſequeſtrentur de

15 proprietate, † & fructibus ſequeſtratis, quorum eſt facta liquidatio per dictum decretum fol. 39. per ſententias ipſas parti aduerſæ rei iudicatæ obſtat exceptiò, *ad text. in l. cum quæritur, & ſeq. ff. de except. rei iudicat. vbi Gloſ. & Doctores*, & ex his decretum liquidationis ipſorum fructuum exequutioni demandari debet per Sac. Conſ.

*Die* 23. *Octobris* 1612. *referente D. Conſiliario Iacobo de Franchis, Marchione Tauiani, per Sacrum Conſilium prouiſum fuit, fructus dictæ maſſariæ ſpectare ad dictum Proſperum fideicommiſſarium à die mortis grauati, & fuit facta liquidatio ipſorum pęnes Burrellum Actorum Magiſtrum.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Probibitio alienandi ſine cauſa non inducit fideicommiſſum, niſi in caſu effectiuę alienationis.*

2 *Fideicommiſſum purum inducitur, quando teſtator dicit velle bona in familiam conſeruari.*

3 *Fideicommiſſum inducitur per verba prolata per modum cauſæ.*

4 *Probibitionis alienandi ratio declarat, & ampliat mentem teſtatoris.*

5 *Fideicommiſſum inducitur per ſola verba ſemper, & in perpetuum, velle bona in familia conſeruari, & num. ſequent.*

7 *Inſtitutionis, & ſubſtitutionis cauſa ad proxima præcedentia referuntur.*

Pro

Digitized by Google

### Pro D.Marco Antonio de Palma V.I.D.contra Catharinam de Palma.

## ARGVMENTVM.

*De fideicommiſſo ex prohibita alienatione inducto, & quod ſemper bona ſint penes deſcendentes, & ipſos de familias.*

## CONSILIVM LXXIV.

IAcobus Antonius de Palma V. I. D. quatuor relictis filijs maſculis hæredibus, & ad inuicē ſubſtitutis, in caſu cuiuſlibet ipſorum ſine filijs decedentiũ, expreſsè mandauit de ſuis bonis nullam fieri alienationem, ſed in perpetuum ſui deſcendentes, & de familia ſuccederent, pęnitus fęminis excluſis, ex quibus claris verbis, quod ſit fideicommiſſum in beneficium maſculorum de familia inductum, parũ inſiſtam:
1 nàm & ſi per ſimplicem † alienandi prohibitionem fideicommiſſum non inducatur, niſi in caſu effectiuæ alienationis, vt omnes fateri firmat *Peregrin.in tractatu de fideicommiſſ. artic.*14.*num.*10. Tamen ſi poſt alienandi prohibitionem teſtator
2 dicat bona velle, † in familia conſeruari, vt in caſu noſtro, purum fideicommiſſum inductum cenſetur, vt voluerunt *Aretin. & Soccin. in l. qui Romæ §. qui hæredes ff.de verbor.obligation. num.* 18.
3 quia verba illa † prolata per modum cauſæ fideicommiſſum inducunt, *Bartol. in l.qui volebat ff.de hæredib.inſtit. & in l.ſi ſoror §. Lutius ff. ſolut.matrim. firmat Peregrin.d.tractatu artic.*14.*num.*14. *&*
4 *ſeq.*† etiam quia ratio prohibitionis ampliat dictum, & mentem teſtatoris, vt expreſsè vult *Bart. in l.pater §. fundum ff. de legat.*3. *Peregrin.d.num.*14. & ex dictis verbis teſtatoris intentio demonſtratur, *per text. in l. legata inutiliter ff. de legat.* 1. & eo fortius eſt fideicommiſſum inductum, quia ſequuntur verba
5 ſemper, † & in perpetuum, in deſcendentes, & de familia bona eſſe debeant, hæc enim verba, & cauſa de per ſe ſolum ſufficiunt ad perpetuum fideicommiſſum inducendum, *l ſi fideicommiſſo § hæc verba ff.de legat.3.l.cum pater §.inſtituto ff. de legat.2. l.filiusfamilias §.cum pater ff. de legat.1. l. pater §. pater, alias mater ff. de legat.2. latè Menoch.conſ.197. num. 9.in fine in ſecunda quæſtione per totam, Dec.conſ.23. colum.3. conſ.38. colum.1. & 2. & poſt multos Anton. Gabriel. commun.opinion.lib.4.tit.de fideicommiſſ.concluſ.9. num.12. & Conſiliarius Fab.de Anna conſ.53.num.90. ac Peregrin.dicto*
6 *num.* 14. & attenta illa dictione, † in perpetuum, quę de ſui natura perpetuum fideicommiſſum, in omnes deſcendentes vocatos de familia importat, vt præcitati *Doctores* determinant, ac *Couarr. variar.reſolution.cap.5. num.4. verſ.ſecundo, Didac.de Paz in quæſtion.ciuil.maior. q.2. num.* 114. Et ſi dicatur in ſubſtitutione ſequenti fuerunt inſtituti, & ſubſtituti filij, quorum appellatione veniunt maſculi, & fœminę, non obſtat, quia ſub-
7 ſtitutionis clauſulæ † debent referri ad proxima præcedentia, ſecundum *Paul. de Caſtr.conſ.159. Dec.conſ.547. verſic. adhuc etiam.* Dùm teſtator in præcedentibus verbis dixit, velle bona ſemper in perpetuum conſeruari, in maſculos deſcendentes, & de familia excluſis omninò fœminis, ſorores Antonini de Palma, nepotes ex filio dicti teſtatoris, excludi debent, & bona dicto Marco Antonio de Palma nepoti ex alio teſtatoris filio applicari debent, & ita per Sacrum Conſilium iudicari nulla habita ratione præambuli in perſonam Catharinæ de Palma, per Magnam Curiam facti nulli dubium eſſe debet.

*Referente Regio Conſiliario Ioanne Andrea de Georgio, dicta Catharina fuit declarata hæres quondam Antonini de Palma, deductis bonis in fideicommiſſo quondam Iacobi Antonij de Palma, ſubiectis in beneficium, cuius per Sacrum Conſilium declarabitur pęnes de*

*Mon-*

Digitized by Google

*Mondellis Sacri Conſilii Actorum Magiſtr.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores præferuntur hæredibus, legatarijs, & fideicommiſſarijs per teſtamentum honoratis.*

2 *Bona, & legata Fiſco delata, vel relicta transſeunt, cum eorum oneribus.*

3 *Hæreditas iacens perſonam defuncti, non hæredis ſubſtinet.*

4 *Bona, & fructus ſequuntur Dominum, vbi nulla eſt bonæ fidei poſſeſſio.*

5 *Fructus, & legata augent hæreditatem.*

6 *Hæreditati, quod acquiritur, hæreditati, adijcitur.*

7 *Legatarius legata à manu hæredis capere debet, & authoritate propria capiens punitur.*

8 *Fiſcus, & Officiales alterius bona, non niſi per ſententiam capere poſſunt.*

9 *Fiſci ante tempus agentis actio perimitur, ſicut in quolibet priuato.*

10 *Fiſcus ius ſibi dicendi poteſtatem non habet, & quid ſit.*

11 *Fiſcus habet Iudices, & Procuratorem, per quos agit, & conuenitur.*

12 *Fiſcus rem alienam capiens, & retinens repræſalias committit, & reſtituere tenetur.*

13 *Mulier, & Fiſcus in hypotheca pari paſſu ambulant, & quando ſecus nu. 14.*

15 *Fiſcus vti heres ſuccedens tenetur ad onera.*

16 *Creditor debitori ſuo ſuccedens ſuæ actiones extinguuntur, & confecto inuentario conſunduntur in quantum bona hæreditaria adſunt.*

17 *Fiſcus ſi eſt, tanquàm ſucceſſor pro delicto vel alias loco hæredis eſt, & ad onera tenetur.*

18 *Fiſcus legatarius loco hæredis eſt, & tenetur ad onera.*

19 *Fiſcus ſuccedens priuato pro legato, vel aliter iure priuati vtitur.*

20 *Creditor pecuniam hereditariam per Fiſcum exactam auocare poteſt.*

21 *Creditor anterior, & potior præfertur Fiſco.*

22 *Conditio priuati non mutatur per conditionem Fiſci legatarij, vel ſucceſſoris priuati.*

Pro Donna Agneſa Parennio, contra Regium Fiſcum.

*ARGVMENTVM.*

*Creditum priuati præfertur omnibus in teſtamento honoratis, & anterior præfertur etiam Fiſco.*

CONSILIVM LXXV.

IN hac cauſa D. Agneſæ Parennio D. Ioannis Diui Iacobi de Spata Equitis generoſiſſimi, filiæ, & Lucretię Reccho vxoris meæ chariſſimę, prudentiſſimæ ex fratre Mutio fratriæ: verùm eſt in facto ipſam D. Agneſam ob Capitanei Stephani Pignaloſæ olim ſui viri mortem in gubernio, & regimine Caſtri Portus Herculei remanſiſſe, & eſſe creditricem in ducat. 2400. pro eius antephato, nedum vigore publici inſtrumenti, ſed etiã ſententiæ contra Curatorem iacẽtis hæreditatis latæ, & Fiſcum exegiſſe ducatos mille, & quinquaginta de pecunia per D. Aloyſium Henrichez dicto Stephano debita, vigore legati, vnde quod Fiſcus ipſi D. Agneſæ creditrici ſummam exactam reſtituere debeat, ex his demonſtratur.

1 Primò, † quia creditores præualent omnibus per teſtamentum honoratis hęredibus, legatarijs, & fideicommiſſarijs, quibuſcumque à ſe relictis, iuxta *text. in l. papinianus §. quartam, & §. quoniam autem quarta ff. de inofficioſ. teſtament. l. in quantitate §. final. ff. ad leg. falcid. l. ex aſſe ff. eodem, ſic cenſuit Salycet. in l. 2. C. ad trebell. Paul. Caſtrenſ. in l. 1. C. eodem, Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fidei-*

*commiſſ.*

*commiſſ. artic.* 4. *num.* 5. *facit text. in l. cum Fiſco ad Senatuſconſult. Syllan.* vbi
2 bona Fiſco delata † tranſeunt cum onere legatorum, quanto fortius cum onere æris alieni, & eſt pũctualis *text.* in Fiſco loquens *in l. in facto* §. *Fiſcus ff. de condit. & demonſtrat.* vbi Fiſcus legatum ſibi factum, vindicat cum onere, & ſic dum dictam pecuniam dicto Stephano debitam, cum onere crediti D. Agneſæ exegiſſet, ſiuè retinuiſſet, reſtituere tenetur per prædicta aperta iura.

Secundò, vera eſt iuris cõcluſio, quod
3 hæreditas iacens, † perſonam defuncti, non hæredis ſubſtinet, §. *ſeruus autem inſtit. de hæredib. inſtit. l. in eo, & l. ſeq.* ff. *de acquir. rer. domin. l. mortuo ff. de fideiuſſ. l. ſi Titio, & mihi* §. *ſi eo hærede de*
4 *legat.* 2. † Ideò ne dùm bona hæreditaria, ſed & fructus ſequuntur Dominum, vbi nullus eſt bonæ fidei rerum poſſeſſor, *l. ex diuerſo*, §. 1. *ff. de rei vendicat.* &
5 etiam fructus † percepti, iacente hæreditate eam augent, *l. item veniunt* §. *fructus ff. de petit. hæredit.* & ideò reſtituendi quoniam hæreditatis ſunt, *l. in fideicommiſſariam* §. *quoties ff. ad trebell.* Nàm
6 quod hæreditati acquiritur, † hæreditati adijcitur, *l. quod ſeruus* ff. *de legat.* 2. & interim rerum dominium remanet pęnes ipſam hæreditatem iacentem, *l.* 1. §. *ſceuola cum gloſ.* ff. *ſi quis teſtament. liber.* Si ergo dominium dictorum ducatorum mille, & quinquaginta reſedit, & reſidet pęnes hæreditatem iacentem, & hodie in dicta quantitate pecuniæ concurrit, ipſa D. Agneſa pro ſuo oneroſo ex cauſa dotis credito, & Fiſcus pro prætenſo legato, clari iuris erit ipſam D. Agneſam eſſe præferendam, & Fiſcum dictam quãtitatem cum intereſſe reſtituere teneri, ſtante etiam, quod tale intereſſe hæreditatem auxit, vt prædiximus.

Et ſi Fiſcus dicat, quod quantitatem per D. Aloyſium Henrichez Stephano debitam, cum legato ſibi à creditore fa-
7 cto compenſauit, non obſtat: † nàm legatarius ſuum legatum à manu hęredis capere debet, & authoritate propria capiẽs crimine ęxpilatæ hæreditatis tenetur, vt eſt *text. in l. penultima C. de crimin. expilat. hæredit. ibiq; Gloſ. & Doctores*, & à iure ſuo cadit, *per text. in l. extat ff. de eo, quod met. cauſ. & in l. creditores* ff. *ad*
8 *l. Iul. de vi priuata*, † & in ſpetie Fiſcus, & Officiales ſui particularium bona, vt erat dicta pecunia, quarum dominium pęnes iacentem hæreditatem reſidebat, niſi per ſententiam, & iuſtitiam capere non poterant, *per text. in l. prohibitum eſt, & in l. defenſionis facultas C. de iure*
9 *fiſci lib.* 11. † Immò Fiſcus, ſi ante tempus agat, eius actio perimitur, ſicut cuiuſlibet priuati, *l. iuſtas C. eodem*, quanto fortius authoritate propria capere non potuit? maximè quod copia Iudicis non
10 deficerat, † & Fiſcus ius ſibi dicendi poteſtatem non habet, cum Fiſcus dicatur Cuſtos, ſeù Sacriſta, vel Repoſitarius the-
11 ſauri publici, † & habet ſuos Iudices, & Procuratorem, per quos agit, & conuenitur, vt teſlatur *Franciſc. Marc. deciſ. Delphin.* 338. *num.* 16. & 17. *par.* 1. vndè in caſu noſtro pro prætenſo legato, coram ſuo Iudice agere poterat auditis creditoribus, & cum Curatore hæredi-
12 tatis iacentis, † & dùm tale legatum retinuit, & retinet reſtituere nolens, videtur repreſalias, cum reuerentia, facere, etiam quia cum non à ſuo debitore, ſed ab alio conſequutus eſt, ſaluari non poteſt, niſi reſtituat, vt firmat *Archidiacon. in cap. & ſi pignorationes num.* 1. *de iniur. lib.* 6. *quem ſequitur Ioan. Lup. in tract. de bell. & bellat.* §. *benè aduertiſti num.* 7. & prædicta in hoc caſu proce-
13 dunt in Fiſco, tanto plus, † quia mulier, & Fiſcus in hypotheca pari paſſu ambulant, vt ex multis firmat *Neguſant. in tractatu de pignor.* 4. *membr.* 2. *part. num.* 108. & dùm hypotheca D. Agneſæ pro ſuo credito eſt anterior, Fiſco præfertur, tanto plus cum ex parte D. Agneſæ ſi-
14 mus in cauſa oneroſa, † & Fiſcus in cauſa lucratiui legati, quo caſu priuatus pręfertur Fiſco, vt in ſpetie magis* communem eſſe opinionem, *ex Iaſ. & alijs firmat Neguſ. ibidem num.* 118. *in* 9. *colum. tract. fol. mihi* 21.

Tertiò, pro faciliori deciſione cauſæ



Digitized by Google

diſtinguo, aut Fiſcus dictam pecuniam
15 vti Stephani hæres accepit, † & ad onera hæreditaria tenetur, *l. cum à matre C. de rei vendicat. Doctores in l. quæ dotis in fine ff. ſolut. matrimon.* per quem *text.*
16 ibi vult *Alexand.* † quod creditor ſuccedens debitori, adita hæreditate ſua hypotheca, & omnes actiones extinguuntur, & tenetur, vt defunctus, & confecto inuentario ſuæ actiones cõfunduntur, in quantũ bona hæreditaria adſunt, vt perbellè cõcludit *Fulg. cõſ. 67. paterfamilias col. 2. Gloſ. in l. 1. & in l. ſententiam C. de fideiuſſ. Roman. conſ. 18. viſa facti in fine, Iul. Clar. pract. crim. q. 78. verſ. itẽ in Fiſcum, Paul. de Caſtr. conſ. 390. nu. 2. & 3. par. 1.* Immò ſi vt heres, ex quo non confecit inuentarium, ſi erat creditor ſuum amiſit creditum, & hanc magis * cõmem opinionem eſſe, ex alijs firmat *Bernard. Hẽrich. Ianuenſis in ſua ſumma commun. opin. concluſ. 208. lib. 3. fol. mihi 112.* & vltra vires hæreditarias inſolidum tenetur, *iuxta text. in l. final. §. cum igitur, ibi: Cùm omnibus creditoribus ſuppoſitus ſit, C. de iure deliber. & dicit Imol. Roman. & Alexand. in rubrica ff. de acquir. hæredit. Iaſ. in d. l. final. in principio*, per *text. in* § *penult. in authent. de hæredib. & falcid. ibi: In omni perſona, ſiuè priuata, ſiuè militari, ſiuè ſacerdotali, ſiuè imperiali, vbi ita tenuit Angel. & in l. 1. §. hæc ſtipulatio ff. de cui pluſquam per l. falcid. & ex Gloſ.* in dictis verbis militari, & imperiali, videtur colligi, etiam in Fiſco, & tangit *Peregrin. de iure fiſci lib. 4. tit. 1. num. 3.* licet adducat aliquos in contrarium, tamen quod tenetur ad onera hæreditaria iuxta vires, nemo negare poteſt, ergo &c.

Et ſi exegiſſe prætendat Fiſcus tan-
17 quàm ſucceſſor ex delicto · † quod nullum adeſt, vel alias adhuc loco hæredis eſſet, & ſimiliter ad onera teneretur, per *textum apertum in l. 2. C. ad l. Iul. de vi priuat. & firmat Gregor. Lopez in l. 10. num. 8 partit. hiſpan. 3. Bartol. conſ. 157. ſuper his, Dec. in l. 1. ff. ſi cert. petat. & Aymon Crauett. conſ. 130. num. 5. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 8. & 237.* Si verò tan-
18 quàm legatarius, † vt in proprio noſtro caſu capere, & retinere prætendat, adhuc reſtituere tenetur, *iuxta text. in l. final. §. & ſi præfatam* C. *de iure deliber. ibi: Licentiam creditoribus non denegandam aduerſus legatarios venire, vel hypothecis, vel indebiti cõdictione vti, & hæc, quæ receperint recuperare, cum ſatis abſurdum ſit creditoribus quidem ius ſuum perſequentibus legitimum auxilium denegari, legatarijs verò, qui pro lucro certant, ſuas partes leges accommodare, & quod firmat Ruſtic. in inuẽtario in dicto verbo aduerſus legatarios nu. 103. & reiectis contrarijs Præſ. de Franch. deciſ. 246. in princip.*
19 Fiſcus enim dùm pro legato † ſuccedit priuato, iure priuati vtitur, *l. in facto §. final. ff. de condit. & demonſtrat. l. Fiſcus ff. de iure fiſci, Gloſ. in l. hæres abſens in principio* ff. *de iudic. notatur in cap. qui in alterius de re iudic. in ſexto.* Immò credi-
20 tor pecuniam † hæreditati debitam per Fiſcum exactam, ab ipſo Fiſco auocare poteſt, prout ad hoc ſunt aperta iura in *l. idem eſt, in l. nec nouum eſt, quod alius ſoluit alius repetat* ff. *de condit. indebit.*
21 ſic D. Agneſa anterior, † & potior Fiſco ipſi Fiſco præferri debet, iuxta *text.* in Fiſco loquens *in l. ſi pignus ff. qui pot. in pignor. hab.* vbi priuatus præfertur Fiſco, eſt etiam *text. in l. ſi fundum C. eodem, vbi Gloſ. & Doctores* expreſsè firmant, creditores poſſe contra Fiſcum agere, & obtinere, ſi ſua credita anteriora, & potiora ſunt, eo fortius, quia Fiſcus aduerſus mulierem nullum habet priuilegium, & à pari procedunt in ſuis iuribus, & hypothecis, vt diximus. Accedat prædictis, quod obligatio, & actio in beneficium D. Agneſæ, pro ſuo credito erant ante legatum factum Fiſco, & eius retentionem, ſeù occupationem acquiſita, ex
22 quo eius conditio, † nec variari, nec immutari debet, ex perſona legatarij ſucceſſoris, *l. 2. §. ex his de verbor. obligat. ibiq; Bart. Bald. Imol. Alberic. & omnes Scribentes*, ideò quemadmodum priuatus non poſſet de facto creditum ſui debitoris per alium debitum capere, ſed ſolum ordinariè, & coram ſuo Iudice, ita

nec

Digitized by Google

nec Fiſcus prætẽſo legato ſuccedens priuato, cum vtatur, vt diximus, iure priuati, ſed contra Fiſcum eſt punctualis *text. in d. l. probibitum eſt, & in d. l. deſenſionis facultas,* dùm vigore prætenſi legati Fiſcus retinuit, ſiuè occupauit pecuniam ipſam, non à manu hæredis, ſed propria authoritate, & legata creditis hæreditarijs poſponuntur, vt iam diximus, & ex his breuiter adductis Fiſcus dictos ducatos mille, & quinquaginta, cum intereſſe D. Agneſę ſoluere condemnari debet, & ita iuris eſſe mihi videtur, ſalno Dominorum Iudicantium ſaniori iudicio.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione in teſtamento veniunt deſcendentes.*

2 *Alienationis prohibitio fauore inſtituti, & bonorati facta cenſetur, & nu. 29.*

3 *Hæredes in ſpetie nominati in hæreditate vocati, cenſentur prædilecti.*

4 *Hæreditatem, & bona potius ad extraneos peruenire, quàm ad agnatos, eſſet iniquum.*

5 *Probibitio cum cauſa, vt bona remaneant in familia, vel in certum genus perſonarum, fideicommiſſum inducit in caſu effectiuæ alienationis.*

6 *Probibitio per verba acta ad fideicommiſſum inducendum, vt ne bona de familia exeant, & ſimilia, fideicommiſſum abſolutum inducit.*

7 *Fideicommiſſum ſimplici probibitione de non alienando non inducitur, cum nudum præceptum teſtatoris nihil operetur.*

8 *Alienatio ſimpliciter prohibita hæredibus, & eorum hæredibus, nihil operatur.*

9 *Probibitio alienationis hæredibus, & eorum hæredibus non comprehendit alienationem per hæredis inſtitutionem in vltima voluntate.*

10 *Viuere quis ſemper non poteſt.*

11 *Alienationes neceſſariæ nunquàm includuntur in ſimplici prohibitione.*

12 *Probibitio alienationis, per quam teſtandi facultas adimitur, non valet.*

13 *Fideicommiſſum reciprocum, vt inducatur neceſſe habet reciproca ſubſtitutione.*

14 *Teſtator, quod non dicit, noluiſſe videtur, & nu. 15.*

16 *Teſtatoris voluntas non præſumitur, niſi tranſeat in diſpoſitionem.*

17 *Hæres verbum eſt adeò generale, quod comprehendit, etiam extraneos hæredes.*

18 *Hæres hæredis, teſtatoris hæres eſt.*

19 *Succeſſor verbum comprehendit omnes, & quoſcumque ſucceſſores, etiam extraneos.*

20 *Succeſſor verbum, comprehendit immediatum, & mediatum, etiam ſi plures fuerint intermedij.*

21 *Papa dicitur ſucceſſor Diui Petri Apoſtoli.*

22 *Succeſſor verbum ponitur ampliatiuè, id eſt quicumque ſucceſſor.*

23 *Lex ex facto non facit contra nos, & reijcitur dictum Speculatoris, & ſequacium.*

24 *Voluntas teſtatoris iniquitatem præſumptam ceſſare facit.*

25 *Ripæ doctrina eſt extra caſum noſtrum.*

26 *Hæreditas verbum, ita conuenit hæredibus ſanguinis, ſicut extraneis, qui dicuntur incerti.*

27 *Nullum, quod eſt, nullum producit effectum.*

28 *Hæredis appellatione, intelligitur de omni hærede.*

30 *L. cum ita legatum, l. quoties, l. qui ſoluendo, & l. generaliter declarantur.*

31 *Hæredes primi, & vlterioris gradus cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.*

32 *Hæredes plures, ſi æqualiter inſtituantur, quilibet ratam ſuam habebit.*

33 *Teſtatoris voluntate, quod fit, iniquum non dicitur.*

34 *Dotis cauſa ſicut res alienari probibita, alienatur, ita & in dotem relinqui poteſt.*

## Pro ſororibus de Roccha, contra fratres.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

*Prohibita ſimpliciter alienatione, an inducatur fideicommiſſum inter cohæredes, ita vt vnus ex cohæredibus extraneum inſtituere non poſſit.*

## CONSILIVM LXXVI.

ORlandus Roccha, Aloyſium, Abbatē Marium, & Anellum ex fratre premortuo nepotes vniuerſales hæredes, quēlibet pro rata instituēdo: pro conſeruatione ſuæ hæreditatis, & bonorum, voluit quod nullus ipſorum aliquid alienaret, vel diſtraheret, ſed ipſi, ipſorumq; hæredes, & ſucceſſores eſſent vſufructuarij, donec vixerint, & in caſu alienationis, ſeù diſtractionis, ſua hæres ſit Sanctiſſima Annunciata huius Fideliſſimæ Neapolitanæ Ciuitatis; adita per omnes hæreditate, Anellus vnus ex prędictis hęredibus nominatis ab hac vita diſcedens, ſuas ſorores ſibi vniuerſales inſtituit hæredes, eſt videndum, an ex tali alienationis prohibitione ſit inductum fideicommiſſum in ſuperſtitum cohæredum beneficium, & an talis hæredis inſtitutio in ſorores ſit valida, & videtur dicendum talem diſpoſitionem non valere.

1 Primò, † quia facta hęredum mentione in teſtamento eos inſtituendo, & honorando, veniunt ſolum deſcendentes, non autem extranei, & diſpoſitio in ſorores non valet, ſecundum *Speculat. in tit. de teſtament. §. in primis verſ. pono, per l. ex facto ff. ad trebell. & cum eo tranſeunt Io. Andr. ibi, & Ripa in d. l. ex facto §. final. Bald. in cap. ſi pater filio de teſtam. Ruyn. conſ. 110. nu. 9. lib. 1.*

2 Secundò, quia teſtator primo nominauit dictos eius nepotes inſtituendo, † & honorando, & alienare prohibendo, & ſic eorum fauore prohibitio facta videtur, & ideò valere ſenſit, *Gloſ. in l. cum pater, §. inſtituto, ff. de legat. 2. quam probauit Imol. ibi.*

3 Tertiò, † inſtitutos hæredes in ſpetie, teſtator nominando, & ad eius hęreditatem, & bona vocando, videtur eos prædilexiſſe, iuxta *text. in l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſo, alias lex omnia ff. de legat. 2. l. quoties duobus in principio C. de rei vendicat. l. qui ſoluendo ff. de hæred. inſtit. l. generaliter §. quis ergo ff. de fideicommiſſ. libert. authent. hoc amplius, & in corpore, vnde ſumitur, C. de fideicommiſſ.*

4 Quartò, † iniquum ſatis eſſe videtur, ſi portio hæreditatis hæredis defuncti, ad extraneos potius, quàm ad ſuos hæredes veniret, cum cogitare debeamus, quod lex cogitauit, videlicèt, teſtatorem voluiſſe, nè in totum, nec in partem ſuam hæreditatem potius ad extraneos, quàm ad ſuos nepotes inſtitutos peruenire, *l. cum acutiſſimi, l. generaliter C. de inſtit. & ſubſtit.*

His, & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem eſſe puto ex pluribus. Primò, nàm & ſi in magno agitetur pelago, & notiſſima ſit *Doctorum* altercatio, numquid prohibita alienatione, ſimplex inducatur fideicommiſſum, an in caſu alienationis tantùm: Tamen inter cæteras opiniones breuitati ſtudens adduco vnam per *Doctores* modernos, magis * communiter approbatam, quæ in duos caſus diſtincta multas componit opiniones.

Primus caſus eſt, quando prohibitio
5 eſt ſimplex cum cauſa, † vt bona remaneant in familia, vel in certum genus perſonarum, quia talis clauſula cenſetur poſita ad conualidandam præcedentem prohibitionem, & tanquàm acceſſoria nil noui operari debet, & tunc non cenſetur fideicommiſſum inductum, niſi in caſu effectiuæ alienationis, *iuxta text. in l. peto §. fratre ff. de legat. 2. ibiq; Gloſ. & * communiter Doctores, & voluit Curt. Iun. conſ. 145. nu. 10. verſ. quartus principalis caſus, Alciat. conſ. 102. colum. 1. in quarto caſu lib. 9.* dicit in hoc nullum extare contradictorem, & firmant infiniti *Doctores*, quos cumulat *Hippolyt. Riminald.*

Digitized by Google

nald.cõſ.147.per totum primum dubium, & in conſ.276.nu.34.& ſeq. per vltra tres columnas, Soccin.Iun. conſ.97.nu.5. * communem dicit Burſat. conſ.157.nu. 35.lib.4.Pancirol.conſ.64.num.8.& ſeq. Marc.Ant.Peregr.in tract. de fideicommiſſ.art.14.nu.10.

Secundus caſus eſt, quando prohibi-
6 tio † fit per verba acta ad fideicommiſſum inducẽdum,veluti cum dicatur prohiberi bona extra familiam alienari, vel extra maſculos,vel extra deſcendentes, ſubiuncta clauſula, quod vult,nè dicta bona de familia exeant, & ſic cenſetur fideicommiſſum abſolutum inductum, & bona, in caſu alienationis, & in caſu mortis,illis de familia,quorum fauore fuit facta prohibitio reſtituenda ſunt, alioquin poſterior clauſula nihil operaretur,ad text. in l.pater filium §.filia ff de legat.3. d l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. l.final. C. de rei vendicat. & in ſpetie ſic dixit Soccin. conſ. 43. verſic. quare pro deciſione, Alciat. conſ.36. num. 10.& ſeq.lib.9.quàm diſtinctionem prçclarè ponit Iacob.Mandell.Albenſ.conſil. 54. eamq; refert, & ſequitur Hippolyt. Riminald.conſ.528. num.8. & ſeq. ſubdens primum caſum tenere Plot. conſ.14. ſecundum caſum Menoch. conſil. 197. num. 20. quos videndos breuitatis cauſa relinquo.

Caſus autem noſter eſt ſatis diuerſus
7 à prçdictis,† dùm teſtator prohibuit alienationem per dictos hæredes, & eorum hæredes, vlla cauſa adiecta,ex quo fidei commiſſum vllum, vllamq; prohibitionem inducere voluit, quia nudum teſtatoris præceptum nihil operatur, iuxta peculiaria iura in l.filiusfamilias §.diuus ff.de legat.1. ibi: Scripturam hanc ſimplicis prohibitionis, nullius eſſe momenti, & in l.pater familias §. Iulius Agrippa ff. de legat.3. legitur: Cùm hoc nullum præceptum eſt, nihil proponi, contra voluntatem defuncti factam, quo minus ad hæredes extraneos,vt ex ſuperiori litera text. idẽ habetur in l.Lutius Titius in principio,& in l. pater filium §.pater ff. eodem, ibiquè perbellè declarat Bartol.quod nullo modo fideicommiſſum inducatur, nec alienatio impeditur, quia cum teſtator alie-
8 nationem prohibuerit hæredibus ſuis, † & eorum hæredibus,ipſosq; vſufructuarios eſſe voluit, & ſimus in perſonis incertis,quilibet poteſt hæredes, quos velit ſibi eligere,ita Bartol.eleganter ibi,& idem voluit Caſtrenſ. in d.§. diui num.5. & hoc etiam ſi teſtator efficaciter alienationẽ prohibuiſſet, prout expreſsè Alciat.confirmat in d.§.diuus num.6. & ex alijs Peregrin.art.14.num.1. ibiq; rationes affert.

9 Secundò, † talis alienationis prohibitio in hæredes,& eorum hæredes, non comprehẽdit alienationem,quæ per hæredis inſtitutionem in vltima voluntate fit, iuxta text. in l.quædam ff.de acquir. rer.domin. ibi: Quædam, quæ non poſſunt ſola alienari,per vniuerſitatem tranſeunt, vt fundus dotalis ad hæredem, & cuius aliquis commercium non habet: nàm & ſi ligari ei non poſſit, tamen hæres inſtitutus Dominus eius efficitur, eſt etiam text.ad literam in l.1.ff.de fund.dotal.ibi: Sed per vniuerſitatem tranſit prædium ſecundum quod poſſibile eſt ad alterum,veluti ad hæredem mariti, cum ſuo tamen iure, vt alienari non poſſit; eſtq; doctrina Bart. & * communiter Doctorũ in l. ſi ita quis §.ea lege ff.de verbor.obligat.& in d.l.peto §.fratre, Angel.in l.ea lege C.de condit. ob cauſ. & conſ. 7.incipien. ex dicto themate plura dubia,& in conſ.61.incipien. Domina And.& ex alijs etiam contrarijs reiectis, in fortiori caſus noſtri firmat Alexand.conſ.55.poſt num.2. verſ.tamen præmiſſis non obſtantibus,vſque ad nu. 5. per alias authoritates,& exempla firmat Hippolyt. de Marſil.ſingul.465. Riminald.Senior conſ.25. colum.2. & 3. Hippolyt.Riminald.conſ.528.num.22.& 23. & quod bona ſubiecta, & alia propria per inſtitutionem hæredum ſit quodam-
10 modo neceſſariè dare, † cum quis ſemper viuere non poſſit, l.final. C.de ſacroſanct. Eccleſ. & alienationes neceſſariæ
11 ſub ſimplici † prohibitione nunquàm includuntur, l. alienationes ff.famil. erciſcund. l. ex hoc edicto §.ſed hæredem ff.



Digitized by Google

*de alien.iudic.* & aliter cenſeretur adepta
12 facultas teſtandi, † ex quo talis prohibitio non valet, *ad text.in l.ſtipulatio hoc modo concepta* ff. *de verbor.obligat. l.ille, aut ille* ff. *de hæred.inſtit. & ita determinat Bartol. in d.* §. *ea lege*, cum quo alij * communiter tranſeunt, *ff. de verb.obligat.Roman.conſ.26. in fine, Roland.conſ. 34. num 66. & ex alijs Hippolyt. Riminald.dicto conſ.528. num.22. & ſequen.* & ſic inſtitutio Anelli in ſorores eſt valida.

Tertiò, in dicto Orlandi teſtamento nulla adeſt inter dictos hęredes reciproca ſubſtitutio, & adhoc, vt inter eos re-
13 ciprocum induceretur † fideicõmiſſum, requirebatur, quod eſſet facta ſubſtitutio in hæreditate, *l.filium* ff. *de legat.2. Iaſ. in l.penult.C.de impuber. & alijs ſubſtit.* ait hanc * communem eſſe opinionem, *& in conſ. 153. colum.2. verſ.primo ergo lib. 2.Roland.à Valle dicto conſ.34.num.* 57. Ergo nullum adeſſe fideicommiſſum
14 dicimus, † quod cum teſtator non dixerit, noluiſſe videtur, *l. 1.* §. *ſin autem ad deficientiam C. de caduc. tollend.* Cùm
15 teſtator, † quod non loquitur, velle non pręſumatur, vt per *Bald.in d.* §. *ſin autem*, & mens teſtatoris talis præſumitur, qualis ex verbis ſecundum eorum rectum ſenſum apparet, *l.final. vbi Bart. ff. ad trebell. Curt.Iun. conſ.57. colum.3. Bellon.conſ.53. num.6. Oſaſch.Pedemontan. deciſ. 126. num. 25. & Peregrin. articul.* 28. *num.* 80. Immò non præ-
16 ſumitur † teſtatorem voluiſſe, niſi voluntas ipſius tranſeat in diſpoſitionem, *Bald.in l. quidam cum filium* ff. *de hæredib.inſtit.Dec.conſ.61.colum.2.Iaſ.conſil. 228.col.2. lib.2. Pariſ.conſ.87.num.28. lib.2.* vbi hanc * communem eſſe opinionem firmat, & refert *Roland.à Valle dicto conſ.34.nu.41.*

Quod de Orlandi hæreditate, & bonis portio vnius de prædictis hæredibus decedentis ad cohæredes ſuperſtites non veniat: demonſtratur etiam ex ipſius teſtamenti verbis, dùm quilibet ipſorum pro æquali portione, & rata hæres inſtitutus ſit, cum prohibitione nè alienarét, nec quicquam de ſua hæreditate, & bonis diſtraherent, & quod tàm dicti Aloyſius, Abbas Marius, & Anellus, quàm eorum hæredes, & ſucceſſores, ſint vſufructuarij, donec vixerint, & ad hæredes extraneos ſuorum hæredum ſuam hæreditatem, & bona deuenire voluiſſe ipſa
17 verba dicunt, † quia verbum hæres eſt adeò generale, quod non per extenſionem, ſed ſecundum propriam ſuam ſignificationem, omnes hæredes, etiam extraneos comprehendit, *l. hæredis appellatione, l.hæredis appellatio, l.ſciendum ff.de verbor.ſignif. l.ſi plures gradus ff.de legat.3. l.4.§.Lutius* ff.*de aliment. & cibar.legat.l.final. C. de hæredib.inſtit. l.2. & 3.* ff. *de petit.hæredit. l. paterfamilias ff. de vulgar. & pupillar.ſubſtit. l.ſi quis filium* §.*final. ff. de caſtrenſ.pecul. l. qui per ſucceſſionem* ff.*de regul.iur. & voluerunt Bart.& Doctores in l.gallus* §.*etiam ſi poſtea* ff.*de liber.& poſthum.Angel.conſ.*
18 *306.num.20.* † & veniunt hæredes hæredis, quia hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres, *l.final.& quod ibi Doctores ff.de hæredib.inſtit. Bertrand.conſ.26.num.1. lib.3.Alexand.conſ.36.num.4.lib 3.Hippolyt. Riminald. conſ.23. num.45. lib.1. dicto conſ.528.nu.44. lib.5.* Adeſt etiam
19 verbum ſucceſſores, † quod eſt adeò generale, quod comprehendit vniuerſos, & quoſcumque ſucceſſores, etiam extraneos, *l.quædam* §.*nihil intereſt ff.de edéd: l.ſtipulatio iſta habere licere* §.*ſicut ff. de verbor.obligat.* & nè dùm venit ſucceſſor
20 immediatus, † ſed mediatus etiam ſi fuerint multi intermedij, *cap.1.de homicid.in ſexto*, per quem *text.* notat ibi *Geminian.* quod quis poteſt appellare ſe ſucceſſorem alicuius, quàmuis per infinitos medios, ſit eius ſucceſſor, ſicut Papa
21 Innocentius ibi, † ſe appellat ſucceſſorẽ Diui Petri, & tamen multi interceſſerunt medij, *Bertrand. dicto conſ.26. num.1. lib. 3.* Item verbum ſucceſſor importat ius hæreditarium, *vt in l. nihil aliud eſt hæreditas* ff.*de verbor.ſignif. l. hæreditas* ff.*de regul.iur. Soccin.Iun. conſ.158. nu. 17. lib. 3.* & dici poteſt, quod illud ver-
22 bum ſucceſſores, † ſit poſitum ampliatiuè,

Digitized by Google

uè,ideſt ad quoſcumque hęredes,& ſucceſſores, cuiuſcumquè qualitatis, & rei, ita quod dicãtur vocati,etiam ſingulares ſucceſſores , & in re certa inſtituti, propter geminationem illorum verborum,iuxta plenè tradità per *Alexan.conſil.* 113. *ex themate præmiſſo col.* 1. *lib.* 2. *& ſequitur Soccin.Iun.d.conſ.* 158. *num.* 20.& ſic teſtator non habuit mentem, vt ſua hæreditas,& bona peruenirent ad dictos ſuos primos hæredes tantùm, ſed portio cuiuſlibet ad vniuſcuiuſquè hæredes, & ſucceſſores, vt verbis expreſſis dixit,quod alio non eſſet opus .

Non obſtat *l.ex facto* ff.*ad trebell.*per
23 quam motus fuit *Speculat.* † *& ſequaces*,vt in primo contrario,quia procederet,quando ſumeretur verbum hęres pro hæredibus ſanguinis,& aliqua reſultaret iniquitas , vel abſurditas, quod non eſt in caſu noſtro, quia non ſumus in re tranſitoria ad hæredes ſanguinis, vt feudum, vel emphyteuſis pro liberis hæredibus,ex corpore conceſſis,vt plurimum eſt,ſed in re ad quoſcumquè hæredes, & ſucceſſores tranſitoria, & nullam adeſſe
24 iniquitatem, † vel abſurditatem, dùm teſtatoris expreſſa ſeruatur voluntas,qui hęredes quoſcumque ſuis nepotibus primis inſtitutis ſuccedere voluit,vt prædiximus,& in vltimis voluntatibus, ſufficit pro ratione voluntas, *l.quia poterit* ff. *ad trebell.* & ampliſſima ex legibus in teſtãdo attributa eſt poteſtas, *l.verbis legis ff. de verbor.ſignif.*§.*diſponat teſtator*, *auth. de nupt.*

25 Nec obſtat , † quod dicit *Ripa in d. l. ex facto* §. *final.* quia loquitur in caſu diuerſo,vbi teſtator dixerat ſua bona , ire de hærede in hæredem deſcendentem, ſed dictus Orlandus teſtator voluit ſua bona ſeruari in eius hæreditate ,
26 quod verbum hæreditas , † ita ſimpliciter prolatum conuenit , tàm hæredibus ſanguinis,quàm extraneis, & ideò ex diuerſo non inferri debet, *l. Papinianus exuli ff. de minorib. cum vulgat.* & tale verbum hæreditas, vel ſucceſſio comprehẽdit coniunctos , & extraneos hæredes , qui dicuntur eſſe incerti , & in incertos non cadit affectio, & ideò prohibitio remanet nulla , tanquàm in perſona non expreſſa,loquendo de hæredibus primorum inſtitutorum, quos teſtator nominibus non expreſſit, *l. pater filium* §. *pater filios ff. de legat.* 3. *ibidẽ per Bart. & Bologn.in d.*§.*Diui*, & propterea inſtitutionem hæredum impedire non poteſt , per vnum ex dictis primis hæredibus inſtitutis factam, licet in extraneos, quia quod
27 nullũ eſt , † nullum effectum producere poteſt,*l.quarta* §.*condemnatum* ff.*de re iudicat. Iaſ.in l.* 1. *colum.* 4. *C. de iur. & fact.ignor. Alexand.conſ.* 3.*num.*6. *lib.* 2. *Dec.in cap.ex parte de offic.delegat. Roland.à Valle conſ.*49.*num.*29.*lib.*4. *Hippolyt.Riminald.d.conſ.*528.*nu.*53.*&* 54. & dùm primus teſtator dixit, quod dicti ſui hæredes,& eorum hæredes non alienarent, & quod ipſi, ipſorumq; hæredes ſint vſufructuarij, caſum noſtrum in terminis decidit *Bald. in l. final. quarta oppoſitione ff. de hæredib. inſtit.* dando notabilem , & generalem regulam, dicit , quod vbicumquè fit mentio de hæredi-
28 bus ipſius, † in quem verba diriguntur, tunc intelligitur de omni hærede , *per d.l.in annalibus* , & firmat *Alexand. d.conſ.*36.*num.*4. *verſ.& in propoſito lib.* 3. Dùm teſtator voluit,quod dicti primi ſui hæredes quilibet pro rata , & eorum hæredes ſint vſufructuarij , hæredes etiã extranei dicti Anelli primi inſtituti hæreditatem,& bona habere poſſunt,& primum contrarium reſolutum remanet.

Ad quod dicitur fauore primorum
29 inſtitutorum grauatorum † nè alienent prohibitionem factam cenſeri , & ad ipſos bona ſpectare, *per d.gloſ. in l.cum pater* §.*inſtitutus ff.de legat.*2.vt in ſecundo contrario, reſpondetur , * communem Doctorum ſententiam in his ſimplicibus terminis *Gloſam illam* reijcere,vt *Salycet. in l.quoties la prima C.de fideicomm. Alexand.in d.*§.*Diui*,*propè finem*,*Ripa num.* 19.*Iaſ.num.*24. *Soccin. in l.qui Romæ* §. *hæredes nu.*12.*ff.de verbor.oblig. Alciat. conſ.*125.*nu.*6.*lib.*9.*Peregr.d.art.*14.*nu.* 2.*de fideicommiſſ.*

30 *Text.in l.cum ita legatum* † *alias omnia*

Digitized by Google

nia §.in fideicommiſſo ff. de legat. 2. Nec obſtat, quia ibi in ſpetie fuit contemplata familia, hic non, & affectio teſtatoris non fuit in illos de familia, ſed in primos hæredes, & eorum hæredes, & ſucceſſores quoſcumquè, quorum appellatione veniunt etiam extranei, vt prædiximus, *l. quoties in principio C. de rei vendicat.* contra nos nec facit, quia loquitur in re donata duobus, quorum potior eſt, qui poſſeſſionem habuit, ſed hic res fuit relicta vnicuiquè ipſorum fratrum pro rata, & poſt cuiuſlibet ipſorum mortem vniuſcuiuſquè prædecedentis hæredibus, & ſucceſſoribus, ordine ſucceſſiuo, vnde mortuo Anello, eius portio tranſiuit in hæredes ab eo inſtitutos, ſed incertos ab Orlando primo teſtatore relictos, ergo talis *textus* contra nos nil operatur.

Et ſi in *l. qui ſoluendo* ff. *de hæredib. inſtit.* dicatur, duobus hæredibus inſtitutis, vno decedente, alius erit hæres, nihil ad nos, quia ibi loquitur in teſtatore exiſtente non ſoluendo, quorum vnus neceſſarius hęres eſſe debebat, ſed ſi ambo inſtituti viuerent, inſtitutio non valeret, vt litera eiuſdem *textus* dicit, ergo nihil ad noſtrum caſum operatur.

*Text. in l. generaliter ff. de fideicomm. libert.* ad propoſitum contra nos, nec facit, cum ibi tractetur de ordine ſcripturæ ſeruando in primo, vel poſtea nominatis, quod non eſt hic, cum in primis hæredibus non cadat ordo ſcripturæ, dùm quilibet inſtitutus eſt pro rata abſque vlla ſubſtitutione, & poſtea cuiuſlibet ipſorum hęredes, & ſucceſſores, & licet om-
31 nes prædicti hæredes ſint vocati † primi, & vlterioris gradus, non omnes ſimul, & coniunctim admittuntur, ſed ordine ſucceſſiuo, pro eorum ratis, & gradus prioritatis, *l. cum ita* §. *in fideicommiſſo l. peto* §. *fratre* ff. *de legat.* 2. *& in*
32 *l. final. C. de verbor. ſignif.* † & ſi omnes ſunt pares, quilibet ratam ſuam accipit, non portionem aliorum, niſi tempore, aut repudiatione ſint excluſi, §. *hoc ita tàm C. de caduc. tollend. l.* 2. ff. *ſi pro hæred. & l. final. C. de rei vendicat. ſic decidit Paul. de Caſtr. conſ.* 77. *in ſeptimo dubio lib.* 2. *Crauett. conſ.* 144. *in fine*, *Calcan. conſ.* 77. *colum.* 4. per rationem, quia verbis tantùm ſunt coniuncti, & dùm ab initio in partem vocantur, non poterit quilibet niſi portionem ſuam petere, alias exceptione deficientis actionis repellitur, *Peregrin. artic.* 9. *num.* 12. *& art.* 14. *num.* 9.

Nec impedit dici, eſſe iniquum teſtatorem voluiſſe hæredes extraneos ſuis
33 nepotibus inſtitutis anteferri, † quia quod de teſtatoris expreſſa voluntate fit, iniquum dici non poteſt, nec impugnari, cum teſtator ipſe expreſsè voluerit ſuam hęreditatem, & bona ad dictos Marium, Aloyſium, & Anellum nepotes pro rata, & deindè ad cuiuſlibet ipſorum hæredes, & ſucceſſores extraneos, & quoſcumque peruenire, & ſi aliter voluiſſet, dixiſſet, non dixit, ergo noluit, vt in *d.* §. *ſin autem ad deficientiam*, & vbi habemus certum teſtatoris ſenſum, non eſt admittenda voluntatis quæſtio, *d. l. ille, aut ille* §. *cum in verbis ff. de legat.* 3. *Natta conſ.* 602. *num.* 4. *cum alijs in tertio fundamẽto dictis*, maximè talis Anelli inſtitutio in ſorores pro dotibus, & vt ſe maritarent eſt validiſſima, quia in materia prohibitionis de alienando, quem-
34 admodum prohibita † alienari pro cauſa dotis diſtrahi poſſunt, ita etiam in datione alia quacumque pro dote, iuxta *text. in l. res quæ C. commun. de legat.* per quem *textum* in donatióne propter nuptias, & ſic in caſu fortiori firmat *Præſ. de Franch. deciſ.* 22. *nu.* 6. & ex his omnia contraria reſoluta remanent, & concluſum, alienationis prohibitionem in caſu noſtro non valere, fideicommiſſum in beneficium cohæredum non extare, & ſi adeſſet, in beneficium nè dùm primorum hæredum pro rata, ſed cuiuſlibet ipſorum hæredum, & ſucceſſorum eſſet, & diſpoſitionem Anelli in ſorores validam eſſe, ipſasq; Anelli hæreditatem habere debere, & ita mihi videtur.

*Camillus de Laratha.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona ruinam minantia vtile negotium agitur, ſi alienantur.*
2 *Conditio ſi cum, vel ſine filijs deceſſerit, comprehendit etiam fœminas.*
3 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habet.*
4 *Mater habens filios, de decima tantùm diſponit.*
5 *Dictio tantùm, cuius ſit naturæ.*
6 *Mulier quo ad reliquas nouem partes habet labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refrænatum.*
7 *Exhæredatio fit ſpecificè, nominatim, & cum cauſis ab hærede probandis.*
8 *Inſtitutiones benignè accipiendæ, & è contra.*
9 *Hæreditas propter adiunctum non adimitur.*
10 *Verba in qualibet diſpoſitione debent aliquid operari.*
11 *Filij vigore Neapolitanæ conſuetudinis, debent habere medietatem bonorum patris, dùm ſunt quinque fratres, & num. ſeq.*
12 *Furtum eſt, quod de alieno largitur.*
13 *Legitima quota pars ſit bonorum, & an debeatur, & nu. 14. & 17.*
15 *Onus poſitum in bonis relictis filijs, deducitur à legitima, & in illo pluri remanet legitima.*
16 *Fructus percepti iudicio teſtatoris compenſatur cum eo, quod debetur hæredi, non tamen cauſa legitimæ.*
18 *Filius ſimpliciter adeundo, non cenſetur agnouiſſe onus ipſo iure à lege reiectum.*
19 *Filius inſtitutus in vſufructu de ſubſtantia patris in nihilo inſtitutus videtur.*
20 *Supplementum non cadit in nihilo præſuppoſito.*
21 *Fructus ab inſtituto percipiuntur iudicio teſtatoris, vt à vero Domino, & non computantur in legitima, etiam vbi filius expreſsè grauatur.*
22 *Inſtitutus in proprietate, & vſufructu, ſi poſtea dicatur, quod ſit vſufructuarius hoc proprietatem non minuit.*
23 *Modus, & caſus adiectus ſi reſpicit commodum legatarij, nunquàm reſtringi legatum.*
24 *Legata domo ad habitandum, vel fundo ad vſumfructum plena proprietas legata videtur, & non tranſit ad teſtatoris hæredes.*
25 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*
26 *Vltima derogant primis.*
27 *Fideicommiſſa, & legata nuda voluntate adimuntur.*
28 *Conditio ſi naſcantur filij, ſtatim natis, eſt adimpleta, & eſt ius quæſitum, etiam ſi decedant.*
29 *Conditionem ſemel extitiſſe ſufficit, licet non duret.*
30 *Fideicommiſſa, etiam vniuerſalia, quorum conditio aduenit, quamuis adita non fuerint, ad hæredes tranſmittuntur.*
31 *Hæreditatis portio ommittentis adire adeunti accreſcit, & licet antea decederet, hoc ius adeundi ad hęredes tranſmittit.*
32 *Hæreditas Aui per nepotem non adita ad aſcendentes, & alios quoſcumque hæredes tranſmittitur.*
33 *Decretum ſine termino, & iuris ordine non ſeruato, rei iudicatæ authoritatem non habet.*
34 *Deductum, quod non eſt, iudicatum non cenſetur.*
35 *Proteſtatio ſeruat ius proteſtantis.*
36 *Diſpoſitionem contrariam alio iure ſibi debitam acceptans, non ſibi præiudicat, etiam ſi alia relicta eſſent propria cauſa.*
37 *Bona materna, antiqua, & legitima habentur pro ære alieno, & contra fideicommiſſarios, & legatarios deducuntur.*

Pro creditoribus quondam Ioſeph Cangiani, & Minici Scarpati, contra Sarram, & alios Cangianos.

AR-

Digitized by Google

## *ARGVMENTVM.*

*Inſtitutio in proprietate, & poſtea in vſufructu, quomodo intelligatur: item onus in portione bonorum antiquorum vigore conſuetudinis, & bonorum maternarum, ac in legitima non imponitur.*

## CONSILIVM LXXVII.

DEpoſitum pretij domorum quõdam Minici Scarpati prętenſo fideicõmiſſo per Cangianos non obſtante creditoribus liberandum eſt ex pluribus.

Primò, quia domus ipſę in hæreditate dicti Minici Scarpati remanſæ creditoribus, ipſisq; creditoribus, & prætenſis fideicommiſſarijs inſtãtibus venditæ fuerunt, cum onere annuorum ducatorum 56. quondam Ioſeph Cangiano debitorum, ex quo non diminuitur pretium ducat. 900. pro quo ei per fratres conſignatæ fuerunt, & ſtante quod erant valdè antiquæ,
1 † & ruinam minantes, ſi per Minicum reparatæ non fuiſſent, in collapſum iuiſſent, & ſic vtile negotium Ioſeph agendo, ſi fideicommiſſum adeſſet, facere potuit, *iuxta gloſ. in l. Marcellus §. res quæ* ff. *ad trebell. firmat Arius Pinell. in l. cum à matre par. 3. num. 26. & 27. C. de bon. matern. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. artic. 40. num. 37.* Immò imputabatur Ioſeph ſi domus ipſas perituras tẽpore non cenſuiſſet, *vt per Bart. & Doctores in d. §. res quæ num. 22. & idem Peregrin. dicto num. 27.* vndè depoſitum creditoribus liberari debet, maximè quod peruenit ex augmento facto per Minicum in dictis domibus.

Secundò, quia Aurelia Rapuana dictum Ioſeph, & quatuor alios filios ſuos ex Ioanne Antonio Cangiano hæredes vniuerſales inſtituit fol. 27. à tergo, & Ioãnes Antonius pater ſimiliter Ioſeph, alioſq; filios vniuerſales hæredes inſtituit, cum reciproca ad inuicem ſubſtitutione, ſi in pupillari ætate, vel ab inteſtato ſine filijs quandocumque decederent, & Ioſeph teſtatus deceſſit fol. 6. & relicta
2 filia, † & cum conditio, vel ſine filijs, comprehendat maſculos, & fœminas, ſubſtitutio euanuit, *iuxta text. in l. Lutius* ff. *de hæredib. inſtit. iuncta l. 1. C. de condit. inſert. eſtq; caſus in cap. Raynaldus extra de teſtament. & Peregr. d. tract. art. 28. num. 36.*

Si prętendatur Ioannem Antonium patrem in alio capitulo eiuſdem teſtamenti, etiã de aſſerta voluntate ſuæ vxoris prædictæ in eius teſtamento ſibi data declaraſſet, ſi Ioſeph meliorem vitam duxiſſet, eſſet vſufructuarius in eo, quod de iure de bonis paternis, & maternis ei debetur, & quodammodo exhæredaſſe videri, non obſtat ex pluribus.

Primò, de bonis maternis, ſi ipſa mater diſponere non poterat, niſi de decima, quatenus poteſtatem diſponendi in Ioannem Antonium tribuiſſet, & ipſe diſponere, nec poterat, niſi de decima,
3 quia plus iuris, † quàm transferens habet, in alium transferre non poteſt, *l. nemo plus iuris ff. de regul. iur.* & quod ma-
4 ter de nouem † partibus non diſponit, *eſt text. conſuetudinis Neapolitanæ incipien. ſi qua moriens, ibi: Si qua moriens habet filios, ſiuè liberos poteſt de bonis ſuis, & alijs ſibi obuentibus ab agnatis, vel cognatis iure ſucceſſionis, vel titulo lucratiuo, in ſua vltima voluntate relinquere de decem partibus vnam tantùm, vbi Napo-*
5 *dan. in dicto verbo tantùm*, † dicit hanc dictionem eſſe reſtrictiuam, & nõ reſtringentem excludere, vt impoſſibile de iure *l. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. ob ęs de præd. min.* quandoq; excludere, vt adèptum *l. 3. §. cum Titio ff. de adimend. legat.* & ex alijs reiectis contrarijs concludit
6 mulierem † quo ad reliquas nouem partes habere labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refrænatum, & ſic eſt excluſa à poteſtate teſtandi de dictis nouem partibus, ibiq; omnes *Scribentes* firmant, *Præſ. de Franch. deciſ. 396. 435. num. 36. deciſ. 537. num. 2. deciſ. 606. num. 1. 2. & 3. & Molfeſ. nouiſſimè in commentar. d. conſuetud. part. 1. cap. 3. num. 11. part. 4. q. 51.*

Digitized by Google

*q.51.num.1. & 2.* Cùm bona materna fuerint appretiata in ducatis ſexdecim mille octingentis triginta duobus,& granis decem,& octo,quinta pars ad Ioſeph ſpectans,erant ducati 3606. 2. 12. de quibus dempta decima,de qua diſponere poterat, remanent ducat.3245. 2: 7. quos explicitos, & abſque onere de bonis maternis Ioſeph habere debebat.

Quoad bona paterna de ipſis fuit primo inſtitutus hæres vniuerſalis, & in dicto ſecundo capitulo teſtamenti verbum
7 nullum exhæredationis, † & oportebat ſpecificè,& nominatim exhæredari, *l.nominatim ff.de liber.& poſthum.& inſtit. de exhæred. liber.* & cum aliqua ex quatuordecim cauſis notatis in *auth. vt cum de appell. cogn. §.aliud quoque capitulum* non adſit, vltra quas cauſas pater filium exhæredare non poteſt, & quod ab hærede probentur, *vt in authent. non licet C.de liber.præterit. vbi gloſ.in verb. probibetur, per text.in l.liberi, & l.omnimodè C.de inofficioſ.teſtament.* & poſtquàm eum inſtituit in omnibus, deindè dicendo,quod ſit vſufructuarius,& ſaltim in legitima inſtituere debebat,& non fecit, quia non videtur quis eum inſtituere,
8 quem legando grauat, † *iuxta text.in l.hæreditas ff. de hæredib. inſtit.* in nihilo eum inſtituit,& dùm in præcedenti capitulo erat inſtitutus in omnibus,poſterior declaratio, vt ſit vſufructuarius eſt contra *text. in l. cum quidam ff. de liber. & poſthum.exhæred. ibi: Nec fundi exhæres eſſe iuſſus,rectè excluderetur, aliamque cauſam eſſe inſtitutionis, quæ benignè acciperetur, exhæredationes autem non eſſe adiuuandas,* & adduco *text.* à nemine ad hoc tactum multum conferentem in *l.ſi ita ſcriptum §. regula eod.tit. ibi: Regula eſt iuris ciuilis, qua conſtitutum*
9 *eſt hæreditatem † adimi non poſſe, propter quam liber, & hæres iuſſus es, ſed quamuis Dominus ademerit eodem teſtamento libertatem, nihilominus hæreditatem, & libertatem habebit.* Sic in caſu noſtro dùm primo eum hæredem inſtituit vniuerſalem ſuæ portionis, poſtea dicendo, quod ſit vſufructuarius,hoc facere non poterat, & vniuerſam proprietatem, & vſumfructum Ioſeph habere liberè debebat.

Tertiò, Ioſeph in dicto ſecundo capitulo grauatur,quod ſit vſufructuarius in eo,quod ſibi de bonis paternis,& maternis de iure debetur,cenſendum eſt teſtatorem voluiſſe reddere ſe conformem conſuetudini, & legi municipali, cui pater, & mater ſubiacebant, dùm poſt factam vniuerſalem inſtitutionem, ſubdit dicta verba,per quæ filio videtur relictũ, quod ei debetur virtute conſuetudinis,
10 cum verba † in qualibet diſpoſitione debeant aliquid operari, & non eſſe ſuperflua, *l.ſi quando ff.de legat.1. Aymon conſ.297.nu.4. Præſ. de Franch. d.deciſ. 606.nu.10.* & ſic onus,vt ſit vſufructuarius in eo, quod de iure ſibi debetur, in medietate bonorum antiquorũ reliquiſſe cenſetur, hoc quidem non poterat, quia
11 filij contra paternam voluntatem, † & abſque onere ipſam medietatem habere debent ex prouiſione conſuetudinis,iuxta *text. conſuetudin. ſi aliquis moriens, vbi Napodan.& Scribentes omnes,& idẽ Napodan. in conſuetudine, & ſi teſtator num.24. vbi Scipion.Buccin. nu.27. in addit.incipient.an talem medietatem, & Præſ.de Franch.deciſ.295.nu.2.& 3. & pluries deciſum firmat Molſeſ.d.commentar.conſuetudin.par.4. q.60. nu.3. & 4. q.61. nu.2. & ſeq.* quæ medietas deducitur, & vt æs alienum debetur, adeò quod pater, vel agnatus, nec in beneficium Eccleſiæ,nec eleemoſynam de ea facere poteſt, & committit furtum alijs
12 relinquendo, † cum furtum ſit de alieno largiri, *l. ſi pignore §.1. ff. de furt. & poſt alios Anton. de Alex. in d. conſuet. ſi aliquis moriens in addit. incipient. de iſta medietate in principio, idem Molſeſ. dicto commentar.par.3.q.2.num.4. & 5.* & ſic Ioſeph medietatem integræ ſuæ portionis paternæ liberã habere debebat,dum bona paterna fuerunt appretiata in ducatis decem & ſeptem mille ducẽtis ſex, tarenis tribus, & granis decem, & octo, dùm erant quinque fratres eius, quinta portio erant ducat. 3454. 1. 5. 6.

quo-

quorum medietas erant ducat. 1727.0.
17. quos de bonis prædictis vigore conſuetudinis abſque onere habere debebat.

Quartò, ſi dicatur, quod illa verba de eo, quod de iure debetur habeat vſumfructum, intelliguntur de legitima in bonis patris debita, replicatur dùm erant
13 quinque fratres eius legitima† erat medietas ſuæ portionis integræ, *iuxta auth. de trient. & ſemiſſ.* §.1. *Afflict. deciſ.* 38. *num.* 4. *Peregrin. artic.* 36. *nu.* 4. pro legitima debebantur alij ducat. 1727.0.12. quos abſque onere habere debebat, quia
14 legitima eſt † quota bonorum iure naturæ debita, ex rerum ſubſtantia parentis, quàm filius ab inteſtato habiturus fuiſſet, vt declarat *Conſiliarius Fab. de Anna conſ.* 6. *num.* 9. & debetur in quota bonorum, *l. papinianus* §. *quarta* ff. *de inofficioſ. teſtament. Afflict. deciſ.* 382. *nu.* 2. & abſque onere, §. *prohibemus d. authent. de trient. & ſemiſſ. l. quoniam in prioribus, l. omnimodè C. de inoffic. teſtament. Præſ. de Franch. deciſ.* 137. *num.* 9. *Bartol. conſ.* 34. & *Peregrin. artic.* 36. *nu.* 6. *latè Surd. conſ.* 215. *per totum, & ſignanter nu.* 3. 10. & 24. *lib.* 2. & *conſil.* 480. *nu.* 3. *lib.* 3. quod adeò eſt verùm,
15 quod ſi pater † reliquit filio portionem maiorem legitima, onus adiectum remanet in illo pluri, vt ex multis firmat *Molin. de primogen. hiſpan. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. *Præſ. de Franch. deciſ.* 525. *num.* 20. *Farinac. deciſ.* 427. *nu.* 1. vt ex multis reiectis contrarijs hanc magis * communem opinionem eſſe firmat *Molfeſ. dicto commentar. conſuetud. par.* 2. *q.* 19. *nu.* 13.
16 *& ſeq.* † & ſi fructus percepti iudicio teſtatoris compenſantur cum eo, quod debetur hæredi, *l. quod de bonis* §. *quod auus ff. ad l. falcid. l. cum pater* §. *Titius de legat.* 2. Tamen non compenſantur, nec cõputantur cum legitima etiam volente teſtatore, quia in ipſa teſtatoris ſubſtantia relinqui debebat, *l. iubemus C. ad trebell. l. ſcimus* §. *repletionem C. de inofficioſ. teſtament. ibi: Repletionem autem fieri ex ipſa ſubſtantia patris, non ſi quis ex alijs cauſis filius lucratus eſt, vel ex ſubſtitutione, vel iure accreſcendi, vt putà vſufructus*, quod eſt mirabile ſecundum *Caſtrenſem in d.* §. *quod auus*, quia ſi imputantur in verum debitum, facilius in legitimam, *d. l. papinianus* §. *quarta ff. de inofficioſ. teſtament.* Rationem diuerſitatis reddit *Alexand. in d.* §. *quod auus*, quod
17 illud eſt in legitima, † quia de ipſa deducitur ipſo iure quodcumque grauamen, vt illam filius habeat ſtatim pleno iure, *d. l. quoniam in prioribus, d.* §. *repletionem, &* §. *prohibemus in authent. de trient. & ſemiſſ.* & etiam ſi teſtator voluiſſet fructus cum legitima computare
18 non imputantur, † quia hæres ſimpliciter adeundo, non videtur agnouiſſe onus ipſo iure à lege reiectum, *d. l. ſi quando* §. *& generaliter, cum ibi notatis C. de inofficioſ. teſtament.* quæ ratio ceſſat in alio debito, quia lex ipſo iure de illo grauamen non deducit, *Alexan. ſequitur Ruyn. conſ.* 57. *nu.* 9. *conſ.* 79. *col.* 1. *lib.* 2. *ex alijs multis firmat Conſiliarius Fab. de Anna*
19 *conſ.* 25. *nu.* 16. † & declaratio teſtatoris, quod Ioſeph ſit vſufructuarius ſua vita durante, eſt nulla, quia in nihilo de ſubſtantia patris eſſet inſtitutus, nec ca-
20 deret ſupplementum † nihilo præſuppoſito, *argument. l. ſed ſi manente ff. de precar. cap. hic authoritate de præbend. in ſexto*, & fructus legitimæ, eiusq; proprietas abſque onere ei debebantur, & ſic etiam fructus, & medietas bonorum an-
21 tiquorum; † fructus verò ex alijs bonis, habuiſſet, & pcepiſſet, vt verus Dominus iudicio teſtatoris, & talis fructus legitimam alterare non poſſunt, & in ea non cõputantur, etiam ſi filij expreſsè grauarentur, *l. Sabinus C. ad trebell. Peregrin. artic.* 36. *num.* 68. & dùm pater in primo capitulo teſtamenti inſtituit eum hæredem in integra portione proprietatis, &
22 vſusfructus, † & deindè in ſecundo capitulo dicens, quod ſit vſufructuarius in eo, quod de iure ei debetur, non minuit relictum, & inſtitutionem proprietatis, *l. donationes* §. *ſpeties ff. de donat. l. quarta ff. de aliment. & cibar. legat.* quia vbicun-
23 que modus, † vel caſus adiectus reſpicit commodum legatarij, nunquàm reſtringit

ſtringit legatum, *l. Titio centum* §. *Titio centum il 2. ff. de condit. & demonſtr.* Immo ſi teſtator dixerit, † lego vxori domum ad habitandum, vel fundum, vel vſumfructum, quod plena proprietas relicta videatur, & tranſeat ad legatarij hæredes, ita voluerunt, *Bartol. Alber. Ang. Alex. & Iaſ. in l. cum hi.* §. *ſi vni de tranſact. Alex. conſ.* 227. *num.* 5. vbi Addent. prædictos, & alios multos congerit *Capic. deciſ.* 188. *num.* 3. & 6. vbi ita conclu dit, & in fine ſic votatum fuit, *ibique Addẽtes*, & dum teſtator voluit grauare Ioſeph in illo quod de iure ei debebatur de bonis paternis, intellexit de bonis ma ternis, de antiquis, & de legitima, in quibus vllum poterat imponere onus vt prę diximus in alijs, vltra quod nihil plus habuit, ſed ſatis minus, nullum grauamen
25 impoſuit, reſultat regula quod † potui nolui, & quod volui adimplere nequiui, *iux. text. in l. multum intereſt ff. ſi quis alte. vel ſibi, l. quoties ff. de hæred. inſt. l. in ambiguo ff de reb. dub.* & cum de nouem partibus bonorũ matris ad Ioſeph ſpectarent duc. 3245.2.7. de bonis antiquis paternis pro medietate, alij ducati 1727.0.12. prò legitima paterna alij du cati 1727.0.12. qui vniti ſunt duc. 6697 3.12. pro quibus habuit ſolum ducat. 4122.3.6. fol. 347. & prò dictis cauſis ſibi abſque onere debitis deficiunt duca ti 2577.0.6. ne dum de habitis ad libitum diſponere potuit ſed fratres de Can giano, & Sarra eius filia, & hæres cogi debent dare dictos duc. 2577.0.6. prò ſupplemento dictarum quantitatum prò prædictis cauſis Ioſeph debitis in beneficium creditorum.

Quarto ad plenius demoſtrandum quod nullum adeſt fideicommiſſum, nec vinculum in beneficium fratrum de Can giano, nec vllius, dicitur quod Ioãnes Antonius Pater omnium, in eodẽ. 2. cap. ſui teſtamenti dixit. ( *verum procreando il detto Gioſeppe figli maſcoli legitimi, & naturali quelli, s'intendano, & ſiano hæredi della parte de detto Gioſeppe paterna, & materna, tanto quo ad proprietatem quanto quoad vſumfructum, perche queſta è la mia volunta*) fol. 261. ater. & hoc ſimpliciter abſque vlla prouiſione in caſu mortis, quis ei ſuccederet; quæ verba, dum ſunt in fine dicti 2. capitis, demonſtrant, teſtatorem à præcedenti ſubſtitutione fratrum, & alia quacumque diſpoſitione
26 receſſiſſe, quia vltima † derogant primis vt in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, decidit *text. in l. diui.* §. *licet ff. de Codicill. ibi Nam ea quæ poſtea geruntur prioribus derogant*) *l. ſi mihi & tibi.* §. *in legatis ff. de leg.* 1. & *in l.* 3. §. *fi. ff. de adim.*
27 *legat. legitur* (*Non ſolum autem legata*, † *ſed & fideicommiſſa adimi poſſunt, & quidem nuda voluntate*) *firmat Hypol. de Marſil. in l.* 1. § *ſi ſerui num.* 15. *ff. de quæſtio. eſt etiam text. in l. nihil prohibet ff. de adim. leg. vbi gloſ.* dicit, cum addit, vel minuit, vel alias, vt in caſu noſtro, vbi addit, dando vſumfructum, & proprietatem filijs maſculis Ioſeph ſtatim
28 natis, † dum non poſuit quod ſuccederent patri, & in eius mortis conditione, ſed in quodam euentu fortunæ, quando naſcebantur in bonis, & portione paterna, & materna, Ioſeph eſſent ipſius teſtatoris hæredes, abſque vlla conditione, nec ſubſtitutione, & ſic Ioanne Antonio filio maſculo Ioſeph ſtatim nato, excluſis omnibus, portio paterna, & materna acquiſita fuit, etiam ſi ante patris mortem ſit mortuus, vt in terminis decidit *tex. in l. hæredibus ff. ad trebell.* vbi facta ſubſtitu tione adinuicem, adiecit ( *Voſque liberi cariſſimi, hoc fideicommiſſo teneri inuicem volo, donec binos liberos educaueritis, quęſitum eſt, ſi quis ex liberis duos filios procreauerit omnis ſuperſtites non reliquerit an hæredes eius fideicommiſſum habeant; ſecundum ea quæ proponuntur, fideicommiſſi onere liberatos* decidit etiam *text. in l. cum vxori C. quand. dies leg. ced. ibi Cum vxori vſusfructus legetur, & eius proprietas, cum liberos habuerit, nato filio ſtatim proprietas legati cedit, nec quicquam obſit, ſi decedat: vbi gloſ. & DD. ac Bald. ſimiliter in indiuiduo decidit in ſuo conſ.* 57. *num.* 2. & 3. *lib.* 3. & omnes per * communem concluſionem quæ ſe habet, quod regulariter ſufficit



Digitized by Google

29 conditionem † ſemel extitiſſe, licet non durauerit, *iux. text. in l. in ſubſtitutione in princ. ff de vulg. & pupill. ſubſt. l. ſi quis hæredem C. de inſtit. & ſubſtit. l. quicumque § vlt. ff. de public. in rem actio. & in ſpecie Ioan. Andr. in add. ad Specul. de teſtam. littera I. §. inprimis vltima ſiue 4. q. Oldr. conſ. 141. num. 1. circa finem per text. in l. rogo, in fine ff. de fideicommiſſ. libert. & arg. l. antepenult. C. de inſtit. & ſubſtit. Pariſ. conſ. 32. col. 9. lib. 1. & Tiraquell. in tract. ceſſ. cauſ. lim. 4. in l. Boues. §. hoc ſermone* ff. *de verb. ſig.* & non requirit perſeuerantiam, *per d. l. ſi quis hæredem, & alia Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. lit. B num. 4. & 6. Pereg. art. 29. num. 2. & ſeq.* qui alios adducendo, limitationem *Cæphal.* cōtra-

30 ria reijcit, quia fideicommiſſa etiam vniuerſalia quorum conditio aduenit, quamuis agnita non fuerint ad hæredes tranſmictūtur, *iux. tex. in l. cum filio ff. ad Trebell.* & ex his infero quod ſi paternū relictum in Ioſeph, de vſufructu tantum eſſet validum, ex ſucceſſione ſui filij maſculi iure accreſcendi, habuit proprietatem etiam ſi per filium adita non fuerit, vt eſt *tex. apertus in l. ſi ex pluribus ff. de ſuis, & leg. ibi Si ex pluribus legitimis*

31 *hæredibus quidam omiſerint adire † hæreditatem, vel morte, vel qua alia ratione impediti fuerint, quo minus adeant; reliquis qui adierint accreſcit eorum portio, & licet deceſſerint antequam accreſceret, hoc ius ad hæredes eorum pertinet, vbi gloſ. in verſic. pertinet*, & hoc maximè procedit in filijs Ioſeph, qui ſunt teſtatoris nepotes ex filio, & ſic de ſuis, & legitimis hæredibus per *tex. in l. 1. verſ. ſed hæredes proprios. C. de ann. ciu. lib. 11. Barbat. conſ. 28. num. 6. lib. 2.* & hæredi-

32 tatem † Auitam non aditam per filios maſculos Ioſeph, ad quoſcunque extraneos hæredes tranſmictit, *iux. text. in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legitimis; vbi hoc tenet Salic. & gloſ. in l. non pro numero in fin. C. ad Orphi. Iac. de Bello viſu diſputando in auth. de trient. & ſemiſſ. in princip. Bart. in l. ventre ff. de acquir. hæred. & in l. 3. C. de iure delib. Socc. reg. 168. & 173.* & in fideicommiſſo particulari Seio legato non eſt dubium quoniam illud trāſmittit ad quoſcunque hæredes, cum mortuo teſtatore, & adimpleta conditione, ſcilicet nato filio maſculo Ioſeph illico recta via dominium tranſijt in ipſum filium, quo mortuo ad quoſcunque hæredes etiam extraneos tranſmiſſum fuit, *per l. cum quidam la. 2. ff. de leg. 2. l. quæ legata ff. de reg. iur. firmat Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 2. §. 10. en iuſt. ſucceſſ. ampliatione 9. fol. 266.* & in ſpecie in aſcendentem patrem, vel matrem, vel alios etiam hæreditatem non aditam tranſmictat, ex multis * communem opinionem eſſe firmat, *Dec. conſ. 149. ſup. nu. 2. verſ. & ſic ſe habet communis opinio, & infra per totum*, ex quibus concludo ꝙ Ioanne Antonio filio maſculo Ioſeph mortuo, in bonis ipſis tanquam legitimus ſucceſſor ſucceſſit Ioſeph, & pro filijs, & eiuſdem Ioſeph patris debitis bona ipſa ſunt obnoxia, eaque vendi debent, & creditoribus ſatisfieri cum prælatione creditorum Io: Antonij filij, ipſiſque depoſitum liberari.

Decretum quod Ioſeph accipiat duc. ſexmille ſuæ portionis, cum conditionibus, & oneribus eo modo vt diſpoſitum eſt per Ioannem Antonium patrem non obſtat.

33 Primo, quia tale decretum † proceſſit nullo dato termino in cauſa, & non iuris ordine ſeruato, ex quo rei iudicatæ authoritatem non habet ad *tex. in l. prolatam C. de ſen. & re iud. Maran. in ſpeculo part. 6. verſic. & demum fertur ſententia num. 59.* & dum Ioſeph petijt dictos duc. ſexmille ſibi aſſignari quos Sacrum Conſilium dixit vt accipiat, quia erant proprietatis quoad proprietatem, & dominium ſibi aſſignati fuerunt.

Secūdò, illud quod dicitur in decreto cum oneribus, & conditionibus, intelligitur de debitis, & legatis paternis, & de reciproca ſubſtitutione ſi ſine filijs, vel ab inteſtato quandocunque decederet,

34 & cum nihil fuit deductum, † conſequen-

ter

Digitized by Google

ter non iudicatum, Ioſeph eſſe vſufru-
ctuarium tantum, vltra quod legatum
vſusfructus in Ioſeph erat nullum tan-
quàm non deductum, & conſequenter
vti non iudicatum, de eo nulla eſt haben-
da ratio vulg. iuribus.

Tertio Ioſeph bona paterna, & mater
na petijt ſibi conſignari præmiſſa prote-
ſtatione citra præiudicium omnium, &
quorumcunque iurium ſibi competen-
tium, vt ex ſupplicatione fol. 1. illudque
decretum ſimiliter cum eadem proteſta-
tione acceptauit ſaluis quibuſcunque
iuribus cōtra quoſcunque fol. 49. a ter. &
35 139. quæ proteſtatio † ſeruat ius prote-
ſtantis, *l. ſi quis §. plerique ff. de relig. &
ſumpt. fun. l. ſi fideiuſſor §. fin. qui ſatiſd.
cog. Iſern. in conſtit. Reg. contigit interdum
verſic. poterat reſeruare, & late Boer. de-
ciſ.* 110.

36 Quartò ſi diſpoſitionem † paternam,
in qua eſſet clauſula quod vltra non pe-
tat, & abſq; proteſtatione acceptaſſet, in
ſua portione bonorum matris, in medie-
tate bonorum antiquorum patris, quæ
vigore conſuetudinis ad eū ſpectabāt, &
in alia medietate pro legitima ſuper qui
bus pater vllum onus imponere poterat
Ioſeph ſibi non præiudicauit, *Bald. in l. ſi
quando §. generaliter C. de inoffic. teſtam.
& ita deciſum firmat Guid. Pap. deciſio.
93. circa med. ibique Addentes,* eſtquè *
communis opinio, etiam ſi quietationem
generalem feciſſet, quam * communem
firmat *Iaſ. in d. §. generaliter Ancar. conſ.
152. Dec. conſ. 151. nu. 4. & conſ. 119. n.*
9. vbi etiam ſi fideicommiſſum piæ cauſæ
deberetur, & *Peregr. d. tracta. articul. 39.
num. 94. Caſſador. deciſio. 2. de teſtamen.
Grammat. deciſ. 107. num. 26.* dicit quod
etiam ſi generalis renuntiatio eſſet iura-
ta, legitimam non comprehendit, & præ-
dicta ex multis comprobat, niſi in ſpecie
filius eam renuntiaſſet, *Hier. Scurph. conſ.
85. per text. in d. §. generaliter,* & etiam ſi
pater legaſſet filium eſſe contentum reli-
cto numer. 3. & ſeq. & cum nullum adſit
vinculum, nec fideicommiſſum in bene-
ficium fratrum, nec vllius, & ſi adeſſet
nihil operatur, quia bona materna,
37 † bona antiqua, & legitima quoad fidei-
commiſſarios, & legatarios loco æris alie
ni habentur, & contra eos detrahuntur,
*l. Papinianus. §. 4. ff. de inoffic. teſtame. &*
preualēt legatis, & fideicommiſſis, etiam
ad pias cauſas, factis, *Socc. conſ. 251. num.
1. lib. 1. Ruin. conſ. 89. numer. 7. lib. 3. Ro-
land. à vall. conſ. 65. colum. penult. lib. 1.
Peregr. artic. 4. num. 14.* & bona debeban
tur filijs Ioſeph ſtatim natis, quibus Io-
ſeph præiudicare non potuit, vt prædixi-
mus, ne dum depoſitum eſt liberandum
creditoribus, ſed Sarra Cangiana debet
cogi reſtituere omne acceptū in compu-
tum ſui prætenſi legati, & alia bona om-
nia debent vendi pro ipſis creditoribus
ſatisfaciendis cum prælatione tamen cre
ditorum Ioa: Antonij Ioſeph filij vt præ-
diximus, & ita iudicandum puto. *Depoſi
tum, ex pretio domorum fuit liberatum
creditoribus quon. Minici Scarpati cum
cautione Referente D. pro Conſiliario Bal-
daxare Golino Commiſſario penes Sar-
rum de anno* 1617.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
2 *Iudex qui vltra petita iudicat eſt fatuus.*
3 *Sententia generaliter loquens reſtringitur ad particulariter petita.*
4 *Iudex de non ſibi commiſſis, ex defectu poteſtatis non iudicat.*
5 *Conſequens qui vult, antecedens velle neceſſe habet.*
6 *Reclamatio non habet locum niſi ſententia exequuta.*
7 *Sententia pro veritate habetur, & contra condemnatum probat fideicommiſſum.*
8 *Fideicommiſſarius capit à primo fideicommittente.*
9 *Fideicommiſſarius ad onera grauati non tenetur.*
10 *Tranſactio grauati fideicommiſſario non præiudicat.*
11 *Sententia non extenditnr ad non expreſſa, & nu.* 13.
12 *Vicinus volens retrahere rem vicini poteſt*

*ſe pænitere.*

14 *Inuitus nemo cogitur uti uictoria ſua.*

15 *Sententiæ iure ſpetiali lata renuntiari poteſt.*

16 *Reemendi promiſſio eſt poteſtatiua.*

17 *Conditio poteſtatiua ſuſpendit, & ea deficiente obligatio ipſo iure euaneſcit.*

18 *Speciei ad quantitatem non fit compenſatio.*

19 *Condemnatus conſtituitur in mora, & per dilationes tenetur ad fructus.*

20 *Fructus poſt ſententiam tanquam vſura rei iudicatæ debentur poſt quatuor menſes.*

21 *Fructus rei iudicatæ exequuntur non per ſententiam hominis, ſed legis.*

22 *Compenſatio ipſo iure extinguit debitum.*

23 *Compenſatio habet locum etiam in perſonalibus actionibus.*

24 *Appretia bonorum quando ſunt varia, coadunatis omnibus ſummis capitur tertia pars.*

## Pro Iulio Ceſare de Turre contra D. Alfonſum de Turre.

### *ARGVMENTVM.*

*Sententia ad non expreſſa non extenditur, item licet victori pro ſe introducta contemnere, item fideicommiſſaria ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, poſſunt offerri fructus vita durante.*

## CONSILIVM LXXVIII.

PRo exequutione ſententiæ Sacri Conſilij condẽnantis D. Alfonſum de Turre ad relaxandũ Iulio Cæſari de Turre maxariam Palmoræ nõ obſtante aduerſa prætenſione, quod dum poſtea D. Alfonſus per laudum fuit condemnatus retrouendere Iulio Cæſari bona in iudicio deducta pro ducat. 19000. non teneatur nec Palmoram relaxare, nec alia bona retrouendere, niſi ſolutis dictis duc. 19000. quæ vnico pretio emiſſe prętendit ob Iudicantium eminentiam pauca dicam.

Primò licet Iulius Cæſar de Turre petijſſet Palmoram, & alia bona folio 1. & per Hieronymum de Turre D. Alfonſi patrem fuiſſet oppoſitum fideicommiſſum folio 7. Iulius Cæſar inſtetit Palmoram ſibi relaxari vigore fideicommiſſi fol. 10. ate. & non obſtante prætenſa emptione Palmoræ, & aliorum bonorum, vnico pretio producta fol. 8. Iulius Cæſar obtinuit vigore fideicommiſſi, cum D. Alfonſus condemnetur ad relaxandum Palmoram viſis dictis libellis fol. 7. & 10. ate, vt ex ſententia fol. 238. confor-
1 mans † ſe libellis, *iux. text. in l. vt fundus*
*ff. comm. diu. c. licet bali de ſimon. l. fin. de*
2 *fideicomm.* vbi *Bald.* dicit quod fatuus †
eſt iudex qui ſuper alijs, quam ſuper petitis pronuntiat, & *Paul. de Caſtr. conſ.* 376 *licet iudex lib.* 1. dicit ſi vniuerſitas intentauit petitorium reſpectu vnius paſcui dicens proprietatem ad ſe pertinere, ſi iudex declarat vſum paſcui ad vniuerſitatem ſpectare, intelligitur reſpectu proprietatis, vt ſententia ſit conformis libello, comprobat *Haym. conſ.* 188. *num.*
3 1. Immò ſi ſententia † eſſet generalis,
quia noſtra petitio eſt particularis maxariæ Palmorę vigore fideicommiſſi, adhuc ad noſtram petitionem deduceretur, *text. eſt in l. ſi pater §. denique verſ. ſiquis ff. de except. rei iud. Conſ. de Ann. conſ.* 45. *num.* 5. *Curt. Iun. conſ.* 179. *num.* 3. *Ioan. Vinc. de Ann. alleg.* 48. *nu.* 49. & ſic quod Iulius Cæſar per d. ſententiam obtinuit Palmoram vigore fideicommiſſi, ex iam dictis patet.

Secundò demonſtratur, quia partes ipſæ in compromiſſo dixerunt, quod Iulius Cæſar prætendebat quod D. Alfonſus ei relaxaret Palmoram vigore d. ſententiæ, & quod eidem retrouenderet alia bona fol. 293. & arbitri non ſe intromitterent in eo, quod fuerat iudicatum, nec reſpectu reclamationis d. ſententiæ, ſed reſpectu Capitum omiſſorum fol. 294. ex quo arbitri

Digitized by Google

arbitri de Palmora per dictam ſententiā Iulio Cæſari datam à compromiſſo exce
4 pta non tractarunt, † nec tractare poterant, ex defectu poteſtatis ad *text. in l. non diſtinguemus* §. *de officio ff. de recept. arb. Bart. in l. cum Aquilana ff. de tranſact. Ang. conſ.* 218. *Alexand. conſ.* 123. *col.* 3. *verſ. ſed ita eſt lib.* 2. *Pater, & Fil. de Ann. alleg.* 93. *num.* 2. & dum in compromiſſo excipitur reclamatio dictæ ſententiæ, videtur exequutionem ipſius non impediri, quia reclamatio eſt ſubſequens ſententiam, & qui vult conſequēs,
5 † videtur velle omne neceſſarium antecedens, *l. illud ff. de acqu. hæred. l.* 2. ff. *de iuriſd. omni. iud. Dec conſ.* 181. *num.* 12. *Afflict. deciſ.* 392. *num.* 11. in qua recla-
6 matione † procedi non poteſt, niſi ſententia exequuta, *iux. text. in auth. quæ ſupplicatio C. de prec. imper. offer. Præſ. de Francb. deciſ.* 523. *num.* 12. *reg. pram.* 5. *de offic. Sac. Conſ. ibi* (*contra ſententias reuiſionem petere ſi prius iudicato paruerint*) ideſt partes iudicato ſatisfecerint, declarat *Rebuff. in conſtit. Gall. Tom.* 1. *de ſenten. exeq art.* 6. *gloſ. vnic. num.* 16. & proindè ſententia Palmoræ exequi debet abſque ſolutione vlla.

7 Tertiò, ſētētia, † q̄ pro veritate habetur *l. res iudicata ff. de reg. iur. l. ingenuū ff. de ſtat. hom.* aduerſus D. Alfōſū q̄ ſuccubuit p̄bat fideicommiſſum adeſſe, & Palmorā abſque onere ſibi deberi, *l. ſeruo inſtituto* §. *cum prætor ff. ad trebell. vbi glo. & DD. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art.* 43. *num.* 8. & ratio eſt, quia Iulius Cæſar fi-
8 deicommiſſarius, † capit Palmoram à manu primi fideicommittentis, *l. quæ hæredi* § *cum filio vbi DD.* ff. *de vulg. & pu*
9 *pill. ſub.* & ad onera, & † debita Pauli grauati non tenetur, ex regula generali, Pacta contrahentium ad alias perſonas prę ter quam hæredes non digrediuntur, *l. ſi vnus.* §. *ante omnia* ff. *de pact.* & tran-
10 ſactiones † grauati fideicommiſſario nō præiudicant, *l. Imperatores ff. de tranſact. l. ſi ſuſpecta.* §. *fin.* ff. *de inoffic. teſtam. vbi DD. Pereg. d. tract. art.* 52. *nu.* 81.

Quartò, D. Alfonſus per d. laudum
11 condemnatur † retrouendere Iulio Cæſari bona in Iudicio deducta, in quibus Palmora non includitur (vt diximus) pro duc. 19000. & Iulius Cæſar nō condēnatur reemere, ex quo cogi non poteſt, per *text. in l. ſi iudex* ff. *de minor.* vbi habetur, quod ſi minor nolit vti ſententia quā obtinuit pōt, quia vnicuiq; licet contendere ea, quæ pro ſe introducta ſunt: quem *tex.* dicit ſingularem, *Bald. ibidem in* 1. *lectura, & in vtraque lectura*, dixit procedere in omnibus iure ſingulari quæſitis, prout in vicino rem retrahere
12 † volente, poſſe pęnitere, prout deciſum teſtatur *Præſid. de Francb. deciſ.* 346. &
13 in terminis pacti de retrouendendo † dicit *gloſ. ſing. in l. illud videndum verſ. reſtituere* ff. *de ædil. ed. quam gloſ. ſequuntur ibi Bald. & Bart. Capoll. relati per Boer. deciſ.* 48. *num.* 12. quia fauori ſuo quis renuntiare poteſt, & nemo inuitus
14 cogitur vti victoria ſua, *d. l. ſi iudex, & confirmat idem Bald. in l. petendæ num.* 6. *C. de temp. in int. reſt. & in l. ſi prædium C. de ædil. ed.* dicens ſecus eſſe ſi res tranſiuiſſet in condemnationem vtriuſque partis, dum per d. laudum ſolus D. Alfonſus condemnatur retrouendere Iulio Cæſari, adeo quod Iulius Cæſar ad reemendum cogi non poteſt, vltra prædicta comprobat *Paul. de Caſtr. in l. in bonefidei.* §. *ſi tantum num.* 3. *verſ. in contrarium ff. de eo, quod cert. loc. & in conſ.* 93. *in cauſa num.* 4. *lib.* 2. *per tex. in l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. l. ſicut C. de act. & oblig. l. in commodato* §. *ſicut ff. comod. Cagn. in l.* 2. *C. de pact. inter. empt. & vend. q.* 26. *nu.* 153. *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 50. *fol.* 646. & ratio eſt, quia tale beneficium eſt ius ſingulare, ex ſingulari fauore proditum, ex quo *Bald. in l. quod fauore col.* 1. *C. de leg.* dicit quod
15 quis poteſt renuntiare † ſententiæ pro ſe latæ iure ſpeciali, vt in caſu noſtro, vbi D. Alfonſus condemnatur retrouendere alia bona Iulio Cæſari ex ſpeciali pacto de retrouendendo, tali laudo renuntiari poſſe: Et adducitur alia euidens ratio,
16 quod promiſſio † reuendendi eſt ſub cō ditione poteſtatiua ſi venditor voluerit redimere, vt declarat *Bart. in l. ſi decem*



Digitized by Google

cum petiero.ff.de verb.oblig. *Bald. in l.2. C.de pact. inter empt. & vend.* Conditio
17 † enim poteſtatiua ſuſpendit. *l à teſtatore ff.de condit. & demonſtr. & notatur in d.l. ſi decem cum petiero*: At cum conditio etiam tacita ſuſpendat, ea deficiente obligatio ipſo iure euaneſcit. *l. item quia iuxta glo. & ibi not. ff.de pact. Tiraquell. loco & num. citat.* & cum condemnatio D. Alfonſi ſit ad Iulij Cæſaris poteſtatem, ne dum per prędicta iura ſuſpẽdere poteſt, ſed etiam renuntiare, *iuxt. text. in l. ſi quis in conſcribendo C.de pact. ibi (omnem licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt renuntiare) Dec. in l. cum Patronus la 1. in fi. C.de pact. & conſ. 349. col. 2. Surd. deciſ. Mant.* 194. *nu.* 8. ergo ad dictos duc. 19000. ꝓ alijs bonis reemendis Iulius Cęſar cogi non poteſt

Quintò, D. Alfonſus Palmoram reti-
18 nere non poteſt etiam, quia de ſpetie † ad quantitatem non fit compenſatio, *Bart. in l. ſi non inducta num. 3. C. in quib. cauſ. pig. tac. contr.* contraria reijciẽs *Bald. l. fin. C. commod. Ioa. Fab. in §. in bonæfidei inſtit. de action.*

Sextò, per d. laudum de anno 1597. fol. 310. fuerunt abſolutæ omnes aliæ prætenſiones hinc indè, & D. Alfonſus fuit conſtitutus in mora relaxandi Pal-
19 moram, & per ſuas dilationes † tenetur ad fructus, qui percipi potuerant, ad *tex. in l. ſi longis C. de exeq. rei iud.* qui fru-
20 ctus † tanquam vſuræ rei iudicatæ debentur elapſis quatuor menſibus ſaltim à die 23. Iunij anni 1597. prolationis dicti laudi fol. 310. iuxt. *text. in l. 2. C. de*
21 *vſur. rei iud.* & pro eis fit exequutio, † non per ſententiam hominis, ſed per ſententiam legis, vt decidit *Præſ. de Franch. deciſ.* 277. & quia Palmora in anno 1597. affictatur pro curribus 24 frumenti pro quolibet anno per annos ſex fol. 395. à dicto tempore hucuſque decurrerunt anni 15. qui importãt currus 360. & quamuis in aliquibus annis quilibet currus eſt venditus pro ducat. 130. f. 406. ſed ſummãdo ſaltim ad duc. 60. ꝓ curru ſunt duc. 21620. vnde duc. 19000.
22 ex eis per compenſationem † ipſo iure factam extinſerunt conſimilem ſummam prætenſam per D. Alfonſum. iuxt *tex. in l. ſi conſtat. C. de compenſat. ibi (ſi conſtat pecuniam inuicem deberi, ipſo iure pro ſoluto compenſationem haberi oportet, ex eo tempore à quo ab vtraque parte debetur) & per text. in l. eos C. de ſolut. l. cum aliter ff. de compenſ. Ancar. q. 2. num. 3. par. 1 Curt. conſ. 71. col. 6. verſ. tranſeo ad tertium*, & in iſta compenſatione ſpetiale eſt, vt ipſo iure extinguat actionem, & obligationem, *d. §. in bonæfidei vbi Aret. col. 5. verſ. Principaliter, & Iaſ. num. 77.* * communem dicit *inſtit. de act.* Nec dicatur D. Alfonſum eſſe debitorem dictorum fructuum actione iudicati, & ſententiæ prædictæ, & ſic in actione perſonali,
23 quia compenſatio † habet locum etiam in actionibus perſonalibus, *l. fin. C. de compenſ. & d. §. in bonæfidei, & vtrobique gloſ. & DD.* & dum compenſatis dictis duc. 19000. D. Alfonſus remanet debitor in duc. 2620. debent conſignari minutæ exequutorij Palmoræ, vt fuit decretum fol. 243. & pro alijs bonis retrouendendis ipſi Iulio Cæſari cogi D. Alfonſum ad dictos ducat. 2620. quos tenet ſuperfluos.

Vltimò dicitur, quod bonã retrouendenda abſque Palmora in primo appretio fol. 391. ſunt valoris duc. 18641.2.3. in ſecundo appretio fol. 395. ſunt duc. 15353. in tertio, & vltimo appretio fol. 422. duc. 16149. quæ ſummæ coaceruatæ ſunt duc. 50143.2.3. ſumendo tertiã
24 † iuxta ſtilũ Sacri Conſilij, *teſte Frec. in lib. 2. de ſubfeud. in 3. author. num.* 33. ſunt duc. 16714.2.3. adeò quod vſque ad prætenſos duc. 19000. deficiunt duc. 2285.2.17. & in poſſe D. Alfonſi pro fructibus Palmoræ ad minus ſunt ducat. 21620. eſt ergo ſaltim pro nunc danda Iulio Cæſari exequutio Palmoræ, & procedi ad calculum liquidationis dictorum fructuum, vt fuit datus terminus fol. 412. at. & facta concluſio fol. 418. at. ac commiſſus calculus fol. 419. & de hoc fiet magna æquitas D. Alfonſo, quia de iure debet relaxare Palmoram, & alia bona retrouendere, & reſtituere ducat.

2610.

Digitized by Google

1620. quos tenet ſuperfluos vt diximus, & ita mihi videtur ſalua ſaniori Iudicantium iudicio, qui prædicta penſare dignē tur pro dicto Iulio Cæſare de Turre miſerando Sene. *Die 6. Iunij 1614. Referente Conſ. Pompanio Saluo cum interuentu Marchionis S. Angeli Sacri Conſilij Præſidentis Iunctis aulis fuit prouiſum, & decretum, quod iterum ſubhaſtentur bona, procedatur ad liquidationem fructuum, & conſignetur poſſeſſio Ruris Palmoræ d. Iulio Cæſari pro qua expediantur prouiſiones, pœnes de Viuo pro de Felice, & cum fuiſſet ex aduerſo de nullitate dictum, fuit decretum nullitates non obſtare, & quia D. Alfonſus aſſeruit velle tenere Palmoram vti ſubiectam prætenſo fideicommiſſo, & correſpondere de fructibus vita durante Iulij Cæſaris, per aliud decretum iunctis aulis fuit dictum eſſe prædictum decretum exequendum quoad fructus vita durante Iulij Cæſaris ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus vt in d. proceſſu.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio de præſenti non trahitur ad futura.*
2 *Diſpoſitio hominis quando trahitur ad futura.*
3 *Generaliter, & indiſtinctè prolata trahũtur ad futura.*
4 *Codicilli trahuntur ad teſtamenta, ita, quod diſpoſitum in Codicillis videtur diſpoſitum, & in teſtamentis.*
5 *Actio competens ex legato in Codicillo, cõpetit ex teſtamento.*
6 *Codicilli trahuntur ad mentem teſtamenti.*
7 *Teſtamenti, & Codicilli eadem cenſetur diſpoſitio.*
8 *Codicilli, & teſtamenti effectus confertur in morte, & vnus ſuppletur, & declaratur per alium.*
9 *Qualitas, conditio, & modus adiecta in teſtamento videtur repetita in Codicillo.*
10 *Clauſula ſiue apponatur in principio, ſiue in medio, vel in fine diſpoſitionis refertur ad omnia.*
11 *Relatio quando fit ad alium actum, regulatur, & modificatur ab actu relato, quia relatum in referente, & nu. 14.*
12 *Relatio aliter quam in relato præſumitur per errorem, & abſurdum eſt ſumi plus à referente, quam à relato.*
13 *Relationis natura eſt, quod ſit facta cum omnibus qualitatibus.*
15 *Relatum eſt in referente.*
16 *Conſequens, qui vult omne neceſſarium antecedens velle videtur.*
17 *Confirmans videtur dare.*
18 *Dictio, vt ſupra, eſt repetitiua omnium qualitatum, & nu 22.*
19 *Qualitas primi relicti videtur repetita in ſecundo.*
20 *Conditio declaratur ſecundum voluntatem teſtatoris.*
21 *Interpretatio fieri debet ſicuti teſtator interrogatus veriſimiliter replicaret.*
22 *Mens teſtatoris legi ſcripta conſona præſumitur.*
23 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
24 *Legatum pium quando dicatur.*
25 *Legata pia ab Epiſcopo Diœceſano diſtribui debent.*

### Pro Santiſſima Annuntiata Ciuitatis Sueſſæ contra hæredes quondam Scipionis de Paulo eiuſdem Ciuitatis.

## ARGVMENTVM.

*Conditiones appoſitæ in legato facto in teſtamento, an cenſeantur repetitæ in legato Codicillari.*

## CONSILIVM LXXIX.

REuerendus Scipio de Paulo Ciuitatis Sueſſæ inter alia in eius teſtamēto legauit *Reuerēdis patribus della Crocella ſeù del ben morire duc. 3000.* hac ſub conditione, *che fra vn anno dopò il di della ſua morte habbino realmente, & con*

*& con effecto pigliato il luogo in detta Città de Seſſa doue habbino da perſiſtere in perpetuo otto padri, & qñ fra vn anno nõ haueſſero pigliato detto luoco in tal caſo cadano da detto legato, & à quello ſocceda la Santiſſima Annuntiata de Seſſa, cum certis oneribus, &c.* & in codicillo idem teſtator legando eiſdem patribus dixit. *Item declaro nel vltimo teſtamento predetto hauer laſciato alli Padri della Crocella, alias del ben morire, purche venghino in Seſſa: vt ibi fra termine di dui anni, ſi ben nel teſtamento dice de vn anno duc. 3000. à detti li laſſo duc. 500. che ſi trouano in caſa mia in contanti, che poi detti padri habino à celebrare vna meſſa il di in perpetuo per l'anima mia laſciandoli de più lenzola, couerte, & altri mobili, che ſi trouano in caſa mia, che ſono buoni per vſo della caſa loro, che pigliaranno, & queſto declaro eſſere mia vltima volontà non pregiudicando all'vltimo teſtamento predetto anzi confirmando come hò detto di ſopra.*

Et, quia intelligitur dictos Patres nolle accipere locum in d. Ciuitate Sueſſæ, & ſicut in legato facto in teſtamento, ſuccedit Santiſſima Annuntiata eiuſdem Ciuitatis à teſtatore in eo expreſſè vocata, quæritur an ſuccedere debeat in legato duc. 500. & mobilium facto in Codicillo, & breuiter in hoc me expediendo dico quod ſi ex prima facie videretur conditiones, & diſpoſitiones in teſtamentis factas non trahi ad Codicillos, quia
1 diſpoſitio † de præſenti non trahitur ad futura, *l. ſi ita* ff. *de auro, & arg. leg. l. cum ſtipulamur, & l. ſi à colono* ff. *de verb. oblig.* Tamen his, & ſimilibus non obſtantibus contrarium de iure dicendum puto ſcilicet, quod Santiſſima Annuntiata in teſtamentarijs, & codicillarijs legatis ſuccedat.

2 Primò, quia diſpoſitio † hominis continens illud, quod dependet ex mera diſpoſitione defũcti trahitur ad futura. *l. talis ſcriptura in principio coniuncto* §. *fin. cum l. ſeq.* ff. *de leg. 1. per quæ iura hoc Bar. voluit in l. ſi ita* ff. *de aur. & arg. leg.* vndè in caſu prædicto, cũ talis diſpoſitio emanauerit ab homine, & in his quæ dependent à mera voluntate ipſius teſtatoris, vidẽtur trahi ad relicta in Codicillo, & ad ea extendi, etiam quia talis diſpoſitio in teſtamento non videtur facta per verba de præſenti, ſed per verba reſpicientia tempus futurum vocans Santiſſimam Annuntiatam dicto legato in teſtamento abſque vlla diſtinctione, ſed generaliter, & indefinitè, ita quod trahi-
3 tur, † & trahi poteſt ad futura sm̃, *Bar. in d. l. ſi ita per l. quoties* §. *fi.* ff. *de vſufru.*
4 Secundò, Codicillus † trahitur ad teſtamentum adeò, quod relicta in eo videntur relicta in teſtamento ad *tex. in l. 2.* §. *codicillorum* ff. *de iur. codill.* vndè ſi habetur per indè ac ſi tale legatum in codicillo, eſſet ſcriptum in teſtamento, talis conditio ſeu clauſula vocans Santiſſimam Annuntiatam videtur trahi, & extendi ad legata contenta in Codicillo,
5 Nam actio † competens ex legato in Codicillo competens eſt ex legato in teſtamento, *de Franch. deciſ. 104. nu. 4. per*
6 *l. 2.* §. *1. C. de iur. codicill.* & codicilli † trahuntur ad mentem teſtamenti, vt inquit *Bald. in l. Neſennius* ff. *de excuſ. tutor. per illum tex. ſequitur Natt. conſ. 483. ad fi-*
7 *nem*, vbi firmat, quod teſtamenti, † & codicilli cenſetur vna, & eadem diſpoſitio, *d.* §. *codicillorum*, quod adeò procedit, vt eodem tempore videantur ineſſe
8 cum vtriuſque effectus † conferatur poſt mortem teſtatoris ſicut *Cyn.* inquit *in l. 2. C. de teſtamen.* ideoque vnus ſuppletur, & declaratur per alium *l. Caio.* ff. *de alim. & Cib. leg. l. cum ſeruus* ff. *de cond. inſert. & l. 3.* ff. *de fund. inſtruct.* in quibus
9 iuribus habetur, quod oneris † qualitas adiecta in teſtamento videtur repetita in codicillis, & ſic arguit *Crauet. conſ. 221. nu. 12. in fin.* propterea per codicillos ſequentes capitur interpretatio, ne videatur teſtatorem receſſiſſe à teſtamento niſi in partibus quas reformaſſet, *l. Alumnæ.* §. *qui filias.* ff. *de adim. leg. firmant* Capr. *conſ. 3. col. 3. verſ. ſed his Det. conſ. 190. num. 9. Pariſ. conſ. 34. num. 49. lib. 2. & 108. num. 17. & 50. lib. 3. Crauet. conſ. 987. num. 33. Roland. à Vall. conſ.*

Digitized by Google

conſ.31.num.23. lib.4. Menoch. conſil. 333.num.6.& conſ.452.num.1. & plur. ſeq. vbi ex pluribus probat, quod conditio, modus, & qualitas adiecta in teſtamento, videtur appoſita in codicillo, & hoc maximè, quia in codicillo nulla teſtamenti qualitas fuit abdicata, ergo omnes qualitates teſtamēti in codicillo remanere debent.

Diximus qualitates, & conditiones contentas in teſtamento, & in codicillis contineri, & vnicam eſſe diſpoſitionem,
10 & ſic † clauſula appoſita in diſpoſitionibus, ſiuè apponatur in principio, ſiuè in fine, vel in medio, ad omnia referri, & extendi debet, d.l. talis ſcriptura in fin. & prout notatur in cap. ſecūdò requiris de appell. & hoc verum, quia in noſtro codicillo non apparet de contraria mente teſtatoris, Imò codicillando reliquit dictum aliud legatum eiſdem Patribus referens ad legatum, quod in teſtamento eiſdem fecerat, dicens vt ibi, & quando relatio
11 † fit in aliqua diſpoſitione, vel actu, ad præcedentem diſpoſitionem, vel actum ſe referens, ſcriptura ſe referens modificatur, & reſtringitur ad terminos relatæ, ea ratione, quia relatum in referente eſſe intelligitur, l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. c. Abbate ſanè §. porro extr. de verb. ſign. & ex alijs multis Marc. Anto. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art. 29. num. 16. & 17. Preſid. de Francb. deciſ. 87. num. 4. l. edita C. de edend. vbi Bart. & DD. de dictione prout, & in extrau. ad reprimendum prout in glo. Pariſ. conſ. 47. n. 47. lib. 3. vbi de dictione illa, & dictione ſicut, & in iſtis, & in dictione ſecundū quod, Det. conſ. 63. colu. 3. & 4. vbi diſpoſitio ſe referens licet alio modo referat, quam contineatur in diſpoſitione relata modificetur ad terminos relatæ, & per errorem
12 † præſumitur aliter facta relatio adducit Alex. conſ. 66. col. pen. lib. 1. & conſ. 9. pōderatis col. pen. lib. 5. & idē Det. in l. 2. in 2. not. & in auth. ſi quis in aliquo documento n. 40. C. de edēd. Crauet. conſ. 957. n. 56. & ſeq. vbi abſurdū reputat plus conſequi ex ſcriptura referente, quam ex ſcriptura relata poſt Bart. Aret. & Det. ab eo vocatis, & idem quoque voluit Curt. Iun. conſ. 94. nu. 10.

13 Quartò, ex natura relationis, † quæ eſt quod ſit facta cum omnibus qualitatibus vt notat Bart. in l. 1. de recept. arb. & in l. 1. §. fi. ff. ſi fam. furt. fec. dic. idem Bart. in l. ſi quis ſeruum §. fin. verſic. ſed quæro teſtator de leg. 2. vbi allegat text. in l. à filio §. 1. ff de alim. & cib. leg. Det. conſ. 89. num. 3. & conſ. 182. num. 3. conſ. 227. num. 3. Pariſ. conſ. 19. num. 68. conſ. 48. num. 14. lib. 2. per rationem, quia relatum in referente per prædicta iura, & verè, & propriè, ac naturaliter, vt inquit Bald. conſil. 212. & quæ lib. 5. vbi quod
14 natura relationis † eſt natura patentis veritatis ex coniunctione duarum ſcripturarum, ſequūtur Iaſ. in l. ait prætor §. ſi iudex num. 5. ff. de re iud. Pariſ. conſ. 2. nu. 55. lib. 3. Det. conſ. 647. num. 4. Bero. conſ. 140. num. 36. Bertazz. conſ. 101. num. 4. pulcrè Det. conſ. 47. nu. 2. & 3. vbi inquit
15 in ſcriptura † referente contineri quod ſcriptum legitur in ſcriptura relata d. l. aſſe toto & l. ait prætor §. 1. ff. de re iud. & l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſtrat. vbi Bart. voluit relatum implicitè contineri ac ſi expreſſum eſſet, etiam vbi expreſſio pro forma requireretur, veluti in inſtitutione hæredis, & ſequuntur * communiter DD. ibi Alexand. conſ. 176. lib. 5. conſ. 4. num. 7. lib. 7. Socc. conſ. 173. colum. 3. verſ. ſecundo principaliter lib. 2. Socc. Iun. conſ. 124. colum. 2. lib. 3. Alciat. conſil. 57. & 126. lib. 9. Clar. in §. teſtamentum q. 4. & q. 36. latiſſime Ludouic. Zunta in reſponſo pro vxore num. 71. cum ſeq. & num. 193. & plenè Marc. Anto. Peregr. in d. tract. de fideicomm. artic. 29. nu. 15. 16. 17.

Quintò, dicta clauſula, vt ibi, quæ eſt in principio dicti codicillaris legati refertur ad omnia ſubſequentia, & è con-
16 tra, quia qui vult conſequens † videtur velle omne neceſſarium antecedens l. illud ff. de acquir. hæred. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. confirmando vt ſupra, per dictum teſtamentum cum ſuis conditionibus

17 bus legauit, quia qui confirmat † vide-
tur diſponere, & dare l. more ff. de iuriſd.
omn. iud. l. & quia eod. tit. vbi Bart. & l.
fin. circ. princ. l. conficiuntur §. fin. ff. de
18 iur. codicill. & per d. dictionem, vt † ſu-
pra, dictio repetitiua omnium qualita-
19 tum præcedentium: qualitas † præce-
dentis relicti, videtur repetita in ſecun-
do, & è contra, qualitas adiecta in ſecun
do videtur adiecta in primo, ſic Bart. pul-
crè per illũ tex. l. ſi tibi purè ff. de leg. 3. &
plenius Iaſ. in l. legata inutiliter ff. de leg.
1. & eſt caſus in l. fin. ff. de reb. dub. & in
l. Aurelius §. teſtator ff. de liber. leg. vbi
qualitas in ſecundo adiecta ex vi tacitæ
conditionis de primo operatur augmen-
tum, & diminutionem de primo, & ſic
notat Bar. in d. l. ſi tibi purè verſ. ſed qua-
ro, Imò fortius, quod reſpicit qualitates
præcedentis relicti alteri perſonæ quãdo
eidem perſonę relictum non fuit, d. l. ſi ſic
& l. ſi ſeruus §. ſi ita in fine ff. de leg. 1. glo.
& Ang. per illum tex. in l. codicillis ff. de
vſufructu leg. cum concordantibus Natta
conſ. 476. nu. 9. Iaſ. conſ. 207. colu. 1. lib. 2.
vbi talis dictio operatur repetitionem, et
quod expreſſio pro forma requiratur, &
Soccin. Iun. conſ. 71. num. 5. lib. 3. & de tali
dictione, vt ſupra, quod ſit repetitiua om
nium qualitatum, firmat Marc. Anton.
Peregr. in d. tract. de fideicommiſſ. art. 29.
nu. 16. Et ſic cũ in legato in teſtamento
eiſdem Patribus facto ducatorum trium
milium in caſu non acceperint locum
in d. Ciuitate Sueſſæ, dicatur, quod in eo
ſuccedat Santiſſima Annuntiata, conclu
do idem voluiſſe in d. legato ducat. 500.
& mobilium in codicillo eiſdem relicto,
vltra prędicta per tex. in l. duos & l. Auia
ſecundum vnum intellectum ff. de cond. &
demonſtr. l. cum ſeruus. § fin. ff. de cond. in-
ſer. & l. fin. §. fi. de dol. excep.

Sextò, dicta concluſio maximè proce-
20 dit, quia materia repetitionis † qualita-
tis, & conditionis pendet à voluntate
teſtatoris, l. cum ſeruus l. Iulius Paulus ff.
de condit. & demonſtr. notat Bart. in l. Se-
iæ §. Caio ff. de fund. inſt. Bald. in l. 1. in
fin. C. de lib. prat. & eſt generale in vlti-
mis voluntatibus, in quibus teſtatoris vo
luntas totum facit. l. ex facto ff. de hæred.
inſt. l. in conditionibus ff. de condit. & demõ
ſtr. Bald. conſ. 153. quidã teſtator lib. 5. ex
voluntate autem teſtatoris apparet, vt
cum dicti Patres non acceperint locum,
vt perſiſterent perpetuo in dicta Ciuita-
te Sueſſæ voluiſſe carere relicto in teſta-
mento, & acquiri Santiſſimæ Annuntia-
tæ, & ſic carere beneficio legati in codi-
cillo eiſdem facto, pulchrè ad hoc Bart.
in l. 2. num. 42. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.
Paul. de Caſtr. conſ. 11. lib. 2. vndè ſucce-
dit quod dicit gloſ. not. in l. tale pactum
21 ff. de pact. quod talis † debet fieri inter-
pretatio qualem ſtatuentes veriſimiliter
feciſſent interrogati: ſi et tali caſu nihil
ſpecificè fuerit dictum, & illam ſequun-
tur Ang. & Bald. Rom. in conſ. 392. incip.
circa primum colum. vlt. in fin. allegat ad
idem gloſ. in c. 1. verſic. Reſidentes de re-
ſcript. & tex. in l. fi. C. de poſthu. hæred. in-
ſtit. & idem Rom. conſ. 439. col. 2. Abb. per
illum text. in cap. ſecũdo requiris de appell.
22 & talis interpretatio † debet fieri, vt ta-
lis diſpoſitio contra omnia iura quan-
tum ſit poſſibile conformis ſit menti te-
ſtatoris; quæ talis eſſe debet, qualis eſt
legis ſcriptæ, & naturalis rationis: vt no-
tabiliter inquit Bald. in titul. apud quem
vel quos contr. inueſt. termin. debe. cap.
1. colum. 2. & idem Bald. in l. ex facto per
illum text. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in
cap. licet de offic. ordin. Dec. conſ. 64. nu. 6.
in fin. & num. 7. in princip. ſic determinat
propter veriſimilem mentem teſtatoris;
& quia ſic ratio naturalis dictat, Rum.
conſ. 84. lib. 2. Dec. conſ. 189. poſt Ioan. de
Garzon. ab eo relatum, Zanc. in repet. §.
cum ita num. 1272. maximè, quia talis
conditio in teſtamento procedit, Caual-
can. in tract. de vſufruct. numer. 139. &
dum conſtat talem conditionem eſſe
appoſitam in teſtamento, & ab ea volun
23 tate non videtur teſtatorem receſſiſſe †
niſi appareat, etiam quia mutatio volun
tatis non præſumitur c. maior de Bapt. &
in c. licet de procur. in 6. prout in teſtatore
eſt tex. in l. eum qui mutatum ff. eod. & per
Dec. conſ. 189. num. 5. Angel. conſil. 295.
incip. quoniam in vltimis voluntatibus,

& cum

24 & cum omne legatum pium dicatur, quod religioni, & paupertati relinquitur nam in his vera pietas exercetur, vt dicit *Ioannes Oldendorp. in tract. de vſucap. in artic. de tempor. quæ contr. hæred. conſide. num. 8. fol. 9.* & in alijs caſibus cumulat *Bertracch. in tract. de Epiſcop. part. 4. nu. 82. per colum.* eaque ab Epiſcopo Dioce-
25 ſano detineri poſſe, qui legata pia diſtribuendi poteſtatem habet *per Concil. Trident ſeſſ. 25. cap. 4.* Ex prædictis ergo currenti calamo adductis concludo Santiſſimam Annuntiatam non ſolum habere debere legatum duc. 3000. in teſtamento ſcriptum, ſed etiam legatum duc. 500 & mobilium in codicillo factum, & pro eis cogi hæredes dicti Reuerendi Scipionis omnia conſignare, & ita mihi videtur, *Cauſa hæc fuit per concordiam terminata.*

*Camillus de Laratha.*

### SVMMARIVM.

1 *Prior tempore potior eſt iure.*
2 *Prioritas ſcripturæ horæ, & momenti attenditur.*
3 *Prior tempore præfertur etiam Fiſco poſteriori.*
4 *Prioritas obligationis priuati, & Fiſci à pari iudicatur.*
5 *Inuentarij beneficio actiones hæredis ſeparantur.*
6 *Inuentarij beneficium quid operetur.*
7 *Depoſitarius nullam poteſt exceptionem nec compenſationis opponere.*
8 *Signum vexillare cuiuſlibet legionis Aquila erat antiquitus.*
9 *Centurio, qui Aquilæ præerat, & cohorti, primipilus dicebatur.*
10 *Primipilus quaſi primus centurio.*
11 *Primipilus, quaſi maiorem dignitatem inter milites habens.*
12 *Primipilarius dicitur qui primum pilum ideſt tela deferebat.*
13 *Primipilus eſt vexillifer, qui portat primum vexillum ante Regem.*
14 *Primipilaris vxoris bona Fiſco ſunt obnoxia pro culpa maritorum, & quare.*
15 *Primipilus authoritatem habet diſtribuendi ſtipendia militibus.*
16 *Primipili officium militare eſt.*
17 *Primipili officium valdè ab officio Theſaurarij differri.*
18 *Theſaurarius dicitur ille, qui principis pecuniæ vtcumque eroganda præeſt ab antiquis, quæſtor ærarij dicebatur.*
19 *Deciſio Capic. in deciſ. 129. loquitur in tacita hypotheca, non in expreſſa.*
20 *Primipili officium, quia receſſit, receſſit & priuilegium, & ita deciſum.*

## Pro Don Carolo, & Don Petro Acquauiua de Aragonia meis Affinibus contra Regium Fiſcum.

### ARGVMENTVM.

*Fiſcus aduerſus creditores anteriores non vtitur priuilegio, quo contra vxores adminiſtrantium officia fiſcalia, latine primipili vtebatur antiquitus, & quare.*

## CONSILIVM LXXX.

DON Carolus, & Don Petrus Acquauiua de Aragonia fratres, petunt de depoſito ducatorum trigintamilia facto per Regiam Curiam in beneficium hæredum quondam Don Baldaxaris Acquauiua de Aragonia olim Regij Generalis Theſaurarij liberari ducat. 4093. 2. 11. d. Don Petro debitos, & alios ducat. 6879. 3. 14. diuerſis creditoribus debitos, pro quibus ipſi fratres ſunt fideiuſſores, & inſolidum obligati, & contra eos inſtrumenta via ritus liquidata ſunt, vt ex facto, ex quo dum apparet inſtrumenta obligationum d. Don Baldaxaris, eſſe ſatis ante anteriores, aditionis, & adminiſtrationis officij Theſaurarij per D. Baldaxarem prædictum omnino quantitates ipſas ipſis liberari debere
1 dicunt, quia prior † in tempore potior eſt in iure, iuxt. *text. in regula qui prior*

*prior, de reg. iur. in 6. l. potior ff. qui pot. in*
2 *pig. hab. cum vulg.* Immò † dari prioritatem ſcripturæ, & horæ ſecundum *gloſ. fin. in l. ex pluribus ff. de ſolut. quam Bald. allegat pro notabili in lege imperator verſ. & nota quod ratione horæ in prima lectura ff. de ſtat. hom. cum ſimil. & Felyn. tradit in cap. paſtoralis in principio de reſcript.* & non ſolũ in hora, ſed ẽt in punto prioritás conſideratur, *Idem Bald. in l. de rebus C. de donat. ant. nupt. & Nouiſſimè Ricc. in Praxi var. reſol. reſo.* 103. & *idem Ioannes de Plat. in l. 2. n. 4. C. de iure Fiſci lib.* 10. vbi ad caſum noſtrũ dicit,
3 quia contra Fiſcum loquitur; & prior † in tempore præfertur etiam Fiſco, vt eſt *text. in l. 2. C. de priuil. Fiſci ibi Quod ſi poſt bonorum eius obligationem rationibus meis cepit eſſe obligatus: in eius bonis ceſſat priuilegium Fiſci, eſt etiam tex.* apertiſſimus noſtrum caſum decidens. *in d. l. 1. C. de iure Fiſci, vbi legitur Si prius quam fiſci rationibus pater veſter obligaretur; perfectam prædiorum donationem, feciſſe fuerit probatus: & vtrobique gloſ.* concordantia adducunt; & quia traditur Don Petrus quam alij creditores, fatis prius Fiſco cum D. Baldaxare contraxerunt, & ipſum obligatum habent, ſunt anteriores, & potiores, & pro dictis quantitatibus Fiſco præferri debent, cum tali
4 caſu † prioritas obligationis priuati, & Fiſci de pari iudicatur, dicit *gloſ. in d. l. 2. C. de iure fiſc. in verſic. ceſſat per text. in l. ſi fundum C. qui pot. in pign. hab. vbi legitur Si fundum pignori accepiſti, antequam reipublicæ obligaretur, ſicut prior eſt tempore prior eſt iure.*

Prætenſio Regij Fiſci, quod dum dicti fratres ſunt D. Baldaxaris hęredes actiones ſunt confuſæ, & credita ex perſona propria prætendere non poſſunt, non obſtat, quia cum ſint hæredes cum bene-
5 ficio † legis, & inuentarij fol. 57. & ſeq. fol. 66. actiones ſunt ſeparatæ, & ipſi hæredes remanent creditores ac per omnia cum alijs creditoribus fortunam habent, temporum tamen prorogatiua ſeruata, dicit *tex. in l. fin. §. in computatione C. de iure delib. vbi Bald. poſt num.* 3. *verſ. nulla eſt hic,* dicit ex inuentarij beneficio adducitur ſeparatio, & hæredi-
6 tas remanet debitrix hæredi, & duo † ſpecialiter adducit, primo conſeruationem iuris hæredis; ſecundo, quod hæres vltra vires hæreditarias non teneatur, & alia, & alij per *Octau. Oſaſc. Pedemont. deciſ.* 181. *num.* 13. & ſumus in Fiſco depo-
7 ſitario, † qui nullam exceptionem, nec compenſationis opponere poteſt, *text. eſt vbi gl. & DD. in l. ſi quis vel pecunias C. depoſ. & latè Matteſil. ſing.* 5. *vbi add.*

Alia vero pretenſio Regij Fiſci ex adductis per *Capyc. deciſ.* 129. *num.* 12. & *ſeq.* eſt, nam officium Theſaurarij, & primipili ſunt idem in quo Fiſcus prælationem etiã aduerſus dotes habet per *tex. in l. vtilitas. C. de offic. primipili lib.* 12, nec obſtat.

Nam quod aſſerit *Capyc. in d. deciſio.* 129. officium theſaurarij aſſimilari officio Primipili, non eſt verum, cum apud
8 Romanos ſignum vexillare † cuiuſlibet legionis Aquila erat, *Plin. hiſtor. nat. lib.* 10. *cap.* 4. *Veget. lib.* 2. *de re milit. Valer. Max. lib.* 1. *de cap. prodig. & lib.* 6. *cap.* 1. *Dio: lib.* 40. *Halicar. lib.* 3. *Alexan. ab Alex. gen. dier. vbi Tiraquell. lib.* 1. *c.* 2. *Iulius Barbaranus in officina tom.* 1. *lib.* 3. *num.* 15. *Anto. Auguſt. ad Modeſti. lib. ſing.* Carol. Sigon. *de antiquo iure prouin. lib.* 2. *cap.* 2. *Caſſan. in* 4. *part. Catal. glor. mund. conſid.* 20. *in fin. & par.* 1. *conſid.* 7. *Corraſ. Miſcell. lib.* 5. *cap.* 4. *Couarr. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. *Marc. Anton. Surg. de Neapo. Illuſt. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 16 *Pir. Albergher. in rub. C. de primipil. lib.* 12
9 & 15. qui Aquilæ † præerat Centurio primæ cohortis erat, qui nunc primipilus vocatur, *Tit. Liu. lib.* 7. *ab vrb condit.* ſcribit, Ordo partes tres habebat quorum vnamquamque primipilum vo-
10 cabant, & primus centurio † primipilus olim dicebatur firmat *Marc. Anton. Sabell. in hiſtor. ſua ab orbe cond. eneid.* 4. *lib.* 2. & primipilus quatringentos milites gubernabat dicit *Veget. lib.* 2. *de re milit.* eratque is primus legionis centurio, caputque totius legionis, *idem Liui. lib.* 7. & 8. & *lib.* 4. 5. *decad. Alexandi ab*

*Alex.*

Digitized by Google

*Alexan.lib.1.cap.5.gen.dier.& lib.1.cap.1.vbi Tiraquell.* & Tribunus militum, & primus Centurio erat, qui nunc primi pilus appellatur, *Cæſar.lib.2.de bell.gall. Valer.Max.in cap. de ira in app. Claud. Iul.Barbar.Tom.1. lib.3.num.15. Corraſ.Miſcell.lib.5.cap.4.Alciat.in rubr. C.de primipil. lib.12.Corraſ. Anton. Auguſt.Carol. Sigon. Couar. Marc.Anton. Surg.in locis allegatis*, ex alijs firmant, &
11 à Romanis qui maiorem † dignitatem inter milites habebat primum pilarium vocari, ex Surd. & alijs firmat *Pirr. Albergh. loc. citat. Andr. de Barulo in d.*
12 *rubr. de primipil.* & primipilarius † dicitur ille, qui in bello primum pilum, ideſt tela deferebat: *Ioannes de Plat.in d.rub. C.de primipil.* & primipilus eſt ve-
13 xillifer, † qui portat primum vexillum ante Regem ſecundum *Surg.* ad hoc eſt quod ponit *Valer.Max.lib.1.cap.de prodig.§.non ſunt*, vndè primipilaris dicitur numerus militum, qui incedunt iuxta vexillum, ſecundum *Pap.* & hoc videri verius dicit *Luc. de Pen.in d.rub.de primipil.* primipilaris dici videtur non tàm miles, qui ſub centurione fuerat primipili, quam ipſe centurio, qui olim præditus fuerat hac dignitate, & ea forma dicitur primipilaris qua conſularis. *Quintil. lib.6.cap.3.* & propter magnum periculum quod vertebatur ſi primipilarius Dominum traderet, dum erant primi in bello fuit iſta ſpetialitas, quod bona mulierum
14 † ſint ſpetialiter obnoxia pro culpa maritorum, ſi prauè ſe geſſerint in illo officio ex *Abba.in cap.ex parte colum. 2. de conſuet. firmat Bertach. in repert. verſ. primipilarius*.

Et ſi aliqui dicant primumpilum eſſe qui militarem annonam inter milites diuidebat, vltra quod ipſiſmet ſunt contrarij, tamen hoc *Pirr.Alberg.vbi ſupra* refutando contraria dicit, Audiui Ego doctiſſimos viros negantes ſe vnquam intellexiſſe, quis primipilus hic fuerit: Audiui autem nuper doctiſſimum Senatorem Franciſcum medullum explicantem mihi hunc modum ex Italia militum
15 diſciplina, ait enim quòd primipilus, † aut primipilaris is dicitur, qui legionis capud eſt, & princeps, qui hoſtem primus aggreditur, & habere hanc authoritatem, vt ſtipendia militibus diſtribuat vt quiſque pro meritis pecunias bellicas habeat: nec à quæſtore bellico accipiat ſtipendia, ſed omnia militum ſtipendia apud ſe habeat, atque diſtribuat.

16 Ex his ergo patet † primipili officium militare eſſe, vt probatur per *text. l. non ſolum.§. quem primipilum ff.de excuſ.tut. & per alia Luc.de Pen. in d.rubr.& alijs multis iuribus, & authoritatibus firmat Marc.Ant.Surg.loco citato nu.18.*

17 Explicato ergo † quod officium primi pili valdè differat ab officio Theſaurarij reſpectu exercitij, & nominis dum diximus quid ſit primipili officium, & in quo
18 verſetur, nunc dico quod † Theſaurarius dicitur ille qui Principis pecuniæ, vtcumque erogandæ præeſt, qui ab antiquis quęſtor ęrarij dicebatur *l.2.ff.de orig.iur* ſub Cęſaribus autem Comes ſacrarum largitionum, de quu frequens mentio habetur in *C.& apud Caſſiod.lib.6. var.& firmat idem Marc.Anton.Surg. vbi ſupra lib.1. cap.26.* ſed hæc ſuperflua ſunt ad
19 *Capyc. deciſionem* eruendam quia † *Capyc.in d.deciſ. 129.* loquitur in tacita hipoteca, & non in expreſſa, & quamuis dicat officium primipili aſſimilari officio
20 Theſaurarij, nihilhominus, † quia primipili officium receſſit, ideò receſſit eius priuilegium, & contra Fiſcum, & Dominam Reginam, ac in fauorem particularium creditorum deciſum firmat idem *Capyc.in fin.d.deciſ.* & in hac eadem cauſa ſuper reſtitutione dotium, & iurium dotalium Donnæ Portiæ Caracciolæ vxoris d. Don Baldaxaris generalis Theſaurarij per Regiam Cameram, & Collaterale Conſilium iudicatum fuit, & ipſa Fiſco anterior pręlata fuit, in eodem proceſſu, & ſic Don Petrus, & D.Carolus, cæterique creditores ſatis Fiſco anteriores de d.depoſito, petitas quantitates habere debēt liberatas, iuxta *d.l.ſi Fundū C.qui pot.in pign.hab.*& alia prędicta, & ita, &c.

*Camillus de Laratha.*



Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Sequeſtra regulariter prohibita.*

2 *Sequeſtra ſuadente aliqua æquitate fieri & in certis caſibus permitti.*

3 *Sequeſtrum iure fieri à Iudice pro qualibet cauſa eius mentem mouente.*

4 *Sequeſtrum permittitur ſi dubitatur de dilapidatione, conſumptione, vel dilatione.*

5 *Sequeſtrum ex cauſa procedere etiam in re mobili, vel quando petitur pecunia ſi in fine litis non eſſet conſultum actori.*

6 *Maioratus poſſeſſor ob dilationem remoueri poteſt.*

7 *Voluptatis in vſum erogans dicitur dilapidare.*

8 *Sequeſtrum fieri poteſt vt lis dirimatur quando pars dilatat.*

9 *Officium Iudicis imploratur, quotieſcunque ex facto alieno lædi quis dubitat.*

10 *Sequeſtrum fieri intereſt Iudicis nè iudicium ſit eluſorium.*

## Pro Fabio Caracciolo contra d. Laudoniam Ruffam, & D. Troianum Caracciolum.

### ARGVMENTVM.

*Sequeſtrum, quibus ex cauſis fieri poſſit.*

## CONSILIVM LXXXI.

INdubitata eſt Doctorum ſententia pluribus, atque clariſſimis V. I. deciſionibus roborata, quod licet ſequeſtra,
1 † regulariter ſint prohibita vt *C. de probi. ſeq. pec. & extra de ſeq. poſſ. & fruct. per totum, & extra vt lite pendente cap.* 1. Nihilhominus ſuadente
2 aliqua † æquitate, vt ſi dubitetur de di-
3 lapidatione, † vel quouis modo de conſumptione rei, ex qua in caſu Victoriæ creditori non eſſet conſultum, Victoriam ſibi fore profuturam; vel quia oritur aliqua præſumptio, quod litigetur differendi cauſa iudicium, debet iudex venire ad ſequeſtrum ad *text. in l. Imperatores ff de appell. ibi (ijdem reſcripſerunt quod quamuis vſitatum non ſit fructus agri de quo diſceptatio, ſit, deponi, tamen cum depopularentur æquum ſibi videtur, fructus apud ſequeſtrum deponi) & cap. fin. de ſeq. poſſeſſ. & fruct. ibi (ſi diſſipentur ab ipſo, poſſunt lite pendente rationabiliter ſequeſtrari) & cap. dilectus eod. concordant text. in l. ſi cum dotem §. ſi autem in ſæuiſſ. verſic. ſi vero dotem* ff. *ſolut. matrim. l. ab exequutione C. quor. app. non recip. l. ſi creditores* ff. *de priuil. cred. l. diuus la* 1. ff. *de pet. hæred.*

Per quæ iura idem voluit *gloſ. in l. vni. C. de probib. ſeq pec. in verſic. ſequeſtratis, & in d. cap. dilecti verſic. ſequeſtrari, firmant Panormit. in cap. fin de ſeq. poſſ. & fruct. nu. 16. verſ. ſed quando, & cap. fin. eod. titul num. 7. Curt. in tract. de ſeq. in princip num. 7. & ſeq. & 9. in fin. Aufrer. in addit. Cappell. Toloſ. deciſ. 477. Lancellot. Det prima parte cap. 12. lib. 12. num. 13. Bertrand. conſ. 57. nu. 8. lib. 1. Natt. conſ. 584. per tot. & ſignanter num. 5. circa medium Gail. pract. obſer. lib. 1. obſeruat. 44. num. 7. Matth. Coler. Germ. in tract. de proceſſ. exequutione part. 1. cap. 2*
4 *num.* 106. qui dicit quod quælibet † cauſa quæ mouet animum iudicis, ſufficit ad ſequeſtrum, *DD. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ſi. qui ſatiſd. cog. vbi præcipuè Iacob. & Iaſ. qui ceteros referunt,* Salyc. *in d. l. vnic. C. de probib. ſeq. pec. num. 3. Spec. in titul. de poſſeſſ. & fruct. verſ. item pone & num. 4. Innoc. in cap. 1. de dol. & contum. & teſtatur Pract. Pap. de form. ſeq. vbi add. notat Gail. vbi ſupra obſeruat. 148. & Guid. Pap. deciſ. 246. num. 4. & ibi nouiſſimi addentes*, qui omnes concludunt proce-
5 dere etiam in re † mobili, vel quando actor petit pecuniam, quam in fine litis per moram non eſſet habiturus propter dilapidationem, ſeu quamcumque conſumptionem patrimonij, & in fortiori *Molin. de primogen. hiſpan. lib. 1. cap. 16.* vbi principaliter quærit, & concludit ex ea-
6 dem cauſa poſſe poſſeſſorem † maioratus

à poſ-

Digitized by Google

à poſſeſſione ipſius per ſucceſſorem inuita repelli, nè ipſe ſucceſſor damno afficiatur ex illius mala adminiſtratione, & *Iac. de Aren. in tract. de ſequeſtr. per totum.*

Modo in caſu noſtro nè dum eſt timor dilapidationis, ex qua ius creditoris ſit tempore perituru͂, ſed certum eſt in dies diminui fructus bonorum ſuper quibus prætendit Fabius ſatisfieri, eoſque

7 in proprios vſus voluptaris † nè dum neceſſitatis cauſa conuerti, quod etiam dilapidare dicetur *iuxt. tradita per Bald. & Ludouic. Roman. in l. ſi ſeruus in fin. de acquir. hæred. Aret. in l. ſi ſeruum. §. prætor ff. eod. Innoc. Panorm. & alij* communiter in cap. fin. de ſeq. poſſ. & fruct. Natt. conſ. 584. num. 2. Curt. vbi ſupra num. 9. Lancell. loco citato nu. 16.*

Quinimo indubitatum eſt abſque dilapidatione etiam ad præſens bona nòn ſufficere, pro ſatisfactione creditorum, poſtquam bona ſuper quibus creditores prætendunt ſatisfieri, non aſcendunt ad ſummam ducatorum 15000. & creditum Fabij eſt ducat. 5400. capitalis cum tertijs ſeu intereſſe ab anno 1591. quæ ad minus aſcendunt ad ſummam ducat. 6000. deductis nonnullis quantitatibus receptis, & inſuper adſunt alij creditores in maxima ſumma, & ſignanter Princeps Collis, & fratres de Scortia tis creditores in duc. 6000. in circa vt omnia clariſſime patent in facto.

Nec eſt præſumptio, quod litigatur cauſa differendi iudicium, ſed certum eſt Dominis Iudicantibus ex aduerſo per quatuor annos non in alio quàm in perſcrutandis dilationibus elaboraſſe (quod tranſeat) at quod peius in futurum, non moras naturales litis, ſed inſolitas, & inopinatas minatur, & certum eſt abſque ſequeſtro diù fore duraturam, quo caſu,

8 vt lis dirimatur † voluit *Ioan. Fab. in l. vni. C. de ſeq. pec.* omninò fieri ſequeſtru͂ quod non dum verbis, ſed facto demonſtrant, opponendo in dies aereas, & fruſtratorias exceptiones, ad quas dirimendas nec per ſatisdationem valet tolli ſequeſtrum, *Abb. in c. dilectus n. 24. de ſeq. poſſ. & fruct.*

Nec omiſſum habebo quod quotieſ-

9 cunque ex facto alieno † timet quis grauari, poteſt antè factum implorare officium iudicis, nè id faciat ita *Bald. per illum text. in l. 2. num. 2. C. qui bon. ced. poſſ.* Cum ergo nè dum Fabius timeat in futuru͂ poſſe grauari, facto alieno, ſed certu͂ ſit iam fuiſſe grauatum ex ſupradictis ex quo bona ad præſens non ſufficiunt, abſque timore dilapidationis, pro ſatisfactione ſui crediti, & proindè ſequeſtrum debere fieri, tàm de capitali, quam de tertijs, & introitibus bonorum, etiam vt dicto Fabio pauperi equiti nè dum ſit conſultum in caſu Victoriæ, verum etiam

10 quia Iudicis † intereſt, nè iudicium ſit eluſorium, non inueniendo bona, in quibus victor ſatisfieri poſſit, vt perbellè firmat *Luc. de Penna in l. litibus C. de agric. & cenſit. col. 8. fol. mihi. 165. ater. in fine verſic. vndè cum intereſt iudicis, &c.*

Prout etiam hoc idem alias per Sacrum Conſilium ad inſtantiam Principis Collis in eodem proceſſu vt cauſa fuit prouiſum vt ex decreto fol. 747. vltra quam plures alias deciſiones afferre poſſem, vt benè notum eſt Dominis Iudicantibus ideò idem prouideri in noſtro caſu ex prædictis concludo, ſaluo tamen Iudicantium ſaniori iudicio, quorum proprium eſt vnicuique ius ſuum tribuere.

*Die octaua Iulij anni 1614. facta relatione per D. Conſiliariu͂ Scipionem Rouitum cauſæ commiſſarium iunctis Dominis Conſiliarijs duarum Aularum cum interuentu Domini Marchionis Sancti Angeli pro expeditione cauſa principalis comparuit D. Flumara ſoror D. Troiani, & D. Laudoniæ ſimiliter Filiæ, & petijt pro ſuo intereſſe debere audiri, & pro parte D. Fabij replicatum non debere audiri fuit decretu͂, quod audiatur infra immine͂tes ferias prò omni termino, & interim fiet ſequeſtrum, & ſic deciſum iux. allegata in banca Carboni.*

*Camillus de Laratha.*



Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *Creditor prius tempore præfertur.*
2 *Creditores, quorum pecunia res emitur quando anterioribus præferantur.*
3 *Solutione pendente poteſt in re vendita reſeruari dominium.*
4 *Solutione prætij perfecta, ſtatim transfertur dominium ex vnico contractu, & tempore, & nu.10.*
5 *Dominium reſeruatum ſolutione pendente non tranſit, quia poſſeſſor debet habere ius in re.*
6 *Perſonale ius oritur ex venditione non tranſlato dominio.*
7 *Perſonali in actione prioritas temporis non attenditur.*
8 *Solutione pendente reſeruato dominio, contractus dicitur locationis.*
9 *Conſtitutum fuit in exequutione locationis.*
11 *Copia copiæ ſcripturæ non facit fidem.*
12 *Copia ſumpta ex ſcriptura pœnes acta nō facit fidem niſi ſcriptura præſentata ſit originalis, & citata parte ad collationem videndam.*
13 *Actore non probante reus abſoluitur.*
14 *Renuntianti ſuper vna re obſtat exceptio diſcuſſionis ſuper alijs etiam in legato dotis.*
15 *Pretium ſuccedit loco rei.*
16 *Nupta conſtante matrimonio renuntiare poteſt hypothecæ re ſibi obligata ad quā regreſſum non habet.*
17 *Pragmatica prohibens alienari per mulieres, loquitur in nupta, & in re dotali & nu.18.*
19 *Dos non dicitur ſine matrimonio*
20 *Debitor non exiſtente prohibitione licitè ſoluit creditori, etiam ſciens ſuum debitum alteri ceſſum.*
21 *Denuntiatio quando requiritur, vt aliquid fiat, non ſufficit ſcientia.*
22 *Debitor ſoluens quando plene liberetur.*
23 *Actio directa remanens pœnes cedentem poteſt cum alijs tranſigi.*

Pro aliquibus creditoribus quondam Don Octauij Monaci contra alios creditores eiuſdem.

## *ARGVMENTVM.*

*Creditores ad rem emendam, qualiter concurrant; item an ſoluens ſcienter debitum ceſſum liberetur, item an mulier, quæ hypothecæ ſuæ renuntiauit habere poſſit regreſſum nouum ſuper re ſibi antiquitus hypothecata.*

## CONSILIVM LXXXII.

IN liberatione depoſiti pretij maxariæ Don Octauij Monaci tria ſunt videnda.

Primum, an creditores de quorum pecunia maxaria fuit empta, alijs anterioribus præferantur.

Secundum, creditores ipſi de quorum pecunia fuit facta dicta emptio an veniant iuxta temporis prioritatem, vel per concurſum.

Tertium, & vltimum, ſoror venditoris quæ non fuit ſatisfacta de legato paterno, an preferri debeat ſtante eius renuntiatione, & conſenſu in alienatione ipſius maxariæ, cum reſerua ſuper ducat. 2700 reſidui pretij ipſius.

Quoad primum, licet prima facie videatur dicendum, anteriores
1 † eſſe præferendos iuxt. *text. in l. potior ff. qui pot. in pig. hab. cum vulg.* tamen contrariam ſententiam in caſu de quo agitur, veriorem eſſe puto, & quod ipſi quorum pe-
2 cunia † res fuit empta, alijs generalem hypothecam habentibus, quamuis, anteriorem præferantur, iam quod concurrunt requiſita in *vulg. l. licet. C. qui pot. in pig. hab.* quod pro indubitabili deciſum firmat *Præſ. de Franch. deciſ. 97. 369. &* 506. proindè in hoc amplius non inſiſto.

Quoad ſecundum, an inter creditores mutuantes adſit prælatio iuxta temporis

Digitized by Google

ris anterioritatem dico.

Primò, quod venditor in venditione maxariæ expreſſè reſeruauit, & dixit quod
3 pendente ſolutione † integri pretij ipſius dominium non transferatur, quod pactum benè fieri poteſt, & valet ex adductis per *Præſid. de Franch deciſ.* 506. *nu.* 5. vndè diſtinguo aut pretium fuit integrè ſolutum, aut non; primo caſu, ex quo; dominium ſemper ſtetit pœnes venditorem, donec non fuiſſet facta finalis ſolutio per vltimum mutuantem, & interim hypotheca in beneficium nullius dari po
4 terat, ſed bene facta finali ſolutione, † & ſic cũ omnes mutuãtes obtinuiſſẽt hypothecam ex vltima ſolutione, & ex vnico contractu, & cauſa vnica, vt eſt *text. in terminis in l. priuilegia ff de priuile. cred. ibi Priuilegia non ex tempore extimãtur, ſed ex cauſa, & ſi eiuſdem tituli fuerint concurrunt, licet diuerſitas temporis in his fuerint, & eſt doctrina Salic. in d. l. licet,* quo ſtante videtur, quod pari iure ad eam admicti debent, iuxta tradita *per DD. in l. ſi fundus. §. ſi duo in fine per illum text. ff. de pign.* vt quando ſunt creditores ex contractu, vt in caſu noſtro, in indiuiduo firmat, *Pract. Pap. in forma libelli, in actione hypothecæ verſ. ſub eadem alienatione num.* 13. & cum D. Octauius omnibus mutuantibus pro emenda d. maxaria videatur obligaſſe eam ſub conditione, quando dominium in eius poſſe veniebat, facta integrali ſolutione, vendino ipſa venit in vltimo contractu, vltimæ ſolutionis, & ſic cum ſimul in beneficium omnium maxaria obligata veniat eodem tempore, omnes abſque temporis diſcretione concurrere debent, iuxta *text. in l. idemquè. §. ſi tibi ff. qui pot. in pign. hab. ibi Si tibi quæ habiturus ſum obligauerim, & Titio ſpetialiter fundum ſi in dominium meum peruenerit, mox dominium meum acquiſiero: Putat Marcellus concurrere vtrunque creditorem vbi gloſ. Bar. & DD.*

5 Secundò, in ſecundo caſu ſi pretium † non eſt integrè ſolutum maxariæ dominium in d. Octauium emptorem numquam fuit tranſlatum, *Præſid. de Franch. deciſ.* 506. *num.* 14. nullique maxaria ipſa obligata fuit. Nàm quoad obligationem bonorum, & pignoris requiritur, quod obligans habeat ius in re, non poſſeſſionem, vt notat *Neguſant de pign. in 2. par. 3. memb. num.* 52. 56. 58. *verſic.* 2. *quæritur,* & cum dominium fuiſſet reſeruatum pendente ſolutione facienda, & ſic non fuit tranſlatum in d. Octauium emptorem, non cadit hypotheca, *Præſid. de Franch. d. deciſ.* 506. *num.* 12. & dominio ipſo pœnes venditorem exiſtente tamquam res aliena per d. Octauium obligari non potuit iuxta *text. in l.* 1. §. 1. *vbi gloſ. Bart. & alij ff. de pign. l. rem alienam vbi DD. ff. de pign. act.*

6 Tertiò, ex venditione † d. maxariæ reſeruato dominio, eius ſolutione pendẽte oritur actio perſonalis contra venditorem, quod valdè differt ab hypotheca, & creditores, ex d. Octauij obligatione, non aliud ius ſuper d. maxariam habent, quam ius perſonale, quod d. Octauius habebat, vndè omnes ſunt creditores in
7 actione perſonali, & in actione † perſonali prioritas temporis non attenditur, ſed omnes ad ratam debent ſatisfieri, & concurrere, *Rot. Gen. deciſ.* 23. *num.* 31. *Bald. conſil.* 412. *caſus talis eſt lib.* 1. *Roland. in tract. de confect. inuent. cap.* 57. *Pract. Pap. in form. lib. in gloſ in act. hypoth. num.* 16. *& ſeq. verſic. ſub eadem obligatione num.* 16. *in verſic.* 2. *verò caſu, facit Ioannes Guttierez allegat.* 4. *& firmat Borg. Caualc. deciſ.* 27. *num.* 67. *part.* 2. prædicta confirmantur, quia ſtante reſer-
8 uatione † dominij, ſolutione pendente, talis contractus venditionis dicitur locatio, non venditio *Magon. deciſ. Lucan.* 31 *num.* 9. *& in deciſ. Florent.* 92. *num.* 15. & ſi prætendatur, quod ſit facta traditio
9 † per conſtitutum, non fuit facta in exequutione venditionis, ſed locationis, *Bero. conſ.* 123. *num.* 8. *lib.* 1. *Magon. deciſ. Florent.* 91. *num.* 8. & ex alijs alia contraria reijciens firmat *Surd. deciſio. Mantu.* 157. *num.* 2. *& ſeq.* ex prædictis patet creditores mutuantes pro dicta maxaria emenda, ad ipſius pretium venire per concurſum nulla data tẽporis prioritate



Digitized by Google

Nouiſſimà aduerſa prætenſio contra Camillam Farao vltimam mutuantem, quod ſtante prætenſo credito duc. 600. vnius ex ſororibus venditoris pro legato communis patris, d. Octauius non poterat capere niſi ducat. 3100. pro dicta maxaria ſoluenda, & illud quod deficit, debet eſſe in damnum dictæ vltimæ mutuantis, non obſtat, Nam ſufficit quod ipſius pecunia ſit ſoluta venditori, & tunc temporis creditori, & ſic ipſa cum alijs mutuantibus in pretio ipſius ſatisfieri debet, per concurſum de omnibus ſuis ducat. 500. pro ipſa maxaria emenda mu-
10 tuatis cum omnibus eodem † tempore maxaria obligata veniat vt *in d l. priuilegia* ff. *de priuil. cred. l. licet ff. qui pot. in pign. hab. & in d. l. ſi fundus* §. *ſi duo* ff. *de pign. in fine*, & ſi prætenſum legatum deberetur (prout non debetur vt infra dicam) debet eſſe in damnum omnium creditorum, & non ipſius vltimæ mutuantis tantum, quæ bona fide contraxit, & ſuos ducat. 500. pro emenda re ſoluit, ac dominium reſeruatum in beneficium creditorum penes venditorem exiſtentem liberauit.

Quoad tertium dico dictam ſororem pro eius prætenſo legato non poſſe obtinere ex pluribus.

Primò, quia ſcriptura ex qua præten-
11 ditur legatum, eſt copia † copiæ, & cartulæ quæ nullam facit fidem, *l. procurator C. de edend. l. ſancimus C. de diuerſ. reſcript. cap. fin. de fid. inſtrument. notant DD. in l ſiquis in aliquo documento C. de*
12 *edend.* & ſi eſſet copia † ſumpta ex ſcriptura in actis præſentata nec fidem faceret, cum præſentatio præcedens non ſit facta cum originali, citata parte ad videndum collationem, vt ex multis firmat *Afflict. deciſ. 282. num. 6. & ex alijs Vrſill. ibi addens num. 9.* & dum talis copia non eſt ita producta, fidem nullam facit, & vigore ipſius obtinere non debet, quia caret probatione, per regulam vulg. *in l. non ideo in fin. C. de liber. cauſ.* actore
13 † non probante, reus abſoluitur.

Secundò, dictæ ſorori obſtat exceptio
14 diſcuſſionis † bonorum paternorum contra fratrem, venditores, & alios patris hæredes iuxta *text. in auth. & ſi debitor C. de pign.* etiam quod tale legatum ſit pro dotibus, vt firmat *gloſ. in l. vbi adhuc in verſic. qui non potiora C. de iur. dot. quæ gloſ.* eſt* communis, & ab ea in iudicando non eſt recedendum, vt deciſum firmat *Præſid. de Franch. deciſ. 270. per totam.*

Tertiò, dicta ſoror, quæ ſua iura renunciauit, & venditioni maxariæ conſentijt, promittendo ſuper ea non venire, dum
15 eius pretium † ſuccedit loco rei iuxta *text. in l. etiam C. ad* Senatuſconſult. *Vell.* vbi in fortiori caſus noſtri, quia in nu-
16 pta † quæ conſtante matrimonio ius hypothecæ marito cedere poteſt *l. iubemus eod. l. debitor.* §. *ſi in venditione ff quib. mod. pign. vel hipot. ſolu. ibi Si in venditione pignoris conſenſerit pignus liberari idem determinatur in l. Mæuia marito* §. *fundum ff. ſolut. matrim. vbi Iacob. de Aren. & Bart. ac Napod. in conſuetud. ſi mulier, in titul. de conſenſ. mulier. num.* 14 dicit quod hæc eſt veritas, eſt etiam *text. in l. creditor.* §. *ſi venditor. ff. de ædil. edic. ibi Remictentibus enim actiones ſuas non eſt regreſſus dandus l. cum quidam C. de adminiſtr. tut. & in l. fin. C. de remiſſ. pign. dicitur Eum, qui ſemel conſenſit alienationi hypothecæ, indignum eſſe eandem rem ab initio ei ſuppoſitam, vindicare, vel tenentem inquietare, firmant Crot. in repet. l. frater à fratre num. 100. & 101. ff. de condit. indeb. Ang. in l. ſi cum emptore num. 3. ff. de pact. Rom. in l. extimatis num. 17. ff. ſolut. matrim. & in conſ. 182. & in terminis noſtri caſus deciſum pluries firmant Afflict. deciſ. 312. Minad. deciſ. 29. Præſ. de Franch. deciſ. 477. nu. 15. & deciſ.* 478.

Non obſtat *Regia Pragmatica conſiderantes ad Senatuſconſult. Vell.* quia loqui
17 tur in nupta, † & in dote quando conſenſus præſtatur viro rem dotalem alienanti, & ſic non poteſt extendi ad alios caſus, & ad alias perſonas, ſi igitur *pragmatica* prætenditur contra, vel præter regulas iuris communis, intelligenda eſt in caſu ſuo, de quo loquitur, *Præſid. de Franch.*

Digitized by Google

*ch.deciſ.*120.*num.*6. cum ſimus in ſtatuto, quod debet propriè intelligi in caſu ſuo,& non extendi *l. ſi vero* §.*de viro ff. ſolut. matrim. Bart. in l. omnes populi in 6.q.princ.ff de iuſtit.& iur.& in authen. quas actiones.C.de ſacroſant.eccleſiis.* In
18 ſuper *d. pragmatica* † nihil aliud facit,& dicit, niſi Senatuiconſulto Velleiano nō poſſe renuntiari,& ab omnibus Tribunalibus obſeruari,ſi ergo in *l. iubemus C.ad ſenat.conſult. Velleian.* dicitur, *Iubemus licere mulieribus iuri hypothecarum ſibi competenti per conſenſum proprium,renuntiare,firmum illibatumque cuſtodiri* pragmatica ipſa in caſu noſtro nihil operatur immò eum confirmat,& ſic mulier ipſa ad dictum pretium venire non poteſt per prædicta iura,& etiam alia in præcedenti num. 3. *Napod. in d. conſuet. ſi mulier num.* 14. dicit Mulieres hypothecis ſuis poſſe renuntiare, quod hæc eſt veritas, ſed quid in hoc vagandum; nonne verum eſt,quod d.vltima ſoror non eſt ma-
19 ritata, & dos † non dicitur ſine matrimonio *l.2.ff. de iur. dot. vbi gloſ. & DD.* & ſic prohibitiones alienationis dotis non habent locum in caſu, de quo agitur, & dicta ſoror ſuum ius in maxaria præfata renuntiare poterat, & ad eam regreſſum habere non poteſt, per prædicta iura, & authoritates.

Et ſi dicatur,quòd dum dicta ſoror reſeruauit ſua iura ſuper ducat. 2700. reſidui pretij eiuſdem maxariæ,ſoluendi per emptorem, poteſt ſuper ipſius pretio nunc peruento ſatisfieri,non obſtat.

Primò, quia non fuit mandatum d. Octauio emptori,quod ei ſolueret,& non venditori, & non exiſtente prohibitione
20 † licitè ſoluit prædicto creditori *text. eſt in l. nomen C. quæ res pig. oblig. poſſ. & ita d. text. ſummat Bart. ibidem*, etiam ſi ſciuiſſet, dictam ſororem eius ius ſuper dicto reſtanti pretio reſeruaſſe, quia neceſſe erat denuntiare, nè ſolueret, vel litem contra eum conteſtare, vt dicit *gloſ. in d l.nomen verſic. non dum certior à te*, * communiter approbata,& vera eſt concluſio,quam ponit *Bar. in l.denuntiaſſe.* §. *quid ergo ff. de adult.*

21 quod quando denuntiatio † requiritur, non ſolum vt quis ſciat,ſed vt aliquid faciat,tunc non ſufficit ſcientia, ſed requiritur denuntiatio,& hanc eſſe notabilem Theoricam dicit *Abbas in cap. fin. colu. fin.in gloſ.* 1. *vbi etiam Barbat. & Burgoſ.de empt.& vend.per quos ita tenet,& reſpondet ad cap. eum qui certus de reg. iur.in 6.Præſid.de Franch. in deciſ.* 514. *num.*7.*& ex alijs multis firmat Tiraqu. de retract.lignag.*§. 36.*à num.* 24. *vſque ad num.*31.*fol.* 578.

Secundò,& fortius ſi Lelius Carlonus venditor dictum creditum, ſeù partē ipſius dictis ſororibus ceſſiſſet, put nō ceſſit quia non interuenerunt de illis tribus *in l.3.C.de nouat.* D. Octauius emptor Lelio venditori,& creditori ſoluere poterat, & ſoluens,liberationem obtinuiſſet,pro *d.l.* 3. *ibi Exigere à debitore ſuo debitam quantitatem,non vetaris vbi glo.& DD.* etiam quod debitor ſciuerit primam ceſſionem,quia pęnes prædictum cedentem remanſit actio directa,& potuit cum alijs tranſigere, & cedere, vt voluit *gloſ. in d. l. nomen C.quæ res pig. oblig.poſſ.& DD.* * *communiter in d.l.*3.*C.de nouat.*& poteſt ei ſolui, & ſoluens conſequitur liberationem, niſi interueniat alterum de illis tribus contentis in *d. l.* 3. *ſecundum Bart.notanter in l. non quocunque* §.*qui Caium ff.de leg.*1.*& deciſum firmat Afflict.deciſ.*335.*num.* 22. 23. 24. *Octau. Cach. deciſ. Pedemont.* 63. *num.*3. *Guid. Pap.deciſ.*530.qui alios adducunt, facilius in caſu noſtro,vbi non adeſt ceſſio,& dictæ *l.tertiæ* nullus adeſt requiſitus, & emptor ſoluit venditori creditori, nulla prohibitione exiſtente, & ex alijs prædictis dicta ſoror in pretio dictæ maxariæ venire non poteſt,maxime,quod emptor ſoluit de aliorum pecunia cum lege prælationis,& ſic ipſis mutuantibus per concurſum liberari debet,vt prædiximus.

*Et ex prædictis pretium maxariæ prędictæ fuit ordinatum, & decretum ſolui creditoribus ipſis per concurſum, præter quam pecunia debita dictæ mulieri anteriori creditrici ex cauſa dotis, & legati patris venditoris ipſius maxariæ de-* mense

Digitized by Google

*Menſe Iulij 1611. pœnes Galterium actorum magiſtrum.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Feuda alienari prohibentur de iure feudorum, & de iure Regni.*

2 *Aſſenſus requiritur in ceſſione litis, & cauſæ ſuper feudo.*

3 *Tranſactio ſuper feudis ſine aſſenſu qualiter de iure communi feudorum permittatur, & nu. 5. & ſeq.*

4 *Vexationem redimi licet.*

5 *Tranſactio non eſt alienatio.*

6 *Ceſſio ſine aſſenſu facta in habiliorem, & in augmentum feudi valet, & nu. 8.*

7 *Feuda alienari, minui, & permutari per Regni conſtitutionem prohibentur.*

8 *Tranſactiones de feudis prohibentur abſque mandato Curiæ.*

9 *Mandatum Curiæ requiritur in tranſactionibus ad euitandum litigantium colluſiones.*

10 *Mandatum Curiæ eſt ſcriptura Curiæ.*

11 *Mandatum Curiæ, quid ſit & quæ eius Praxis.*

12 *Aſſertiones partium nihil operantur.*

13 *Feudum alia lege, qua tenetur, non datur.*

14 *Feudum vti burgenſaticum alienatum amittitur.*

15 *Præſumptio ceſſat in expreſſe, & ſpetialiter requiſitis.*

16 *Mandatum, ſiue decretum, & ſcriptura Curiæ ſpatio 30. annorum interueniſſe præſumitur.*

17 *Præſcriptio 40. annorum pleniſſimam parit ſecuritatem.*

18 *Reſtitutio in integrum non cōceditur contra quadragenariam præſcriptionem.*

19 *Præſcriptio centenaria, & temporis immemorabilis habet locum in burgenſaticis, & feudalibus, etiam contra Principem.*

20 *Tempus immemorabile habet vim legis, priuilegij, conſtituti, & conſenſus, etiam in regalibus, & inducit conſuetudinem.*

21 *Præſcriptio immemorabilis habet vim tituli contra Principem, & alia inducit.*

Pro Amico.

## ARGVMENTVM.

*An in tranſactione feudalium Regius requiratur aſſenſus, de intellectu verbi mandato noſtræ Curiæ in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, de præſcriptione centum annorum, & temporis immemorabilis.*

## CONSILIVM LXXXIII.

IN propoſito articulo tria ſunt videnda.

Primum in tranſactione feudalium, an Regius requiratur aſſenſus.

Secundum ſi in feudi alienatione, & tranſactione, nulla de aſſenſu fiat mentio nec reſeruatio, an requirantur.

Tertium, an ex curſu centum annorum & vltra aſſenſus præſumatur.

1 Quoad primum dico, quod licet † feuda alienari prohibeantur de iure feudorum *cap. imperator Lotarius de prohibit. alien. per Lotar. cap. imperialem de prohib. alien. per Feder.* & de iure Regni *conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ*, & etiā

2 in † ceſſione litis, & cauſæ, neceſſario requiritur aſſenſus dicit *Camer. in d. cap. imperialem fol. 16. littera. I. K.* verum, & de iure communi feudorum ſuper feu-

3 dis † tranſactio ſine aſſenſu fieri permittitur, *cap. 1. §. ſi vaſallus colum. 2. ſi de feud. controu. fuer.* dummodo ſincerè, bonafide, & ſine fraude fieret, & hoc quando ſuper re feudali contenditur ab vtroque dicente ſuam eſſe, vt dicit *Tſern. in cap. 1. num. 7. de leg. conr. per d. text. in cap. ſi vaſallus, hoc expreſſe dicentem, & expræſſius in cap. 1. in titul. de contr. inter. vaſall. & ali. de beneſ. inueſt.* per quę iura idem voluit *Reyn. in ſuo compend. feud. in cap. imperialem §. habita circa 17. colum.* ſed in hoc eſt diſtinguendum, aut vaſallus tranſegit retinendo feudum, & dando aliquid aduerſario, & tunc licita

4 eſt tranſactio ſine aſſenſu, quia † licitum eſt

eſt vaſallo redimere vexationem, iuxta illud redimite tempora veſtra, & vexationis, quia dies mali ſunt *c. dilectus extr. de ſimo.* aut vaſallus trãſigit transferẽdo feudum in alium, & tunc non poteſt hoc facere ſine licentia Domini, quia eſſet alienatio *l. non ſolum C. de præd. min.* quod ſecus eſt ſi vaſallus transſigendo dimictit feudum apud poſſeſſorem, quia tunc poteſt, ſine Domini conſenſu *Bald.*
5 *in d. cap. de controuerſ. feudi,* quia † dimictendo feudum per tranſactionem, non dicitur alienare per *text. in l. ſi pro fundo*
6 *C. de tranſact.* & † ceſſio valet ſine aſſenſu, quando fit habiliori, quia tunc reſultat vtilitas Domino, ſicut quando fit in augmentum feudi, vt notat *gloſ. in d conſtit. conſtitutionẽ diuæ memoriæ in verſic. minuendis*, quæ dicit ſecus puto pro eis accreſcendis, vt *l. non ſolet C. de præd. min. l. nulli ff. de tranſact. & ex alijs per Iacob. in tract. feud. verſ. & cum pacto de non alienando num.* 7. 8. & in hoc adduco punctualem *deciſionem* Capicij 156. *per totam,* hunc articulum pro, & contra diſcutientis, *in fine, verſ. maior pars &c.* dicentis maior pars dominorum de conſilio votauit, tranſactionem, & ceſſionem valere, & non poſſe procedi ad vlteriora in cauſa, ſtante ceſſione prædicta, ſed quid in hoc vagamus, ſi ex eadem *conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ,*
7 *apertè* habemus in † tranſactione aſſenſum non requiri. Nam non nè in ea dicitur decernimus omnes alienationes, ſeù quoſcunque contractus, ſuper feudis & rebus feudalibus minuendis aut commutandis nullam omnino firmitatem habere, niſi ex ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia confirmetur: quæ verba apertè loquuntur, alienationes, & diminutiones feudorum ſine ſpeciali Regis licentia fieri non poſſe, & poſtea eadem *conſtitutio* de tranſactione diſponens dicit (*tranſactiones etiam, ſi quæ ſuper eis ſine mandato noſtræ Curiæ factæ fuerint, iuſiurandum interpoſitum, ſeu etiam ſtipulationem pœnalem nullius decernimus eſſe momenti* ex quibus verbis apertè habe-
8 tur, quod in † trãſactionibus aſſenſus Regius non requiritur prout in alijs feudorum alienationibus, ſed tantum quod interueniat mandatum Curiæ Regiæ, &
9 hoc ad † euitandas fraudes, & colluſiones: fingi enim lites poterant, inquit ibi *gloſ. in verſic. ſuper eis, per text. in l. cum hi, §. cum lis. ff de tranſact. & ex alijs per*
10 *add. ibidem* quod mandatum † curiæ ſignificat ſcripturam, cum vbicunque in iure fiat mentio de mandato intelligitur de ſcriptura, vt ſatis ad noſtrum propoſitam firmat *gloſ. in conſtit. Regni, ſi dubitatio in verſic. inſtrumenta, ibi vbicunque fol.* 223. *colum.* 2. *num.* 30. & ſic non aſſenſus Regius ſed mandatum, ſiue ſcriptu-
11 ra vel † decretũ illius curiæ vbi lis vertitur, interuenire debet, & ex hoc credo inoleuit praxis in Sacro Conſilio, & alijs Tribunalibus, quod quando partes de re minoris, vel de alia tranſigere volunt, fiunt minutæ, quibus viſis per Iudices cauſæ, fit decretum quod ſtipulentur, & non alius requiritur aſſenſus, etiam in feudalibus per dictum verbum mandato curiæ in *d. conſtitutione* à nemine ad hoc ponderatum, & ex alijs iam dictis; & ſic procedunt *d. cap.* 1. *§. ſi vaſallus colum.* 2 & alia prædicta iura communia feudalia ſtatuentia in tranſactione feudalium aſſenſum non requiri, quæ iura per *d. conſtit. diuæ memoriæ* non ſunt limitata, nec alterata, immò ex ipſius conſtitutionis verbis, & alijs prædictis ceſſat opinio tenentium in tranſactione feudalium aſſenſum requiri; talemque *conſtitutionem* limitari etiam poſſe, quod nec mandatum, ſiuè decretum, vel ſcriptura curiæ interuenire debeat, quando feudum permutatur cum alio æquali feudo, & inter æquales vaſallos eiuſdem Domini, ad inſtar rerum eccleſiaſticarum, quæ ſi alienari prohibentur, abſque aſſenſu; tamen inter eccleſiam, & eccleſiam permutari, & tranſigi abſque Apoſtolico aſſenſu permictuntur, vt notant *DD. in cap.* 1. *de rerum permut.* cum in nihilo offendatur Papa, ſiue Rex.

Quoad ſecundum, ſi ſumus in alienatione, diſtractione, & diminutione feudi, ſiue partes dicant ſaluo aſſenſu, ſiue burgenſa-

genſatica bona aſſerant, adhuc Regius
12 requiritur aſſenſus, cum partium † aſſertiones nihil operentur, & eis ſine aſſenſu non ſtatur. *Octau. Oſaſc. Pedemont. deciſio. 172. num. 1. & 6. Ludouic. Bologn. in commun. opin. concluſ. 14. verſ. infertur num. 18. & ſeq.* ipſęque aſſertiones naturam rerum feudalium permutare nō poſſunt
13 quia qui feudum † habet in burgenſaticum, & alia lege, qua ipſe tenet, dare nō poteſt *cap. 1. §. ſimiliter de leg. Corrad. Yſern. in cap. 1. verſic. è contrario, de controu. feud. apud par. term. vbi add.* & alie-
14 nans † feudum vti burgenſaticum amittunt illud, *Afflict. deciſ. 255. & ibi add. Camer. in d. cap. imperialem fol. 76. littera M.* & proindè in contractu alienationis, & diminutionis feudi, ſiuè res aſſeratur burgenſatica, ſiuè non: nec dicatur ſaluo aſſenſu ad euitandum caducitatem ſemper Regius debet impetrari aſſenſus, per dictam *conſtitutionem*, quæ ſpecialem requirit aſſenſum, vt infra, ſecus vero in tranſactione, vbi non aſſenſus, ſed mandatum, ideſt decretum, ſiuè ſcriptura curiæ interuenire debet, vt dictum eſt.

Veniendo ad tertium, an ex curſu annorum centum, & temporis immemorabilis aſſenſus præſumatur, dico quod ſi ſumus in alienatione, & diminutione feudi, aſſenſus de iure *Conſtit. Regni* non præſumitur obtentus; quia quan-
15 do lex requirit expreſſum, † & ſpetiale, præſumptio ceſſat, *Yſern. in cap. 1. de prohib. alien. per Lotar. colum. 3. Afflict. de controu. inueſt. verſic. aduerte tamen; Frecc de ſubfeud. lib. 2. q. 28. Ann. in repet. d. conſtit. num. 50. cum plur. ſeq. Conſ. de Georg. alleg. 3. num. 1. verſic. Nec ex temporis, &c. & in alleg.* 14. dicit in Regno aſſenſum requirere ſcripturam; & cum in caſu, & tranſactione noſtra non requiratur, niſi quod interueniat man-
16 datum, † ſiuè decretum, vel ſcriptura Curiæ quod ſpatio triginta annorum interueniſſe præſumitur, arg. *l. qui in aliena. §. ſed ſi non adierit ff. de acquir. hæred. Alexand. conſ. 79 lib. 1. in verſic. circa primum, & in terminis ex multis firmat Frecc. dicta q. 28. num. 1. 2. 3.* Imò præſcriptio centum annorum, & temporis immemorabilis, & lapſus quadraginta
17 annorum tantum præſcriptionis † pleniſſimam parit ſecuritatem, *l. ſicut, de præſcript. triginta annorum* pleniſſima autem dicitur ſecuritas, quando reſtitutio denegatur *gloſ. in l. ait prætor. §. promittitur, in verſic. imputandum ff. de minor, & per hanc rationem Angel. in d. l. ſicut in fine*
18 dicit non dari † reſtitutionem aduerſus quadragenariam præſcriptionem, *Alexa. conſ. 163. num. 3. verſic. ſecundo non deberet, lib. 2. idem voluerunt Bald. & Imol. quos citat, & ſequitur Soccin. in conſ. 194 num. 6. lib. 2. Ancar. Aret. Iaſ. Curt. Sen. Det. Gozad. Igne. Bertrand. & Rub. quos refert, & probat Tiraq. in tract. retract. cō ſang. §. 35. gloſ. 4. num. 36. & ſeq.* vbi teſtatur vidiſſe conſultum pro hac parte ſepiſſimè à doctiſſimis viris, idem tenuit *Soccin. in l. cum filius. §. in hac colum. fin. ff. de verb. oblig. & dicit Curti. Sen. conſil. pen. colum. 3.* quod hanc partem ſepiſſimè defenſauit, *Soccin. in conſ. 2. num. 19. lib. 3.* dicit quod eſt verior, & * communior ex quibus, & alijs Doctor. * communem, & tenendam firmat *Surd. in deciſio. Mant. 4. num. 4. & 5.* quæ omnia facilius probant in noſtro caſu, quia nedum ſunt elapſi anni quadraginta, ſed
19 centum, † & tempus immemorabile; quo caſu ſiuè bona tranſacta ſint burgenſatica, ſiuè feudalia ſunt præſcripta, etiam contra Fiſcum, per *conſtit. quadragenalem*, quam ſic procedere declarat *gloſ. ibidem in verſic. in publicis, in verſic item intellige, Yſern. in verſic. item*
20 *dicit gloſ.* immò tale tempus † immemorabile habet vim priuilegij conſtituti, & conſenſus, etiam in regalibus, & principi reſeruatis; *Tiraquell. q. 4. num. 45. de primog. Alexand. conſ. 6. colum. 2. circ. princ. lib. 1. & colum penult. verſ. eſt enim circa medium,* vbi etiam dicit, & fortius, quod etiam ſine ſcientia principis tali tempore inducitur conſuetudo, & teſtatur magis * communem *Soccin. Iun. conſ. 115. num. 39. lib. 2. Ant. Gabr. lib. 5. concluſ. commu. rubr. de præſcript. concluſ. 1. num. 1. 44. 55. 59. 62. 64. vſque ad* 70. vbi etiam dixit

Digitized by Google

21 dixit quod præſcriptio † tanti temporis habet vim tituli, & non indiget probatione bonæ fidei, & acquiritur etiam directum dominium, & contra præſcriptionem tanti temporis non datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & habet vim legis,& vim priuilegij,vltra prædicta *Præſid. de Franch. deciſ.* 511. *num.* 6. & habetur pro veritate, habetque vim pacti,& vim publici inſtrumenti *Alexand.conſ.*123.*colum.*1.*verſic.quanto magis,& conſ.*52. *hoc præſuppoſito lib.* 5.*Abb.conſ.*94.*num.*2.*verſic. præterea certum eſt lib.* 1. *Afflict.in prælud. conſtit. q.*1.*num.*1.*Curt.Iun. in tract. feud. part.* 2.*q.*3.*num.* 18.*& conſ.*66.*num.*51.*Card. conſ.*38.*colum.* 2.*verſic.*2.*quia oommunis Det. in l.traditionibu,num.*11.12. *C. de pact. & in conſ.* 271. *num.* 2.*&* 3. *& conſ.*638.*num.*1.2. *&* 3. *Tiraquell. de nobil.cap.*14.*num.* 4. *Curt. Iun. conſ.* 68. *num.*1.*& conſ.*158.*num.*12.vbi ait hanc eſſe magis* communem opinionem. *Iaſ.in l.imperium colum.*9.*verſ.ſed huic fundamento,de iuriſd.omn.Iud. Caſtrenſ. in l.ſi certis annis num.*1. *circa fin. C. de pact.Afflict.deciſ.*239.*& deciſ.* 254.*ſub num.*4.*gloſ.in verſic.memoriam l. hoc iure.§.ductus aquæ ff.de aqua quoti. & æſt. gloſ.in verſic. non extat memoria cap. ſuper quibuſdam extra de verb. ſig. gloſ.* 1. *circ.med.verſic. & ſic conſuetudo, l.* 1. *C. de ſeruit.& aqua, Balb. in tract. de præſcript.part.*3.*princip.*2.*part.q.*6.*num.*17. 18.*Molin.de primog. hiſp. lib.*2. *cap.* 6. *num.*13.*Maſcard.de probat. volum.* 1. *concluſ.*429.*num.* 3. *& ex alijs multis Intrigl.in ſuo tract.feud. q.*39. *num.* 49. *vſque ad num.* 61. ex his ergo breuiter adductis,concludo poſſeſſorem rei tranſactæ ab immemorabili tempore, ſiue res ſit burgenſatica, ſiuè feudalis moleſtari non poſſe,nec à Fiſco.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates ex ſuera iuris obſeruantia ad Demania admittuntur.*

2 *Vniuerſitatum admiſſio ad Regium demanium per Regiam Pragmaticam,arctata fuit.*

3 *Vniuerſitas Terræ Molæ Barenſis Prouinciæ ab anno* 1583. *ad Regium demanium admiſſa fuit.*

4 *Demanij admiſſio,vel abdicatio,eſt de libertate tractare,in qua conſiſtit decus, & ſplendor.*

5 *Libertatis Patriæ cauſa licet occidere patrem,& matrem, & filios.*

6 *Libertatis ſpeties, immò ſumma libertas, eſt ſub Rege viuere.*

7 *Vaſalli ſub Barone grauaminibus, & ſeruitutibus aſtringuntur, & in ſeruitute vere dici poſſunt.*

8 *Libertas tangit omnes, & in ſpectantibus ad plures, vt ſingulos omnes ſunt audiendi.*

9 *Vnus de vniuerſitate fuit admiſſus ad Regium demanium petendum,& ſic facilius ad conſeruandum.*

10 *Demanij, & ſeruitutis in cauſa omnes ſunt audiendi.*

11 *Factum à maiori,ſiue minori parte Vniuerſitatis eſt nullum contra demanium cum omnes debeant audiri,& nu.*14.

12 *Vniuerſitas ſingulorum nomine non venit.*

13 *Vniuerſitates particulares ſi non iminente neceſſitate quid agerent non valet, quando omnium conſenſus requiritur.*

15 *Teſtes inaudita parte,ſiue alij de vniuerſitate nulliter recepti alios non afficiunt.*

16 *Papa, Imperator, & Princeps inaudita parte nihil facit,nec de certa ſcientia nec de plenitudine poteſtatis,& factum non tenit.*

17 *Conſultatio Regiæ Cameræ Summariæ, quod ſit expediens venditio Terræ Molæ, ipſa Vniuerſitate inaudita, non valet.*

18 *Res inter alios acta,alios inauditos non afficit.*

19 *Actore non probante reus abſoluitur.*

20 *Princeps, ſiue Prorex tenetur libertates populo tueri,maximè promiſſas, & iuratas pretio ſoluto.*

21 *Vniuerſitas eſt ſimilis pupillo, & ſicut pupillus reſtituitur, etiam aduerſus ſenten-*

*ſententiam Præſidis Prouinciæ, & Papæ.*

22 *Vniuerſitati competit reſtitutio in integrum.*

23 *Vniuerſitas etiam ſi in vno homine reducatur reſtituitur.*

24 *Defenſio eſt de iure naturæ, quam nec Princeps tollere poteſt.*

25 *Reges, & Principes grauiſſimè peccant ſi ſola ſcientia priuata inaudita parte quid faciant.*

26 *Exequentes factum à Principe inaudita parte peccant, & non excuſantur dicentes obediendi cauſa feciſſe.*

27 *Iudices contra ius Regi obedire non debent.*

## Pro Vniuerſitate Molæ contra D. Michaelem Vaez hodie illius Comitem.

### ARGVMENTVM.

*Vniuerſitatis quilibet poteſt infra legitima tempora demanium petere, & illud in quo exiſtunt defendere.*

### CONSILIVM LXXXIV.

QVod Vniuerſitas, & homines Regiæ Terrę Molæ Barenſis Prouintiæ, aduerſus conſultationem Regiæ Cameræ Summariæ ad petitionē 13. particularium ipſa Vniuerſitate inaudita, factæ, quod ſit expediens pro ſuis exonerandis debitis, á Regio demanio eximi, & vendi, ſit audienda, & oppoſitum determinari, quia res apud Iuſtiſſimum ProRegem doctiſſimoſque Collateralis Regentes agitur, pauca dicam.

1 Primò, quod vera † iuris, & obſeruantiæ concluſio eſt in dies obſeruata, Ciuitates, Terras, Caſtra, & Vaſallos ad Regium demanium admitti & conſeruari, ſi vires ſubſtinendi ſe habent, & ad ipſum demanium obtinendum abſque termini præfinitione admittebantur vſquequo *Regia* inoleuit *Pragmatica quæ eſt.* 63. *in titul. de offic. procur. Cæſar.* qua man-
2 datur, quod Vniuerſitates infra † annum tantum ad Regium admittantur dema-
3 nium idque fuit deciſum † pro ipſamet TerraMolę ab anno 1583. quo tēpore ſatis maiora debita, plures impoſitiones, & onera, quam hodie habebat, & in termino concedendo clariſſimè demonſtrabit:
4 & dum hic tractatur de libertate † conſeruanda, vel abdicanda in qua conſiſtit decor, & ſplendor per *text. in l. edicimus vbi Luc. de Pen.* C. *de murileg. lib.* 11. ma-
5 xime in libertate Patrię, pro † qua licet occidere Patrem, Matrem, & Filios. *l. minime ff. de relig. & ſumpt. funer. Angel. in tract. de malefic. verſic. comparent dicti inquiſiti, num.* 15. *Neuizz. inter. conſ. Bru-*
6 *ni, conſ.* 12. *num.* 1. & libertatis † ſpecies eſt ſub Rege viuere *idem Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de cap. ciuil. cenſ. exim.* Immò ſub Rege viuere ſumma libertas eſt, vt probat *text. in* C*onſtit.Regni Perſonas* maxi-
7 mè, quia † qui ſunt ſub Barone aſtringuntur grauaminibus, & ſeruitutibus quod verè in ſeruitute eſſe dici poteſt *Regens Camillus de Curte, in ſuo diuerſorio feud. part.* 1. *cap. licet num.* 42. *fol.* 8. *ater.*
8 Quæ libertas † tangit omnes, & in ſpectantibus ad plures, vt ſingulos, omnes ſunt audiendi, & benè diſtinguit *gloſ. in l. hoc ius porrectum.* C. *de ſac. ſan. eccleſ. verſic. maiori, per tex. in l per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd. ibi (Non aliter mecum fiat ius, quam ſi omnes cedunt) & ex alijs Camillus Salern. addens in probem. Conſuetud. Neapol. fol.* 43. *littera A. & B.* vbi
9 firmat, quod vnus † de Vniuerſitate Terræ de lo Ziro fuit admiſſus ad demanium petendum, ergo facilius ad conſer-
10 uandum, † & in propria materia ſeruitutis, & libertatis demanij conſeruandi, vel faciendi quod omnes ſint audiendi, eſt *text. in l. ſi quis hac. §. quoties ff. qui & à quib. ibi (omnium conſenſum neceſſarium) & Rom. Ang. & alij firmat Felin. in cap. cum omnes Fallen.* 1. *Reg.* 2. *de* C*onſtit. & etiam ex text. in l.* 3. *ff. de lib. hom. exib. ibi (Nemo enim prohibitus eſt liber-*

Digitized by Google

*libertati fauere)* & *in l.fin.C.de patr.qui ſil. diſtrax. legitur licet cuilibet alij*, & cum omnes debebant audiri, prætenſa
11 † conſultatio ad inſtantiam treſdecim particularium ad complacentiam facta nullius eſt roboris, & momenti, alioſque de vniuerſitate non afficere, & vltra, quod dicti treſdecim particulares ſunt exteri, inquiſiti, & vniuerſitatis ipſius debitores, qui nec actionem agendi habebant, hoc procurarunt contra priuilegium Regij demanij à Rege mediante ſtipulatione cum ſpeciali mandato, per tunc temporis Dominũ ProRegem pretio ſoluto conceſſum, omnes requiri debebant *Felin.ex multis ibidem in 2. fallent.Conſ.Fab.de Ann.conſ.53.num.26.*
12 *& ſeq.* maximè quia vniuerſitas † ſingulorum nomine, non venit, vt firmat, *Ioannes à Graſſ.in tract. de ſubſt. procurat.verſic.vniuerſitatem, vel Collegium*
13 *num.1.* Immò ſi oarticulares † aliquid, in Vniuerſitatis fauorem agerent, quia non imminente neceſſitate, vt in termino demõſtrabitur, ſed ex mera eorum voluntate, & proprio particulari intentu, ſimiliter omnium conſenſus requiritur, *Ioan. Andr.in cap.vn.de rer.perm.in 6.gloſ.in d. cap. cum omnes, de conſtit. cum qua gloſ. concordant Imol.Hoſt. Ioan. Andr. ibidem, & ex alijs probat Felin.in d. cap. cum omnes de conſtit.in 1.Fallent.2. reg.*
14 *in fin.num.17.* & fortius, ſi maior pars, † vendi petijſſet in præiudicium minoris partis, nec potuiſſet, quia ſumus in contractu, & priuilegio, pretio conceſſo, & acquiſito, & ideo maior pars minori non præiudicat, ita *Innocent. in cap. audientibus extra de priuileg. Iaſ. in l. iuriſgentium.§.hodie tamen lim.10.ff.de pact.Capyc. deciſ.4 in 3. dubio vbi Addentes, ac Ioan.Vincent.de Ann.alleg.53.num.11. Franciſc.Marc. deciſ.123. numer.27. part.2.* & ſic Vniuerſitas ipſa eſt audienda.
15 Secundò, teſtes † ex aduerſo producti ipſa Vniuerſitate inaudita nec alijs ciuibus, fuerunt nulliter recepti iuxta *gloſ. in l.ſi quando. C. de teſt. & in cap.in nomine domini eodem tit.* per quam *gloſ.* mille proceſſus, & teſtium dicta annullata fuiſſe dicant DD. *in l.1.C.quom. & quand. Iud.Gram.conſ.150.num.26.verſic.item quod non vocata parte, Capyc.deciſio.35. num.17.Regens Ioan.Anton.Lanar.conſil. 40. num. 6.* & quod nec probant dicit *Præſid.de Franch.deciſ.668.num.3.* ſimiliter dicendum eſt, prætenſam concluſionem factam, quod ſit expediens vendi, ipſa vniuerſitate inaudita, & non vocata, non valere, quia id procedit etiam ſi Pa-
16 pa, † Imperator, Rex, & quilibet ſupremus Princeps, parte non vocata, quid minimum faciat ad *text.in l.fin.C.de leg.in princip. ibi Si Imperialis Maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit*, ideſt factis probationibus à parte vt litera docet, & *Corſet.in ſing. 1. verſic. Princeps, eſt etiam text. in cap. 1. de cauſ. poſſ. & propr. vbi Abb. in cap. cum olim §. iuſtam de ſentent. prolat. DD. in l. meminerint. C.vnde vi Roman.conſ.369. Oldr. conſ. 43.Grammat.d.conſ.150. num. 1.* Immò nec ex certa ſcientia, nec ex plenitudine poteſtatis, parte inaudita quid ſtatuere & ſi faceret non teneret, & ſic prædicta
17 conſultatio † inaudita Vniuerſitate non valet, vt contrarijs etiam reiectis concludit *Franc.de Aret.conſ.163. num.4. & ſeq.ſequitur Barbat.conſ.24. ante penult. colum.lib.2.per text.in d. cap. 1. de cauſ. poſſ.& propriet. verſic. non poſſumus*, per quæ verba tollitur potentia, *Bart. in l. fin.colum. 3. ff. de fer. & in l. Gallus vbi DD.ff.de lib. & poſthum.& in l.de his circa princip.ac in l.vbi pactum colum. 2. ff. de tranſact. idem conſuluit. Ancar. conſ. 153.oportet primo inquirere, & conſ. 92. tria in fauorem, & Grammat.d.conſ.150. num.3.& ſeq.* & cum fuerit oppoſitum iudicium, teſtium examen, conſultationem, & omnia retro tacta, ipſa Vniuerſitate, ſuiſque ciuilibus inauditis, tanquam
18 .† res inter alios acta ipſos non afficere *toto titulo eodem, vbi Tiraquell.* cumulat eſſeque nulla, vt prædiximus, Dominus ProRex, & Collaterale Conſilium ſuper tali negotio conſultationem non habet, & ſic ipſam vniuerſitatem in ſua libertate, Regioque demanio conſeruare debet,

Cc per re-

19 per regulam, actore † non probante reus abſoluitur, & tueri tenentur, ſecundum *Nauarr. in ſuo manu. c.25. de ſtat.*
20 *Reg. n. 10. fol. 128. dicente* † *Qui non permiſit populo ſuo tueri libertates ſuas, ſibi ex iure diuino, aut humano iurato*, vt in caſu noſtro per Regium Priuilegium, & contractum iuratum, ſoluto pretio, reſtituere obligatur. *c. Regum officium* 23. *q.* 5. *l.* 1. *C. ſi quacumque præd. poteſt. & c. ſi res* 14. *q.* 6.

21 Et vltimò, Vniuerſitas † eſt ſimilis pupillò *gloſ. in l. fin. C. de iur. reipub. cum vulg.* & ſicut pupillus reſtituitur aduerſus ſententiam *toto titul.* C. *ſi aduerſ. rem iud.* & etiam aduerſus ſententiam Papæ. *cap. ſuſcitata de reſtit. in integr. Boer. deciſ.* 63. *poſt num.* 5. *& ſeq.* ita, & Vniuerſitas
22 quę reſtitutio † Vniuerſitati cõpetit propter pupillos, aliaſque priuilegiatas perſonas, in ea exiſtentes. *Bald. Salyc. & Caſtren l.* 1. *in l. res publica C. ſi aduerſus donationem*, etiam per procuratorem *Specul. & Ioan. Andr. in titul. de reſtit. in integr. verſic. ſiue* §. *porro, & ſeq. Caſtrenſ. conſ.* 315. *vt bene attingatur* dicit hanc * communem eſſe opinionem, & ex alijs * communibus opinionibus probat *Hipol. Rimin. con.* 81. *num.* 3. *lib.* 1. & adeò
23 eſt verum, Vniuerſitatem † reſtitui, quod etiam ſi in vno homine reducatur, adhuc reſtitui debet, vt per Sacrum Conſilium deciſum firmat *Frecc. in lib. de ſubfeud. q.* 12 *num.* 3. vnde aduerſus prætenſam conſultationem, ipſa Vniuerſitate inaudita, factam, ex integro audiri debet, a-
24 lias eſſet † defenſionem ei denegare, quæ cum de iure naturali ſit *l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l.* 1. §. *cum Arietes ff. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* nec Princeps tollere poteſt, *vt in* §. *fin. inſtit. de iuſt. & iur.* & patet in diſtinctione, quæ ponitur *in l.* 1. *C. ſi contra ius. vel vtil. pub. ex Iſer. & alijs firmat Afflict. deciſ.* 391. *num.* 1. *vbi Addentes*, Nec à tali iuſtiſſimo Lemẽpium Comite nunc ProRege dominiſque Regentibus ſperatur vniuerſitatem ipſam non audiri, cum ſint *Nauarri* memores in *d. cap.* 25. *num.* 10. dicentis Re-
25 ges, † & Principes grauiſſimè peccare ſola ſcientia priuata, inaudita parte, quid facere, & eodem modo peccarent exe-
26 quentes, † Nec excuſari per obedientiam quam ſatis Regibus, & ſuperiori-
27 bus debent, quia contra † ius obedire non tenentur. *cap. qui reſiſtit* 11. *q.* 3. *& ex alijs Nauarr. dicto num.* 10. *ac Caietan. in ſua ſum. verſic. homicidium*, & hæc ſufficere mihi videntur, vt ipſa Vniuerſitas aduerſus prætenſam conſultationem audiatur, &c.

*De Menſe Iunij* 1612. *facta relatione per D. Regentem Fuluium de Conſtantio, Coroleti Marchionem in Collaterali Conſilio, & coram Domino ProRege, fuit decretum quod d. Vniuerſitas infra viginti dies in iuribus ſuis audiatur, vt ex proceſſu pœnes Ioannem Antonium Giſelmum à mandatis ſcribam.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Defenſio eſt de iure naturæ, quæ à ſupremo Principe tolli non poteſt, & nu.* 8.
3 *Iudex defenſionem denegare non poteſt, etiam ſi liberum contra reum haberet arbitrium.*
3 *Defenſionibus, iuribus, & exceptionibus pluribus quis vti non prohibetur.*
4 *Defenſio quod fiat per teſtes, ore Dei Patris, & Dei filij habetur, & nu.* 5.
6 *Defenſionẽ nõ poſſe fieri per teſtes habetur nedum ex Regia Pragmatica, ſed etiam de iure communi.*
7 *Defenſionem per teſtes non admittere, eſt omnia iura controuertere, & nu.* 17.
9 *Defenſio nec prætextu liberi arbitrij tollitur.*
10 *Princeps licet tollat actionem, & formam iudicij, non tamen defenſionem.*
11 *Princeps ex naturali iuſtitia debet adiri, & ex natura officij ad iuſtitiam reddendam tenetur.*
12 *Princeps in depoſitione ſua dicens, ſupplentes omne defectum, non tollit quæ iuris naturalis ſunt.*
13 *Defenſio nec in parte tolli poteſt.*
14 *Ius naturale mutari non poteſt, eſtque immobile, & tempore non vitiatur.*

15 Ne-

Digitized by Google

15 *Naturali iuri, nec quoad partem, nec quo ad totum derogari poteſt.*
16 *Lex domini in cordibus hominum ſcripta eſt, contra quam nulla valet iniquitas.*
18 *Actor, & reus ad imparia non iudicantur.*
19 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt.*
20 *Princeps quando committit cauſam ſine figura iudicij, intelligitur ſublatus ordo formalis iuris poſitiui, ſed non quoad ſubſtantiam probationum.*
21 *Teſtium depoſitiones vt ſcribantur de ſubſtantia iudicij eſt.*

Pro eademmet Terra Molæ contra eundem Michaelem Vaez illius hodie Comitem.

## ARGVMENTVM.

*Defenſiones poſſunt fieri per ſcripturas, per teſtes, & omni alio modo, & à nullo quantumuis ſupremo Principe tolli poſſunt.*

## CONSILIVM LXXXV.

DEnegata teſtium nominatione, & productione per D. Regentem Conſtantium cauſæ Commiſſarium cum eſſet facienda relatio coram Domino ProRege in Collaterali Conſilio, vt ipſa Terra Molæ obtineat, & in termino ſibi dato ad ſe defendendum teſtes quoſcunque poſſit producere, paruis medijs demonſtrabo.
1 Primò, defenſio † eſt de iure naturæ, & in hoc omnes periti concordant, vt firmat *Michael Vlcur. de reg. mund. 3. q. 1. q. num. 1.* & ſic à ſupremo Principe tolli non poteſt, *Hypol. de Marſil. conſ. 81. num. 80. & conſ. 52. num. 13.* dicit quod
2 iudex † defenſionem reo denegare non poteſt, etiam ſi liberum contra eum haberet arbitrium, & *Afflict. deciſ. 391. nu.*
3 *2. vbi addentes*, & licet quis † pluribus iuribus, defenſionibus, & exceptionibus, vti non prohibeatur iuxta *text. in l iudices. C. de fide inſtru. l. nemo ff. de except. per quem text. ita firmat gloſ. in cap. apertiſſimi verſic. cenſetur de appell.* tamen defen
4 ſionem † fieri per teſtes habetur ore Dei, quando poſt noſtri primi parentis tranſgreſſionem dixit Adam vbi es, qui vt ſe defenderet, ob defenſam ſui erroris nominauit Aeuam in teſtem, dicens, Mulier quam mihi dediſti, dedit mihi de ligno, & comedi, quam nominationem Aeuæ in teſtem, Deus admiſit dum eandem interrogauit, vt *Gen. cap. 3.* & regiſtratur *in cap. in omni negotio, & in cap. licet Aeli de teſtam.* hoc idē probatur ver
5 bo † Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando dixit in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, *Luc. cap. 17. Matt. cap. 18. & Re*
6 *gia Pragmat. incip. reſponſiones de ordin. iud.* mandat terminum ad probandum, & quod ſaltim, vna ex partibus nominare habeat, in quibus partibus habet teſtes, quos examinari facere intendit firmat *Capyc. deciſ. 90. Gram. conſ. ciu. 41. num. 16. & eſt* * *communis opinio per Ben intend. deciſ. Bonon. 74. num. 1. & 4.* &
7 ad petitam nominationem † & teſtium examen Vniuerſitatem ipſam non admittere, eſſet omnia iura controuertere, &
8 tollere defenſionem † quod Papæ, Imperatori, Regi, vel alio ſupremo Principi non licet vltra prædicta eſt *text. in clem. Paſtoralis. §. cæterum de re iud. ibique notant DD. & Anan. num. 4. Imol. num. 1 2. & 3. Gloſa memorabilis in extrauag. 1 de dol. & contum. Abb. in cap. dilecti filij colum. 3. de except. vbi Felin. num. 6. Afflict. in conſtit. item Dira, & Dura not. 5. ibique Iſern. & in cap. 1. verſic. bona committentium crimen læſæ Maieſtatis, quæ ſint regalia, Petr. Bellug. in Spec. Princ. c. de exeq. ſent. Reg. ſin. proc. vbi addens, cumulat Hypol. de Marſ. conſ. 8. num. 35. & Regens Lanarius conſ. 40. nu. 6. inde gloſ. in cap. ſæpe verſic. defenſiones*
9 dicit quod † prætextu liberi arbitrij defenſio tolli non poteſt, & licet Princeps
10 † quandoque tollat actionem, vt quis
11 priuetur omni iure ſibi competenti, † pro-



Digitized by Google

propoſitionem, & formam iudicij minuit ſed non defenſionem de naturali iuſtitia debitam, per quam quis poſſet adire eundem Principem, obligatione naturali obligatum, & ex natura officij cogi, ad redendam, & adminiſtrandam iuſtitiam prout hæc, & alia perbelle, ex *Innoc. Antonio de Butr. Gem. Bald. & alijs firmat Ioannes Thomas Minad. in deciſ. Sacr. Conſ. 42. num. 4. & ſeq.* Immò ſi Princeps
12 † in diſpoſitione ſua dicit ſupplentes omne defectum, tamen non tollit ea, quę iuris naturalis ſunt, per *Clement. Paſtoralis de Re iud.* & ſicut diſcretio eſt mater iuſtitiæ, ita Principis, vel alterius iudicãtis, voluntaria præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ, & ſic iniuſtitia *d. clement. Paſtoralis Rebuff. in tract. de Reg. Princ. mun. & prærog. nu.* 302.

Secundò, ſi dicatur quod in termino dato poſſunt produci ſcripturæ: reſpondetur, quod quæ per teſtes adduci poſſunt, per ſcripturas non probantur, & cum prædiximus defenſiones etiam per teſtes eſſe de iure diuino, & naturali, item replicatur defenſionem nec pro par
13 te † tolli poſſe, vt voluerunt *Pariſ. conſ.* 68. *num.* 102. *lib.* 4. *& latiſſimè diſputando, idem Michael Vlcurr. vbi ſupra, & licet Sot lib.* 1. *de iuſt. & iur. quæſt.* 4. *quem ſequitur Menoch. conſ.* 100. *num.* 105. videatur ſentire ius naturale poſſe mutari, non tamen dicit poſſe minui, & ſi di-
14 xiſſet non obſtaret, cum † ius naturale immobile ſit, *Ariſtot. lib.* 5. *Ethic. cap.* 7. & tempore non vitiari, ſed immobile ſemper permanere dicit, *text. & gloſ. in diſt.* 5. *cap.* 1. *& in diſt.* 6. *§. fin. legitur, ius naturale, manet immobile, & Regens Carol. Tapp. in cap.* 1. *num.* 45. *rubr. ff. de conſtit.* Princip *fol.* 18. *cum Couar. & alijs*
15 *firmat*, Nec quo ad partem, † nec quo ad totum iuri naturali derogari poſſe: & *Diu. Auguſt. in* 2. *part. confeſſ.* dicit, lex
16 † tua, eſt ſcripta in cordibus hominum,
17 quam nullam delet iniquitas: vnde † probationes per teſtes quæ deciſionem cauſæ reſpiciunt tolli non poſſunt; vt bene declarat, & ex multis firmat *gloſ. in clem ſæpe verſic. defenſiones de verb. ſign.* & ſic ad petitam nominationem, & teſtium receptionem Vniuerſitas ipſa admitti debet, maximè quia treſdecim particulares, quibus nec actio competebat, nec competit, dum ſunt exteri, debitores ipſius Vniuerſitatis, & inquiſiti malis ab hominibus ſuggeſti, & dum expediens eſſe vendi dixerunt, fecerunt ne ſoluerent, & à compoſitionibus ſoluendis ipſi Vniuerſitati prouentuum Dominæ non moleſtarentur, & cum ipſis impartitus fuit terminus, & teſtes examinarunt, quo iure quauè ratione in termino Vniuerſitati dato, ad nominationem, & teſtium receptionem Vniuerſitas ipſa ad-
18 mittenda non ſit: cum † actor, & reus non debeant ad imparia iudicari *Præſid. de Franch. deciſio.* 23. *num.* 9. *&* 23. *& deciſio.* 136. *num.* 3. *deciſ.* 126. *deciſio.* 14.
19 *num.* 3. *&* 20. ſaltim pro † æqualitate ſeruanda, quæ in iudicijs ſeruari debet, & priuilegium datum prætenſis actoribus, & ipſi vniuerſitati denegari non poteſt iuxta *text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. l. non debent actori ff. de reg. iur. Soccin. Iun. in rub. de acquir. poſſeſſ. num.*
20 83. Et ſi Princeps committit cauſam ſine figura iudicij intelligitur ſublatus ordo formalis iuris poſitiui non quoad ſubſtantiam probationum, vt notat *Bart. in extrauag. ad reprimendam verſic. & figura iudicij, Lanfranch. Card. & DD. in d. Clemen. ſæpè verſic. & figura Com. conſ.* 54. *num.* 5. *lib.* 2. *Marant. in Spec. aur. part.* 2. *c. iudicij tela ingreditur num.* 26.
21 *circa finem*, & quod de ordine † iudicij ſit, vt depoſitiones teſtium ſcribantur, & publicentur dicit *gloſ. in l. prolatam* C. *de ſentent. & interloq. omn. iud.* quæ tolli non poſſunt, *Rom. ſing.* 374. *& ex alijs Regens Carol. Tapp. in l fin. colum.* 3. *part.* 2. *num.* 86. *de conſtit. Princ. fol.* 208. Vnde ex prædictis breuiter dictis concludo, Vniuerſitatem ipſam ad petitam nominationẽ, & teſtium productionem admittendam eſſe prout non dubito prouideri.

*Articulus iſte non fuit deciſus, decidendus tamẽ remanſit in reuiſione cauſæ reclamationis, Faxit Deus, vt quoad me Terra* 

*prædi-*

prædictæ Aduocatum debita impleuerim, quod ſatis erit.

Camillus de Laratha.

## SVMMARIVM.

1 Vaſalli à Domino inuiti non alienantur.
2 Vaſalli de demanio effecti ſunt vtilis dominij domini, & Rex ſine eorum conſenſu non alienat, & nu. 5. & 6.
3 Imperator Conſtantinus donauit Romam Papæ Silueſtro cum conſenſu Populi.
4 Vaſallorum ſtatus, & honor ipſis inuitis ab Imperatore non minuitur.
7 Loffredi imputatio declaratur.
8 Aſſenſus Domini nè dum non ſufficit ad alienandum vaſallos inuitos, ſed nec inueſtitura.
9 Vaſalli Regij demanij ſunt feudatarij, quia onera prioris Domini ſubſtinent.
10 Refutatio per Loffredum Conſilij Neuizani non ſubſiſtit, & quare & num. 13. & 14
11 Vaſalli etiam cum curia inuiti alienati non poſſunt cogi fidelitatem iurare, & eſſent laudandi ſi per dolum, ſiuè fallaciã, vel quocunque modo ſe redimerent
12 Vaſalli alienati inuiti poſſunt reſiſtere.
15 Camilli Salerni doctrina ad noſtram concluſionem non obſtat.
16 Vaſalli tranſeunt cum tota curia, territorio, & Vniuerſitate feudi alienata.
17 Imperator libertatem natalium ſine conſenſu patroni non reſtituit.
18 Liberi hominis non valet contrectatio.
19 Afflict. dictum in deciſ. 265. num. 33. reijcitur, & cõtra eum eſt communis opinio
20 Comparatio nulla dari poteſt inter potentiſſimum Regem noſtrum Philippũ tertium, & alium priuatum.
21 Dominus ſucceſſor, anteceſſoris non hæres demanialia alienare poteſt.
22 Rex Philippus hæres prædeceſſorum Regum alienare non poteſt, & quare.
23 Vaſalli de parte, & cum conſenſu domini alienari poſſunt, intellige de effectis de demanio.
24 Vaſalli quando cum Vniuerſitate alienantur quomodo intelligatur, & Doctorum de hoc tractantium intellectus, quod non ſit contra noſtram concluſionem.
25 Vaſalli tranſeunt cum Vniuerſitate feudorum quando Dominus vendit totum Regnum ſuum, quod non procedit in vaſallis de demanio effectis, quia tunc eius conditio deterioratur.
26 Delegatio inuito debitore fieri non poteſt.
27 Vaſallus Regius ſi vendatur deterioris conditionis efficitur.
28 Vaſallos inuitos vendendi conſuetudo etiam ſi adſit, eſt erronea.
29 Ius Domini, & vaſalli à pari procedunt.
30 Princeps conſulere debet ſibi, & vaſallis.
31 Dominus tenetur vaſallis auxilium præbere etiam reſpectu rerum.
32 Vaſallus ſe, & feudum quod habet, non poteſt in alium transferre ſine Domini conſenſu.
33 Ciuitas alteri ſe ſubijcere non poteſt, ſine Domini conſenſu, niſi omni auxilio deſtituta eſſet.
34 Domino competit actio ad vendendum ſubditum ſi alteri ſe ſubijciat, aut obedientiam Domino recuſet.
35 Dominus ſicut vaſallus ſine mutuo conſenſu in alium transferre non poteſt, ſic è contra.
36 Alienans ſubditos inuitos, eorum proprietate priuari debet.
37 Vaſallus, & Dominus in modo priuationis ad paria iudicantur.
38 Vaſallos venditos poſſe ſe redimere, & ad Regium demanium admitti an lege caueatur vel ex vſu tribunalium, & inueterata conſuetudine ſit introductũ, & nu. 39. & 40. vſque ad 45.
46 Vaſalli quodammodo in ſeruitute Baronum ſunt redacti, & quandoque libertis comparantur.
47 Vaſalli ſub Barone moleſtiſſimis grauaminibus, & ſeruitutibus aſtringuntur.
48 Vaſalli demaniales Regij dicuntur liberi, & ſumma libertas eſt ſub Rege viuere.
49 Liberi omnes cenſentur qui nullo modo ad Imperialem, ſeu Regiam pertinent poteſtatem.
50 Nomen Regis ad dignitatem honoris, & poteſtatis pertinet.
51 Nomen domini potius ad tyranidem.



Digitized by Google

52 *Domini tales vocãtur ſicut Nembrot, Robuſti venatores, ideſt oppreſſores, & extintores hominum.*
53 *Auguſtus abhorrens vocari Dominum, fecit edictum nè Dominus vocaretur.*
54 *Rex ſubditos vocat amicos.*
55 *Vaſalli, ſeù homines dominorum ex ipſa lege quaſi ſerui habentur.*
56 *Vaſalli ſi venduntur, omnino eis datur prælatio ſaltim in memoriam priſtinæ libertatis, quando Regis fuerunt.*
57 *Vaſallis datur prælatio ſemper, quod de vno in alium transferuntur.*
58 *Vaſalli redimuntur nè dum ratione conſeruandæ libertatis ſed euitandæ oppreſſionis à Baronibus, & ſic publicæ vtilitatis.*
59 *Honorius Papa voluit Regem Siciliæ abſtinere ab alienatione demaniorum, vt grauamina vaſallorum euitarentur.*
60 *Eccleſiæ proprietatis dominæ intereſt ius proprietatis fouere.*
61 *Vaſalli vbi intereſt, ſeruabitur æqualitas*
62 *Vaſallus poteſt dicere, ego nolo eſſe vaſallus alterius, quam Regis, & à ſeruitute abdicari.*
63 *Subuentiones quas præſtant vaſalli ſunt collectæ.*
64 *Vaſallos in eorum alienatione debere audiri nè eorum conditio deterior conſtituatur.*
65 *Vaſalli tenentur Reuerentiæ munus eorũ Dominis impendere, quæ eſt honoris exhibitio cum pauore.*
66 *Principes iuſti libertatis ſunt amatores.*
67 *Seruitute nihil odioſius, & durius, quę morti comparatur.*
68 *Malorum extremum, nè dum bello, ſed morte repellendum.*
69 *Liberum quem non eſſe, & in rerum natura non eſſe paria ſunt.*
70 *Mors melior eſt quam vita in amaritudine ſeruitutis ducta.*
71 *Libertatem nemo bonus niſi cum anima amittat.*
72 *Seruitus mortis imago eſt.*
73 *Libertas lumen vitæ noſtræ eſt, & ideò pro libertate iudicandum eſt.*
74 *Libertati chriſtianos reſtituere debemus, quos Chriſtus ſanguine redemit.*
75 *Molæ Terra ab anno 1583. fuit ad Regium demanium redacta.*
76 *Ius retrahendi, & de demanio efficiendi omnibus de Vniuerſitate competit, vt ſingulis, etiam vni vaſallo.*
77 *Prælatio feudi alienati competit Regi, ſed Agnatus præfertur Regi.*
78 *Agnatus qua ratione Domino directo præfertur.*
79 *Dominus, & Agnatus infra annum retrahere debent.*
80 *Silentium annale habet vim repudiationis.*
81 *Agnatus elapſo anno quare à retractu excludatur.*
82 *Ligatum eo modo diſſoluitur, quo ligatum fuit.*
83 *Priuilegia habitantibus conceſſa ſunt perpetua, & ſemper durant.*
84 *Vtilitatis cauſa generaliter ordinata, ſunt perpetua, & Papa, vel alius Princeps non immutat.*
85 *Princeps contra ſuum Priuilegium venire non poteſt.*
86 *Poſſe non dicitur, niſi decenter, & honeſtè fieri poſſit*
87 *Princeps contractum à ſe factum modificare, & conditionare non poteſt.*
88 *Princeps contra ſuum verbum venire non poteſt.*
89 *Principis in lingua extat gratia, in ſcriptura teſtimonium, & in exequutione commoditas & nu. 90.*
91 *Varietas, & vacillatio legibus eſt inimica.*
92 *Principi conuenit verbum, quod ſcripſi ſcripſi, & quod dixi dixi, & debet habere vnam linguam, & vnum calamum.*
93 *Princeps debet eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in Cælo.*
94 *Fides licet delinquenti non ſit ſeruanda, hoc non procedit in Principe; cum non deceat aliquem ſub fide Principis decipi.*
95 *Aſſenſu, & Priuilegio acquiritur ius, & dominium.*
96 *Principem poſſe ſuum priuilegium gratuitum reuocare, & quando ſecus.*
97 *Princeps donationem iure primogenituræ à ſe factam in præiudicium venientiũ*

reuo-

Digitized by Google

reuocare non poteſt.

98 Priuilegium Regij demanij, eſt etiam fauorabile Coronæ Regiæ, & Regno propter vnionem quæ dè facili fit.

99 Flumina de facili ad mare, vndè exeunt redeunt.

100 Feudo dominanti loquenti an detur facultas petendi ſua membra reintegrari.

101 Feudum quando reuertitur ad Dominum, dicitur fertilior annus, & non noua acquiſitio.

102 Molæ ſitus, & qualitates.

103 Regis intereſt Terram Molæ habere, & cogere tenentes quoſcunque ſibi dare.

104 Priuilegiũ Regij demanij Molæ quia nõ omnino gratuitum, ideò irreuocabile.

105 Priuilegium conceſſum venientibus ad habitandum in aliquo loco, ſtatim quod quis ad habitandum venit, tranſit in contractum innominatum dò, vt facias.

106 Priuilegij verba v3, habentis promiſſionem gratam, ratam, firmam, & contra non venire, & omnia firmiter tenere & obſeruare promictimus tranſeunt in contractum irreuocabilem.

107 Priuilegium propter ſeruitia conceſſum eſt irreuocabile.

108 Priuilegij promiſſionis demanij vigore Rex lucratur iuriſdictionem, & alia obſequia, ex quibus ad obſeruantiam tenetur.

109 Priuilegium, quod in contractum, vel quaſi tranſit nec à ſucceſſoribus Regis reuocari poteſt.

110 Contractus ſunt iure gẽtium, quos Deus non ſubiecit Principibus, quia eſſet contra ius gentium, & naturalem iuſtitiam.

111 Princeps licet ſit ſolutus legibus non tamen lege naturali, & diuina.

112 Princeps ſuum contractum nec de poteſtatis plenitudine reuocare poteſt.

113 Principẽ non ſeruare contractum, inſolitum & inauditum eſt.

114 Iuſtitia nulla maior quam quæ ex pacto, & contractu oritur.

115 Deus ſi cum nobis contraheret, obligaretur, multo magis Princeps qui eſt Animal rationale, & mortale.

116 Principum in contractibus plus operari debet bona fides quam priuatorum.

117 Fides per inobſeruantiam contractus, & pacti frangitur, quod ſatis pernicioſum eſt.

118 Conditione pendente contractus reuocari non poteſt.

119 Princeps, frangendò fidem peccat grauius quam priuatus.

120 Contractum non ſeruare eſt mentiri, & mendatium in ore nobili, horribile eſt.

121 Princeps ſicut non eſt Dominus elementorum, ſic nec contractuum.

122 Rex Philippus ſecundus dum Terram Molæ ad demanium admiſit Rex Philippus tertius eius ſucceſſor reuocare non poteſt.

123 Rex vendens terram, quæ numquam de demanio ſe effecerat, poteſt in eius commodum pretium conuertere, ſin autem pretio ſe redemerit ſpectat ad ipſam vniuerſitatem.

124 Princeps accipiens Terram, etiam ob publicam vtilitatem, tenetur pretium ſoluere.

125 Princeps etiam ſi per legem generalem, & publicam vtilitatem rem alterius accipit, tenetur ad pretium.

126 Principis eſſe omnia qualiter intelligatur, & num. 127.

128 Proprietatis ratione domus mea eſt mea & ratione vniuerſalis iuriſdictionis eſt Principis.

129 Iuriſdictio particularis Terræ effecta de demanio eſt ipſius Terræ, licet exercitium ſit pœnes officiales per Proregem eligendos.

130 Priuato debet refici extimatio rei ſuæ ſibi ablatæ à Principe.

131 Vaſallo amittenti feudum non culpa ſua, ſed facto Domini, Dominus tenetur de alio feudo prouidere.

132 Foſſatum factum à Ciuitate per agrũ alienum debet ſolui Domino agri.

133 Domus communis ordine Iudicis ob delictum alicuius deſtructa, delinquens tenetur ſoluere pretium conſocio innocẽti:

Pro

Digitized by Google

## Pro Terra Molæ.

### ARGVMENTVM.

*An Dominus ſuas Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca cum Vaſallis ipſis inuitis alienare poſſit; & an ipſi vaſalli venditi poſſint pretio ſe redimere: An ius redimendi competat vaſallis vt vniuerſis; vel vt ſingulis, & an Rex Terras de demanio effectas, quibus priuilegio in demanio tenere promiſit, poſſit alienare, ſuumque priuilegium, ipſe, vel ſui ſucceſſores reuocare, An Terra de demanio effecta, ſi vendatur, pretium ſpectet ad Regem, uel ipſam vniuerſitatem.*

### CONSILIVM LXXXVI.

DVM de vaſallorum demanio faciendo; conſeruando, vel diſſoluendo ſit ſermo, & in dies aliqua de eo diſcuſſio accidi ſolet, ſubſcriptas diſtinctas ponam concluſiones videlicet.

Prima erit, an Dominus ſuas Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca cum vaſallis, ipſis inuitis alienare poſſit.

Secunda, an vaſalli venditi poſſint pretio ſe redimere.

Tertia, an hoc redimendi ius competat omnibus de vniuerſitate vti vniuerſis vel vt ſingulis.

Quarta, an Rex terras, & vaſallos pecunijs eorũ proprijs redemptos, & de Regio demanio effectos, & per particulare priuilegium etiam iuratum à Rege, vel Prorege promiſſum, ſemper in demanio tenere, vel reuocare, & vendere ipſis inuitis poſſit.

Quinta, & vltima, ſi terra de demanio effecta, à Rege vendatur, pretium ſpectet ad Regem, vel ipſius terræ vniuerſitatem.

Quoad primam concluſionem dico,
1 quod Rex † vaſallos ipſos inuitos non alienat, eſt *tex. in cap. 1. §. ex eadem lege de lege Corrad.* vbi legitur (*Dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt.*) *& in text. in cap. 1. §. Præterea Ducatus verſic. Nec dominus, de probib. feud. alien. per Feder.* habetur (*Nec Dominus ſinè voluntate vaſalli ad alium tranſfert.*) *& in cap. ſi quis, quo tempore miles legitur* Si quis *fecerit inueſtituram, vel cambium de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto habetur*) & in Longobardis eſt *text. in l. in nomine. §. ſiue l. inſuper, de benef. & ter. trib.* ibi (*probibemus, vt nullus ſenior de beneficio ſuorum militum, cambium, aut præcarium, aut libellum ſine eorum conſenſu facere præſumat*, & ſi iſta duo iura vltima videantur loqui in poſſeſſore feudi, idem eſt in vniuerſitate
2 effecta de demanio, cum ipſa ſit † vtilis dominij domina, & Rex ſine eius conſenſu alienare non poterit, vt præcedentia iura mandant, & eſt *gloſ. notabilis* * *communiter approbata in l. inuitos ff. de fideicommiſſ. libert. ad literam dicens* (*Dominus non poteſt in alium alienare ius vaſalli, vel feudi inuito vaſallo*) *eſt etiam gloſ. in authen. vt non fiant. pign. in verſic. formam colu. 5. gloſ. in cap. dilecti extra de maior. & obed.* & eſt * communis regula approbata in *d. §. ex eadem lege per feudiſtas videlicet Iac. de Bellouis. Petrum de* Rauen. P*ræpoſ. Aluar. Mart. Laud. cæteroſque ibi Scrib. Iſer. in d. §. Præterea Ducat. verſic. Nec dominus num. 43. & ſeq. ex alijs firmat, & in Conſtit.* Regni *perſonas Roffred. in ſua Sum. feud. in cap. vtrum Dominus poſſit ius ſuum alienare verſic. ergo poteſt dominus, & verſic. ſed per Conſtit. fol. 187. Zaſ. de feud. part. 10. nu. 80. Franc. Duaren. in epit. feud. cap. 13. nu. 7. fol. 195. Ioannes Raynald. in comprænſ. feud. in d. §. præterea ducatus nu. 12. circa med. verſic. videamus igitur fol. 62. & Ioann. Ferret. in rub. feud. in cap. quemadmodum, Dom. feud. prop. priu. fol. 229. Bald. in cap. Generaliter in fine ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat.*
3 vbi dicit, quod quando † Imperator Conſtantinus donauit Vrbem Romæ Papæ Sylue-

Digitized by Google

Syluestro fecit cum conſenſu populi, & patet *in cap. Conſtantinus 96. diſtinct. & in cap. 1. § ſi quis verſic. Adde dicit Hoſt. quo tempor. mil. idem Bald.* quod Impera-
4 tor, † rem, & honorem eorum vaſallorum minuere non poſſit, nec eos inuitos a-
5 lienare † reiectis contrarijs firmat in *conſ. 327. Pridie enim conſului num. 4. & 5. verſic. vlt. ſciendum eſt. quod quaſi antiqua fuit &c. lib. 1. Curt. Iun. in vſib. feud. par. 6. circa finem* firmat hanc * communem eſſe opinionem, & in *conſ. 174. num. 17.* * *communem, & veram, & magis* * *communem teſtatur Iul. Clar. in. §. feudum q. 28. verſic. ſed quæro, eandemque* * *communem firmat Intrigliol. in ſuo tract. feud. part. 1. q. 98. num. 164. vltra Feudiſtas firmant in d. cap. dilecti de maior. & obed. Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Anto. de Butr. Abb. & alij Canoniſtæ, & in l. 1. cap. de nouat. comprobant Petr. de Bellaper. ex Azon. Din. & alijs Cyn. Luc. de Pen. in l. vn. C. de capit. ciuit. cenſ. exim. lib. 11. Det. in cap. 1. de probat. & in conſ. 564. in cauſ. colu. 3 in fin. nu. 13. poſt Iaſ. & Ang. in §. item ſeruiana inſtit. de actio. latè congerunt moderni hiſpan. 16. colu. in fine Fab. de Monte in tract. de empt. & vend. 11. q. 3. q. princ. Anto. Corſet. de Poteſt. Reg. q. 4. nu. 16. vſque ad 20. Reſtau. Caſtald. de Imperat. q. 104. nu. 8. & 13. Duen. ex multis firmat in reg. 215. & latè more ſolito confirmat Tiraquell. de retract. §. 26. gloſ. 1. num. 78. & ſimiliter Neuizz. inter conſ. Brun. 12. Petr. Iacob. in pract. c. de cauſ. ex quibus dominus deb. amiſt. propriet. feud.* & quod Dominus
6 non debet ad alium † transferre feudum ſine voluntate vaſalli iudicatum firmat, ex pluribus * communibus opinionibus *Anto. Gabr. in ſuis commun. opin. in titul. de iur. quæſito non tollen. concluſ. 8. Capyc. deciſ. 162. vbi add. num. 1. Vrſill. in deciſ. 265. num. 36. in fine* * *communem dicit, eademque* * *communem firmat Aym. conſ. 241. num. 6. &* * *communem eſſe opinionem firmat etiam Grat. in ſuo reſponſ. 147. num. 7. lib. 2. & latè Caſſan. in Conſuet. Burg. rub. 3. num. 51. fol. 121. Hancque concluſionem ex multis firmat* Sigiſmun. *Loffred. in ſuis paraſraſib. feudalibus in verſic. nec dominus ibi, quod vaſallus, &c. fol. 65. aterg.* & eam impugnare conatur, ex pluribus.

Primo, quia conſenſus domini facit alienationem feudi valere quod corroborat dum Rex nouas conſtituere poteſt dignitates.

Secundò, quod ſicut alienatio, inuitis vaſallis prohibetur, ita & diuiſio Ducatus, & tamen etiam dignitatum diuiſio cum conſenſu Regis fieri poteſt.

Tertiò, ex eo quod vaſallus domino volente poteſt feudum refutare.

Quartò, prætendit quod dicta pro noſtra concluſione procedunt quando dominus vendit vaſallos tantum retempto territorio, ſed quando alienat totam curiam valet vaſallis inuitis.

7 Hæc quatuor fundamenta † *Loffredi* vnico verbo reſoluuntur, & ex eis noſtra concluſio magis firmatur, cum loquantur in caſibus in quibus adeſt conſenſus Domini, & vaſalli, ergo deficiente conſenſu vaſalli, alienatio non procedit, iuxta prędictas * communes opiniones, deciſiones, & authoritates & in proprijs termi-
8 nis quod nè dum † aſſenſus Domini, ſed quod nec inueſtitura Domini nihil operatur contra voluntatem vaſalli, eſt *tex. in d. cap. ſi quis quo temp. mil. vbi legitur (ſi quis fecerit inueſtituram, vel cambiũ de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu cuius fuit beneficium pro non facta habe-*
9 *tur*, cum vaſalli Regij demanij † ipſimet ſint feudatarij, onera prioris Domini ſoluentes, ipſis inuitis ad alium transferri non poſſunt, iuxta noſtra fundatam, inconcuſſamque concluſionem.

Nec obſtat *Loffred.* ipſum prætende-
10 re † refutare *conſ. Neuizz. 12.* dicentis non negare quin poſſit fieri alienatio cũ vniuerſitate, quando cum toto comitatu & hoc tantum fretus authoritate ſua, ſed nullam legem allegantis. Nam rogo videatur *Neuizz. in d. conſ. num. 107. 109 & plur. ſeq.* vbi innumeris iuribus, authoritatibus, & deciſum ſic firmat concluſionem noſtram quod feudum inuitis vaſallis alienari non poſſit, & hoc adeo eſt verum

Digitized by Google

11 verum, quod tales ſubditi † venditi etiam in caſu neceſſitatis, & cum curia nō poterūt cogi iurare fidelitatem, & eſſent laudandi ſi à Poteſtate Hoſtili, quocunque modo, ſiuè per dolum, ſiuè per fallaciam ſe redimerent, & priori ſupremo domino redirent ex *Ign. in d.l.donationes* 11. *colu. C. de donat. inter.vir.& vxor.Neuizz.d.conſ.*12.*num.*110.firmat & conſuetudinem Brixiæ non valere, ex *Birr.in lib.de Cuſtod. Clau. Port. cart.* 8. *in fin.& cart.*17.*colum.* 1. *ita iudicatum firmat* Neuizz.*ibidem,num.*112.*& num.*
12 113.ex alijs firmat quod tali caſu † ſubditi poſſunt reſiſtere,& quod *Loffred.*di-
13 cit † *Neuizz.* non negare talem alienationem poſſe fieri cum vniuerſitate vaſallis inuitis.Hoc quidem *Neuizz.* non dicit,vt colligitur ex ſuis dictis. *in d.ſuo conſ. num.* 118. ex quibus *Loffred.* hoc prætendit: Nam dicit non obſtat quod immò potuerit, ex quo tranſtulit cum vniuerſitate bonorum: & ſic donando caſtrum cum territorio, quia diceretur donatum cum vniuerſitate quando donaſſet totum comitatum Aſtenſe, tunc bene diceretur,illud caſtrum, vel villa venire cum vniuerſitate comitatus, ſed in caſu noſtro non poteſt dici venire cum vniuerſitate comitatus, ſiue bonorum; licet hoc cum vniuerſitate etiam reprobetur à iure:niſi vbi adeſſet conſue-
14 tudo,ex quibus nihil ad propoſitum † *Loffred.Neuizz.* dicit, immò totum contrarium, & conſuetudinem reprobat, vt dictum eſt,& omnes contrarios ſui temporis retro validis fundamentis reijcit, *dictis numeris* 107.109. *& ſeq. vſque in finem*,vbi ponit arreſtum,ſiuè ſententiam, qua declaratum fuit, fructus caſtri conceſſi eſſe capiendos per conceſſionarium à manu Theſaurarij, ſeu receptoris generalis comitatus Aſtenſis, iuriſdictio omnimoda dictæ villæ,& territorij exerceatur per officiarios Comitatus Aſtenſis, ſeù eiuſdem loci, vt prius fuerant aſſueti;ergo noſtra concluſio firma remanet, & prædicta faciunt prò reſponſione ad *deciſionem* Putei 39. in eo quod contra nos tenere adducitur.

Et ſi *Camillus Salernus addendo in probem.Neapol.Conſuet.in verſic. magna eſt Principis poteſtas ſol.*44.*littera* C.eandem concluſionem ex multis firmans tribus fallentijs eneruare conetur,fallentiæ
15 tamen ipſę nec minus obſtant, † Nam
16 prima eius fallentia eſt, quando tota † curia, territorium, & iura feudalia alienātur,per rationem quia multa cum vniuerſitate tranſeunt,quæ ſeparatim non tranſirent, & ſic talem alienationem inuitis vaſallis valere concludit *ex Bald. conſ.*324.*conſ.*327.*lib.*1.*& conſ.*92.*lib.*3 *Guid.Pap.deciſ.* 239. *Afflict. deciſ.* 295. *num.* 33. *Duen. in* 1. *lim. ſuæ reg.* 215. etiam in ruſticum inferiorem, alienationem fieri poſſe ex *Iſern.in cap.ſi quis fuerit num.*2.*quo temp.mil.& in d.*§. *ex eadem lege*, Et ordinatè procedēdo quo ad *Bald.in dictis ſuis conſilijs* dicit totum oppoſitum, & ſignanter in *d. conſ.* 327. ex pluribus noſtram concluſionem,etiam reiectis contrarijs, firmat, & idem in *d. conſ.*324.dum ibi legitur(*immo laudabile puto,& forte neceſſarium quod interueniat conſenſus hominum illius Ciuitatis cuius ſtatus mutatur, vel quod in manus feudatarij iurent, & legitur, & notatur ff.de fideicommiſſ.libert.l.inuitus, & de action.empt. l.Titius*; dum hæc iura pro nobis loquūtur, noſtra concluſio ex eius dictis firmatur; & ſic ſequitur quod Papa rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, & quando vaſallus permutatur in alium dominum, non quando ingenuus fieret vaſallus,vt quando Rex vēdit,quod ſinè vaſalli conſenſu fieri non poteſt,*l.fin.* ff.
17 *de nat.reſtit. vbi legitur* († *patrono conſentiente debet libertas ab Imperatore natalium reſtitui*)quæ lex etiam pro nobis facit dum nec Imperator libertatem natalium ſine conſenſu patroni reſtituere poteſt,vt ibidem firmat *gloſ.* Et ſi idem *Bald.*alleget *legem,& liberi ff.de contrahend. empt. & l.inter ſtipulantem* §. *ſacram ff. de verbor. oblig.* Hæc duo iura nè dum non dicūt, quod Princeps vaſallos inuitos alienare poſſit,ſed quod liberi
18 † hominis non valet contrectatio, & ſic Regij vaſalli,qui liberi dicuntur, vt in *d. conſtit.*

Digitized by Google

conſtit.perſonas, & ex alijs iam dictis, &
infra dicẽdis,tanto minus alienari poſſunt
vndè Bald. nihil pro dicto allegante fa-
cit,ſed potius contra, & ſi aliter dixiſſet
eſſet ſibimet contrarius in pluribus locis
ſupra relatis,& d.deciſ.Guid.Pap.239.&
ibi Addentes,quod Dominus ſine volun-
tate vaſalli non poteſt ius ſuum in alium
transferre, adducens donationem Con-
ſtantini fuiſſe factam Papa Syluestro
cum conſenſu Populi Romani, & ſic no-
ſtram concluſionem firmat, & nè dum
in d.deciſ. 239. in contrarium adducta
ſed latius in deciſ. 560. firmat & quod
19 Afflict.dicit in † deciſ.265. num. 33. ſi-
quidem firmat quàndo alienatio fit in
æque idoneum,vel maiorem, ſed nulla
20 pœnitus comparatio † eſſe poteſt inter
Potentiſſimum,& Inuictiſſimum noſtrum
Regem Philippum III. & priuatos
homines, immò quod nullus Rex cum
noſtra Maieſtate comparari poſſit,& ſi cō
tra Afflict.nè dum adſunt tot iura,autho
ritates,& * communes opiniones iam di-
ctæ, ſed particularis * communis opinio
ad eãdem deciſ.num. 36.& ſeq.per Vrſill.
adducta,& pluribus iuribus, & authori-
tatibus comprobata, & cum non ſimus
in ſtatu Mediolani, vt idem Afflict.in
21 cap.2. quo temp. mil. in fin. dicit,quod †
dominus qui non eſt hæres promittentis
poteſt alienare vtile dominium, Terræ
promiſſę tenere vti demanialis,ergo Rex
22 † noſter qui bonę memoriæ paternæ Ma
ieſtatis eſt hæres, alienare non poteſt, &
firmat Vrſil.ibidem num.37.Prima enim
limitatio Duen.in d.ſua reg.215.per d.Ca
mill.Salern.add.adducta,nec obſtat,cum
ſi bene attendatur Dueni.n d.ſua 1.limit.
23 dicit procedere quando † vaſalli alie-
nantur de per ſe, & ſic cum eorum con-
ſenſu,ſi ſuperueniret aſſenſus domini va-
leret,non eſſet dubium; quia non inuitis
vaſallis,quod aliter fieri non poſſet: iux-
ta noſtram concluſionem, quam idem
Duen.in d.reg.215.ex innumeris iuribus
& authoritatibus firmat,& Iſern. in locis
in contrarium allegatis,non dicit,vaſallis
inuitis, ſed dicendo ſimpliciter intelligi-
gitur ipſis conſentientibus eos poſſe alie
nari, etiam ruſticis,alias eſſet ſibi contra-
rius in locis iam dictis,vbi firmat expreſ-
ſè vaſallos inuitos alienari non poſſe.

Circa ſecundam fallentiam, quod ex
24 † neceſſitate vaſalli cum vniuerſitate
alienantur inuiti fundatam ex Alexand.
in conſ.25.num.21.per cap.2.§.ex eadem
lege Corradi. Replicatur nec obſtare,
cum d.§.ex eadem lege cum gloſ. totum
contrarium determinet, & dum allegat
Iacob.de Aren.& Bald.in l.2.in princip.
ff.ſolut.matrim.Iacob.de Aren.ibi num.1
dicit ſi aliquis dominus vendat terram
alij conceſſam in feudum, vaſallus non
tenetur iurare fidelitatem, ſuper hoc di-
cas, ſi dominus vendit omnia feudalia
vaſallus tunc tranſit cum vniuerſitate
infra de acquir. rer.dom. l. quidam ſupra
de fund.dot.l.1. ſi vero tantum Terram
iſtius vaſalli, tunc ſerua iſtam legem, vt
ſi non fiat deterior vaſalli conditio, com
pellatur, alias non pro hoc in vſib. feud.
cap. 1.§.ex eadem lege Corrad.& de pro-
hib.feud.alien.per Feder. §. aliud. Ex his
25 videtur ſentire quando Dominus † trãſ-
fert totum Regnum, ibi omnia feudalia
vaſallus tunc tranſit cum iſta vniuerſi-
tate, ſed ſi vendatur terra iſtius vaſalli,
tunc ſerua iſtam legem quod ſi efficiatur
alterius conditionis non teneatur,& cum
vaſallus Regij demanij vendatur,clarum
eſt,quod conditione diminuitur,ergo Ia-
cob. de Aren.videtur concludere, quod
vaſalli vnius Terræ particularis non alie
nantur inuiti, maximè quod adhoc alle-
get d.§.ex ead. lege & cap. præterea Du-
catus,quæ in indiuiduo noſtram conclu-
ſionem comprobant, & idem concludit
Bald. in d. l. 2. ff. ſolut. matrim. num.6.
dum ibi loquitur in alienatione proprie-
tatis,omnium Regni Ciuitatum, Terra-
rum, Caſtrorum, & Feudorum reſidet
pœnes Regem, dum dicit, ſecus ſi per
viam vniuerſitatis, Nec minus dum ad
hoc allegat d.l.inuitus ff.de fideicommiſſ.
liber.l.omnes.§.ſi fures de vſufr.quẽ adm.
adm.& l.1.C.de nouat.per Cyn. vbi de-
26 legatio † inuito debitore fieri non poteſt
& ſic d. iura noſtram firmant concluſio-
nem, & ſi allegat Felyn. in d. cap.dilecti
de

Digitized by Google

*de maior.& obed. verſic. hominibus inuitis verſ.*4.intellige niſi Dominus ex cauſa neceſſitatis, & *Iſern.& Alexand.* niſi vaſalli per hoc deterioris conditionis ef
27 ficerentur,Quis † negare poteſt quod ſi vaſallus Regius vendatur Baroni, deterioris conditionis efficiatur? ergo ipſimet etiam in caſu propoſito concludunt vaſallos inuitos alienari non poſſe, & ex iam dictis tertia fallentia C*amilli*
28 *Salerni*,quæ eſt,conſuetudine † vendendi vaſallos inuitos, reſoluta remanet, etiam quia talis conſuetudo ſi adeſſet, erronea eſſet,vt ſupra fundatum eſt, vnde reiectis contrarijs noſtra concluſio firma remanet,& comprobatur efficaci
29 ratione, quia ius † domini, & vaſalli à pari procedunt *d.cap.*1.§.*ex eadem lege, de l.Corrad.vbi Aluarot.adducit text. in d.cap.*1.*in fin.not Bald.conſ.*188. *dicitur quod opus eſt.*2.*poſt med.verſic. & ad* Do*minum pertinere lib.*2. vbi quod ad Prin
30 cipem † pertinet conſulere non ſolum ſibi,ſed etiam ſubditis,quia connexus eſt ſtatus eorum *Afflict. deciſio.* 24. *colum.* 4.hoc ampliat etiam reſpectu rerum in
31 quibus tenetur Dominus † vaſallo auxilium præſtare *Brun. conſ.* 109. *colum.*3.
32 ideò ſicut vaſallus, † & ſubditus non poteſt feudum alienare,nec ſe ipſum in alium transferre in præludicium domini ſine eius conſenſu, *Innoc.in cap.olim il* 2. *de reſtit.ſpol.Abb.in cap. cum dilectus de relig.dom.cum ſimil. notat.per Socc. conſ.* 39.*colum.*2.*lib.* 3. vbi etiam quod vna
33 Ciuitas † non poteſt ſe alteri domino ſubijcere ſine conſenſu domini, niſi eſſet deſtituta omni auxilio ſui domini, de quo etiam per *Bald.in cap.*1.*colum.*4. *de Iud.in* 2.*lect.Brun.conſ.*86. *colum.*1. Im
34 mò † domino competit actio ad vendicandum ſubditum, ſi alteri ſe ſubijciat, aut obedientiam domino recuſet.*Ioann. Fab.in* §.*præiudicialis colum.*8. *inſtit. de actio. Abb.in cap.inter quatuor colum.fin. de maior.& obed.& in cap.auditis colum.* 5. *de præſcript.* eodem modo non debet
35 † Princeps vaſallos,aut ſubditos inuitos in alium transferre cum à pari procedant & ſi inuitos alienat,contractus eſt nullus, & habetur pro non facto, dicit *text. in c.*2.*quo tempor.mil. & ibi Scrib.*maximè quando ſubditi per talem alienationem deterioris conditionis fierent, ad exemplum ſi alienarentur in minorem dominum,vt etiam in *d.cap. dilecti de maior. & obed.tenent Innoc.Hoſtienſ. Ioan. An-*
36 *dr.& alij.*Immò † alienans ſubditos inuitos priuari debet eorum proprietate, vt eſt * communis concluſio,quam tenet *Aluarot.* & * communiter Moderni in *d.*
37 *cap.*2.*quo temp. mil.* quia in modo † priuationis dominus, & vaſallus ad paria iudicantur,vt eſt *tex.in cap.* 1. *in fin. de form.fidel. & in cap.* 1. *qual. dom. propr. priu.refert,& comprobat.Curt.d.conſ.*174 *num.*4.*verſic.Immò dominus*, ergo Dominum, vaſallos inuitos vendere non poſſe, reiectis etiam contrarijs, concluſum remanet.

Quoad ſecundam concluſionem,ſi vaſalli venditi poſſint ſe redimere; dico,
38 quod ſi † *Regens Camillus de Curte in ſuo diuerſorio feud. part.* 1.*num.*39.54. 65.*& ſeq.fol.*8. *Conſ.Ioan. Andr.de Georgio in alleg.*7.*num.* 1.*& nouiſſimè Regens Ioan.Franciſcus de Ponte in tract. de Poteſtat.Proreg.in titul.de diuerſ.prouiſ.*§.1 *num.*8 *fol.* 476. *& ſeq.* firment,vaſallos venditos ad Regium Demanium admitti nulla lege caueri, ſed ex vſu Tribunalium, inueterataque conſuetudine introductum eſſe, de hoc valde minor in tantis viris,cum nè dum hoc ſit de iure Regni cautum, ſed etiam de iure communi.
39 Primò, enim habemus † legem Regni quæ eſt *Pragmatica* 63. *in titul. de offic. proc.Cæſar.vbi legitur (Placet quod dehinc in antea, vniuerſitates Regni admittuntur ad petendum ſe admitti ad Regium demanium infra annum tantum à die capturæ poſſeſſionis*,quæ, & ſi arctat tempus petendi, tamen præcedentiam,& potentiam præſupponit,& expreſsè mandat in futurum,& dum talis Regia ſãctio fuit prolata de anno 1588.& domini ſcriptores prædicti deindè ſcripſerunt, talem legem Regni allegare debebant, & non dicere nulla lege caueri vniuerſitates ad

Re-

Digitized by Google

Regium demaniũ,ſed ex conſuetudine
tantum admicti.
40 Secundò, † duo aperta iura per *Præ-*
*ſid de Francb. notata in deciſio. 17. num.*
*3. & ſunt text. in l. 2. ff. ſi lib. ingen. eſſ. di.*
*ibi (ſed interdum ita contendendum permi*
*ſit, ſi pretium rediddiſſet.) & in l. 2. C. de*
*patr. qui fil. diſtrax. ibi ad ingenuitatem*
*propriam redire) & ex §. nec Dominus,*
*inſtit. de noxal. Ioan. Fab. hoc expreſsè fir-*
*mat, quem ſequuntur omnes.*
41 Tertiò, adduco † *text. in cap. 1. §. ex*
*eadẽ lege de leg. Corrad.* à nemine ad hoc
tactum, vbi legitur, *Dominus ſine volun-*
*tate vaſalli feudum alienare non poteſt*
42 Quartò, † *in cap. 1. §. præterea ducatus*
*de probib. ſeud. alien. per Feder. vbi legitur*
*Nec dominus feudum ſine voluntate va-*
*ſalli ad alium transferre*; Hæc enim duo
iura dum dicunt quod Dominus feudum
ſine vaſalli voluntate non vendat, nec in
alium transferat, quid aliud determinant
niſi quod vaſalli redimere ſe poſſint ſi
volunt.
43 Quintò, adduco † *tex. in l. cum & poſt*
*liminij ius. C. de poſtlim. reuerſ. ibi Qui ca*
*ptos ab hoſtibus redimerint, accepto pretio*
*redemptos ſuæ ingenuitati reſtituant.*
44 Sexto, † *text. in l. ſeruum in princip. ff.*
*de acquir. hæred. vbi legitur (vt priſtino*
*domino extimationem omnimodo offerat,*
*vel maneat ei obligatus donec pretium*
*ſoluat, quod libertatis fauore introductum*
*eſt.)*
45 Septimò, † *in l. domino à familia ff. ad*
*ſenat. conſult. Maced. legitur (fauore liber*
*tatis liber quidem fieri debet, pretij autem*
*partem ſibi contingentem, ſocium conſequi*
*oportet)* Quæ iura cum loquantur fauore
libertatis, & nè quis ſeruus efficiatur, ſol-
uendo pretium redimitur, & in caſu va-
ſallorum Regij Demanij, vel vt ad Re-
gium demanium reducantur clarè pro-
46 cedunt, & loquuntur, quia † vaſalli (in
Regno) Baronum quodammodo ſunt in
ſeruitute redacti, & libertis quandoque
æquiparantur, *gloſ. in cap. 1. de milit. va-*
*ſall. qui contum. Iſern. in cap. 1. quib. mod.*
*feud. amitt. & in multis ſimilibus*, ad eo
quod multis oneribus obligantur Baro-
nibus, vt *Frecc. integrum tract. edidit de*
*authoritate Baronis contra eius vaſallos*,
47 & dum ſunt ſub † Barone tot aſtringun-
tur moleſtijs, grauaminibus, & ſeruituti-
bus, quod verè in ſeruitute eſſe dici poſ-
ſunt, firmat *Regens Camill. de Curt. vbi*
48 *ſupra num. 42. fol. 8. ater.* & è contra †
vaſalli demaniales dicũtur liberi, & ſum-
ma eſt libertas ſub Rege viuere, dicit
*text. in Conſtit. Regni*, perſonas, & *in*
*authen. de hæred. & falc. ibi aliquam re-*
*cipientes libertatem*, quod meritò omnes
49 † liberi cenſentur, qui nullo medio ad
imperialem celſitudinem, & Regiam Ma
ieſtatem pertinent, & cum alijs latè con-
geſtis per *Neuizz. d. conſ. 12. nu. 95.* quod
50 communiter ad hoc allegatur. † No-
men quippe Regium, ad dignitatem,
51 honoriſque poteſtatem pertinet; † No-
men vero domini potius ad tyrannidem
vt colligitur *95. diſtin. cap. eſtò, poſt prin*
*cip. & 94. diſtint. cap. vltim.* vocãtur e-
52 nim tales † domini ſicut Nembrot, Ro-
buſti venatores, ideſt oppreſſores, & extin
53 ctores hominum *6. diſtin. in fin.* vnde †
Auguſtus abhorrens nominari dominum
fecit edictũ nè Dominus vocaretur *Ora.*
54 *6. ad Auguſt. prope fin.* † Rex enim ſibi
ſubditos vocat amicos, *l. diui ff. de iur. pa*
55 *tron.* & vaſalli; † ſeù homines Domino-
rum ab ipſa lege quaſi ſerui habentur *l.*
*Nec diutius in fin. de agric. & cenſit. l. 2.*
*in quib. cauſ. col. lib. 11. Luc. de Pen. in d. l.*
56 *vnic. C. de capit. ciu. cenſ. exim.* vnde ſi †
vaſalli vendantur prælatio omnino eis
datur, ſaltim fauore priſtinæ libertatis
quando Regis fuerant, vel alterius, vt be
ne hoc conſiderauit, & determinauit *tex.*
*in d. §. Dominus inſtit. de Noxal.* & ea-
57 dem prælatio † datur ſemper quod quis
de vno in alium transfertur, quod ibi
*Ioan. Fab.* ad hanc materiam tradit cum
concordantijs late congeſtis per *Neuizz.*
58 *d. conſ. 12.* & nè dum † ratione conſer-
uandæ libertatis, ad demanium terras
admicti debere, ſed etiam Baronum op-
preſſiones euitandas, & ſic publicè vtili-
tatis, adduxit *Iſer. in d. §. præterea Duca*
*tus verſic. Nec Dominus in 1. & 2. q.* An
liceat Regi vaſallos inuitos alienare, vbi

Dd inter

Digitized by Google

59 inter alia dicit, quod † Honorius Papa
poſt rebellionem Siciliæ, ſuadendo vo-
luit, Regem Siciliæ abſtinere ab aliena-
tione demaniorum, vt grauamina ſub-
ditorum euitaret; Nam intereſt eccleſiæ
60 † proprietatis dominæ, ius proprietatis
fauere, vt afflicti ſubditi à grauaminibus
releuentur, & non prorumpant, & finali-
61 ter concludit, quod ſemper intereſt † va
ſalli, vt ſeruetur æqualitas, & poteſt va-
62 ſallus † dicere ego nolo eſſe vaſallus al-
terius quam Regis, intereſt enim mea
non addici ſeruituti, quæ præter alia di-
63 cta per *Frecc. & alios vbi ſupra* erit vt †
præſtentur ſubuentiones iuxta *Conſtit. Re
gni quam plurimum*, quas *Iſern.* appellat
collectas, *vt ibi latius per eum*, ex cuius
dictis colligitur debere conſiderari An
intereſt vaſalli, vt ius quod eſt pœnes Re
gem in alium transferatur; & latius ean-
dem quæſtionem proſequutus fuit poſt
*Iſern. Luc. de Penn. in d. l. vni. C. de cap.
ean. conſ. exim.* vbi inter alia ad propoſi-
64 tum dicit, † in vaſallorum alienatione
debere eos audiri, nè eorum conditio de-
terior conſtituatur. Nam dum fiunt va-
65 ſalli alterius, vltra iam dicta tenentur †
illi Reuerentiæ munus impendere, quæ
eſt honor exhibitus cum pauore. Item nè
commutet dominus, ſi in ſeruis hoc con-
ſtitutum eſt, multo fortius intereſt libero-
rum hominum à Regia protectione non
exire qui non eſt dominus ſed Rex, & vt
noſter potentiſſimus, & iuſtiſſimus, &
66 Principes iuſti † libertatis ſunt amato-
res in *authen. conſtitutio quæ ex aſcript.
& li. mol. in princip.* & nihil alicui gra-
tius libertatis præſtari poteſt *l. Paulus §.*
67 *1. ff. de fideicommiſſ.* nihil † autem odio-
ſius, & durius ſeruitute, quæ morti com-
paratur *l. quod actiones ff. de reg. iur.* & ex
68 tremum † malorum omnium, non ſolum
bello, ſed etiã, morte etiam repellendum
69 *Tull. ad Philipp. 2.* vndè paria † ſunt quẽ
non eſſe in rerum natura; vel eſſe, & non
eſſe liberum, vt colligitur in *l. qui mor-*
70 *tui ff. de verb. ſig.* Quinimmò, † melior eſt
mors, quam vita in amaritudinem ſer-
uitutis ducta, iuxta illud *eccleſiaſtic. cap.
30.* melior eſt mors quam vita amara, &
71 ideo † libertatem nemo bonus, niſi cum
anima amittat, dicit *Saluſt. in catalin. &
Iſern. in d. verſic. nec dominus q. 2.* eſt e-
72 nim ſeruitus, † quædam mortis imma-
73 go ſecundum *Poll. lib. 7. cap. 17.* libertas †
verò, eſt lumen vitæ noſtræ, & ideò pro
ipſa libertate, & non contra iudicari de-
bet *l. inter pares ff. de re iud. cap. vltim.*
74 *extra eod.* ad hanc † Chriſtianos reſtitue
re debemus, quos Chriſtus Dominus no-
ſter ſanguine ſuo redemit, *cap. cum redem
ptor 12. q. 2.* non enim de libertate eos aſ
ficere ſecuritate, facit *l. 1. & 2. C. ne quis
lib. inu. act. reipub.* vnde ex prædictis ne-
dum veram iuris concluſionem habe-
mus, ſed obſeruantiam in dies decretam,
vaſallos venditos, ad Regium demanium
admitti, & conſeruari, ſi vires ſubſtinen-
75 di habent, prout in eadem Terra † Mo-
læ fuit iudicatum ab anno 1583. & ad
demanium ſoluto pretio admiſſa, Quo
tempore ducatos octuaginta mille
decurſis creditoribus debebat, quibus in
diuerſos temporibus ſoluit tot capitalia
cum tertijs, quod hodie non eſt debitrix
niſi in ducat. vigintiſeptem mille capita-
lis, & debet exigere à diuerſis perſonis,
pluſquam ducatos quindecim mille,
adeo quod ſine onere dici poteſt, & ſi ab
eo tempore quo plura, & maiora debita
habebat, ad demanium fuit admiſſa, &
hucuſque quieta permanſit, quomodo,
quonè iure hodie de eius venditione
cogitari poſſit, & libertate *priuari*, in qua
per tot annos ſub Regio demanio, & fi-
delitate ſe conſeruauit, non video.

De tertia concluſione ſi terra vendita
76 † redimendi ius competat vaſallis vti
vniuerſis, an vt ſingulis diximus *ſupra
num. 8. & ſeq. in primo conſilio* eiuſdem
cauſę vbi bene fundauimus, hoc redimẽdi
ius, nõ dũ ad vniuerſos, vt vniuerſos, ſed
ſingulos, vt ſingulos, & ẽt ad vnũ vaſallũ
ſpectare; ſed hic non omittã dicere, quod
77 etiam Regi † terram, ſiue feudum inter
ſubditos venditum, ratione directi domi-
nij auocare pro ſe poterit, & emptori præ
ferri, ſed Agnatus ipſi Domino præfer-
tur *cap. 1. §. porro in fin. titul. qual. olim
pot. feud. alien. vbi gloſ. Iacob. de Belloviſ.*
*Bald.*

Digitized by Google

*Bald. Mart. Laudenſ.* & *alij, Iſern. Iacob. de Belloviſ.* & *Bald.* qui hanc opinionem dicunt æquam idem *Mart. Laudenſ.* & *Card. Alexandr. in cap. 1. titul. de ſucceſſ. feud. Ioannes Fab. in §. 1. inſtit. de empt. & vend. lit. Aluar. idem Mart. Laudenſ. in cap. 1. §. vltimo colum. vltim. & ibi etiam Card. Alexand. colum. antepenult. & in cap. Titius colum. penultim. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter Dominum, & Agn. Maſuer. de retract. §. item ſciendum eſt*, & *iterum titul. de locat. §. item proximior. Iacob. de Santo Georg. in ſuo tract. feud. verſic. qui quidem inueſtiri præſtiterunt iuramentum colum.* 18. *verſic. quæro nunquid*, & innumeras conſuetudines *de hoc affert Tiraquell. de retract. lignag. §. 21. gloſ. vnic. nu.* 2. & mihi perſuadeo per ra-
78 tionem, † quia dum agnati ſunt de deſcendentibus primi inueſtiti, & Dominus omnibus Agnatis iam conceſſerat, ſi præferretur, veniret contra ſuam, vel ſui
79 prædeceſſoris conceſſionem, inſuper † Dominus vel Agnatus venire debet infra annum *d. §. porro qual. olim. feud. alien. pot. vbi gloſ.* & *Doctor. ex quo Bald. ibi in verſic. ex annali ſilentio* notat quod
80 † Annale ſilentium habet vim repudiationis, vt ex alijs *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 5. fol. mihi 174.* & *ſeq. & num.* 8. vbi ratio quare Agnatus
81 † elapſo anno à retractu excludatur eſt, quia intra annum eſt expedienda inueſtitura, ſiue aſſenſus, & ſic elapſo anno non retrahit.

Veniendo ad quartam quæſtionem, Regium priuilegium factum Regiæ Terræ Molæ, vel alijs quæ pretio ſe redimerunt, de ſemper in demanio tenere, & conſeruare, nulloque vnquam futuro tempore ex quauis cauſa alienare, nec filio ſecundogenito, nec in dotem dare, an Rex reuocare poſſit:

Et ſi prima facie, ex quo Regia demania ſine Regio aſſenſu fieri non poſſunt,
82 & eo modo quod aliquid ligatum eſt diſſolui poteſt iuxta regulam *l. nil tam naturale ff. de reg. iur.* videtur dicendum quod Princeps Priuilegia à ſe conceſſa reuocare poſſit eiſdemque quibus conceſſit derogare per *text. in l. qui fundos vbi Scrib. C. de omn. agro deſert. lib. 11. Bald. in l. qui ſe patris C. vnde lib. Alex. conſ. 2. num. 59. lib. 1. Couarr. var. reſolut. c. 6. nu. 1. lib. 3.* Tamen hoc ex pluribus non ſubſtinetur.

83 Primò, quia de iure verum eſt, † priuilegia Ciuitatibus, locisque habitantibus conceſſa eſſe perpetua, & debent illis perpetuò firma manere ad *text. in l. vectigalia C. de vectig. & comiſſ. ibi* (*Nullam debere ſuper his ſupplicantium moleſtiam formidari*, & priuilegium ſemper durat, quia ea, quæ perpetuo conceduntur, ſemper, & continuè durant dicit etiam *tex. in cap. quæ ad perpetuam 26. q. 1.* (*Quod ea quæ ad perpetuam generaliter*
84 *ordinata ſunt vtilitatem*, † *nulla cõmutatione debent variari*) *c. perpetuo de elect. in 6. cum ſimil. gloſ. in cap. quæ ad perpetuam dicit.* (*ea quæ ſic ad communem, vel perpetuam vtilitatem ordinatà ſunt non poteſt Papa, vel alius Princeps immutare firmat Bald. in cap. 1. de feud. ſin. cul. non amiſſ. ante num. 1.* & *in cap. 1. de nat. feud. in princip. Iſern. in cap. ſimiliter circa princi. 6. colum. de Cap. qui Cur. vend.* & *in Conſtit. Regni ea quæ in text. quod nullus prælatus Alexandr. conſil. 3. num. 6. lib. 5. Gulielm. de Pern. conſil. 16. nu. 1.*

85 Secundò, quia Principi † non decet contra ſuum Priuilegium, & verba venire & reuocare dixit *Ioann. Andr. in cap. quam dilectio de conſanguin. & affin. in nouell. quem ſequitur Bald. in cap. 1. §. notandum num. 2. de his qui feud. dar. poſſ. Ioann. Campeg. conſ. 2. num. 26. Ioan. Iacob. Leon. conſ. 114. num. 125. reg. decet. de reg. iur. in 6.* ex quo plene deducitur, ciuili modo loquendo, id Principem facere
86 non poſſe: cum nemo dicatur † poſſe, niſi decenter, & honeſtè poſſit *l. nepos Proculo cum ſimilibus ff. de verb. ſig.* Et dicta *Lex qui fundos* non obſtat, quia loquitur in conceſſione in emphiteuſim, ibi (*qui fundos patrimoniales iure priuato canone ſaluo, ſuſceperit*) *vbi gloſ in d. verbo iure*
87 *priuato*, & Princeps † contractum illum modificare non poteſt, nec conditionibus nouis; ſed ea tantum conditione, quæ



Digitized by Google

è principio inerat; Quod nè dum Princeps, ſed nec quælibet priuata perſona facere poſſet, ſicque illum text. intellexerunt *Iſern. in cap. 1. §. fin. verſic. lex qui fundos de Cap. qui Cur. vend. Loffred. conſ. 68. Anton. Gabr. commun. opinio. lib. 3. concluſ. 5. num. 41.* & ibi Principem modificaſſe illum contractum ex cauſa, nè ſcilicet vnus fundis fertilibus fruatur, & alter ſterilibus, ex qua iuſta cauſa Princeps conceſſiones à ſe factas non omnino reuocare, ſed illas ad legem æqualitatis, & iuſtitiæ reducere, & ſic *d. legē qui fundos intelligit Bald. in l. nuptæ in princip. de Senat.* prout noſtram cōcluſionem quod Princeps ſuum Priuilegium reuocare non poſſit, reiectis contrarijs ex alijs multis rationibus firmat *Molin. de Primog. hiſpan. lib. 4. c. 3. num. 15. & pluribus ſeq. fol. 142. & ſeq.*

88 Tertiò, Princeps † nè dum contra ſuum Priuilegium venire non poteſt, ſed nec contra ſuum verbum, quia eius verbum firmiſſimum eſſe debet *Iaſ. conſ. 1. num. 1. lib. 2. Caſſan. conſ. 64. num. 24.* vnde *Bald. in cap.* S. *Crucis num. 7. in fine de reſcrip. & And. ab Exea. de pact. num.*

89 455. dicit, quod in † lingua Principis extat gratia, in ſcriptura teſtimonium, & in exequutione commoditas, & *idem Bald.*

90 *in conſ. 327. Pridie lib 3.* dicit † quod Princeps id quod concedit reuocare non de-

91 bet, & ſubdit quod † veritas, & vacillatio eſt legibus inimica, & doli mali matertera, vndè maxime Principibus conuenit illud verbum, ſemel loquutus eſt

92 Deus, quod ſcripſi ſcripſi, & Princeps debet habere vnum calamum, vnam linguam, & non plures, quia ſcriptum eſt, quæ proceſſerunt de labijs meis non fa-

93 ciam irrita, & † Princeps debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in cælo, & eleganter dixit *idem Bald. in conſ. 179. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 142. nu. 8. conſ. 170. num. 41. & ſeq. Gramm. conſ. 6. num. 5. Alber. Brun. inter conſ. feud. 117 num. 92. & ſeq. Dec. conſ. 292. num. 9. conſ. 578. num. 19. conſ. 689. num. 19. & in l. nemo poteſt mutare num. 5.* vbi *Cagn. in fin. ff. de reg. iur. Marſil. ſing. 161. Roland. à Vall. conſ. 2. num. 153. lib. 1. Ioan. Iacob. Leon. conſ. 117. inter conſ. feud. Brun. num. 92. Boſſ. in titul. de Princ. nu. 9. 19. & ſeq. Andr. ab Exea vbi ſupra num. 455.* & de varietate in Principe vitanda, & de fide ab eo obſeruanda, plura ponit *Luc. de Pen. in l. prædia C. de locat. præd. Ciui. lib. 11. in 18. argumento part. negatiuæ faciunt tradita per Hieronym. Magon. in tract. de ſecurit. & Salu. conduc. 2. part. 2. pag.* vbi dicit quod licet

94 † fides non ſit ſeruanda delinquentibus, id tamen non procedit in Principe, cuius honori, & dignitati multum conuenit, vt eius ſaluus conductus ſeruetur: cum non deceat aliquam ſub fide Principis decipi *l. 1. C. de his qui ven. æt. impetr. Hipol. Rimin. conſ. 13. num. 21. & ſeq. fol. 58. lib. 1.* & ſic ex his patet Principem, contra ſua Priuilegia, & verba venire non poſſe, nec ei conuenire, vt ex ſuperius dictis fundatum extat.

Quartò, quia in demanio dictæ Regiæ Terræ Molæ quæſito Regius interuenit

95 † aſſenſus, & priuilegium amplum, & ex eis ius, & dominium vtile prouentuum, & aliorum iurium ipſi vniuerſitati quæſitum fuit, vt in indiuiduo determinat *Bald. in d. l. qui ſe patris*, vbi, & ſi dicit

96 † Principem poſſe ſuum priuilegium mere gratuitum etiam abſque cauſa reuocare; limitat niſi iam dominium directum, vel vtile ex Principis conceſſione tranſlatum fuerit, quod ſequitur *Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum de conſtit. num. 51.* vbi inquit, quod quæſita mediante Principe, non reuocantur ab eo, idem dixit *Alexand. conſ. 3. num. 6. lib. 5. Anto. Gabr. qui plura refert lib. 3. commun. opin. titul. de non tollendo iure quæſito concluſ. 7. num. 3. & 5. ad hæc faciunt quæ dicit Paul. de Caſtr. in ſuo conſ. 164. num.*

97 *16. lib. 3.* vbi reſoluit † Principem non poſſe reuocare donationem à ſe factam alicui iure primogenituræ in præiudiciū illorum quibus ex ipſa donatione ius quæſitum fuerat, ſequitur *Dec. conſ. 468. num. 28. conſ. 498. num. 19. Soccin. Iun. conſ. 108. num. 3. lib. 1. Burg. de Paz in prohem. ll. Taur. num. 331. Molin. de primog.*

Digitized by Google

*mog.hiſpan.lib.4.c.3.nu.15.20.& ſeq.ex multis firmat.*

Quintò, Priuilegium Regij demanij
98 dictæ Terræ Molæ nè dum eſt † fauorabile ipſi Terræ, ſed reſpectu Regis huius Regni, cum reunire feuda ad coronam, ſeu ad demanium Regium fauor ſit ipſi coronæ, & Regno quod de facili
99 fit, quod flumina de facili redeunt ad mare vnde progrediuntur ſecundum *Innoc.in cap.inter dilectos de exceſſ. prælat. Bald.in cap.* 1 *de feud. Marcb.* Hinc *gloſ. Conſtit. Regn. conſuet. de præſcript.* dicit
100 quod, daretur † feudo dominanti loquenti facultas petendi membra, & partes ſui corporis, reintegrari, & congratularetur reunione facta ex ipſis *Luc. de Pen.in l.originarios C.de agric. & cenſit. & Bald. in cap.* 1. §. 1. *de feud. Marcb.*
101 dicit quod quando † feudum reuertitur ad dominum cenſetur fertilior annus & non noua acquiſitio, eo maxime, quia dictã terrã in Regio demanio eſſe ipſi Regie, & Regno eſt fauorabile, nam terra
102 † ipſa Molæ poſita eſt in mari Adriatico in fronteſpitio Venetorum, mare circumdata, de natura ſui ſitus fortiſſima quia per circa duo miliaria mare habet à claſſibus innauigabile, & ſic omnium aliarum Ciuitatum, & Terrarum in d.mari tutiſſima, omnique fructu, & maximè oleo fertiliſſima, & ipſius Regis intere-
103 rat, & † intereſt illam in ſuo demanio habere, Immò, & ſi non haberet cogere quoſcunque tenentes etiam eccleſias ad ſibi dimictendam, per ea quæ dicunt *Imol.Panorm.& alij in cap.* 1. *per illum text.de rer. permut. Doctor.in l.*3. *ad l.Iul. Maieſt.& in l.*1.*de aquęduct. C. lib.*10.*Petr. Rebuff.conſ.*147.*fol.*254. *& ſeq.* & dum de demanio Regio erat, permictendum non erat, vt venderetur.

Sextò, Reunio per homines dictæ Terræ facta ad Regium demanium, & obſe-
104 quium non facit quod priuilegium † eis conceſſum ſit purum, & ſimplex, quia non omnino gratuitum, ſed ex ſupplicatione hominum ipſius terræ volentium ſe redimere à venditione eorum facta ab antecedente Barone alteri, & eſſe demanij, & ex decreto ad relationem Regiæ Camaræ Summariæ facto coram Domino Prorege eſſecta de demanio ſoluto pretio, expeditoque eis Regio Priuilegio, in quo promictitur inalienatio ipſius Terræ, nec ſecundo genito filio, nec pro dote, nec ex alia quauis vrgentiſſima, & neceſſaria cauſa, nec pro bono publico per Regem dari, ſed ſemper, & in perpetuum, in Regio demanio teneri, cum alijs ampliſſimis clauſulis, ex tali petitione ipſius Terræ, & reſponſione Principis ſequuta, initus fuit quidam contractus, per quem ſupplicantes tenentur obedire Regi, & in ſuo demanio permanere, & Rex tenetur illos non alienare ſed in ſuo demanio conſeruare, vt in terminis declarat *Alexand.in conſ.*101. *colum.*1.*verſic.ſed dictum Priuilegium lib.* 1.*conſ.*216.*colum.*3.*verſic.*6.*lib.*6. & præcedente ſupplicatione, ſequutã reſponſione, & priuilegio, ipſum priuilegium tranſiuiſſe in contractum, nulli dubium eſſe debet, ſecundum *Bart.in l.omnes populi.*3.*q.princ. quem* * communiter DD. ibi ſequuntur, dum dicit quod ſi conce-
105 datur priuilegium † immunitatis venientibus ad habitandum, ſtatim quod quis venit reſpectu ipſius, tale priuilegium tranſit in contractum innominatum, do, vt facias, quia eo caſu ex vtraque parte perfectus, & irreuocabilis efficitur; à fortiori igitur priuilegium præcedente ſupplicatione hominibus Terræ Molæ conceſſum, vel alteri cuicumque & de Regio demanio effectis, & ad Regem redierunt, tranſiuit in perfectum contractum, do, vt facias, & conſequenter irreuocabilem, quod manifeſtiſſimè
106 probant illa verba, in fine priuilegij; † habentes promiſſionem ratam, firmam & contra non venire, & omnia firmiter, tenere, & obſeruare promictimus dictæ Vniuerſitati, & hominibus &c. Item tale
107 † priuilegium fuit conceſſum ipſi Vniuerſitati, & hominibus, propter grata, grandia, & accepta ſeruitia, ex quo ſimiliter irreuocabille eſt, vt pulchrè *Afflict. ex multis in Conſtit. Regni, ea quæ ad decus, ſub rub.quod nullus priuatus colu.*

Dd 3 2.lib.

Digitized by Google

2.*lib.* 1. vbi dicit ſemper quod Rex aliquid concedit propter grata, & accepta ſeruitia vigore contractus, ad ipſius obſeruantiam ſemper eſt obligatus,& eſt * communis opinio à qua non eſt recedendum ibique multa benè ad propoſitum adducit, ſequitur, & refert *Ioann.Iacob. Leon.inter conſ.feudalia Bruni conſ.*114. *num.*257.*& ſeq.plura Rom.conſ.*435. *in præſenti colu.*4.maximè ꝙ prætextu talis
108 priuilegij †Rex lucratus fuit iuriſdictionem dictæ terræ,ſeruitia feudalia præcedenti Baroni debita,& alia obſequia, & ſeruitutes, quæ habent perpetuam commenſurationem cum promiſſione de ſemper in demanio tenendo, & ſic reuocare non poteſt, quia dolum commicterent,*l. dolum ff.de dolo, & l.cum mihi ſeruũ* quę opinio eſt ipſa veritas, quia eo caſu priuilegium tranſit in contractum,& efficitur irreuocabile, etiam ſecundum *Innoc. in cap.nouit de iudic.in cap.in noſtra de iur. iuran. & Petr. Bellug. in Specul. Princ.rubr.*9.*ſupra num.*30.*& rubr.*11. *num.* 15.
109 Septimò, tale priuilegium † cum in contractu tranſierit, nullatenus nec à Regis ſucceſſoribus reuocari poteſt iuxta *text. in l.item eorum* §. *quod ſi actor*, & §.*ex his ff.quod cuiusq; vniuerſ.Innoc.in d.cap.in noſtra de iur.iur.gloſ.& Bart.in l.quod ſemel ff.de decret. ab ordin. fac. & in l.omnes populi in* 4.*q.*3.*princ. de iuſtit. & iur.*dum vult,quod licet conceſſa alicui ſubdito per priuilegium, poſſint ex cauſa reuocari, ſecus tamen quando sũt conceſſa per contractum, vel quaſi, quia debet obſeruari nè dum per ipſummet principalẽ cõcedẽtem,ſed etiam per eius ſucceſſorẽ,quod ſequitur ibi *Baptiſta, de Sancto Seuerino Ioannes Monſer.& Tom. Parpal.* plures rationes,& deciſiones afferentes, quarum præcipua mihi videtur
110 illa, quæ dicit quod contractus † ſunt de iure gent.& ideò Princeps,& eius ſucceſſores ſeruare tenẽtur,*c.*1.*de nat.feud. cap.* 1. *de probat.* Nam licet Deus Principibus ſubiecerit leges, non tamen contractus, quia eſſet contra ius gentium, & contra illam naturalem iuſtitiam, quæ ex contractu oritur ſecundũ *Bar.Bal.& alios in l.digna vox*
111 *C. de leg.*& licet † Princeps ſit ſolutus legibus,nõ eſt ſolutus lege diuina,vel naturali,in qua ſunt actus ſui *Clement.* 1.*de offic.ordin.Det.conſ.*48. *vbi poſt Paul. de*
112 *Caſtr. in d. l. digna vox* dicit, quod † Princeps contractui ſuo contrauenire non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis *Soccin.conſ.*4.*lib.*3.*Det.conſ.* 101. *ſecundo dubio Igneus in repetit.l.donationes quas diuerſ. colum.* 3. *de donat.inter. virum,& vxor.Surgens in enchiridion militare conſ.*65.*ſon virid. lib.* 1. *Curt. conſ.* 177.*in fine Bart.conſ.*20.*pulchrè col.*5.*lib.*
113 2.dicit † quod inſolitum,& inauditũ eſt vt Principes contra conuentionem veniant,& non ſeruent pacta,nam & etiam maligni ſpiritus,qui ſunt mendaces, pactiones,quas cum hominibus habent ſeruant,vt dicit *Scot.in* 4.*ſenten.diſtinctione* 34.*ſequitur, & refert Dodus in ſua apolog.cart.*20.& exemplum vnius demonis ponit *Barbat. cap.* 1.*de probat.colum.* 11. *& ideo Ariſtot.* ſcribens Alexandro illo Magno, pacta illa ſerua, alias maius exitus tibi eueniet,refert *Curt. Sen. conſ.* 68. *Dominus Ioan. in princip. colum.* 2.
114 Nulla enim † iuſtitia maior eſt illa, quæ oritur ex pacto, & contractu *Bald. conſ.*36.*lib.* 3. & conſtitutio pacta ſeruabo proceſſit ab ore Dei, *vt in quinto prouerb. Fili qui ſpopondiſti inlaqueatus es ex verbo oris tui, referunt Moderni in tractatu de perfecto Clerico fol.*74. *par.*2. *Neuizz.d.conſ.*12.*num.*23.*& ſeq.ex alijs multis id firmat, & ideo Laureo in l. non amplius* §.*in fine ff.de leg.*1.probat quod
115 ſi ipſe † Deus poſſet nobiſcum contrahere, obligaretur ex contractu, pro quo facit 3.*Reg.cap.*8. *Dominus Deus Iſrael qui cuſtodit pactum*, & multo magis Princeps qui animal rationale, & mortale eſt, quem nulla lex, nullus ſenatus poteſt eum abdicare à lege naturali, vel dictamine rationis,aut legis æternæ, quo
116 fit vt in omnibus † Principum contractibus plus ſperare debet bona fides, quam in contractibus priuatorum,ſecundum *Bald. in titul. de pac. conſtant.* §.

quia

*quia vero Præpoſit.in cap.* 1. *de nat. feud. Iaſ.in* §.*actionum colum.* 1.*inſtit.de actioni.& in l.inſulam colum.* 10. *ff. de verb. oblig.& dicit Corn.in repet. l. ſi paſcenda C.de pact.* 2.*q.princip.*quod forus fori, & forus poli concordant in hoc, quod pacta ſeruentur, quia Deus hoc vult, cũ nõ
117 † ſeruans pacta frangat fidem, & mentiatur, quod eſt graue non ſolum apud ius ciuile, ſed apud Deum & *Xenofon.de laudibus Ageſilai car.* 9. dicit magna, & præclara res eſt cum alijs viris omnibus Imperatorem ligari, & contra ſuum contractum venire nõn poſſe, ex multis authoritatibus, & rationibus firmat *Neuiz. dicto conſ.* 12.*nu.* 23. *& pluribus ſequent. & in fine deciſum firmat* ; Multa ponit *Rebuff. in ſuo conſ. ſiue reſponſ.* 146. *Afflict. concordantes allegat in conſtit.ea quæ ad Decus not.* 1.*lib.* 1.*Ioan.Iacob. de Leon. d.conſ.*114.*num.*257.*& plur.ſeq. Hipol.*
118 *Rimin.d.conſ.*18.*num.* 111. Nec in † contractu conditionali pendente conditione, qui *num.*112.dicit quod altius pec
119 cat † Princeps frangendo fidem, quam inferior *Bald.conſ.*324.*examinanda ſunt colum.* 1. *lib.* 1. quod non dicitur bonus vir, qui promiſſa non ſeruat, Quin immò fidem fallere graue eſt grauibus, grauioribus grauius, grauiſſimis, & exemplaribus viris grauiſſimũ. Et quod magis expedit vulgo, quod à viris bonis naſcãtur quam bonæ rei ſubſtantia, à viris ignotis & *Bald.* appellat ſubſtantiam bonæ rei, quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris, ſcribit, & alibi *Bald.conſ.* 24. *ius abbatia-*
120 *lis lib.* 2. quod fides contractus † non ſeruari, eſt mẽtiri *l.dolus ff.mandati* abhominabile vero, & horrribile eſt, mendacium, & ſtellionatus in ore Principis, & congruum eſſet dicere omnes cõtractus Principum eſſe bonæ fidei, ſpeciali iure dignitatis ſuæ, & ad idem tradit *Bald. conſ.*275.*quod pro Regula colum.fin.lib.*2
121 ſicut Princeps † non eſt dominus elementorum, nec eſt dominus contractuũ, qui inceperunt à prædeceſſore, ſequitur *Crauett.conſ.*241. *nu.* 19. *& firmat idem Hipol. Rimin.conſ.*65.*num.* 32.*lib.*3.Principem à contractu ſuo, & ſui prædeceſſoris, vt in caſu noſtro dum Rex Philip-
122 pus † II. dictam terram ad demanium prò ſua vtilitate admiſit, adeo quod tranſiuit in contractum, Rex Philippus III. eius filius, & ſucceſſor reuocare non poteſt, vltra prædicta firmat *Regens Carolus Tappia in l.fin.cap.*11.2.*part. ff. de conſtit.Princip.num.* 1.*& ſeq.fol.*247. & ex his quarta noſtra concluſio abſque dubio expedita remanet.

Veniendo ad quintam, & vltimam concluſionem de terra demaniali, vel de demanio effecta ſi vendatur, pretium ad quẽ ſpectet, ad ipſũ locũ, & vniuerſitatẽ, aut ad Regẽ: in hoc diſtinguẽdum puto.
123 Primo ſi venditur locus † qui ſemper in demanio ſtetit, & nunquam pretio ſe redemit, & Rex vendit ob ſuam neceſſitatem tunc pretium ad ipſum Regem eiuſque Fiſcum ſpectat. Secundò ſi aliquis Baro Terram quam habet alteri vendit, & pretio ſoluto Terra ipſa ſe redemit, quia vniuerſitas effecta fuit Domina iuriſdictionis, & prouentuum, & aliorum iurium, & Regi data fuit incommendatio tantum, & adminiſtratio iuſtitiæ per officialem quolibet anno per eum, aut per Regem eligendũ, & cum prouiſione Vniuerſitatis pretium ad ipſam vniuerſitatẽ, eiuſque vtilitatem ſpectare debet, iuxta *text.in l.*2.*quib. ex cauſ.pro lib.prem.accip.ibi ( vti eorum domini pretium à Fiſco accipiant. ) & in l.venditor* §.*ſi conſtit.ff.com.præd.legitur ( non aliter hoc facient niſi prius ſolutum ſalarium, pro hoc Domino præſtet, eſtque gloſ.notabilis in l.ſi locus in verſic.præſtare debet ff. quemad. ſeruit. ammict.* per
124 quæ *iura*, & *gloſ.* † Principem pretium ſoluere teneri, etiam ſi res ob publicam vtilitatem accipiatur, vel detur, ſiue vendatur, voluerunt *Iſern.in cap.* 1.§.*ſimiliter num.*27.*de cap.qui cur.vend.Afflict. in probem.conſtit.q.*4.*num.*8. *& in deciſ.* 321.*num.*16. *Archid.in cap.per principalem* 9.*q.*3.*Bald.in l.fin.*§.*Titius ff. de pig. action.& in l.*2.*in fine* dicit, quod Princeps, qui priuat ex cauſa, aliquem dominio rei ſuæ quod hoc non poteſt facere gratis *Det.in reg.id quod noſtrum ff.de*

reg.

*reg.iur.num.* 3.*Angel.conſ.*139. *& ſit omnibus colum.* 3.*verſic.Nec obſtat.*§.*ſi conſtat,ex alijs firmat* Hippol. *Rimin. ſing.*
125 634. & etiam, ſi per † legem generalem, vel ob publicam vtilitatem Princeps de re alterius diſponat tenetur ad pretium, *Afflict.in d.deciſ.*321. *num.* 17. *ex alijs Iaſ.in l.Barbarius ff. de offic.prætor.num.* 36. *Felin. in cap.quæ in eccleſiarum colum.* 3.*de conſtit.* dicit, quod licet ex cauſa poſſit Princeps vni auferre rem ſuam,& dare alteri, tamen illud eſt verum,dummodo ſoluat pretium rei illi, cui aufert,ſic in hoc caſu ſi venditur Terra, quæ quando de demanio ſe effecit, Regium obtinuit priuilegium, de ſemper in demanio manutenere,& nulla ex cauſa alienari promictere,adeò quod priuilegium, & promiſſio tranſiuit in contractum,vt ſuperius plenè fundauimus,vniuerſitas per ſolutionem pretij redemptionis ſuæ,effecta fuit domina prouentuum, & aliorum iurium,ſi terra deinde vendatur,pretium ipſi vniuerſitati debetur, ex
126 ſupradictis,& illud quod dicitur † omnia ſunt Principis, intelligitur de fiſcalibus,vt ſubdit *Archid.vbi ſupra, qui allegat Odofred.in l. bene à Zenone;C.de quadriē.præſcrip.& ita intelligit l.item ſi verberatum, & l. Lutius ff. de euict. qui Archid.hoc idem tenet in.c.quamuis* 24.*q.*8 *contra Hoſt.in ſumm.de præſcript.verſic.*
127 *quæ exigantur,*vbi dicit quod omnia † ſunt Principis quoad protectionem maioris dominij,Immò ſolum, quoad iuriſdictionem generalem, & allegat *Specul. in titul.de ſer.*§.*quoniam verſic.*23. *quæritur,vbi idem tenet Abb.in cap.ſi diligenti num.*2.*de præſcript.* dicens, quod licet Imperator ſit dominus totius orbis, *l.deprecatio,ad l.Rod.de Iact.*Tamen id intelligitur, reſpectu iuriſdictionis, & protectionis,non autem ratione proprietatis,
128 † Domus enim mea,eſt mea ratione proprietatis, & ratione vniuerſalis iuriſ-
129 dictionis eſt Principis,ſed † iuriſdictio particularis Terræ effectæ de demanio per pretium ſolutum, ex propria pecunia eſt ipſius Terræ, licet exercitium ſit pœnes officiales eligendos per ProRegem,*Hipol.Rimin.conſ.*19. *num.* 72. *& ſeq.per multa firmat lib.*1.*Angel.Aret. licet non alleget Archid.in l.fin.colum.*2
130 *de appell.recip.*dicit quod illi † priuato debet refici extimatio rei ſuæ per *text. in d.l.venditor* §.*ſi conſtat idem Bald.& Angel.in d.l.item ſi verberatum* §.1.*qui Ang.clarè in conſ.*137.*incip. viſis omnibus actis, & informationibus colum.*3. *Abb. in recollectis ſuis in cap.omnes leges colum.*4.*diſtint.*1.*allegando gloſ.in d.l.ſi locus,& Bart.in d.*§.*Titius,facit gloſ.in cap.*1.§. *ad hæc verſic. non poteſt de paſt.*
131 *iur.firm.*quæ dicit,quod ſi vaſallus perdit feudum ſine culpa, ſed ex facto domini tenetur dominus de alio feudo ei prouidere:per quam *gloſ. ibi infert Bald. in* 7. *colum.* quod ſi Papa aufert beneficium vni ſine culpa, & cauſa, tenetur ei prouidere de alio ſimili beneficio,firmat Ioannes *de Terra Rub. in tract. contra Rebell.art.*10.*tertij tract.in add.*8.*concluſionis verſic. ad intereſſe fol.* 99. *Innoc.& Imol. in cap. niſi cum pridem de renunt. Ioan.Andr. in reg. quod ab hoc cauſam de reg.iur.in* 6.*in mercurialibus,ex alijs Iaſ. in l.quoties C.de reiuendic.num.*13.*& ibi addentes Bald. in d. l.* 2.*ff.quib. ex cauſ. pro libert. prem. accip.* dicit eleganter,
132 quod ſi Ciuitas † vult facere foſſatum per agrum alienum: debet ei ſoluere pre-
133 tium: & ſimiliter dicit,quod † ſi iudex propter delictum vnius conſocij deſtruat domum communem,tenetur ſocius innocenti ſocio ſoluere pretium partis ſuæ:allegat etiam *l.mulier in opus ſalinarum ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.&* quod notatur in *l.*1.*ff.de iuſt.& iur.& in l.*1.*C.de ſeru.lib.*12.& ſubdit,quod licet Princeps ex cauſa priuet aliquem dominio ſuo: non tamen gratis hoc faciet, per illum *text.*per quem concordat *gloſ.* prædicta licet dicat non ſeruari in *d. l. ſi locus* §. *fin.ff.quemad.ſeru.amict.& Bart. in d.l. fin.*§.*fin.ff.de pign.action.& in l.hactenus* §.1.*ff.de Aqua.pluu. arc.* quam declarationem ponit *etiam Ang. vbi ſupra* & clarius in *d.conſ.* 137. & ex his claram habemus concluſionem,quod Terra, quæ ſoluto pretio de demanio effecta,

erat

Digitized by Google

erat, pretium quo venditur ad ipſam Vniuerſitatem, & non Regem ſpectat, & ita concludendum mihi videtur die 13. Septembris 1612.

*Camillus de Laratha.*

### SVMMARIVM.

1 *Officialis propriè nemo dicitur niſi capta poſſeſſione, & quæ requirantur quando officium eſt cum adminiſtratione, & num. 2.*

3 *Dignitate inter pares, prior tempore data præfertur, niſi poſterior adminiſtrationem habeat.*

4 *Doctor præcedit licentiatum, qui prius licentiam ſe doctorandi habuit.*

5 *Epiſcopus conſecratus præcedit prius promotum.*

6 *Iudex ſiuè officialis præcedit non officialẽ promotum eodem die pluries deciſum num. ſeq.*

7 *Dignitate finita remanet effectus dignitatis, ſcilicet honor, & prælatio honoris.*

8 *Nominatus prius in dignitatibus præcedit.*

9 *Nominati in prima nominatione præferuntur nominatis in ſecunda, & numer. 11*

10 *Officium quando uacat in eo nominantur tres, vnus ex quibus eligitur.*

12 *Vltimi receptio non nocet primo nominato, & electo.*

13 *Dignitatum duplex eſt ordo ſcilicet temporis, & honoris.*

14 *Dignitatem prius obtinens præfertur ſecundo eandem dignitatem conſequenti, nu. 16. & 58*

15 *Prius qui habet eſſe, prius frui debet.*

17 *Reſcripti Principis in officijs tempus datæ attenditur, & ita deciſum, & num. 22 & 54.*

18 *Solutio gloſæ in c. eam te, verſ. datam extra de reſcript.*

19 *Conſiliarios creandi Prorex poteſtatem non habet, ſed Rex.*

20 *Conſiliarius vltimo creatus, vltimo recipiatur.*

21 *Rex dominium etiam ex ſua gratia alicui quæſitum tollere non valet.*

23 *Priuilegium ſiue codicillos prius habens præfertur primo promoto codicillos poſtea habenti.*

24 *Iuriſdictio ſolo verbo confertur.*

25 *Priuilegium, commiſſio ſiuè codicilli requirũtur non ad ſubſtantiam, ſed ad probationem collationis.*

26 *Priuilegium, & aliæ ſcripturæ Principis ſtatim ſortiuntur effectum.*

27 *Filius familias, per Patritiatus dignitatem illicò efficitur ſui iuris.*

28 *Poſſeſſio quando tranſit ſine apprehenſione, & nu. 29*

30 *Officij poſſeſſio acquiritur per veſtem conſularem.*

31 *Officij poſſeſſio continentis plura attributa, per vnicum poſſeſſionis actum acquiritur in totum, & n. 33*

32 *Poſſeſſio totius Eccleſiæ acquiritur per tactum Ianuæ.*

34 *Reputatus pro tale, ſicut reputatus pro Sacerdote, ſufficit ad legatum conſequendum.*

35 *Principis à facie honor, & dignitas acquiritur, & quem honorat Princeps nos honorare debemus, & n. 36.*

37 *Princeps ſolo verbo confert dignitates, & officia.*

38 *Poſſeſſio, & Dominium ſola Principis conceſſione transfertur.*

39 *Princeps quando dari mandat pro data habetur.*

40 *Gratia per verbum fiat ſtatim facta cenſetur.*

41 *Dignum à Principe iudicatum, non iudicare eſſet regalem ſenſum contemnere, & crimen ſacrilegij committere.*

42 *Negligens, qui non eſt non dicitur in culpa.*

43 *Impeditus loci diſtantia reſtituitur ex iuſtitia.*

44 *Abſenti, & ignoranti conceditur, non autem adimitur iuriſdictio.*

45 *Gratia in data anterior præcedentiam confert etiam contra prius exercentem ſed poſteriorem in gratia, & nu. 47.*

46 *Priuilegia, & aliæ Regiæ ordinationes ſi intra annum non exequutorientur, sũt nullius roboris, & momenti.*

48 Re-

48 Regentes præcedunt iuxta Anterioritatem temporis.
49 Lex ſed & milites §. quæſitum il 2. ff. de excuſat. tut. declaratur.
50 Paridis de Puteo, & aliorum dicta reijciuntur.
51 Officialis, qui non adminiſtrat, non dicitur officialis.
52 Verbum ademptio, ſignificat acquiſitionem.
53 Officia tria requirunt.
55 Marini Frecciæ dictum à Conſiliario Fabio de Ann. relatum, reijcitur, & ad intellectum l. 1. C. de conſul.
56 Dignitatem primo impetrans, per poſteriorem adminiſtrationem non videtur, nouam dignitatem adipiſci.
57 Dictio, &, iungit, & eſt repetitiua præcedentium in ſequentibus.
59 Papa, & Rex confirmando, non dicitur de nouo dare, ſed antiquam conceſſionē confirmare.
60 Præcedentia per ſubſequentem adminiſtrationem retrotrahitur, ad tempus electionis.
61 Finis habens neceſſariam conſequentiam à principio retrotrahitur ad principium.
62 Prior in tempore præfertur, niſi actus ſit in alio poſteriori tēpore, & Cōſiliarij Fabij de Anna dictum reijcitur, & nu. 65
63 Intellectus l. 2. C. vt dig. ord. ſeruet.
64 Priuilegij impetrati tempore per Conſiliarium, vel alium officialem cenſetur adminiſtratio conſequuta.
66 Adminiſtrare ceſſans, ſi redeat præfertur.
67 Doctor prius doctoratus præfertur prius licentiato.
68 Epiſcopus ante conſecrationem non dicitur Epiſcopus.
69 Epiſcopus ante conſecrationem non habet eccleſiam pleno iure quia tempore conſecrationis contra eum poteſt excipi.
70 Epiſcopus ante conſecrationem non poteſt clericum ordinare, Criſmare, & deponere, nec benedicere imagines, vel altaria conſecrare.
71 Officij receptio eſt duplex, iuris, & facti.
72 Receptio, & iuramentum in officio probat receptionem facti.
73 Receptio iuris in officium, receptionem facti præcedere debet, quæ receptio facti contra iuris receptionē nihil operatur.
74 Officiales quid iurant in officio obſeruare.
75 Officialis ſi ante iuramentum non habet adminiſtrationem, habebit eo præſtito.
76 Officiales non eſſe niſi præſtito iuramento Pragmatica, & iura non mandant.
77 Conſiliarius vltimo loco creatus, in vltimo loco recipi debet.
78 Petitorij merita in poſſeſſorio quando tractentur.
79 Poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat exceptio notorij dominij, quando conſtat ex actis, vt hic ex ampliſſimis verbis priuilegij, Idem in retinendæ n. 80.
81 Exceptio quæ obſtat in interdicto recuperandæ obſtat in interdicto retinendæ.
82 Principis in conciſtorio veritate ſola inſpecta proceditur, ibique poſſeſſorijs, omnibus exceptio dominij obſtat.
83 Iudex nè dum pars in foro conſcientia peccat ſi in poſſeſſorio dat rem quam ſcit poſtea reſtitui debere.

## Pro Regio Conſiliario Domino Ioa: Ruiz de Valdeuieſo contra Dominos Conſiliarios Cæſarem Frecciam, & Iacobum de Franchis.

### ARGVMENTVM.

*Præcedentia, an primo in poſſeſſione officij, & poſteriori in data priuilegij debeatur, vel e contra.*

### CONSILIVM LXXXVII.

IN articulo quis nam præcedere debeat D. Conſiliarius de Valdeuieſo, qui datam Priuilegij, & Togā habet anteriorem, & pro tali à noſtra Regia Maieſtate, ſuiſque Conſiliarijs DD. Regentibus, & miniſtris, prius recc:

Digitized by Google

receptus, an DD. Conſiliarij Cæſar Freccia, & Iacobus de Franchis, qui priuilegia habent poſteriora, exercitium vero anterius.

Et pro Dominis Freccia, & Franchis
1 facit, quia ſumus in officio, † annexam habente adminiſtrationem, vbi quis officialis non dicitur, niſi capta poſſeſſione, iuxta *text. in l. ſed & milites §. quæſitum il. 2. ff. de excuſ. tut. vbi Bald. & Doctor. & Pariſ. de Put. in tract. Sindic. verſic. in officijs, & tangit Præſid. de Franch. deciſ.*
2 *62. num.* 10. in officijs † tria requiri, electionem, acceptationem, & ingreſſum, & *Marin. Frecc. de ſubfeud. cap. quis dic. Dux. num.* 56. *ac Conſ. Fab. de Ann. conſ.* 52. *num.* 12. & 13. *ex Ioan. de Platea*
3 dicunt, quod inter pares † dignitates præfertur ille, qui prior eſt in tempore, niſi actus adminiſtrationis, qui non eſt in vno faciat alium ante ire per *l. 2. C. vt dign. ord. ſeru. & in l. 2. C. de primic. lib.* 12. &
4 quod dicitur Doctorē † præcedere licentiatum qui prius doctorandi facultatem habuit *Rom. conſ.* 337. *num.* 10. & Epiſco
5 pum † conſecratum præcedere prius promotum *idem Conſ. Fab. de Ann. d. conſ.* 42 *nu.* 16. 17.

His, & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem, eſſe ex pluribus demonſtrabo.

Primò, licet DD. Freccia, & de Franchis electi fuerint Conſiliarij poſt D. Valdeuieſo, & ante eum adminiſtrare ceperint, nihilhominus Dominus de Valdeuieſo quando poſtea cepit exercere, debebat, & debet eos præcedere, etiam actu ſeruientes, quia fuerat Magnæ Cu-
6 riæ Vicariæ Iudex, † & prædicti Aduocati, & hoc etiam ſi eadem die omnes promoti fuiſſent per *text. apert. in l. 1. C. de conſul. lib.* 12. vbi licet primo conſul præferatur poſtea conſuli, & Patritio, tamen ſi poſtea primo conſul efficiatur Patritius ipſe præfertur, & punctualiter firmat *Ioannes de Platea in l. 2. C. de præfect. prætor. lib.* 12. *dicens.* Et nota hic ſe-
7 cundum *gloſ.* quod finita dignitate † remanet effectus dignitatis, ſcilicet honor, & prælatio honoris, *vt hic, & ſupra de offic. diuerſ. Iud. l. petitionem §. egredientem, & de præpoſ. Sacr. cu. l. 1. 2. & fin. & ex alijs ibi per eum,* de quo dicto *Ioa. de Plat.* in tali loco, miror, quod *Præſid. de Franch. in deciſio.* 144. non meminerit, ſed alibi vbi hoc non dicit; ſed per *text. in l. 1. & 2. ff. de Alb. ſcrib.* & ex alijs pluries ita deciſum, ſed facilius in D. Valdeuieſo, qui promotionem, priuilegium, & alia habet anteriora, vt infra.

Secundò, Dominus Valdeuieſo dum priuilegium obtinuit ante D. Frecciam, & de Franchis non eſt dubium, quod prius nominatus fuerit, & in digni-
8 tatibus prius nominatus † præcedit, *tex. eſt in l. qui ſoluendo ff. de vſufructu, ibi (is qui primo loco ſcriptus eſt, hæreditatem capit) gloſ. in d. l. qui ſoluendo,* & in propria materia firmat *Præſid. de Franch. deciſio.* 138. *congerit Conſil. Fab. de Ann. conſ.* 40. *num.* 12. & *conſ.* 136. *num.* 3. *vbi allegat Rebuff. in tract. nominationum quæſt.* 25. *num.* 1. qui hoc expreſſè fir-
9 mat: Et nominati † in prima nominatione, debent præferri nominatis in ſecunda, donec primo numero non fuerit ſatisfactum, & ſicut in hoc Regno, ita in parlamentis Delfinatus, quando va-
10 cant officia † nominantur tres, de magis idoneis, vnus ex quibus eligitur *Franciſcus Marc. deciſio. Delfin.* 751. *part.* 1. &
11 hoc adeò eſt verum, quod ſi vltimus † nominationem prius præſentaſſet, prior præſentatio non nocet, *c. cum cui de præb. in 6. cap. ſibi qui de reſcript. in 6. gloſ. in §. ita tamen verſic. præferri de collat. Pragm. ſant.* quia non attenditur præſentatio quando data eſt anterior, immò, & ſi vl-
12 timus † eſſet receptus, non nocet *d. cap. cum cui, & cap. duobus de reſcript. in 6. Rebuff. d. q.* 21. *num.* 10. vnde Conſiliarius Valdeuieſo ex ſua anteriori nominatione præcedere debet.

Tertiò, in dignitatibus, qui prior eſt ordine, & tempore præfertur *d. l. 1. C. de conſul. ibi conſideratione tantum temporis ante ire) vbi Ioannes de Plat.* notat quod
13 in † dignitatibus duplex ordo reperitur, vnus prioritatis temporis, alius maioritatis honoris, & *in l. vnicuique, de proxi. ſacr. ſcrin.*

*ſcrin.legitur (vt nemini penitus liceat, cũ ſit poſterior tempore locum præcedentis ambire) idem habetur in l. 1. C. de præfect. ſac. cubi. in l. 1. ff. de Alb ſcrib. in cap. 1. de maior. & obed. cap. fin. 17. diſtin. ibi (ſecundum ordinationis ſuæ tempus) Luc. de Pen. in l. 2. C. de præfect. prætor. lib. 12. gloſ. Alexand. & Iaſ. in l. cum quid ff. ſi cert. pet. gloſ. Gemin. & Præpoſ. in cap. ſtatuimus de maior. & obed. in cuius rubr. firmat Felyn. latiſſimè Bart. Caſſan. in Catal. glor. mund. part. 4. conſid. 23. part. 12. conſid. 99. colum. 8. verſic. 8. & 9. quia in part. 10.* firmat, hanc eſſe iuris regulam

14 quod prius † dignitatem obtinens præfertur, eandem dignitatem poſteriori tempore conſequenti, tradit *Grat. reſpon. 116 num. 6. lib. 2.* multa adducens, hinc *Bal. in l. ſi plures C. de condit. inſert.* dicit qui

15 habet primum † eſſe, debet prius frui, & gaudere, refert & ſequitur *Iaſ. conſ. 192. exorta colum. 4. verſic. 3. facit lib. 2.* & in proprijs noſtris terminis adeſt *deciſ. Anto. Gam. in deciſio. Luſitan. 1. num. 1.* dicentis in congregatione doctiſſimorum virorum, qui ad rempublicam gubernandam, tam in actibus ſecularibus, quam eccleſiaſticis conueniunt, ij qui maiorem

16 prærogatiuam habent in ſubſcribendo, incedendo, & loquendo; qui digniores ſunt ratione temporis, promotionis ad officium, præcedant, Ergo D. Valdeuieſo qui prior eſt tempore promotionis, præcedere debet DD. Frecciam, & de Franchis poſteriori tempore promotos.

17 Quartò, ſumus in reſcripto † Principis in quo tempus datæ attenditur *cap. eam te extra de reſcript. ibi (quod nullatenus feciſſe deberes, ſi datam literarum diligentius attendiſſes) cap. conſtitutus eodem ibi (Antequam dictus Clericus literas executorias impetraſſet) c. capitulum Sanctæ Crucis, de reſcript. ibi quo circa mandamus, quatenus eo recepto in canonicum & fratrem, aſſignatoque ſibi beneficio præbendali, qui ad eos prius mandatum Apoſtolicum reportauit cap. eo tempore eodem titul. & in l. ſi permiſcente C. ad maced. legitur (ratione temporis, & ordinis prius apparuerit) ibique gloſ. & Doctor. Clemen. fin. vbi gloſ. in verſic. datam, & ex alijs Præſid. de Franch. deciſio. 62. num. 1. deciſum firmat.* Et licet *gloſ. in d. cap. eam te verſic. datam ponat contraria, dicens quod ſoluit in cap. dilectus de præb. in verſi. receperunt,* Aduerte quod ſoluit † pro nobis:

18 dicit enim quod in caſu *d. cap.* ideo attenditur tempus receptionis reſcripti, & non datæ, quia quam cito vacat beneficium quouſque inhibetur, & mandatum perueniat per Capitulũ cõferri poteſt, quia illi de Capitulo diuinare non tenentur, vt in *cap. in noſtra de eccleſ. beneſ. firmat Specul. de reſcript. præſent. §. fin. verſic. tu diſtingui, & verius,* ſed in caſu noſtro debet attendi data priuilegij, quia tempore captæ adminiſtrationis DD. Frecciam, &

19 de Franchis Illuſtriſſimus Prorex † poteſtatem non habebat, Conſiliarios creandi, talemque iuriſdictionem tribuendi, cum hoc ad ſolam Regiam Maieſtate ſpectet, vt ex *Regia Pragmatica 2. de officijs ad Collationem Regiæ Maieſtatis ibi (Todos los officios de Conſeyeros del dicho Sagro Conſeyo)* & Dominus Pro Rex conferre non poterat, nec exercitium permittere maximè in præiudicium D. Valdeuieſo etiam ex vi *Regiæ Pragmaticæ 3. de offic. Sacr. Conſ. in princip.*

20 vbi Conſiliarius † vltimo creatus in vltimo loco recipi mandatur: Immò nec

21 ipſe Rex dominium † etiam *occaſione* ſuæ gratiæ acquiſitum tollere *valet,* ex *Bald. in l. qui ſe patris C. vnde lib. nu. 12. & ex alijs Molin. de primog. hiſpan. lib. 4. cap. 3. num. 21.* & quod attendatur

22 data † priuilegij, decidit etiam *text. in l. penult. C. de Conſul.* eſtque *clariſſima deciſio l. 1. C. de præfect. prætor. vbi legitur (eum locum volumus eſſe patiorẽ, qui alios promotiores tempore, & Codicillorum adeptione praceſſerit)* per quem *textum* dicit ibi *Ioannes de Plat.* quid ſi vnus eſt

23 prius promotus, † alius habuit prius Codicillos, reſpondeo præfertur ille, qui prius habuit codicillos, & ratio eſt, quia officium per codicillos, commiſſionem vel priuilegium acquiritur, vt eſt *text. in l. 1. C. de mandat. Princip. in l. Iudices C. de dign. lib. 12. vbi Luc. de Pen. in fin.* firmat

mat

24 mat quod iuriſdictio † ſolo verbo confertur, vt in *cap. penult. de conſuet.* & com
25 miſſio, † ſiuè priuilegium, vel codicilli requiruntur ad probationem collationis officij, non ad ſubſtantiam actus, vt per *Præſid. de Franch. deciſio. 62. num. 3.* quę
26 commiſſiones, & alia vbi ſcriptura † Principis ſtatim ſcripta ſuum in omnibus ſortitur effectum, & ſignanter in officijs cum adminiſtratione, & in iuribus incorporalibus, vt eſt text. expreſſus in *S. filius familias inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.* vbi dicitur, quod filius familias
27 † illico adepta patritiatus dignitate, liberatur à patria poteſtate, abſque alia appræhenſione poſſeſſionis, *Innoc. in cap. in noſtris de conceſſ. præb. 3. colum. verſic. Immò plus dicitur, & ibi Imol. penult. colum. Abb. in cap. fin. colum. 2. de Iudic. ibique in colum. 2. Felyn.* dicit quod in his
28 ſententia eſt modus transferendi † ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, & ex alijs firmat *Capyc. deciſio. 121. num. 9.* qui ex prædictis, & alijs in fine dicit ita deciſum, & datum officium credẽzarij, cum in officijs, & beneficijs, ſicut in feudalibus poſſeſſio tranſeat ſine appręhenſione ſecundum *Bal. in l. cum anterioribus C. de iur. delib.* & ex his exercitium cęptum per aduerſarios poſteriores in tempore creationis, & datæ priuilegij D. Valdeuieſo non nocet, qui eos præcedere debet per d. iura, & authoritates, in pro
29 pria materia officij † cum adminiſtratione ſcilicet in *d. S. filius familias, & alia iura in tit. dę conſul. de præfect. prætor, & declarat Bald. in l. fin. de ſenat. Alciat. in l. fin. C. de conſul. lib. 12. & teſtatur Præſid. de Franch. d. deciſ. 62. num. 10. & ſtante d. Regia Pragmatica 3. de offic. Sacr. Conſil.* quæ à Regnicolis de hoc hucuſque Scrib. non eſt tacta, & ponit gladium ad radicem in principio, quæ mandat quod Conſiliarius nouiſſimè creatus, in nouiſſimo loco recipiatur, & ſic D. Valdeuieſo prius creatus præcedere debet Dominos Frecciam, & de Franchis poſteriori tempore creatos.

Quintò, Conſiliarius Valdeuieſo exiſtẽs Iudex cauſarum criminalium Magnę Curiæ Vicariæ de licentia Domini Proregis Comitis de Lemos præſentis Comitis gubernantis patris cum eius literis comendatitijs, & approbatorijs ſuorum ſeruitiorum annorum quatuordecim, ſe ad Suę Maieſtatis curiã cõtulit, & publicato Conſiliario ante priuilegij expeditionem de ſuperiorum ordine veſte conſulari ſe
30 induit, vt ex facto, per quam veſtem † totius officij poſſeſſionem acquiſiuit iuxta *gloſ. in l. 1. C. de conſul.* vbi per veſtem conſularẽ, quæ trabea dicitur Imperator dicitur Conſiliarius, & *in authe. de conſul. legitur (cum ipſe annuerit habet ideoque imperij conſulatus per omnia ſit ſequens*
31 *ſceptra)* † cũ in officijs continentibus in ſe plures præheminentias, & attributa, quæ ſunt iura incorporalia, ſufficiat quærere quaſi poſſeſſionem vnius illorum actuum & ſic per ſolam delationem habitus, dicitur acquiſita poſſeſſio in omnibus *l. 3. ff. de acquir. poſſ. Bart. in l. 1. S. ſi quis in hoc ff. de itin. act. priu. & in d. l. 3. Innoc. in cap. in literis de reſt. ſpol. Bald. in l. non ignorat C. de his qui accuſ. non poſſ.* ad hoc
32 facit quod dicitur per † tactũ ianuę quis acquirit poſſeſſionem totius eccleſiæ *Gram. deciſio. 71. num. 6.* ſic D. Valdeuie
33 ſo per dilationem † Togæ acquiſiuit poſſeſſionem totius officij, & ille actus Togę extendit ſe ad alios actus, ſcilicet exercitium, vt fundatum eſt, & firmat *Aym. conſ. 55.* in præſcriptione iuris vniuerſalis loquens *& Præſid. de Franch. dec. 397 nu. 6. & 13.*

Sextò, Dominus Valdeuieſo à ſua Maieſtate, Dominiſque Regentibus ante omnes vti Conſiliarius acceptus, & repu
34 putatus fuit, & ſufficit † quod prò tali fuerit temptus *Bald. in l. eam quam C. de fideicommiſſ. num. 7. 8.* vbi in conſequendo legatum factum ſacerdoti ſufficit, quod prò ſacerdote reputatus fuerit, & eo maximè in caſu noſtro, quia Dominus Valdeuieſo ita fuit temptus, & receptus,
35 & † facies Principis, coram quo dignitatem adeptus fuit ſibi prius quæſiuit honorem, eodem honoris gradus, & temporis prioritate à nobis honorandus eſt, quem Princeps honorat *l. reſtituenda in fine*

*Ee* C. *de*

Digitized by Google

*C. de Aduoc. diuerſ. Iud. l.* 1. *ff. de Alb. ſcrib. ibi ( nomine ante ſcribi oportet qui dignitatem Principis ſunt conſequuti) hinc gloſ. in cap. qui autem in verſic. dignuſ.* 17
36 *q.* 3. dicit ( quem Princeps † iudicat di-
37 gnum nos iudicabimus) cum Princeps † ſolo verbo dignitates, & officia confe- rat *tex.* eſt ad hoc à nemine ponderatus in *conſtit. Qua de dign. §. Præterea ibi (cum ipſo verbo, quo is donatur officium ſuæ poteſtatis fieris & ſola ſalutatione reſtituit, ad text. in d. l.* 1. *C. de ſent. paſſ. vbi gloſ. Angel. & Scrib. Bart. in l.* 1. *C. de dign. num.* 29. *apertè habetur in l.* Princeps *ff. de verb. ſign. ibi* (Princeps *bona conceden do videtur etiam obligationes concedere* )
38 & per ſolam conceſſionem † transfert dominium, & poſſeſſionem, dicit *Bald. in l.* 1. *C. de rer. permut. Iacob. de S. Georg. in l. traditionibus C. de pact. Angel. in l. officium ff. de reiuendic. Loffred. in parafraſ. feud, colum.* 2. *Iaſ. conſ.* 27. *lib.* 1. qui alios adducit, ſic creando, & concedendo Priuilegium officij D. Valdeuieſo, & admi- niſtrationem, & præcedentiam conceſſit
39 à die creationis, & datæ, quia quod † Princeps dari mandat pro dato habetur *l. fin. C. de ann. ciui. Luc. de* Pen. *in l. fi. C. de locat. præd. ciuili.* 11. *Gramm. conſ. ciu.* 6.
40 *num.* 7, & per verbum fiat, † gratia à Re ge ſtatim facta cenſetur *Bald. in l. Huma num C. de leg. Felin. in cap. Rodulfus num.* 26. *de reſcript. Afflict. deciſ.* 253. *Præſid. de Franch. d. deciſio.* 62. *num.* 2. ſi igitur Dominum Valdeuieſo propter ſua con-
41 tinuata ſeruitia Princeps dignum † tali officio ante alios declarauit, & vti Conſiliarium veſte conſulari indutum coram ſe recepit, cur nos cæteris non eſſe præ- ferendum Iudicabimus? Eſſet enim regalē ſenſum contemnere *l. Imperiales C. de leg.* Immò pœna ſacrilegij eſt ſi honori- centia non deferatur dignis noſtra purpu ra extimatis, dicit *tex. in l.* 1. *C. de domeſt. lib.* 12. ergo præferendus eſt.

Vltimò, Dñorũ Freccię, & de Franchis prioritas exercitij non nocet D. Valdeuie
42 ſo, qui † negligens non fuit, & quia impeditus in Regiæ Maieſtatis Curia, & ve nit citius quam alius venire non poterit non dicitur in culpa iuxta *text. in l. non enim C. ex quib. cauſ. maior ibi (ſed tempo ris anguſtia impeditus) & in l. quod forte de dann. infect.* legitur ( *tunc rectè dicitur, cum non ipſius negligentia, ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit) & ex alijs gloſ. & DD. in d. leg. non enim,* & dum reperiebatur in Curia ſuæ Maie-
43 ſtatis ab hac Ciuitate valdè diſtãs † reſtitui debet per *text. in l. abeſſe ff. ex quib. cauſ. maior.* quæ reſtitut o in priſtinum ſtatum reponit, etiam in præiudicium tertij, & ſic illorum qui medio tempore officij exercitium cæperant, maximè quod hæc eſt reſtitutio, quæ ex iuſtitia cõpetit & non ex gratia ita *Nell. in tract. Bannitor.* 1. *part tertij tempor. & ex alijs Conſi. Fab. de Ann. d. conſ.* 42. *num.* 33. *& ſeq.* &
44 licet abſenti, † & ignoranti iuriſdictio conferatur, tamen exercitium non confertur, nec adimitur dicit *Bald. in l. Barbarius num.* 28. *ff. de offic. præt. ſecundum In noc. & Hoſt. in cap. conquæſtu extra de reſt. ſpol. Ancar. in cap.* 3. *de procur. in* 6. ſic per exercitium D. Frecciæ admini- ſtratio cum eius præcedentia à die ſuæ creationis, & electionis ab ipſo Valde- uieſo tolli non poterat, *vulg. l. quod noſtrũ ff. de reg. iur.* & pluries fuit deciſum Nam de anno 1549. per Collaterale
45 Conſilium ex anteriori creatione, † & priuilegij data, ac abſentia, vt hic fuit de ciſum Dominũ Regentẽ Albertinũ præ- cedere alios quamuis exercentes, & fortius, caſus noſtri quia Regentis Alberti-
46 ni Priuilegium infra † annum exequutoriatum non fuerat, ex quo erat nullius roboris, & momenti, vt dictat *Regia Pragmatica anno* 1518. quod non eſt in Dominũ Valdeuieſo qui facilius præcedere debet, ex latè adductis per *eundem D. Regentem Albertinum in lib.* 2. *Marin. Frec. de ſubfeud. in cap. quis dic. Dux num.* 64. *& ſeq. & ex multis firmat Conſ. Fab. de Ann. d. conſ.* 42. *& num.* 18. *vſque in fine* ibique refert per Dominum ProRegem doctiſſimorum virorum con-
47 ſilio determinatum fuit † Conſiliariũ Ni colaum Antonium Gizzarellum qui ab- ſens in ſuæ Maieſtatis Curia reperiebatur

Digitized by Google

tur,ex anteriori priuilegij data præcede-
ret D.Conſiliarium Fuluiū Conſtantium
Nunc Regiæ Cancellariæ Regentē Deca
num, & Coroleti Marchionem,Nec dica
tur,quod Conſiliariū Gizzarellus in Ma
ieſtatis Curia impeditus fuerat Regiæ vi
ſitationi, quia non deſeruierat ibi, ſed
hic & in d.Curia pro ſuis negotijs mora-
batur,ac etiam propter priuilegij datam
anteriorem Dominus Pegna Regiæ Ca-
maræ Summariç Pręſidens de anno 1580
fuit prælatus Domino Pręſidenti Martos
in exercitio exiſtenti priuilegium poſte-
48 rius habenti inter † Dominos Regen-
tes Regiam Cancellariam attēditur prio-
ritas temporis *vt firmat Regens de Ponte
deciſ.8.nu.5.*

Ex his intentio D. Valdeuieſo adeo
eſt fundata quod omnino obtinere de-
bet,Et veniendo ad contraria, quæ,licet
ex ſe non obſtent,tamen ex abundāti re-
ijciam.

Primò,*text.in l.ſed & milites* §.*quæſi-*
49 *tum* † *il ſecundo ff. de excuſ. tut. ibique*
*Bald.* quod non prodeſt, militem eſſe
creatum, & quod primipilus non exer-
cens,non dicitur primipilus: Non obſtat
*cum gloſ. ibidem verſic. creatum*, dicat,
quia forte,priuati filius,vel qualibet alia
ratione non geſſit, vel non prodeſt crea-
tio niſi duret,allegat *tex.in l.ſi pro patre
ff. de in rem verſo*: & ſic loquitur in eo,
qui erat officio priuatus, vt ex eodem
*text.*colligitur,& declarat *gloſ. in verſic.
non exercens*, & cum trāctetur de pro-
pria eorum materia extra eam talia di-
cta non ſunt attendenda, & idem *Bald.*
ibidem contra eos non reſidet,dum in
*ſeq.*§. *primipilus in fine* dicit quod *cano-
niſtæ* tenent contrarium,& ſic in noſtra
opinione reſidere videtur, & ex his iura
prædicta,& *Bald.*ne dum non loquuntur
contra D.Valdeuieſo,ſed pro ipſo faciūt,
quia ſtatim quod poſuit venire,& citius
quam alij venit Neapolim,& ſemper in
exercitio ſui officij ſtetit prout ſtat,& nū-
quam fuit priuatus,vt prædicta volunt.
50 Secundò, quod dicit *Paris* † *de Puteo
in tract. de ſindic. d. cap. de officijs*, Nec
obſtat quia ſe fundat in *l.publius* ff.*de con
dit.& demonſtr.* quæ *lex* ad tale propo-
ſitum non facit dum loquitur in legato
conditionali debito quandocunque ve-
nerit conditio,cum in creatione, & pri-
uilegio D.Valdeuieſo nulla adſit condi-
tio, & ſi adeſſet circa officij adminiſtra-
tionem per eundem *text.* habetur quod
adimpleta conditione haberet præceden
tiam à die electionis: Nec minus obſtat
quod idem *Paris de Put. ibidem num.*7.
51 dicit quod officialis, † qui non admini-
ſtrat non dicitur officialis, ex *Bald. in l.
& ſi coæqualitas ff. de excuſ.tut.* quia
talis *lex* non reperitur,ſed *lex ſi per æqua
tore,de cenſ.& cenſit. lib.* 11.*ſed, & ſi il-
lud dicit in d.l.ſed & milites* §. *quæſitum
& teſtator Boer.deciſ.*159.*num.*7.*in fine*
vltra prædicta nulla lege nec authorita-
te comprobat,& confirmando ſe *textum*
& *gloſæ* loquitur in milite priuato,& in
adminiſtratione non ſequuta non iuuat
creatio,ſed hic vbi adminiſtratio fuit ſub
ſequuta,creatio in ſuo robore remanet,
& præcedere debet à die creationis, e-
tiam ſecundum intellectum *Bald.* ibi vt
diximus in præcedenti *num.* 1. & proin-
dè non curandum de ponderante *Bald.*
contra nos,quia pro nobis facit; Nec de
*Paride de Put.* qui ſe fundat in non exi-
ſtentibus, nec figit pedes, dum ibidem
*num.*4.ex doctrina *Luc.de Pen.in d.l.*1.*C.
de conſul.num.*1.dicit. Nota ergo ex pri-
ma parte *legis* quod inter pares dignita-
tes præferendus eſt qui eam prius ade-
ptus fuerit,& ſic noſtrum caſum firmat,
52 quia verbum adeptio † ſignificat acqui-
rere, vt hoc in *verſic. adipiſcere* declarat
*Ambroſ. Calep.* & dignitates,officium, &
eorum dominium,& poſſeſſio transferun
tur,& acquiruntur ſolo Regis verbo co-
dicillis,literis,vel priuilegijs, vt prædixi-
mus,& idem *Pariſ.de* Put.*vbi ſupra*,ac tā
git *Præſid.de Franch.d.deciſ.*62.*num.*10.
53 in officijs tria requiri,electionem,accepta
tionem per codicillos, & exercitium,ſiue
adminiſtrationem:Nec obſtat quia loqui
tur remiſſiuè ad *Bart.in l.*1.*C. de leg. &
ad tit.de offic.præfect.prætor*,quod officiū
annexam habet adminiſtrationem,vt te-
ſtantur idem *Paris de Put. & de Fran-*



Digitized by Google

*eb. vbi ſuprà, & ad Ioannem de Plat. &*
*Luc. de Pen. in l. 1. d. titul. & tàm text.*
*quam Bart. Ioan. de Plat. & Luc. de Pen.*
vnicò ore determinant in dictis officijs
54 attendi tempus electionis, & codicillo-
rum, ſiuè Priuilegij datæ, ergo pro D. Val
deuieſo habente priuilegij datam ante-
riorem loquutus fuit *Præſid. de Franch.*
*in deciſio. 62. ſupra num. 1. & ſeq.* & pro-
inde D. Valdeuieſo præcedere debet
DD. Frecciam, & de Franchis poſt ipſum
creatos, ſtante quod ipſe habet electio-
nem, & priuilegium anterius, habet-
que exercitium, & ſic omnia quæ in offi-
cijs requiruntur.
55 Tertiò, dictum *Marin. † Fretia in*
*d. cap. quis dic. Dax. num. 57. relatum per*
*Conſ. Fab. de Ann. d. conſ. 42. nu. 13. quod*
*ſecundum l. 1. C. de conſul. iuxta gloſ. in*
*verbo auſpitia*, qui prætendebat officium
conſulatus, ſed non erat adeptus ei præ-
feratur alius qui actu conſul extitit. Nec
obſtat quia *text.* ille totum contrarium
dicit, ibi, *ab initio poſt tamen adeptã)* quæ
verba nihil aliud dicunt, niſi quod licet
prætenſus fuerit ab initio, & non obti-
nuerat ſed poſtea adeptus fuerit, cede-
re debet primo obtinenti ſimile officium
quia eius anterior petitio nihil opera-
tur conformans ſe *textui* dicẽti *(eiuſdem*
*honoris prætendat auſpicia, cedere tamen*
*illius temporis conſuli debeat, quo non fue-*
*rat)* ſic DD. Freccia, & de Frãchis, qui po
ſteriori tempore officium, & priuilegium
obtinuerant cedere debent D. Valde-
uieſo, qui ante eos non prætenſor fuit,
ſed nominationem, electionem, datam
priuilegij, Togam, & receptionem à ſua
Maieſtate ſuiſque DD. Regentibus, &
miniſtris habet anteriorem, & quod ibi
*Marin. Frec. vbi ſupra num. 62. verſic.*
*Nec obſtat id quod dicat l. pen. de conſul.*
non dicit qui prius dignitatem conſula-
rem habet præfertur, eandem dignita-
tem cum adminiſtratione habenti, &
miratur de *Bart. & Ioanne de Plat.* qui
dictum *text.* ita ſummant ſubdens illum
*text.* declarari per *Iacob. Rebuff. ibidem*,
Et ad ipſum *Marinum* conuincendum
affero ipſius *Iacob. Rebuff. dictum in d.*
56 *text. ibi (Qui † primo dignitatem impe-*
*trauit, & poſtea adminiſtrationem, non*
*videtur de nouo aliquam dignitatem adi-*
*piſci, ſed eam impetraſſe, quam antea ha-*
*bebat dignitatem, cum adminiſtratione.)*
& dum in eodem *text.* cum dictione, &,
57 quæ † iungit, & eſt repetitiua præce-
dentium, in ſequentibus iuxta *text. in*
*l. fin. §. fin. ff. de vi. tri. & ole. leg. & ex alijs*
*ita determinatum affert Guid. Pap. q. 527*
*& in eodem text ſequitur (& in adoran-*
*da noſtra Purpura, vel in conſequendis*
*cunctis conſulum honoribus, & priuilegijs,*
*ex anteriori tempore præuentionis ordinẽ*
*ſibimet nouerint vendicandum)* quæ ver-
ba quid aliud dicunt, niſi quod qui prior
58 † eſt in tempore præferatur in ordine,
& ſic ſi à die ſuæ creationis in officio, vel
data priuilegij D. Valdeuieſo vſque ad
actualem adminiſtrationẽ aliquis medio
tempore officium ſimile impetraſſet, &
adminiſtrationem habuerit, prius electus
præcedet, vt benè *Ioannes de Plat. Andr.*
*de Baru. Luc. de Pen. Bal. cæterique Scrib.*
explicarũt, & firmant ibidem, & *Iacob. Re-*
*buff. per Marin. Frec.* pro ſe adductus in
eadem *l. in princip. & 4. not.* vt alij dicit
qui prior eſt in tempore in dignitate,
prior eſt in dignitatibus, & priuilegijs
dignitatum, & *in 2. colum. verſic. contra*
dicit Titius qui prius liberas beneficij,
vel alias à Summo Pontifice, *vel à Rege*
59 habuerit, præferatur, quoniam Papa, † &
Rex non dicũtur de nouo dare, ſed anti-
quam dignitatem confirmare, & hæc
confirmatio trahitur ad tempus conceſ-
60 ſionis, vt hic vbi præcedentia † per ſub
ſequutam adminiſtrationem retrotrahi-
tur, ad tempus electionis, & ſic *Iacob. Re-*
*buff.* noſtram intentionem determinat.
Prædicta confirmãtur per regulam dicen
tem, vbi finis habet neceſſariam conſe-
61 quentiam, à principio finis † retrotrahi-
tur ad principium iuxta *l. 3. §. ſcio ff. de*
*minor. l. damni infecti ff. de dann. infect.* ita
in caſu noſtro: Nam ſine electione, priui-
legio, aut litera ſuæ Maieſtatis quis ad-
miniſtrationem officij Conſiliarij habere
non poteſt, vt eſt notum; ergo admini-
ſtrationis tempus retrotrahitur ad tem-
pus

Digitized by Google

pus electionis,& ex his non curandum de *Marin. Fret.* qui etiam eſt ſibimet contrarius, cum in fine *ſui operis de ſubfeudis in cap. præced. ſind. num. 61. ex Bal. & alijs* firmat quod in honoribus qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure.

Quartò, quod refert idem *Conſ. Fab. de Ann. d. conſ. ſuo 42. num. 14. Ioannem de Plat. in l. 1. C. de conſul. num. 1.* dicere
62 inter pares † dignitates primum in tempore præcedere, niſi actus adminiſtrationis ſit in alio poſteriori tempore creatus *per l. 2. C. vt dig. ord. ſeru. & l. 2. C. de primic.* Nec obſtat quia *d. l. 2. de primic*torum contrarium determinet, ibi (*Ne per ambitionem, vel gratiam, aut cuiuſlibet occaſionis obtemptum, vel laborum, ſeu ſollicitudinum ſpetie publicorum cuiquam liceat aliquando graduum ſeriem conturbare*) ex his enim verbis nil aliud infertur niſi vt prior in tempore præferatur, vt declarat *gloſ. ibi, in verſic. ſurripere*, & concordantia iura pro nobis adducit,
63 & ſi in *d. l. 2.* † *C. vt dig. ord. ſeru.* ponantur ordines dignitatum, dicitur, ille qui habet dignitatem cum adminiſtratione, præfertur habenti ſine adminiſtratione, intelligitur quando eligitur vnus, qui eſt in adminiſtratione alterius officij,& alius Aduocatus merito, vt exiſtens in Iudicatu Magnæ Curiæ, vel alio officio præferatur per *d. l. 1. & 2. de Alb. ſcrib. & ex alijs, vt ſupra in primo fundamento*, & q2 D. Valdeuieſo fuerat Iudex ciuilis, & criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ tanto fortius præcedere debet, Amplius in *d. l. 2. C. vt dign. ord. ſeru.* habetur ille, qui prius dignitatem conſulatus ſine adminiſtratione obtinuit habet licentiam adminiſtrandi, aut adminiſtrationem à Principe impetrandi; præfertur alijs poſtea dignitatem cum adminiſtratione habentibus quamuis poſtea adminiſtrationem habuiſſet cum non vacauerit per non exercitium, quia non debet appellari vacans, ſi habet dignitatem, cui poſtea conceditur adminiſtratio, vt ad *tex.* ſummat ibi *Bart. in fine*, ſic D. Valdeuieſo præferri debet DD. Freccie, & de Franchis, qui medio tempore eorum priuilegia,& adminiſtrationem impetrarunt vl-
64 tra quæ per rationem, quia tempore † ſui impetrari priuilegij cenſetur ipſum adminiſtrationem conſequutum fuiſſe, vt *in d. l. penult. C. de conſul.* & expreſſe dicunt *Andr. de Baru. Ioan. de Plat. Luc. de de Pen. Iacob. Rebuff. Bar. & alij ibi Scrib.*
65 ſed aduertatur quod *Ioannes de Plat.* † *in l. 1. C. de conſul.* non dicit quod *Conſil. Fab. de Ann. refert vbi ſupra, ſed videlicet* (*vel actus adminiſtrationis, quæ ceſſat in alio, in eadem dignitate conſtituto, & ſic primus ſit in habitu, ſecundus in actu*) ex quibus verbis videtur *Ioannem de Plat.* intellexiſſe de eo, qui adminiſtrauerat,& ab adminiſtratione ceſſauerat, merito qui in adminiſtratione remanſerat, præcedere debebat; ſed pone caſum quod
66 qui ceſſauit † adminiſtrare redeat ipſe præfertur, vt ſtatim idem *Ioann. de Plat. ibidem* dicit vbi *legitur* (*ex his infertur, quod in habentibus æquales dignitates attenditur ordo, ſiuè prioritas temporis per text. in l fin. C. de conſul.*) ergo non curandum de *Conſil. Fab. de Ann.* etiam quia licet in *princip. d. conſil. 42.* dicat quod diximus,& reijcimus, tamen *à nu. 18.* vſque in finem ex multis comprobat in officijs cum adminiſtratione, qui prior eſt in data priuilegij præcedit, & ſic D. Valdeuieſo præcedere debet.

Quintò, aliud quod dicitur Doctorem poſt alium prius licentiatum doctoratum, præferri primo licentiato, poſtea doctorato, nec obſtat; quia & ſi aliqui ita dicant, tamen quod præcedat prius
67 licentiatus, † & poſtea doctoratus ex multis firmat *Ioan. Lopez in repet. rubr. c. per veſtras §. 38. n. 11. & ſeq. de don. inter vir. & vxor.* & quod hęc ſit magis †* communis opinio firmat *Anto. Gabr. in titul. de maior. & obed. concl. 1. lib. 6. com. opini.*

Nec curandum de alio dicto Epiſcopum conſecratum prius præcedere Epi-
68 ſcopum prius electum, quia ante † conſecrationē non eſt, nec dicitur Epiſcopus *c. 2. de trāſlat. prelat. c. niſi de autb. & vſu*
69 *pall.* & ante conſecrationem non habet eccleſiam pleno iure, cum tempore conſecrationis poſſit contra eum excipi *cap.*



Digitized by Google

*ſuper his de accuſ. gloſ. in cap. cum in cunctis de electio.* & ante conſecrationem
70 † non poteſt Clericos ordinare, Criſmare, deponere, benedicere virgines, vel eccleſias, aut altaria conſecrare, quia omnia ex ſua conſecratione veniunt *gloſ. in cap. tranſmiſſa de electio: cap. ſicut §. præterea eodem titul. & ex alijs Bertach. in tract. de epiſc. part. 4. de effect. conſecrat. lib. 3. nu. 1. 4. & 5. ergo &c.*

Septimò, nec obſtat quod officialis ante adminiſtrationem officij debet iurare,
71 quia † duplex eſt receptio ad officium, vna iuris, altera facti, per primam acquiritur titulus, per ſecundam actualis poſſeſſio, vel quaſi, vt dicit *Domin. de S. Gemin. conſ. 79. colum. 3. verſic. ſed iſta eſt efficax*, vbi loquitur de officio cubicularij Papæ, & iuxta notata per *Innoc. in d. cap. eam te de reſcript.* Ita quod licet ſecundum *Dominicum* literæ Cancellarij, atteſtentur quod tali die quis per Pa-
72 pam fuerit receptus † in cubicularium, ac iurauit, quod probat receptionem facti, tamen non probat receptionem iuris,
73 † quæ illud factum præcedere debet, & ſic iuramentum præſtitum per eum, qui poſteriorem habet priuilegij datam nihil operatur, vt refert *Bott. d. deciſio.* 150 *num. 6. in fine, & ſeq.* Et reſpondendo ad *pragmaticam quartam de offic. Sacr. Conſ. & ad Conſtitutionem, & cap. Regni* quæ ordinant officialem non poſſe officium exercere niſi præſtito iuramento, dico
74 Primo, tale iuramentum † præſtari quod mediante pecunia officium non habuit, Deum, & iuſtitiam præ oculis habere, omnibus cõquærẽtibus iuſtitiã miniſtrare, & alia relata per *Campan. in c. Regis Carol. incip. Item recipiant num. 12. & ſeq.* & ſi
75 ante † iuramentum non habet adminiſtrationem, habebit præſtito iuramento *Præſid. de Franch. deciſio. 393. num. 4.* non ex hoc non eſt officialis: Secundò ſi *Pragmatica, & alia Regni, & communia iura* dicant quod officialis qui non præſtat iuramentum non adminiſtret, non
76 mãdant quod donec non iurauerit, nõ † ſit officialis, vt ex eorum lecturis, & ſic poteſt eſſe officialis cum ſua præcedentia & iuramentum requiri ad prædicta; ſed quid vagandum ſi *d. Pragmatica tertia de offic. Sacri Conſilij* vbi nulla habita ratione iuramenti, noſtrum caſum determinat, quod alio non eſt opus in princi-
77 pio vbi legitur † (*Conſiliarium vero nouiſſimè creatum, in nouiſſimo loco recipi mandamus*) ergo dum Cõſiliarij Freccia & de Franchis, poſt Conſiliarium Valdeuieſo ſint creati, ipſe D. Valdeuieſo præcedere debet.

Octauò, & vltimò ſi dicatur tractari
78 de poſſeſſorio, † in quo merita petitorij non admittuntur, Nec obſtat, quia *Do-*
79 *ctores* voluerunt, agenti † poſſeſſorio recuperandæ obſtare exceptionem notorij dominij, ſcilicet quando conſtat ex actis, vel inueſtituris, indubitatis, vt in caſu noſtro, ex data priuilegij anterioti, & ampliſſimis eius verbis, & poſſeſſione ab eius die capta, vbi legitur *inueſtimus &c.* & ibi (*quam inueſtituram vim realis, & corporalis poſſeſſionis dicti officij volumus obtinere, &c.* & ex alijs ſupra dictis iuſtitia Domini Valdeuieſo notiſſima redditur, quod ex *Inno. & alijs firmat Menoch. in primo remed. recuper. q. 19. num. 223. & q. 19. & 20.* & idem in poſ-
80 ſeſſorio † retinendæ, & eſt * communis contra *Bart. per Alexand. & alios in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir.*
81 *poſſeſſ.* & in omnibus † in quibus obſtat exceptio in interdicto retinendæ *idem Menoch. in interdicto retinen. num. 68.*
82 maxime, quia ſumus in Conſiſtorio † Principis, vbi ſola facti veritate inſpecta proceditur: Nàm tunc in quibuſcunque poſſeſſorijs, exceptio dominij notoria, vt eſt clara, & notoria præcedentia, quæ ex prædictis ad Conſiliariũ Valdeuieſo ſpectat, & firmat *Dec. conſ. 449. nu. 20. Rub. Alexandr. conſ. 4. num. 22. Aym. Crauet. conſil. 299. num. 8. Natt. conſ. 302. Bertaz. conſ. 31. lib. 1. & Franc. Sarment. lib. 2. ſelect. interpræt. cap. 13. num. 5.* plus
83 dicit, quod in foro † conſcientiæ peccat etiam iudex, non ſolum pars, ſi cognognoſcendo notoriam iuſtitiam alterius in petitorio, reſtituit, vel dat rem quam omni iure poſtea reſtiturus eſt, & refert

ac

Digitized by Google

ac firmat *Regent. de Ponte in deciſio. 40. num. 45. in fine, & ſeq. per totum.* Et ſi prædicta procedunt in poſſeſſorio adipiſcendæ, vel retinendæ poſſeſſionis facilius in caſu noſtro, vbi ad præcedendum, & eſſe capud in alia aula nemo ipſorum adhuc poſſeſſionem habuit, & ſtante prędicta *Regia Pragmatica Tertia de offic. Sacri Conſilij* in propria materia, ex cuius claris verbis vt ſupra relatis habetur, creatio Conſiliarij quæ fit per Regem, & receptio quæ fit quando admittitur ad exercitium officij Dum Rex in dicta *Pragmatica* mandat quod vltimus creatus in vltimo loco recipiatur DD. Freccia, & de Franchis qui poſt D. Valdeuieſo fuerunt à ſua Maieſtate creati Conſiliarij, non niſi poſt D. Valdeuieſo recipi poterant, & cum hodie tractetur quis eorum ad aliam aulam accedat ad præſidendum, & per Excellentiſſimum D. Pro Regem, mitti ſolet antiquior creatus omni iure obſeruantia pluries deciſa, & particulari Regni ſanctione, omnique contrarietate remota, determinari debet Dominum Ioannem Ruiz de Valdeuieſo ex ſua anteriori creatione, priuilegij data, Togæ, & receptione à ſua Maieſtate ſuiſque DD. Regentibus, & miniſtris, & alijs ſuperius dictis, in alia aula ad præſidendum tranſire debet, & præcedere dictos DD. Conſiliarios Frecciam, & de Franchis poſteriori tempore creatos, & ita iudicandum mihi videtur, & ni fallor iudicium non interpellat affectus.

*Die decima Ianuarij 1613. referente Domino Regente D. Petro de Caſtellet, per ſuam Excellentiam, eiuſque Collaterale Conſilium, fuit decretum quod dictus Dominus Conſiliarius Valdeuieſo præcedat dictos DD. Conſiliarios Cæſarem Frecciam, & Iacobum de Franchis pœnes Vitalianum à Mandatis Scribam.*

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Nullitates de actis ordinatorijs poſt ſententiam non diſcutiuntur.*

2 *Præcedentiæ cauſa abſque figura iudicij expediri debet.*

3 *Nullitas ſi non eſt contra expreſſum caſũ legis non obſtat.*

4 *Nullitates debent ſubſcribi ab Aduocato vel procuratore cauſæ.*

5 *Nullitates non obſtant contra decretum Principis, & nu. 36.*

6 *Agens ad Iura incorporalia, vel ad vſum fructum, vel vſum aut aliam ſeruitutẽ iudicium petitorium facit.*

7 *Cauſæ ciuiles omnes in Regno ſunt Summariæ.*

8 *Clauſula ſine figura iudicij, tollit omnes actus iuris poſitiui, ſiue conſuetudinarij, & formam iudiciariam excludit, & num. 14.*

9 *Clauſulæ, ſine figura iudicij vigore iudex poteſt incipere à poſitionibus, & probatis ferre ſententiam.*

10 *Iudicio ſine figura Iudicij intẽtato ſola facultas ad dicendum ſufficit, maxime in Principis ſententia, qui eſt ſupra ius.*

11 *Sententia Principis nullitatibus non ſubiacet, cum eo ipſo quod ſententiam profert videtur defectui aliquo exiſtenti ſupplere.*

12 *Principis in auditorio, nullitates non attẽduntur ſed rei geſtæ veritas ex quo tanquam Deus iudicat, qui non fallit, nec fallitur.*

13 *Decreta Proregis, & Collateralis Conſilij nullitatibus non obſtantibus exequuntur.*

15 *Princeps defenſiones à iure ciuili, & poſitiuo introductas tollere poteſt.*

16 *Feriati diei actus, & citatio coram Principe fieri poſſunt.*

17 *Principis Curiam nulla lex arctare poteſt.*

18 *Præſentia litigantis ſupplet citationis defectum.*

19 *Sũmarijs in Cauſis ſemiplena probatio ſufficit, & repulſa non conceditur.*

20 *Repulſa proteſtatione ante teſtiũ receptionem non facta non creditur, & fortius poſt citationem ad dicendum, quæ inducit concluſionem in cauſa.*

21 *Præcedentiæ, & dignitatum cauſæ ſunt Summariæ, & ſine figura iudicij deter-*

Digitized by Google

*terminantur.*
22 *Verbum de plano intelligitur repulſa repulſæ, & ſubtilitate ſublatis.*
23 *Termino finito teſtes examinati, vel non ipſo iure in cauſa publicatum intelligitur, & ſi in termino repulſa petita non fuerit cenſetur concluſum in cauſa.*
24 *Nullitates ſi ante deciſionem cauſæ non proponuntur pragmatica reijcit.*
25 *Concluſio eſt renuntiatio omnium probationum.*
26 *Publicatio in cauſa non eſt de ſubſtantia iudicij, & non reddit proceſſum nullum.*
27 *Publicationis omiſſio non reddit acta nulla.*
28 *Concluſio non eſt de ſubſtantia proceſſus.*
29 *Proteſtatio ſeruat ius proteſtantis, & tollit voluntatem in ſequentibus actibus.*
30 *Præſcriptio ſola citatione interrumpitur.*
31 *Propoſitum in mente retemptum nihil operatur.*
32 *Petitorium expediri petens, cenſetur poſſeſſorio renuntiare.*
33 *Appellatione pendente, ſi ad primum Iudicem redditur, cenſetur appellationi renuntiatum.*
34 *Petitorium quando conſtat, debet expediri, & iudex, & pars cognoſcentes notoriam iuſtitiam petitorij ſi illud non decidant, peccant.*
35 *Conſiliarius nouiſſimè creatus in nouiſſimo loco recipi debet.*
37 *Principis ſententia non impugnatur per ſupplicationem, nec per nullitates.*
38 *Citatio vnica coram Principe ſufficit.*
39 *Præſens dicitur vbi quis ſuum habet domicilium, niſi probetur abſentia.*
40 *Præſens non contradicens conſentire videtur.*
41 *Præſens non eſt citandus.*
42 *Præſentia partis eſt pro citatione, etiam in cauſa inſtrumentali.*
43 *Cauſa quando principaliter tendit contra vnam certam perſonam, & ſi reſultet in præiudicium tertij, ille tertius non citatur.*
44 *Regula ſi extat ab ea non eſt recedendum.*
45 *Sententia contra poſſeſſorem feudi, vel fideicommiſſi, afficit omnes ſequentes ſucceſſores.*
46 *Litis legitimus defenſor quando auditur non eſt alius citandus.*
47 *Sententia lata contra vnum ratione connexitatis nocet alteri.*
48 *Sententiam pati ferri contra primum, contra quem in conſequentiam intereſſe habet, nocet, & obſtat rei indicatæ exceptio, & nu. 49.*
50 *Poſſeſſio adminiſtrationis contra legem eſt nulla ſicut ſententia contra legem lata.*
51 *Nullus actus nullam parit actionem.*
52 *Iuramento tria adeſſe debent ſcilicet veritas iudicium, & iuſtitia.*
53 *Ius non habens non eſt citandus.*
54 *Vincens vincentem te, vincere videtur te.*
55 *Defenſionem qui non habet, citandus non eſt.*
56 *Princeps in quibus pleniorem habet poteſtatem poteſt de facto, & ſine citatione procedere.*
57 *Princeps beneficium quod ipſe conceſſit, poteſt ſine partis citatione auferre.*
58 *Princeps ſemper ius tertij reſeruare cenſetur.*
59 *Præcedentiæ, & dignitatum officialium in deciſione non admittitur appellatio nec vlla exceptio, ſed ſtatim exequuntur.*

## Pro eodem Regio Conſiliario Domino D. Ioanne Ruiz de Valdeuieſo contra Regios Conſiliarios D. Cæſarem Freccìá, & Iacobum de Franchis.

### *ARGVMENTVM.*

*Nullitates in conciſtorio Principis à decreto coram eo lato num proponi poſſint, Et an præſens, & aſſiſtens neceſſario citandus ſit.*

## CONSILIVM LXXXVIII.

DEcretum Domini ProRegis, ſuique Collateralis Conſilij, quod Conſiliarius Dominus Ioannes Ruiz de ValdeuieſoDD. Cōſiliarios Cæſarē Freccia, & Iacobum de Franchis præcedere debeat, vt nullitatibus oppoſitis non obſtantibus exequatur, ob Iudicantium Excellentiam pauca dicam.

Et primò, circa primam, ſecundam, tertiam, quartam, & quintam nullitates re-
1 ſpicientes acta † ordinatoria, cū aduerſarij paſſi ſint cauſam expediri, eis obſtat *nouiſſima Regia Pragmatica ſub die 11. Maij anni 1612. nu. 17.* vbi poſt ſententiam de nullitate actorum dici vetatur. De ſexta, quod debebatur expediri poſſeſſorium ante petitorium, vltra quod cauſa ſemper fuit de petitorio, & ordinaria, vt aduerſarij ipſi fatentur in quarta, & in alijs nullitatibus, & nunquam ante terminum, & compilationem proceſſus fuit de poſſeſſorio actum, dum petitorium ipſum deductum, & determinari inſta-
2 tum fuit, tamen eis obſtat † *cap. paſtoralis, & cap. dilectus de cauſ. poſſ. & propriet.* & alia notoria iura, & obſeruantia quod cauſæ præcedentiæ, inter officiales ſine proceſſu, & figura iudicij expediātur & etiam nouiſſimè inter Dominos quatuor Regios Conſiliarios fuit actum; Circa ſeptimam, & vltimam nullitatem de iuſtitia cauſæ, cum non ſit dictum contra
3 quos expreſſos caſus legis tale decretum eſſet, de ipſa nullitate nec curandum eiſque aduerſarijs obſtat *d. Regia nouiſſima ſanctio num. 20.* maximè quod noſtra deciſio eſt, iuri canonico, Ciuili, & municipali conſona: Et licet ex prædictis nullitates omnes non obſtent, etiam quia
4 non ſunt firmatæ † ab Aduocato, vel Procuratore, vt *eadem nouiſſima Pragmatica*
5 mandat *num. 24.* & decretum † fuit latū coram Principe, & in eius ſupremo Conciſtorio, nullitatibus maximè ex defectu iuris poſitiui non ſubiacet, ſed nullitatibus, & oppoſitione remotis exequi debet, vt per omnes de conſilio deciſum firmat *Afflict. deciſ. 283. nu. 7.* Tamen ex abundanti vnicuique nullitati, diſtinctè reſpondendo dico.

Primam nullitatem, in qua aſſeritur quod dato termino in cauſa petitorij fuit facta facultas, & ad dicendum, & intimatur die 31. Decembris anni 1612. die feriarum, & feſtiuo abſque licentia, replicatur non obſtare ex pluribus.

Primò, nam licet agens ad vſumfructum, vel vſum, aut aliam ſeruitutem, iu-
6 dicium petitorium faciat, cum agens † ad dicta iura incorporalia cenſeatur iſtorum iurium dominus, vt per *Specul. in titul. de cauſ. poſſeſ. & propriet. §. ſequitur & §. nunc dicendum, & ex alijs Marant. in*
7 *ſuo ſpec. aur. part. 4. diſtin. 7. num. 1.* In † Regno omnes cauſæ ciuiles ſunt Summariæ, per *cap. Regni deteſtantes, & pragmaticam 1. de ord. iudic. ibi, (in cauſis ciuilibus ſiue mixtis coram quibuſcumque iudicibus, & delegatis procedi, ſine figura iudicij facti veritate inſpecta)* quæ clauſula
8 † ſine figura iudicij, de qua loquitur etiā *text. in l. vna §. ſimilique modo C. de Lat. lib. toll. & cap. ſolemnitatibus §. ſi quā vero de elect. in 6.* hunc habet effectum vt per eam tollatur omnis actus iuris poſitiui, ſiuē conſuetudinarij, vel municipalis requiſitus in iudicio, & remanebit tantum iuris naturalis, & gentium obſeruantia, *Bar. in extrauag. ad reprimendum verſic. ſine figura iudicij, clement. ſæpe de re iud. Rom. ſing. 783.* & formam iudiciariam excludit, per quod ſolum verbum
9 ſine figura † iudicij iudex poteſt incipere à poſitionibus, & articulis, quibus probatis ſtatim procedere ad ſententiam, ex *Ioanne Monaco in cap. fin. de hæret. in 6. & ex alijs firmat deciſio Rot. Roman. 33. num. 1. in nouiſ. 96. Iaſ. in l. iuſtitia ff. de iuſt. & iur.*

Secundò, in Regno dum iudicia Ciuilia omnia ſunt Summaria, & in eis ſine
10 iudicij figura † procedi debet, vt prædiximus in caſu noſtro, ſola facultas, & ad dicendum ſufficiens fuit, quæ iuris naturalis eſt, maximè in ſententia Principis, quæ eſt ſupra ius *Felyn. in cap. Canonum*

ſtatu-

Digitized by Google

*ſtatuta colum. 2. de conſtit. Paris de Put. de ſindic. §. an dictum capitulum colum. 4. in fine verſi. inquantũ, videtur dici* quod
11 ſententia † ſeu geſta Principis nullitatibus ſuppoſita non ſint, ex quo aliter agendo, & in caſu noſtro, eo ipſo quod proceſſit ad dictam decreti prolationem, videtur diſpenſaſſe defectui, in actibus praecedentibus forte exiſtenti, *cap. propoſuit de conceſſ. præb. ibi Felyn. & in cap. in cauſis in fine de re iud. Alex. poſt Bart. & alios in l. fin. C. de leg.* idcircò dici conſuetum
12 eſt, quod in auditorio † Principis, & in cauſis coram eo vertentibus, non attenditur nullitas, ſed rei geſtæ veritas, quæ veritas ſola attendi debet, ex quo tanquam Deus iudicat, qui non fallit, nec fallitur *arg. not. in cap. ad petitionem de accuſ. & ex alijs, Vant. in tract. de nullit. cap. an & qual. ſenten. poſſ. dici de nullit. num.* 8. Et quia *Regens de Ponte deciſ.* 20. *ſupra num.* 28. *in fine* dicit, dum de Col-
13 lateralis † Conſilij decreto fuerat dictũ de nullitate, & dati adiuncti, & vtrũque in tali ſupremo auditorio non eſſe admittendum, quod ſciens tunc temporis Dominus Prorex, cauſa non fuit votata, & decretum præcedens exequutum, claram habemus deciſionem, decreta Domini Proregis, ſuique Collateralis Cõſilij nullitatibus non ſubiacere, vt ex prædictis ita etiam iuris eſt.

Tertiò, citationem intimatam die feriato, & feſtiuo nec obſtare, quia coram Principe, qui procedendo, omnes defectus in actis forte exiſtentes deleuit, vt
14 diximus, qui † iuris ciuilis, & poſitiui ſunt, maximè circa modos, *Alber. in l. ea quæ C. quom. & quand. iud. Oldrad. conſil.* 43. quia omnes actus fori iuris ciuilis ſunt *l. Princeps ff. de leg. l. digna vox. C. eodem l. ex imperfecto de teſtament. Bart. conſil.* 119. *Iacob. de Bellouiſ. in repet. §. contrahentes c. Romana num.* 22. *de for. compet. concluſ.* 3. *Abb. in cap. inter quatuor not.* 2. *de maior. & obed.* quia Prin-
15 ceps † defenſiones à iure poſitiuo introductas tollere poteſt *Bald. in l.* 1. *ff. ne quis eum qui in ius vac. eſt vi exim. Iaſ. & alij in l.* 3. *§. ſi is pro quo ff. quod quiſq; iur. per l. eas ff. de capit. dimin. Rebuff. in tract. citat. in prædicto num.* 26. *fol.* 266.
16 ex quo infertur, † citationem, & actus die feriato, & feſtiuo coram Principe non obſtare, vt eſt punctualis *text. in l. præſente C. de his qui ad eccleſ. confug. ibi (quoties vſus exegerint ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) Spec. in titul. de fer. §.* 1. *num.* 9.
17 *verſic. eſt autem* dicit, quod nulla lex † poteſt Curiam Principis coarctare quin poſſint quolibet tempore ius reddere etiam diebus feriatis *Maran. in Specul. aur. part.* 6. *artic.* 10. *num.* 46. vltra quod
18 per † præſentiam ipſius Frecciæ qui cũ Aduocato oretenus, & in ſcriptis omnes Dominos Regentes informauit, & in relatione cauſæ auditus, defectus citationis ſi adeſſet fuit conualidatus, vt ex multis firmat *Capyc. deciſio.* 34. *num.* 8. & ſic primam nullitatem non obſtare ex prędictis firmiſſimum eſt.

Circa ſecundam nullitatem, ex quo non fuit conceſſus terminus repulſæ, nec facta proiuſio ſuper petitis, reſpondetur.

Primò, quod cum ſimus in cauſa iam
19 dicta de ſui natura Summaria, † vbi ſemiplena probatio ſufficit, repulſa non conceditur. *Abb. in cap. veniens il ſecundo colu.* 5. *in princip. de teſt. vbi Felyn. col.* 6. *Marant. in d. part.* 6. *cap. vel teſtes repulſantur num.* 19. *Scagl. in Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ* 73. *num.* 11. *Capyc. deciſio.* 55. *num.* 3. *verſic. in contrarium,* eo magis
20 quia ante receptionem † teſtium aduerſarij non fuerunt contra eos proteſtati, ideoque non licet eos repulſare, *c. præſentium de teſt.* & eſt ratio ſecundum *Abb.* ibi, quia præſumitur malitioſè teſtes publicatos repulſare, & fortius poſt citationem ad dicendum, quæ inducit concluſionem in cauſa, vt per *Menoch. de arb. iud. q.* 35. *num.* 7. & diu eſt, quod fuit facta publicatio, & concluſio de iure, vt infra.

Secundò, cauſæ præcedentiæ, & digni
21 tatis, ſummariæ de plano, & ſine figura iudicij videri debent, & Iudex reprobationem teſtium, eorumquę dicta refrenare

re tenetur *Card. in clement. ſæpe concluſ.* 22 *3. de verb. ſig.* vbi exponit verbum † de plano, ideſt repulſa ſubtilitate pernitioſa, in refrenando multitudinem teſtium, & reprobationem in omnibus alijs planius, & temperantius proſequendô & refert, & firmat *Afflict. dec.* 351. *n.* 4.

Tertiò, *Regia Pragmatica curſu dilationum de ord. iud.* in princip. dicit ( *curſu* 23 *dilationum vt ſupra finito*, † *ſiue teſtes fuerint examinati, ſiue non ipſo iure in cauſa publicatum intelligatur* ) & paulo inferius dicit ( *octo diebus elapſis ſi ſequenti die aliqua partium repulſam petierit, ipſo iure conceſſa intelligatur*) & in fine ſequitur ( *ſi autem poſt publicationem prædictam in terminis præfatis non fuerit poſita repulſa, terminis finitis, cauſa pro concluſa habeatur* ) & cum in hac cauſa poſt terminum probatorium facta fuerit publicatio, ipſo iure, & ne dum dicti octo dies ad petendum repulſam, immo, & poſt factas probationes, & alij octo dies requiſiti ad ſcripturas producendum *iuxta d. Pragmaticam*, ſed plures, & plures mẽdes ſunt elapſi, vt ex actis, ex quo locus repulſæ non erit, immò & fortius poſt concluſionem diù factam, & poſt citationem ad dicendum petijt, & à tali petitione receſſit cauſam principalem informando, eiuſque expeditionem ſollicitando, locus repulſæ nullo modo erat, & dum 24 prætenſa ſunt de actis † ante decretum *nouiſſima pragmatica prædicta* ei obſtat adeo quod in præſenti audiri nec debent.

Ad tertiam nullitatem quod petijt terminum ad ſcripturas impugnandum, Reſpondetur quod iam diximus per lapſum temporum in *d. Pragmatica curſu dilationum*, culpa aduerſarij nihil opponentis nec petentis dicta cauſa per petitum terminum ad impugnandum concluſa 25 fuit, & concluſio eſt † renuntiatio, quæ fit omnibus alijs probationibus ad *text. in cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & propr. cap. auditis, de procurat gloſ. in cap. cum dilectus verſic. concluſum de fide inſtrument.* in tantum quod dicitur claudere os partibus, vt nihil aliud probare poſſint *d. cap. auditis Capyc. deciſio.* 35. *in fin. ibique Add. Gramm. deciſio.* 28. *num.* 6 *Carauit. d. Rit.* 75. *num.* 3. & cum ſit de actis ante decretum, & pars malitioſe tacuit obſtat *d. nouiſſima Pragmatica anni* 1612. *nu.* 17.

Ad quartam nullitatem vbi prætenditur iudicium ordinarium, in quo publicatio, & concluſio neceſſaria erat, facultas, & ad dicendum fieri non poterat re-26 ſpondetur. Publicationem † non eſſe de ſubſtantia vt *Bart. Angel. Alexand. &* * *communiter Doctores tenent in l. prolatam C. de ſentent. & interloc. omn. iud. Abb. in cap cum I. & A. colum.* 3. *in fin. de re iud. vbi Felyn. colum.* 2. *Corn. conſ.* 102 *colum. fin. lib.* 1. *Ancar. conſ.* 57. concludunt cõcluſionem eſſe de iuſtitia, & eius omiſſio non reddit proceſſum nullum, & 27 licet poteſt † appellari tamen ſi ante ſententiam non appelletur, acta tenent, & ſibi imputandum ſi tacuit, & iſta opinio eſt *communis, vt ex alijs etiam reiectis contrarijs firmat *Carau. in Rit.* 72. *num.* 7. & 11. maximè quod cauſę ciuiles in Regno ſunt ſummariæ, vt prædiximus & per *d. Pragmaticam curſu dilationum*, cum elapſo termino ipſo iure ſit facta publicatio, non poteſt dici omiſſa publicatio, & firmat *idem Carau. d. Rit. num.* 8. 28 & idem dicitur de concluſione, † quæ non eſt de ſubſtantia, nec vitiat proceſſum *Abb. & Felyn. in d. cap. I. & A. Card. in d. Clement. ſæpè* §. *& quia* nè dum in ſummarijs ſed, & in ordinarijs Iudicijs *ex alijs* Carau. *Rit.* 75. *num.* 2. *& eadem pragmatica curſu dilationum firmat in fine ibi* ( *Quibus terminis finitis, cauſa pro concluſa habeatur* plures menſes ſunt quod in cauſa omnes termini in *d. pragmatica* requiſiti, ſunt elapſi, ab illo tunc publicatio, & concluſio ex vi *d. Pragmaticæ* factæ fuerunt, & omnia petita ſunt de actis ante decretum per *d. nouiſſimam pragmaticam num.* 17. de eis tractari non poteſt.

Ad quintam nullitatem quod Conſiliarius Valdeuieſo paſſus fuit aduerſarios præcedere per annos duodecim non curando litem proſequi, & ſic agebatur ordi-

Digitized by Google

ordinariè, & erat facienda publicatio, concluſio, & monitio ad dicendum diebus non feriatis, reſpondetur.

Primò, quod Conſiliarius Valdeuieſo in actu ſui officij ingreſſus, proteſtatus fuit quod præcedere debebat fol. 4. quæ
29 † proteſtatio ſeruat ius proteſtantis *DD. in l. 1. §. morte de nou. oper. nunt. & late Alexand. conſ. 130. in cauſa Strazzarolorum penultim. colum. vſque in finem lib. quarto*, & virtus proteſtationis tollit animum, & voluntatem in ſequentibus actibus *iuxta notata in l. pacta nouiſſima C. de pact.* vltra quam proteſtationem ab illo tunc ſupplicauit Dominum ProRegem, vt ipſum præcedere mandaret fol. 1. & 17. pluries aduerſarios citari faciendo, vt ex actis, & vltra quod per ipſum non ſtetit determinari facere non dum venerat caſus præſidendi, & eſſe capud in alia aula, & ex his D. Valdeuieſo ne dum non conſenſiit, ſed diſſenſijt.

Secundo, licet in hoc caſu nõ adſit pręſcriptio ex abundanti dicitur per ſolam
30 † citationem ab illo tempore factam, fuit interrupta, & impedita illa, & omnis alia forte ex aduerſo prætenſio, per *text. in l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & reiectis contrarijs firmat Carau. in Rit. 33. & 34.*

Tertiò, ad illud quod prætenditur in iudicio ordinario de publicatione, & monitione ad dicendum die feriato ex iam dictis non obſtare fundatur in reſponſionibus ad primam nullitatem *num.* 3. & ad quartam nullitatem.

Ad ſextam nullitatem, quod dum ſperabat non procedi ad expeditionem cauſæ petitorij vbi intentendebat ſupplicare pro adiunctis, ſed prius ſuper contentis in vltima eius comparitione, quæ expeditionem cauſæ principalis impediebat, Reſpondetur.

31 Primo, propoſitum † in mente retemptum petendi adiunctos nihil operare *l. quod quis de cond. inde. l. ſi repetendæ, de cond. ob cauſ. vbi glo. & DD.*

32 Secundò, aduerſarius conſentijt † cauſam principalem petitorij ſummarij, vt diximus expediri, vltra quod proprio ore oretenus, & in ſcriptis dixit cauſam eſſe petitorij vt in 1. 4. & alijs nullitatibus ipſumque petitorium informando, ac præſentando copiam literæ Domini Comeſtabilis fol. 34. aliaſque ſcripturas recedendo à ſuo prætenſo poſſeſſorio quod non aderat, renuntiando *iuxta cap. Paſtoralis & c. cum dilectus de cauſ. poſſ. & propr.* de hoc cõqueri nõ poteſt, ad quod facit *cap. ſollicitudinem de appell.* vbi quando poſt appellationem † redditur ad primum Iudicem cenſetur appellationi renuntiatum vt etiam in *cap. gratum de offic. deleg. ibique DD.*
33

Tertiò, Princeps committendo cauſam ad iuſtitiam inſinuat poſſeſſorium, & petitorium *Afflict. deciſio. 359. num. 4.* & cauſa petitorij aſſorbit poſſeſſorium *d. cap. cum dilectus in fine cap. 1. de reſtit. ſpol. & Afflict. vbi ſupra.* Immò ſi ſolum poſſeſſorium intentatum eſſet (prout non
34 eſt) & conſtat de petitorio † ipſum petitorium expediri debet *Grammat. deciſ. 15. in principio ex multis firmat*, & in foro conſcientiæ peccat iudex ne dum pars ſi cognoſcendo notoriam iuſtitiam alterius in petitorio, non deſiſtit, vt in hoc caſu, vbi iuſtitia Conſiliarij Valdeuieſo eſt valde notoria, & dat rem quam omni iure poſtea reſtiturus eſt, ex *Franciſc. Sarm. lib. 2. ſelect. interp. cap. 13. nu. 5. & ex alijs Regens de Ponte deciſio. 40. num. 45.* & hæc fortius in hac cauſa, quia ſemper fuit ordinaria, & in eadem petitorio, & numquam de poſſeſſorio actum fuit, & fatetur pars in prima, quarta, & alijs nullitatibus, & ſic ſexta nullitas reſoluta remanet.

Ad ſeptimam, & vltimam nullitatem de iuſtitia cauſæ pars non dixit contra quem caſum legis, & quam ſcripturam publicam tale decretum eſſet, ex quo de ea non curandum, & aduerſarijs obſtat *d. Regia nouiſſima pragmatica num.* 20. & tanto magis quia noſtrum decretum, eſt iuxta iura canonica ciuilia *Regiam pragmaticam 3. de offic. Sacr. Conſil. ibi*
35 (*Conſiliarium † vero nouiſſimè creatum, in nouiſſimo loco recipi mandamus*) dum Conſiliarij Freccia, & de Franchis fuerant

Digitized by Google

rant creati poſt Conſiliariū Valdeuieſo, vt ex priuilegiorum datis, merito Dominus Prorex, eiuſque Collaterale Conſilium decreuerunt, vt ipſe Conſiliarius
36 Valdeuieſo ipſos præcederet: quod † decretum cum ſit Principis, ſuique ſupremi tribunalis, & omnia ex aduerſo prætenſa reſpiciant ius poſitiuum, oppoſitis non obſtantibus exequi debet, vt per omnes de Conſilio votatum fuiſſe firmat *Afflict. in deciſio. 383. num. 7. author.* Innoc. *& Abb. in cap. cum ex literis de exceſſ. prælat. & ex alijs*, & ideò *idem Innoc. in cap. cum ex literis de reſtit. in integr.* di-
37 cit contra ſententiam † Principis neminem venire poſſe, niſi per ſupplicationem non per nullitates, quando ſunt de iure poſitiuo, refert, & firmat *Afflict. d. in loco*, & etiam quia noſtrum decretum eſt iuſtiſſimum exequi debet, ex latè adductis per *Alexandr. in conſ. 73. num. 11. lib. 6.* Nec omictam dicere, quod nullitates Conſiliarij Frecciæ non ſunt firmatæ ab Aduocato, vel Procuratore, vt *eadem nouiſſima ſanctio mandat num. 24* & iuuari non poteſt firma in comparitione Conſiliarij de Franchis, quia ſumus in ſtatuto requirente talem firmam cuiuſlibet de nullitate dicentis, & ſic nō extēdi de perſona ad perſonam, vt eſt notū, vndè prætenſæ nullitates nec diſcuti debent, & decretum ipſum exequutioni de mandari debet.

Quoad comparitionem Conſiliarij Iacobi de Franchis nullitatibus Conſiliarij Cæſaris Frecciæ inhærentis dico.

Primò, verum eſſe in facto Conſiliarium de Franchis in hac cauſa pluries
38 fuiſſe citatum, & coram Principe † vnica ſufficit citatio *Georg. Natt. in clement. ſæpè §. & quia colum. 29. de verb. ſign.* & effectus citationis eſt, vt quis compareat *l. nam & diuus ff. de adopt. d. clement. Paſtoralis*, alioquin contumax reputatur *Hyppol. de Marſil. in l. de vno quoque num. 192. ff. de re iud. Felyn in cap. quoniam §. porro vt lit. non conteſt. Rebuff. de citat. in præfat. nu. 105. & 114.*

Secundò, ne dum fuit citatus pluries, ſed ſemper fuit præſens, cum quis in ſuo
39 domicilio † dicatur præſens, niſi probetur abſentia *Bart. in l. is poteſt ff. de acquir. hæred. Balb. de præſcript. 4 princip. part. verſic. 3. quæro num. 4.* & dum præ-
40 ſens † fuit, & non contradixit, nec comparuit etiam citatus, conſenſiſſe videtur etiam actui ſibi præiudiciali *l. in delictis in princip. ff. de noxali. Innoc. in cap. ex parte Decani, extra de reſcript. Bart. in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. & eſt* * *communis regula dicit Ioannes Campegius, in tract. de pet. & reſt. dot. quæſt. 208. num. 2.* maximè in iudicialibus *Bart. in l. 1. C. de relat. & ex alijs Surd. deciſio. 47. num. 9.* & magis fuit præſens, cum ſemper, & eadem die, qua cauſa fuit expedita Dominū Regentem Conſtantium, vnum ex votantibus aſſociauit, & præſens citandus non eſt, *l. eadem §. 1. verſic. parte præſente, vel vocata l. in cauſæ §. cauſa cognita ff. de minor. d. lege de vno quoque verſic. præſentibus, vbi Angel. & Imol Ioan. Andr. in cap. fin. de electio. in 6. Ancar. in cap. propoſuiſti. 32. diſtint. & quæſt. 29. num. 8. part. 2. Anto. de Butr. & Felyn. in cap. 1. de Iud. Alexand. & Iaſ. in rubr. C. de in ius voc.* & nulli dubium eſſe debet quod
41 ex præſentia † partis citationis defectus conualidatur, vt ex *Specul. & alijs* firmat *Capyc. d. deciſio. 34. num.* 8. immò præſen-
42 tiam † partis citationem etiam in liquidatione inſtrumenti ceſſare facere, ſecundum magis * communem, & veriorem opinionem, ex multis firmatam dicit *Carauit. in ritu 166. num. 78. verſic. contrarium tamen, ibique Addentes.*

43 Tertiò, Conſiliarius Frecciæ † præcedit Conſiliariū de Franchis cuius ſecundario, & in conſequentiam, non principaliter negotium intereſt, & ex generali regula, quam tradit *Gomeſ. in l. 40. Taur. num. 73. verſic. ſecundo facit*, quod quando cauſa principaliter tendit, & ordinatur in præiudicium certæ perſonæ licet in conſequentiam reſultet in præiudiciū tertij non propterea ille tertius eſt citandus, vt compareat & aſſiſtat in cauſa, ſed tantum primus ad quem principaliter negotium ſpectat, iuxta *text. in l. 1. §. denuntiari ff. de ven. inſpic. ibi (primo gra*



Digitized by Google

*du hæredi instituto non etiam ſubſtituto) l. ex contractu ff. de re iud.* vbi ius exequendi ſententiam tranſit contra eum qui in locum condemnati ſuccedit, expreſsius dicit *text. in l.cum filius familias §.in hac ſtipulatione ff.de verb.oblig. ibi (per hæredem videtur fieri quamuis abſit, & ignoret) vbi ſummè notat, & comendat Angel.colum.2.Bart.in l.in diem nu. 1.ff.de aqua pluu. arc. ibique Angel.verſic.in iudicijs ſufficit quod & in l.filius familias §.diui in fine verſic. & etiam ff.de leg.1.vbi Rafael colum. 2. verſic. nota quod,& multa colum.fin.num. 18.& dixit hanc veriorem opinionem eſſe ibi Alexandr.num.9.& quod omnes eam ſequuntur* Iaſ.*in lectur. dicti. §.diui num.47.& ſequitur numer.38. & ex multis magis * communem firmat Couar. pract. qq. cap. 13.num 6. verſic. hoc ipſo conſtare videtur Alexand. conſil.58. num. 6. lib.5. Bald. in l. nam ita diuus ff. de adoptio. Octau.Cacher.deciſio.Pedemont.157. nu. 3. gloſ. in d. l. de vnoquoque verſic. quos cauſa ff.de re iud. quam omnes præcitati DD.tenent, & vt ſingularē extollunt, * ac communiter approbatam nemine eorū*
44 *excepto dicunt,*& cum ſit regula, † ab ea non recedendum,*vt ex multis firmat Molin.de primogen. hiſp.lib.4. cap.8. num.4. fol.* 177. & à fortiori adduco de ſenten-
45 tia † lata contra poſſeſſorem feudi, maioratus, aut fideicommiſſi, quæ omnibus ſucceſſoribus etiā nō citatis,& ignorantibus nocet *Alexand. in d. l.filius familias §. diui in d. l. ſæpè numer.118.reprobans Iſern.in cap.1.§.ſi vaſallus,quam Alexa. opinionem ſequitur Boer.deciſio. 255. colum.penult.circa med.verſic. & ideo ſententia Roderic.Suarez allegat.27.num.3. Anto.Gomeſ.in d.l.tauri.40.nu.73.* communem dicit Couarr.d.cap.13. num. 6. * communem Suarez,in teſaur. recept.ſentent.verſic feudum num.73.verſi. Maioratus num. 13. qui dicit * communem regulam eſſe Molin. vbi ſupra num. 3. & ſeq.& latius Tiraquell.in tract. res inter ali.act.colum.1.& 2.multa Alſan. in collect.668.fol.91.d.l.ſæpè & cumulat Conſiliarius Fab.de Ann.conſil.18.num.2.3. 18.19.22.verſic.& hic rogo,&c.* vnde
46 cum Conſiliarius Freccia † legitimus ſit huius litis defenſor,& cum principaliter tangat ac, præcedat Conſiliarium Iacobum de Franchis,qui licet poſt Conſiliarium Frecciam primus ſit ad præcedendum, eius præcedentia dependet à iure
47 Frecciæ legitimi defenſoris, † ratione connexitatis cauſæ, talis ſententia ipſi de Franchis nocet,iuxta *gloſ.in c. quamuis de re iud.*quam ex alijs firmat,& etiā
48 ſciens paſſus † eſt, cum Freccia cauſam agitari,& ſententiari,ex quo per ſenten-
49 tiam ipſam eidem D.de Franchis,† rei iudicatæ obſtat exceptio ad *text. in l.ſæpè ff.de re iud.ibi (ſcientibus ſententiam,quæ inter alios data obeſt) ibique gloſ. & DD. & à fortiori adduco text.in d.cap. quamuis vbi legitur (ei tamen qui cum ſibi primum ea re actio,vel defenſio competebat, ſubſtinuit,ſequentem agere, ac illi etiam qui paſſus eſt eum à quo cauſam habet experiri,eſt præiudicium generatum)* ſic in hoc caſu dum Conſiliarius de Franchis ſciuit,& paſſus fuit Conſiliarium Frecciā agitare cauſam maximè quod fuit citatus,& citandus non erat,& non comparuit videtur renuntiaſſe,vt firmat *Abb. in d.cap.quamuis alijque ibi Scrib.*& cum tūc ei non comparere placuerit, amplius non eſt audiendus, per *regulam quod ſemel ff.de reg.iur.*& ne dum ſententia,ſed & acta ei nocent vt *idem Molin.firmat vbi ſupra nu.*5.

Quintò, verum eſt quod *d.* Regia pragmatica 3.*de offic. Sacr. Conſil.*mandat, quod Conſiliarius vltimus creatus in vl-
50 timo loco recipiatur vndè † adminiſtratio Conſiliarij Frecciæ, & de Franchis, aduerſus creationem Conſiliarij Valdenieſo anteriorem ipſorum eſt contra *d. Regiam ſāctionem Regni,*& ſic ipſo iure nulla, vti ſententia contra legem *l. 1.§. item eum ff.de ſenten.quæ ſin appellat.re. in l.ſi expreſſit ff.de appell.l. 2. C. quand. prouoc.non eſt neceſſ.cap.1. extra de ſen-*
51 *ten.& re iud.*& ex actu nullo † nec ciuilis,nec naturalis oritur actio, & pro non facta talis ſententia habetur *l. non dubiū* C.*de leg. ibi (hoc eſt,vt ea quæ lege fieri probi-*

Digitized by Google

*prohibentur pro infectis habentur*) *l.ſi non ſortem 2.reſp.de cōd.indeb.vbi Bar.Rom. conſ.437.num.* 4. ergo audiendus non erat.

Sextò, nec iuuantur iuramentis, quando adminiſtrare cœperunt, quia ſtante anteriori creatione Conſiliarij Valdeuieſo,
52 non aderant omnia, quæ in iuramento † concurrere debent, ſcilicet veritas, iudicium, & iuſtitia, vt in *cap.de forma 22.q. 5.& plene Galcan.conſ.15.Gram. deciſio. 78.num.*19. & ſic cum contra præceden
53 tiam Conſiliarij Valdeuieſo, nullum † ius habebant in tali iudicio nec citari, nec audiri debebant *iuxta d.gloſ. in d. l. de vnoquoque ff.de re iud.l.1.§.penult. de ventr.inſpic.l.qui poteſt inuitis ff. de reg. iur.cap.quanto de tranſlat. Epiſcop. Abb. & Felyn.in cap.eum olim num.11.de re iud. Cacheran.deciſio.Pedemo.135.num. 7.Bald.in l.fin.C.quib.re iudi.non nocet*, & eſt magis * communis opinio, & per *Alexandr.in l.ex facto ff.de vulg.& pupill.ſubſt.Dec.conſ.55.& 313.& ex alijs Alciat.reſponſ.42.nu.36.lib.9.*

Septimò, Conſiliarij Freccia, & de Franchis contra Conſiliarium Valdeuieſo anteriorem creatum, & Togatum, nullam defenſionem habent, & ſignanter Conſiliarius de Franchis, quem Conſiliarius Freccia præcedit, & à Conſiliario
54 Valdeuieſo victus per regulam ſi vinco † vincente te, te vincere videor, *iuxta tex. in l.de acceſſionibus ff. de diuerſ. & tempor.præſcript. & late Port.in ſuis commu. concluſ.reg.27.& 28.* & qui defenſionem
55 † non habet, nec audiendus, nec citandus eſt *Bart.in l.3.§. ſi cauſa cognita colum.fin.verſic.ſed hodie de bonor.poſſ.Iaſ. in l.ſi quando colum.3.in fine C.vnde vi, latè Port.vbi ſupra reg.45.limit.16.ex quibus & alijs firmat Ioſeph Ludouic.deciſio.Peruſ.17.num.*11. ergo prætenſa nullitas quod non fuit auditus, cum non erat amplius citandus, nec audiendus non obſtat.

56 Octauò, in his in quibus Princeps † plenam habet poteſtatem vti Papa in beneficijs & feudis, ex iuſta cauſa etiam ſine partis citatione poterit procedere *cap.ſicut vnire in fine, de exceſſ. Prælat. Bald. in l.2.C.quomod.& quand.iud.& ex alijs Rebuff.in d.tract.citat.in præfati.nu.* 38.
57 ſic & Princeps † ius, beneficium, ſeu priuilegium à ſe conceſſum, etiam ab eo, cui conceſſit non citato, auferre poteſt, vt notatur in *cap. decet, de reg. iur. in 6.vbi gloſ. & DD. Spec.in tit. de inſtrumenti edit. §.nunc autem pr pe finem. Clement. de ſepult. Ancar.conſ.1. vt tactum eſt nu. 4.& ex alijs Rebuff. d.num.*38. ſic in caſu noſtro Dominus ProRex adminiſtrationes, quas ſuus prædeceſſor dedit dictis Conſiliarijs Frecciæ, & de Franchis,
58 quia in Principe † ſemper intelligitur clauſula ſaluo iure tertij iuxta *text. in l.2.§. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco pub.& Aſſlict.deciſio.334 num.3. idem firmant ibique addentes*, anterioritatem, & præcedentiam ipſi Conſiliario Valdeuieſo omne iure debitam non abſtulit & ſic ipſis non citatis, & non auditis etiã dare potuit, maximè quod eorum adminiſtrationes fuerunt contra *d. Pragmaticam tertiam de offic.Sacr.Conſ.* ſaltim ſtatim quod Conſiliarius Valdeuieſo venit: & ſic eis vllum ius quæſitum fuerat, ex quo noſtrum decretum exequi debet.

Vltimò, dico quod ſumus in deciſio-
59 ne † præcedentiæ à quo nè dum nullitates, ſed appellationes, & omnes exceptiones remoueri debent, vt decidit *Sancta Sinod.Sacri Concilij Trident.ſeſſ.25. cap. 13.ibi* (*Epiſcopos remota omni appellatione & non obſtantibus quibuſcunque componat*) & ſi loquatur in eccleſiaſticis pſonis cum talis deciſio fuerit facta à tot, & tantis doctiſſimis viris, ab omnibus ſeruari debet, ad quod vltra iura prædicta concurrit naturalis ratio, & conuenientia, vt officialium differentiæ pro bono publico cito ſedentur, & de eis, & de geſtis à ſupremo Principe, ſuoque Collaterali Conſilio amplius non tractetur, ſtante etiam obſeruantia, vt præcedentiæ inter officiales ſine proceſſu, figura iudicij, & partium citatione determinētur, eorumque decreta ſtatim exequuta fuerunt, & numquam impedita, vt eſt notum, & nouiſſimè inter quatuor Regios Conſilia-



Digitized by Google

ſiliarios ita eſt deciſum, & exequutum ſtatim, & eo magis in caſu noſtro, vbi non citandi fuerunt citati, & Aduocatus Conſiliarij Frecciæ, & de Franchis in expeditione cauſæ pro vtroque informauit, & in Collaterali Conſilio loquutus fui, vnde ex prædictis decidi debet, nullitates prætenſas non obſtare, & decretum in fauorem Conſiliarij D. Ioannis Ruiz Valdeuieſo exequutioni demandari, & ita mihi videtur ſaluo tantorum meorum dominorum Iudicantium iudicio. Die 12. Aprilis 1613.

*Die 7. Maij 1613. Referente eodem Domino Regente D. Petro de Caſtellet per D. Proregem, eiuſque Collaterale Conſilium cum interuentu Conſiliariorum Io. Baptiſtæ Melioris, & Io. Baptiſtæ Valenzuela fuit decretum, nullitates non obſtare & decretum latum ſub die decima Ianuarij eiuſdem anni 1613. exequatur, & ſic iuxta ſuperius allegata; vnde Conſiliarius Valdeuieſo die 9. Maij à ſua aula tranſiuit capud, & ad præſidendum in alia Aula in locum quon. D. Ioan. Sanchez de Luna, qui multo tempore Propræſidens Sacri Regij Conſilij fuerat.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex Iudicando fungitur officio ſuo, & in eodem negotio amplius non iudicat.*
2 *Reclamatio non eidem Iudici, ſed alteri committitur.*
3 *Incidentia, & emergentia tanquam acceſſoria, naturam cauſæ principalis aſſumunt, & coram Iudice cauſæ principalis tractantur.*
4 *Placita ſemel, amplius diſplicere non debent.*
5 *Cauſæ reclamationis, & grauaminum in Regno per eoſdem Iudices reuiduntur.*
6 *Sententiæ quando eſt additum, vel diminutum, per Iudicem appellationis exequutioni demandatur.*
7 *Vnum, & idem in prima, & ſecunda inſtantia pronuntiatum, facit ſententias conformes.*
8 *Sententijs duabus conformibus latis, perpetuum ſilentium imponi debet.*
9 *Commiſſa cauſa alteri ob recuſationem alterius, ſucceſſor recuſati non procedit, ſed illius, cui commiſſa erat.*
10 *Actio oritur ex confirmante non ex confirmato; & per confirmantem exequi debet.*
11 *Rei Iudicatæ exceptio obſtat quando illud idem eſt Iudicatum.*
12 *Acceſſorium naturam ſui principalis ſequitur quando diuerſa ratio non adeſt & nu. ſeq.*

## Pro D. Ioan. Baptiſta Cataneo contra D. Filippum Spinolam.

## *ARGVMENTVM.*

*Iudices qui in prima inſtantia Iudicarunt an, & in ſecunda Iudicare, & Commiſſarij eſſe poſſint de Iure Regni.*

## CONSILIVM LXXXIX.

POST binas ſententias contra Philippum Spinolam de eius prætenſa immiſſione in poſſeſſione bonorum quondam Cæſaris Cataneij, cum Philippus ipſe reclamaſſet, & de nullitate dixiſſet, & per Ioannem Baptiſtam Cataneum exceptione rei Iudicatæ oppoſita, ad relationem Illuſtriſſimi Marchionis Tauiani fuit decretum, nullitatẽ non obſtare, nec eſſe locum reclamationi interpoſitæ pro parte dicti Philippi Spinolæ: verum reſpectu articuli incapacitatis, partes deducant omnia incumbentiè infra tres menſes prçciſè, & peremptoriè, pro omni termino, & abſque beneficijs, & nominatione loco tamen reclamationis fol. 884. Dum Philippus prætendit cauſam alteri committi, eſt videndum an iudices qui in prima inſtantia Iudicarunt, in ſecunda Iudicare poſſint, & ſi incidenter de aliqua cauſa cognouerint, poſſint in eadem tanquam Commiſſarij inter-

interuenire, & videtur dicendum quod non ex pluribus.

Primò, quia Iudex poſtquam iudicauit
1 officio ſuo functus eſt † & in eodem negotio amplius iudicare non debet iuxta *text. in l. iudex poſt quam ff. de re iud. Præſid. de Franch. dec.* 398. *nu.* 2.

Secundò, verba dicti decreti expreſſe dicunt, quod terminus trium menſium ad probandum incumbentia, circa incapacitatem oppoſitam loco tamen recla-
2 mationis quæ non eidem iudici ſed alio † committitur per *text. in l. quoties C. de iudic. vbi Iaſ. & DD. ac Præſid. de Franch. deciſ.* 512. *nu.* 52.

Tertiò, ſi eſt incidens, incidentia om-
3 nia, & emergentia † cuiuſcunque cauſæ principalis tanquam acceſſoria eiuſdem naturæ ſunt cuius, & ipſa cauſa principalis eſt eiuſque naturam aſſumunt ſecundum *Bart. in l. ſolent colum.* 3. *verſic. & hoc aduerte ff. de Alim. & cib. legat. Præſi. de Franch. deciſio.* 512. *num.* 1. ſi in cauſa principalis reclamationis coram alio Iudice proceditur, vt eſt notum, ita & in incidentibus.

His, & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiã veriorem eſſe puto ex pluribus.

Primò, eſt verum in facto, quod Philippus Spinola dicto vltimo decreto acquieuit, ſupplicando, & inſtando pro commiſſione incidentis prædictæ incapacitatis, & ad eius inſtantiam cauſa ipſa eidem D. Marchioni Tauiani fuit commiſſa fol. 815. eodemque Philippo inſtante cognoſcere cæpit, vt ex contra ſupplicata folio
4 817. aterg. Dum ita ei placuit † pęnitere non poteſt; per *regulam quod ſemel de reg. iur. in 6. & vbi cœptum de iudic. & adeſt Regia Pragmatica octaua cap. 2. de offic. magiſtr. iuſtit.* qua mandatur quod
5 cauſæ reclamationum, & grauaminum † in Regno per eoſdem Iudices reuideantur *iuxta Regiam Pragmaticam* 41. §. *cũ vero de offic. Sacr. Conſil.* & ſic etiam eſt prouiſum *per Auth. quæ ſupplicatio C. de prec. Imper. offer.* & hanc pręheminentiam habet Sacrum Conſilium, vt reclamatio ab eius decretis, & ſententijs, per eoſdem Conſiliarios Iudices reuideatur, firmatq; *Præſid. de Franch. deciſio.* 528. *num.* 4. Et ſi dicatur quod quando plures adſunt Iudices, committantur alteri, hoc non procedit in incidentibus, in quibus per eundem cauſæ principalis commiſſarium proceditur, vt ex inueterato Sacri Conſilij ſtilo per fidem in actis producta, & quod articulus prætenſæ incapacitatis ſit incidens patet, dum Cataneus oppoſuit de fideicommiſſo, & Spinola per replicationem dixit de incapacitate, incidenter eam propoſuiſſe videtur ex adductis per *Paul. de Caſtr. in l.* 1. *C. de ordin. Iudic.*

Tertiò, dicta propoſita incapacitas per Spinolam ex alio demonſtratur incidens quia poſt dictas geminatas ſententias, Spinola ipsã incapacitatem propoſuit, & tanquam incidens cauſæ principalis, immiſſionis, ad ipſius inſtantiam eidem Cõmiſſario Domino Marchioni Tauiani ſupplicatio commiſſa fuit, & per eum proceſſum, vt prædiximus dum in vltimo decreto dicitur non eſſe locum reclamationi per Spinulam interpoſitæ intelligitur de cauſa principalis immiſſionis, & in cauſa incapacitatis incidenter propoſitæ dicto Domino Marchioni commiſſa ipſoque Spinula inſtante, fuit datus terminus ex quo idem D. Marchio tanquam commiſſarius procedere, & interuenire debet, quia quando in ſententia eſt addi-
6 tum, vel † diminutum per Iudicem appellationis, exequutioni demandatur, & de hoc apud omnes *Doctores* non adeſt difficultas, vt per belle diſtinguendo firmat *Bald. in auth. ſi qui litigantium, in tertio notabili, & ita per DD.* communiter teneri C. de Epiſcop. Aud. Bart. & DD. in l. à Diuo Pio, colum penultim. verſ. quæro ff. de re iud. Præſid. de Franchis in deciſio.* 335. *num.* 1. *& in deciſio.* 510. *numer.* 11.

Quartò, quando Spinula petijt per Sacrum Conſilium immitti in poſſeſſionem bonorum quondam Cæſaris Catanei, & per Ioannem Baptiſtam oppoſitum de fideicommiſſo, & per Spinulam replicatum non obſtare, implicitè & per præſen-



Digitized by Google

tationem ſcripturarũ de ea tractantium
explicitè prætenſam incapacitatem op-
poſuit, cum poſtea referente tunc com-
miſſario cauſæ D. Didaco Lopez, Spinu-
la excluſus fuit, commiſſaque cauſa recla
mationis D. Marchioni Tauiani, & inca-
pacitate per Spinulam iterum oppoſita,
ipſoque D. Marchione referente prædi-
ctam ſententiam confirmando: verum
pro omnibus per Spinulam prætenſis den
tur ducati quindecim mille, à qua ſenten
tia, per Spinolam reclamatum, & de nul-
litate dictum, ad relationem eiuſdem D.
Marchionis Tauiani, dictũ fuit, nullitates
non obſtare nec eſſe locum reclamationi
propoſitæ per Spinulam, & oppoſita
rei iudicatæ exceptio, obſtabat, quia
reſpectu petitæ immiſſionis, ſunt vnum,
7 & idem; † & ſententiæ ſunt confor-
mes; vt plene explicat *Couarr. pract.*
*qq. cap. 25. verſic. 10. congruit*: & capud
condemnationis ad ducatos quindecim
mille, eſt penitus ſeparatum ab immiſſio-
ne per ea quæ decidit *Præſid. de Franch.*
*ex Couarr. & alijs deciſio. 510. num.* 17.
*& Anto. Theſaur. deciſio. 122. in primo ca*
*ſu*, & dum ſententiæ ipſę reſpectu immiſ-
ſionis erant conformes, & per eas exce-
ptio incapacitatis per Spinulam oppoſi-
ta, abſoluendo Cataneum, erat reiecta, &
debebat per Sacrum Conſilium perpe-
8 tuum ſilentium imponi † *iuxta Regiam*
*Pragmaticam quintam de offic. Sacr. Con-*
*ſil.* & Spinula exclamans quod contra
incapacitatem alias ſcripturas produce-
re habebat Sacrum Conſilium de æqui-
tate dictum terminum circa incapacita-
tem dedit, loco tamen reclamationis, nè
amplius de hoc negotio loqueretur, &
ſic poſtquam cauſa incapacitatis, quæ
erat incidens per Marchionem Sancti
Angeli Sacri Conſilij Præſidentem fuit
commiſſa d. Domino Marchioni Tauia-
ni, & effectum ſuæ confirmationis confir
mauit in procedendo, & dando terminũ
per ipſum procedi debet; & vltra quod
hoc ſit notorium, adduco quod commiſ-
9 ſa † cauſa alicui Conſiliario ob ſuſpitio-
nem alterius, & Conſiliario recuſato a-
lias non ſuſpectus ſuccedit, cauſa rema-
net pœnes eum cui ob ſuſpitionem alte-
rius commiſſa fuerat quod in dies in Sa-
cro Conſilio ſeruatur, vt teſtatur, & fir-
mat *Præſid. de Franchis in deciſio.* 719.
*per totam*, ex quo habemus quod cauſa
ſemel cõmiſſa per Conſiliarium cui com-
miſſa eſt, expediri debet, & non per alium
vt etiam ordinatur per *Regiam Prag-*
*maticam 8. c. 2. de offic. magiſt. iuſt.*

Quintò, Spinula actionem quam ha-
bet in dicto termino prætenſæ incapaci-
tatis, habet ex dicto decreto ad dicti Do
mini Marchionis Tauiani relationem la-
to, & proinde coram eo procedi debet,
cum quando à ſententia appellatur, &
10 confirmatur, actio † oritur ex confirman
te, non ex confirmato, & ſic per confir-
mantem ſententia exequutioni deman-
datur ita firmat *Præſid. de Franch. d. dec.*
*510. nu. 9. & ſeq.*

Sextò, dicta prætenſa incapacitas per
Spinulam incidenter propoſita, ſiue
oppoſita tanquam incidens cauſæ prin-
cipalis eidem Domino Marchioni Tauia
ni, per Dominũ Pręſidentem Sacri Con
ſilij vt incidens commiſſa, & per eundem
cognita dando terminum, bene proceſſit
ex regula *text. in l. quoties C. de iudic. vbi*
*Iaſ. & DD. ac Præſid. de Franch. deciſio.*
*512. num.* 1. per tale decretum dationis
termini ad relationem dicti Domini Mar
chionis Tauiani, ipſe cauſam perſequere
debet, & dum illud idem in indiuiduo,
vti incidens cauſæ reclamationis per d.
Dominum Præſidentem Sacri Conſilij
fuit commiſſa dicto Domino Marchioni
11 Tauiani, eſt † illud idem, ipſi Spinulę rei
iudicatæ obſtat exceptio *iuxta text. in*
*l. cum quæritur cum duobus ſeq. ff. de re*
*iud.* quod decretum poſtquam Spinula
acceptauit impugnare non poteſt ex reg.
12 *text. in l. quod* † *ſemel de reg. iur. in 6.* &
ſic d. Dominus Marchio Tauiani cauſam
ipſam proſequere debet.

Non obſtat primum contrarium quod
Iudex poſt quam Iudicat, officio ſuo fun
ctus eſt, quia ſumus in Sacro Conſilio
vbi cauſæ omnes reclamationum, & gra-
uaminum, per eoſdem Dominos Conſi-
liarios, & Iudices reuiduntur ex diſpoſi-
tione

Digitized by Google

tione Regia Pragm. 41. de offic. Sac. Conſ. & ex alijs ſuperius dictis.

Nec ſecunda obiectio quod cauſæ reclamationum non eidem commiſſario, ſed alteri committuntur obſtare videtur, quia hoc nulla lege Regni, aut communi cauetur, & ſic poteſt, & debet eidem committi, maxime quod prætenſa incapacitas oppoſita per replicationem Spinulæ aduerſus fideicommiſſum, eſt in conſequentiam cauſæ principalis, & vltra quod tale incidens, & conſequens ad inſtantiam eiuſdem Spinulæ fuit commiſſa eidem Conſiliario Domino Marchioni Tauiani, qui recte proceſſit, etiam quia Iudex in conſequentijs cauſæ, ex officio procedit, & pronuntiat *arg. l. Paulus ff. de re iud. l. cum quidem §. item ſi iumenta de leg. Carauit. in Rit. 197. nu. 15.*

Nec tertium contrarium quod dependentia, & emergentia tãquam acceſſoria eiuſdem naturę cauſę principalis ſint, minus obſtare videtur, quia acceſſorium naturam ſui principalis ſequitur quando in-
13 ter eos diuerſa † ratio non eſt vt per *Hipol. de Marſil. ſing. 17. acceſſorium verſic. ſcias tamẽ Zaſ. in l. qui autem in 5. not. ff. de priuil. cred.* cum tale incidens prætenſæ incapacitatis ſit penitus ſeparatum à cauſa principalis immiſſionis, de qua Spinulæ per dictas duas ſententias rei iudicatæ obſtat exceptio, quam Sacrum Conſilium decidit dum circa incapacitatem incidenter per replicantem propoſitam, dixit non eſſe locum reclamationi & ex quo Spinula dicebat habere ſcripturas circa incapacitatem, ex æquitate dedit arctatum terminum, cum ſi competijſſet non ita dixiſſet, & ſic incapacitatem ipſam à cauſa principali ſeparando, vt aliquando acceſſorium à cauſa principali ſeparari poteſt *iuxt. text. in l. 1. §. etiam ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Præſid. de Franch. deciſio. 506. num. 32. & ſeq.* & dum dictus Dominus Marchio Tauiani vigore ſuæ commiſſionis à Domino Præſidente Sacri Conſilij, & dando terminum proceſſit, & à dicta commiſſione non datur reclamatio, vt colligitur ex *vltima Regia Pragmatica de cauſ. decid. cap. 5.* de committendo cauſam alteri tractari non poteſt, & ſimiliter ipſi Spinulæ de hoc rei iudicatæ obſtat exceptio, maximè quod ipſo inſtante fuit dicto Domino Marchioni Tauiani cauſa commiſſa & per eum proceſſum, vt prædiximus, vnde ex his currenti calamo adductis etiam contrarijs reiectis patet quod dictus Dominus Marchio Tauiani tanquam commiſſarius in ipſa cauſa procedere debet, & ita iuris eſſe conſulo.

*Die 22. Septembris 1617. Referente ProRegente Conſiliario Domino Ambroſio Sant' Iago integerrimo viro per Collaterale Conſilium cum Regijs Conſiliarijs D. Marco Antonio Morra, & Domino Pomponio Saluo adiunctis fuit prouiſum quod ijdem Iudices qui determinarunt cauſam prædictam vltimo loco decidant articulum prædictum pœnes Secretarium Regni, & pœnes Cioffum Sacri Conſilij Actorum Magiſtrum in proceſſu inter dictos Spinulam, & Cataneum fol. 900.*

*Et ſub die 14. Octobris 1617. facta relatione in Sacro Conſilio per D. Regentem Marcum Antonium de Ponte Marchionẽ Sancti Angeli, & Præſidentem Sacri Regij Conſilij viceque Protonotarium, &c. prouiſum eſt, quod idem D. Iacobus de Franchis Marchio Tauiani Regius Conſiliarius in cauſa prædicta procedat ſeruata forma ſuæ commiſſionis contenta in decretatione expedita per præfatum D. Præſidentem ſub die 24. Iulij 1617. pœnes dictum Secretarium, & in dicto proceſſu fol. 909.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Solutio vitalitia eatenus permittitur quatenus Capitale perditur, alias cõtractus eſt nullus.*

2 *Solutio ad duodecim per centum an ſit nulla vti contra Bullã Nicolai V. & Pragmati-*

*maticam Regis Alfonſi I.*
3 *Nullo ex contractu nulla oritur actio nec obligatio.*
4 *Fructus quando non ſunt correſpectiui ad ſolutionem obligatus non tenetur.*
5 *Contrahentium æqualis debet eſſe conditio.*
6 *Aequalitas auget bonam fidem, inæqualitas malam.*
7 *Annua præſtatio debet conſtitui ſuper corpore, certis finibus deſignato frugiſero præſenti pecunia, & quandocunque extingui poſſe, alias eſt contra Bullam, & Pragmaticam.*
8 *Requiſita prædicta ſunt de forma.*
9 *Formæ renuntiari non poteſt, alias contractus eſt nullus.*
10 *Vſuram ex contractu contra formam recipiens non eſt tutus in foro fori, nec in foro poli.*
11 *Bulla Pij V. tractans de Animarum ſalute, omnibus in locis etiam Eccleſiæ quoad temporalia non ſubiectis eſt ſeruanda.*
12 *Bulla prædicta Pij V. eſt præſcripta.*
13 *Cenſuum materia eſt ſecundũ Papæ Bullas tractanda, & quare.*
14 *Bulla Pij prædicta cum ſit publicè nota ac à Doctoribus gloſata, & allegata, ſecundum eam eſt iudicandum, alias ſententia eſt nulla.*
15 *Bulla prædicta in hoc Regno de communi opinione approbata, obſeruata, & ſecundum eam iudicatum.*
16 *Papæ mandata pro correptione ſcelerum qui non obſeruat eſt excommunicatus.*
17 *Lex ſi ex pretio, non loquitur vbi eſt conceſſa dilatio.*
18 *Quantitas certa maxime data dilatione à principio taxari non poteſt, communis & deciſum pluries, & nu. 40.*
19 *Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.*
20 *Opinio D. Regentis de Ponte quod data dilatione intereſſe taxari poſſit an iure procedat, & nu. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 31. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 47.*
27 *Opinio Couarr. declaratur.*
32 *Dilatio conceſſa ad ſoluendum facit ceſſare perfidiam.*
33 *Propoſitum quid operetur.*
41 *Intereſſe non debetur niſi ex mora.*
42 *Mora in principio contractus non conſtituitur.*
43 *Mora contrahitur per interpellationem.*
44 *Sortis petitione dilata, & vſuræ etiam dilatæ cenſentur.*
45 *Sorte in tempore non ſoluta, licite petuntur vſuræ.*
46 *Doctori non allegãti, non eſt credendum*
48 *Deciſiones plures contra Regentem de Ponte.*
49 *Intereſſe lucri ceſſantis, & danni emergentis non probatum, non deberi, deciſum.*
50 *Intereſſe ſub obligatione omnium bonorum taxatum, & promiſſum non deberi, communis, & deciſum pluries contractum eſſe nullum, & in hoc conueniunt Doctores Ciuiliſtæ, Canoniſtæ, & Theologi, & qua ratione.*
51 *Iuramenta in contractu vſurario, quia eſt omni iure probibitum, non obſtant.*
52 *Vſura Palliata facit quod creditor non lucretur fructus, & ſi percipit tenetur reſtituere, ſin autem, non poteſt eas petere.*
53 *Solutum plus per errorem, compenſatur cum ſorte.*
54 *Solutum ex cauſa vera, vel indebita cedit in aliam cauſam vere debitam.*
55 *Error in damno vitando toleratur etiam in facto proprio.*
56 *Compenſatio opponitur aduerſus debitum coram Præſide petitum.*
57 *Compenſatio de pecunia inuicem debita fit ipſo iure etiam in pœnalibus, & de omnibus actionibus.*
58 *Solutione indebiti intereſſe, extinguitur capitale pro rata, & curſus intereſſe impeditur.*
59 *Veritate ſola facti attenta, proceditur in Regno.*
60 *Compenſatio ipſo iure extinguit actiones, & obligationes.*
61 *Compenſatio opponitur aduerſus exequutionem, & etiam contra inſtrumentum dotale.*

62 com-

Digitized by Google

62 *Compenſatione oppoſita ſtatim ipſo iure fit compenſatio.*

63 *Actum qui facit poſt promiſſionem videtur facere animo compenſandi, & iuramentum non obſtat.*

64 *Compenſans non venit contra inſtrumentum quod dicit ſoluiſſe, & compenſatio ficta ſolutio eſt.*

65 *Compenſationis exceptioni renuntiari nõ poteſt.*

66 *Vſuræ non veniunt niſi ex mora, & in mora non dicitur, qui exceptionem habet.*

67 *Contractus contra Bullas, Pragmaticas, & leges eſt nullus.*

68 *Contractus nullus nullam parit actionem.*

69 *Contractus nullus reſcindi debet.*

70 *Vſuræ ne dum, vt non conſtituantur, ſed vt non ſoluantur Iudex ſupplere debet.*

71 *Nullo ex contractu quidquid exactum eſt reſtituitur, vel in ſortem compenſatur.*

## Pro Ioſeph de Raymo emptore officij Archiuarij Regiæ Cameræ Summariæ contra Franciſcum Antonium Baldinum creditorem.

### ARGVMENTVM.

*Pretij rei vendita data dilatione, num debeantur vſuræ, & quid in cenſu vitalitio.*

## CONSILIVM XC.

Contractum venditionis officij Archiuarij Regiæ Cameræ Summariæ eſſe nullũ, & omne ſolutum reſtitui debere, vel in ſortem compenſari, demonſtratur ex Pluribus.

Primò, verum eſſe in facto Franciſcum Antonium Baldinum d. officium vendidiſse Ioſeph de Raymo pro ducatis quatuor mille octingentis, de quibus recepit ducatos bis mille octingentos, & pro reliquis ducatis duobus mille dilationem annorum quatuor ad ſoluendum dediſſe, & interim ſoluerentur annui duc. 240. ad rationem ducatorum duodecim pro centenario, cum periculo vitæ Ioſeph, & deindè annui ducati centum ſexaginta ad octo pro centũ ſaluo capitali, & abſque vitæ Ioſeph periculo, quia
1 ſolutio vitalitia eatenus permittitur quatenus pretium perditur, & nunquam à debitore obligato inuito recuperatur, cum non ita ſit actum, contractus eſt nullus, & vſurarius, vt firmant *Ioan. Andr. ad Speculat. in rubr. de vſur. circa finem, ibi (Nec nomen ſortis quæ præſeruari debet, ſed hic ſtatim conſumitur, Bald. conſ. 154. num. 3 lib. 1 ſed hic capitale non debet reddi & conſ. 133. lib. 3. ibi, cum non contrahatur ſaluo capitale, cum ipſum capitale ſit irrecuperabile, idem in conſ. 210. in princip. eodem lib. 3. & in conſ. 232. num. 1. lib. 5 Paul. de Caſtr. conſ. 289. lib. 1. in principio ibi, ſed hic non eſt dare ſortem cum non repetatur, & latius, num. 4. Dec. conſ. 123. colum. 2. verſic. 3. in primo caſu, ibi quod illud quod datur, perditur, & non poteſt recuperari Ludoui. Lopez de contract. lib. 1. cap. 55. verſic. ceterum in fin. tunc ſors quæ numquam redibenda eſt, Molin. de contract. diſput. 338. num. 6. ibi, quod vitalitium ita ſit finiendum vt capitale omnino amittatur, ac maneat ementis illud Surd. de Alimen. tit. 9. q. 11. num. 19.* dicit hoc procedere quando capitale, non venit reſtituendum & ſi ex pacto deberet reſtitui, tunc contractus non erit licitus *Roderiqu. de an. red. lib. 1. q. 5. nu. 5. ibi cũ capitale ſeu ſors extinguatur, nec repeti vnquam debet, ex quibus & alijs ita firmat Conſiliarius Rouit. in allegatione relata per Regentem Carolum Tapp. de iure Regni par. 4. tit. de cenſ. nu. 83. & ſeq.*

Secundò, in d. contractu fuit actum quod elapſis quatuor annis, capitale eſſet ſaluum, & ſic receſſum à vitalitio
2 contractu, annua promiſſio † & ſolutio ad duodecim pro centum, eſt nulla, & vſu-

raria

raria contra *Bullam Papæ Nicolai V.* & *Regiam Pragmaticam Regis Alfonſi I. in titul. de cenſ.* vbi *Bulla* ipſa inſeritur, dum in ipſis mandatur annuam ſolutionem decimam partem pretij non excedere, & ſi excedat contractus ſit nullus, & inualidus per eandem *Bullam, & Pragmaticam*, quod alio non eſt opus, & vigore talis nulli contractus Ioſeph ad

3 nihilum tenetur, cum ex eo † nec ciuilis, nec naturalis oriatur obligatio, nec actio, vt late ex multis firmat *Gram. deci. 12. num. 3.*

Tertiò, eſt etiam verum in facto quod ex d. officio non percipiuntur emolumen

4 ta † correſpectiuè ad pretium ſolutum, & promiſſum, immo parum, & nihil, & eſt implicata ipſius Ioſeph perſona ex quo ad promiſſa non tenetur, quia ceſſat ratio *l. curabit C. de action. empt. Salyc. in l. 2. C. de vſur. Caſtrenſ. in l. Iulianus §. ex vendito num. 3. ff. eod. & in l. minorum poſt Cyn. & Salyc. quib. ex cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſ. Socc. conſ. 109. colum. 2. lib. 1. Ioan. Bapt. Lup. Gemin. in d. l. curabit com. 1. §. 3. num. 141.* reiectis contrarijs firmat; deficit etiam æqualitas iuris naturalis, quæ eſt vt tantum valet res, quæ emitur, quantum valet id, quod pro ea datur, & è conuerſo *Aſtenſ. in ſum. titul. de vſur. Foller. de cenſ. verſic. Genus enim num. 45. verſic. & quo ad pœnam*,

5 & contrahentium, † æqualis debet eſſe conditio *l. ſi id quod §. ſi. ff. de reſcind. vend. ibi (vix bonæ fidei conueniri, & pactoſtari, quod alteri captioſum ſit) vbi glo. in verſic. ſtari explicat id eſt non valet pactum, eſt etiam text. in l. pen. C. comm. diuid. in fine ibique gloſ. & DD.* æqua-

6 litas † enim auget bonam fidem, inæqualitas malam. *Hoſtienſ. in ſumm. de vſur. Bart. Veron. in tract. ſimulat. præſcrip. 14. Aym. conſil. 195. num. 5.* quia venditor æqualitatem non ſeruauit, omne receptũ reſtituere debet *l. domum l. certum C. de reiuend. l. malæ fidei C. de condit. ex lege c. grauis de reſtit. ſpol. & Octau. Oſaſc. Pedem dec. 169. nu. 1*

7 Quartò, dicta annua † præſtatio non eſt conſtituta ſuper corpore certo, de ſui natura frugifero, præſenti pecunia, & quandocunque extingui poſſe, *iuxta dictam Bullam Papæ Nicolai V. Pragmaticam 1. de cenſib. & Bullam Pij V. per Nauarr. in manuali tit. de vſur. num. 84.* & quod ex ſolo arctato tẽpore infra annos quatuor redimendi, & ſic ad voluntatem creditoris talis contractus ſit nullus, voluerunt *Sot. de iuſtitia, & iure lib. 5. q. 5. artic. 3. colum. 5. Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 9. num. 3. Ioan. Baptiſt. Lup. Gemin. in l. 2. §. 2. num. 69. C. de pact. int. empt. & vend. Virg. de Boccat. par. 1.*

8 *de cenſ. num. 84.* quæ requiſita, † & alia *à Summis Pontificibus*, & in *Pragmatica* ordinata, cum ſint de forma, & latius explicat *idem Virg. de Boccat. d. par. 1. num.*

9 *2. 3. 4. 5. 42. 43.* & formæ † renuntiari non poteſt, vt per *Conſ. Rou. in pragm. 1. de proſeq. malefac. num. 9.* & requiſita ipſa in d. contractu deficiunt per eaſdem *Bullas, & Pragmaticam* talis contractus eſt nullus de * communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, vt per *Ioan. Bapt. Lup. Gemin. in d l. 2. com. 2. §. 2. num. 63. Nauar. de vſur. num. 89. Virgin. de Boccat. d. part. 1 de cenſ. num. 1. 2. 3. 4.* &

10 ex tali † contractu recipiens aliquid annuum recipit vſurã, & quod non ſit tutus nec in foro fori, nec in foro poli, ex quo eſt violator, & contemptor formæ datę à *Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Regijs*, & tales condemnantur à Sanctis Patribus, & à Sancto Spiritu, *c. vt nulli fas eſt & cap. ſeq. 25. q. 1. idem Virg. de Boccat. ibidem num. 52. circa finem verſic. Nam ſi Pius dat formam &c.* & licet talis contractus, quia contra *Bullam Nicolai V. & Pragmaticam primam de cenſib.* ſit nulla tanto fortius, quia contra *Bullam Pij V.*

11 † quæ cum tractet de animarum ſalute, omnibus in locis, etiam quoad temporalia eccleſię non ſubiectis eſt ſeruanda, vt per *Nauarr. de vſur. num. 106. verſic. omiſſa tamen verſi. 2. & ex alijs Virg. de Bocc. de cenſib. part. 2. num. 13. 14. 15.*

12 *16.* & quod talis *Bulla* ſit † præſcripta firmat *Anton. Theſaur. deciſio. Pedemon. 154. num. 4. verſic. cæterum*, & in hac re

13 † ad ipſam *Bullam* eſſe recurrendum dicit

Digitized by Google

cit *Conſ.Rouit.in d. Pragmatica prima de*
14 *cenſib. num.* 16. & cum dicta *Bulla* † ſit publicè nota ſitque gloſata *à Nauarr. Molin.Ioa.Bapt.Lup.Gemin.& alijs,& à Doctoribus allegata* ſecundum eam eſſet iudicandum, alias ſententia eſt nulla ſecundum *Abb.in cap.paſtoralis de fid. inſtrument.& in cap.* 1.*colum.*4.*de re iudi. Bal.in l.ſacratiſſimè* 2.*q.C.de leg.& Nat.*
15 *conſ.*498.*num.*19. & in hoc Regno † de * communi opinione approbata obſeruata, & ſecundum eum contractum annuæ præſtationes ſub obligatione omnium bonorum,quia contra dictam *Bullam* annullatum fuiſſe decidit *Franc.Viuius deciſio*·369.*num.*3.*part.* 1. Hæc enim mandata
16 † Papæ pro correptione, & emendatione ſcelerum, & futurorum malorum ſi quis attentauerit eſt excommunicatus *c.ſiquis dogmata* 25.*q.*2.*& ex alijs idem Virg.de Boccat.d.part.*2.*num.*16.*de cenſ.* quinimò dicti Pij V. *Bulla* circumſcripta ex vi,& *Extrauagantium Martini V.& Caliſti* III. talis annua promiſſio improbatur,& eſt nulla,vt firmat *Felic. in tractat.de cenſ.lib.*1. *cap.* 9. *num.* 6. *& ſeq.* ergo nulli dubium eſſe debet, quin talis contractus ſit nullus prout latiſſimè reiectis contrarijs in ſententia in datione in ſolutum cum tranſactione, & alijs annuam præſtationem non valere firmat idem *Felic. hiſpan.in tract.de cenſib. lib.*1.*cap.*9.*num.* 6.*& lib.*2.*cap.*5.*part.*1. *num.*11.12.13.14.15.16.17.*fol. mihi* 195.*& ſeq.ex innumeris authoribus de * communi firmat vt ibidem per eum.*

17 Non obſtat *text.in l ſi* † *ex pretio C.ſi cert.pet.* vbi quantitas debita ex vna cauſa, poteſt in aliam commutari, Nec alia iura, & authoritates furſan contrariæ, quia loquuntur in debitore in mora conſtituto cui dilatio conceſſa non fuerit *idem Virg.de Boccat.d.part.* 1.*de cenſib. num.*1.6.44.46.53. *verſ. in caſu iſto nec ſit compenſatio, &c.*

Quintò,annui ducati ducentum qua-
18 traginta,& ſic † certa quantitas maximè dilatione conceſſa pendente à principio taxari non poterat, & taxatio non valet *Bart.in l.cum ſtipulatio,in l.cum ſine ff.de verb.oblig.* dum ibi dicit, id quod apponitur per dinumerationem dierum, vel menſium ſemper eſt vſura,vt in noſtro caſu,& de * communi opinione teſtatur *Polid.Rip.lib.*1.*commun. obſeruat. obſeruat.* 1.*num.*3.*& firmat Ioan.Bapt.Lup.Gemi. in d.l.curabit.§.*6. *com.* 1. *num.* 121. *qui num.*122.dicit quod hodie, nullam habet difficultatem,immò *Sum.Corona Confeſſ.in c.*8.*nu.*18. dicit vendita re vt pretium ſoluatur hinc ad tres annos,& inde mediocre lucrum exigatur puta ad quinque per centum, eſt vſura,vt per multos Theologos fuit reſponſum Sãctiſſimo Domino, non obſtante opinione tenentium contrarium, quia illi loquuntur quando non eſt data dilatio ad ſoluendum,& adſunt requiſita in *Bullis, & Pragmatica* de quibus in tali contractu verbum nullum,vt firmat *idem Ioannes Bapt.Lup. in d.l.curabit* §.7.*num.*144. Et licet dicatur intereſſe, tamen conſiderato effectu, quem potius quam verba intueri debemus eſt vſura,*cap.plerique* 13.*q.* 3. *Antar.conſil.*150.*in quæſtione quæ vertitur num.*3.*& ſeq.Bald.in l.cum allegat. in fin.C.de vſur.Alexan.Ambroſinus deciſ. Peruſi.*32.*num.* 11.*part.* 2. & præſtatio iam dicta, cum fuerit adiecta ſolutioni duca. duorũ mille pecuniæ promiſſæ non valet,quia contra *tex.in l.rogaſti §.ſi ſibi ff.de reb.cred.ibi* (*ſi dedero tibi decem,vt vndecim reddas,putat Proculus vltra decem condici non poſſe*) *cap.dilecti de Arbitr. & ex alijs Rebuff. in l. vni. gloſ.*1. *num.*57.*ff.de ſentent. quæ pro eo, &c.* de * communi opinione teſtatur,& ita deciſum *num.*63.64.*& ſeq.* cum pluribus ampliationibus à *d.n.*57.*vſque ad n.*67.*fol.* 62. & ex his concludo vendita re dataque dilatione ſoluendi pretium intereſſe taxari, à principio, & exigi non poſſe, & exactum reſtitui debere.

Et ſi *D.Regens de Ponte in tract.de Poteſt.Proreg.tit.de Reg.impoſ.§.*5.*num.* 64.*& ſeq.*noſtram concluſionem impu-
19 gnare conetur, quia ferro † viam aperit qui per contraria tranſit, vt dicit *Bald. in l.precibus C.de impub. & alijs ſubſtit.* ad ipſa contraria deueniendo dico D.

Regen-

Digitized by Google

*Regentem d.loco num.64.* dicere, data dilatione † ſoluendi pretium rei venditæ infra certum tempus, vel quandocunque intereſſe taxari poſſe, quia non conſideratur mora regularis, ſiuè irregularis ſed promiſſio coniuncta, & dilatio non eſt data ſimpliciter, ſed ſecundum quid: Parcat mihi tanti viri authoritas ſi eius dicta reijciam ex pluribus.

21 Primò, *Regens* † nè dum non probat quod contra noſtram concluſionem prętendit, ſed *Innoc. Ioan. Andr. Calderi. & Abb. in cap. fin. de vſur. Barboſa in l. de diuiſione ff ſolut. matrim. num.* 71. 72. & *omnes alij per D. Regentem* adducti, aut non dicunt illud ad quod allegantur, aut contrarium firmant, quod differt à caſu noſtro, eſtque ſibi contrarius, & de * communi opinione noſtram concluſionem in fortiori caſu firmat v3. in dilatione ſoluendæ dotis quod intereſſe à principio taxari non poſſit, vt in ſuo *conſil. 2. num.* 124. ex quo eius dictum in *d tract.* connumerari non debet *Præſid. de Franch. deciſio.* 240. *num.* 16. & contra partem remanet * communis opinio, quam ex alijs *idem Regens adducit in d. conſil. 2. numer.* 124.

Secundò, ſigillatim *D. Regentis* dicta reijciendo dico ipſum in *d. tract. &* §. 5. *num.* 68. dicere quod *Ioannes Andreas in cap. ſalubriter, de vſur.* dicit, conuentionem non valere quando eſt data dilatio ad ſoluendum, ſed * communem eſſe in contrarium, de quo per *Det. in cap. cum venerabilis de except.* Rogo videatur, *Det.* qui ne dum de prædicta * communi ad quem *Regens* ſe remictit, non teſta-

22 tur, ſed ibidem *num.64.* contra † *Regentem* firmat, dicens *taxatio vero, & conuentio de certa quantitate pro intereſſe non valet, & dum Regens d. §. 5. num.* 68. di-

23 cit conuentio eſt ſeruanda † quando probatum erit de vero intereſſe, & ſic probatione indigere ergo à principio taxari non poſſe, ipſemet *Regens in eodem tract.* firmat, & eſt ſibi contrarius ergo, &c.

Tertiò, *Regens ibidem num.* 69. dicit *Det. conſ.* 111. dicere taxationem fieri poſſe, ad intereſſe veriſimile, etiam quod fructus rei excedat, & quod firmat *Pariſ. conſ.* 60. *num.* 22. 29. *lib.* 1. *vbi adducit Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de vſur.* dicentem emptorem ex retardata pretij ſolutione, teneri ad vſuras, in regione frequẽtatas licet fructus rei traditæ minus valeant, & quod ſequitur *Gozzad. conſ.* 55. *num.* 11.

24 Reſpondetur quod *Det* † *d. conſ.* 111. loquitur in venditione pilorum qui emũtur ad tempus, vt interim ex pilis fiat drappum, quod poſtmodum venditur, & emptores pilorum volunt dilationem, ad pretium ſoluendum gratia commoditatis, & vtilitatis eorum, ideò tali caſu vſura non committitur, quamuis maiori pretio pili vendantur, & interim vllum ſoluitur intereſſe, & quod *Det. d conſ. num.* 10. *verſic.* 2. *quia in punto, & per totum* valdé diſtat à dicto *Regentis* & caſu noſtro, & *Paul. de Caſtr. in allegato per Regẽtẽ loco*, licet dicat intereſſe non deberi ex mora, ſed ex quo habuit facultatem percipiendi fructus, vt iñ *l. Iulianus ff. de action. empt.* & non dicit data dilatione poſſe intereſſe à principio taxari, immò taxationem reprobat in *l. inſulam §. vſuras ff ſolut. matrim.* etiam quod onera matrimonij ſubſtineat, & à principio taxari non poſſe concludit *Gozzad. in d. conſ.* 55. *num.* 11. dicens quod ſi emptor habet vſum & commoditatem, & percipit fructus, eſt Dominus, & poſſeſſor, & poſſet ab eo intereſſe peti non dicit poſſe à principio taxari, & Ioſeph de officio ſibi vendito non percipit emolumenta correſpectiua ad pretium ſolutum, & annuã promiſſionem, vltra labores perſonales, & dominium pendente ſolutione non fuit in eum tranſlatum, & fuit ei data dilatio ſoluendi in annos quatuor, vndè ſumus in ſatis diuerſo caſu, *Gozzad.* qui nobis non contradicit, nec *Pariſ. in allegato conſ.* 60. ad quod allegatur concludit. Immò ibidem *num.* 21. contra *Regentem* firmat, & idem *Soccin.* reiectis cõtrarijs firmat *d. conſ.* 130. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 4. & ſic etiam *Corn. dicto conſil.* 53. *lib.* 3.

Quar-

Digitized by Google

Quartò, Regens num. 70. dicit Couarr. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 5. de * communi opinione dicere conuentionem cer
25 ti intereſſe † veriſimilis conſiſtentis tã in danno quam in lucro donec pretium ſoluatur deberi, ea ratione, quia non eſt datã dilatio ſimpliciter, ſed in recompenſam certæ moræ incurrendæ, authoritate Hoſtienſ. Abb. & aliorum per Barboſ. in d.l. de diuiſione d. nu. 71. & 72.

Ad hoc reſpondeo Couarr. d. num. 5.
26 allegatã † * communem non dicere, ſed num. 7. legitur videlicet Nam licet id quod intereſt poſſit iure in pactum deduci ſub incerta quantitate, quæ poſtmodũ probanda eſt, non autem de certa quantitate, quia adeſt fraudis ſuſpitio l. cum quis decedens §. codicillis §. titia ff. de l. 3. Hæc enim verba ſunt contra d. Regentis dictum, & ſi poſtea Couarr. dicit, certa quantitas, ſi ponatur, quæ veriſimilibus coniecturis conueniat quãtitatibus, quæ verè interſint, conuentio valebit in vim probationis, hoc intelligitur quando emptor non habet dilationem, & non eſt in mora, quia data dilatione ad ſoluendum pretium, venditor dilationi conſentijt, Nec vlla eſt mora emptoris, & legi curabit renuntiaſſe videtur, ex quibus verbis Couarr. contra Regentem concludere videtur, & ſi aliquid in oppoſitum Couar.
27 † ſenſerit prout non, repræhenditur à Padre Ledeſma hiſpano Theologo, & canoniſta, & ab alijs in Cathecheſi, ſeu inſtructione Ciuitatis, & Diœceſis Neapolitanæ fol. 337. & 340. ibique contra eum, &
28 Regentẽ ex innumeris † authoritatibus & * communibus opinionibus, cõcludunt quod data dilatione ad rei venditæ pretium ſoluendum intereſſe taxari, nec deberi, iuxta noſtram veriſſimam concluſionem.

Quintò, dicto num. 70. in fine, & num. 71. Regens dicit Paulum de Caſtr. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de action. empt. dicere conuentionem valere, vſque ad concurrentem quantitatem fructuum, quia non petuntur, vt vſuræ, ſed tanquam intereſſe, & hoc eſt quod intereſt, alias trataretur de lucro, ſubdens * communiter practicari contrarium, vt intereſſe ſoluatur non habito reſpectu ad fructus, de qua obſeruantia faciunt etiam fidem moderni add. ad deciſio. Afflict. 20. & inde Regens ſequitur, & licet Paul. de Caſtr. dicat hoc non eſſe ſecundum bonam conſcientiam, Socc. tamen in eadem l. de diuiſione num. 14. verſic. aliquando, & 4. intelligit Paul. de Caſtr. quando intereſſe excedit notabilem quantitatem perceptionis fructuum, & ad hoc allegat Laurent. de Rodulf. part. 2. de vſur. Anan. in c. in ciuitate de vſur.

Reſpondetur quod Paul. de Caſtr. in
29 allegato per Regentem num. 3. dicit † intelligo tamen quod tenetur poſt lapſum termini ad ſoluendum. Nam quouſque durat terminus, non dicitur, emptorem eſſe in mora, vt ex relatis verbis in d. l. lecta vbi Paul. de Caſtr. in fortiori caſu cõtra Regentem firmat vt diximus.

Nec moderni add. ad Afflict. deciſio. 20. quod intereſſe poſſit peti non habito reſpectu ad fructus, quid probant: & ſi dixiſſent, eſſet contra text. in d. l. curabit & in d. l. Iulianus §. ex empto, & contra omnes ſcribentes, aliaſque * communes, & deciſiones & ſi Socc. in d. l. de diuiſione num. 14. intellexiſſet Paul. de Caſtr. dicere intereſſe contra conſcientiam quando excedit notabilem quantitatem fructuum, non ex hoc habetur data dilatione poſſe intereſſe taxari, & percipi, & Socin. d. conſ. 88. reiectis contrarijs firmat data dilatione intereſſe non poſſe taxari, nec deberi, & hanc tutiorem opinionem eſſe firmat Laurent. de Rodulf. d. tract. de vſur. q. 53. idemque Anan. in d. cap. in ciuitate contra Regentis opinionem in d. tract. firmat.

Sextò, Regens ad ſuam intentionem fundãdam in d. §. 5. num. 75. dicit Bald, in l. 2. C. de vſur. dicere conuentionem
30 † certi intereſſe rei ſterilis, de qua fructus non percipitur valere eumque ſequutum fuiſſe Couar. var. reſol. lib. 3. c. 4. & Cagn. in d. l. 2. nu. 30.

Replicatur Couarr. in eodem per Regentem allegato loco num. 3. verſi. & ideo, re-
31 probando tale Bald. dictum, dicit † contrariam opinionem veram eſſe cenſeo, &



Digitized by Google

*Cagn.in d. num.*30. nihil de hoc ſed *nu.* 20.ex pluribus contra *Bal. firmat & nu.* 21.*verſic. ad deciſionem Bald.*de emente rem ſterilem reſpondet quod non eſt vera,ergo noſtra verior eſt opinio,Et ſi dicatur quod iſtæ vſuræ non præſtantur ratione perceptionis fructuum, ſed ratione impletæ fidei,ex parte venditoris, & perfidia ex parte emptoris nec obſtat,quia
32 propter dilationem † ceſſat perfidia,quę non adeſt dilatione pendente, cum quod
33 operetur propoſitum † in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito *l.ſi ut proponis C.de nupt.cap.diſputationum* 32. *diſt. ex alijs firmat Soccin.in d. conſ.*88. *num.* 8.*& Det.conſ.*119.*num.* 8.

Septimò,*ibidem num.*77.*Regens* dicit data in dilatione poſſe, à principio certum intereſſe taxari ſecũdum *Caietan.in* 2.*caſu de vſur.*& etiam ſecundum *Theologos* nullam habet diſputationem,quando venditor non eſt ſolitus tenere pecuniam otioſam in arca.

Ad hoc dico, quod ſumus in diuerſo
34 caſu † *Caietani* volentis quod mutuans ex mutuo vere impediatur à lucro, & quod non totum lucrum ſperatum ex dato deducatur in pactum;cum in caſu noſtro Ioſeph ex officio ſibi vendito non percipit tantum lucrum,quantum venditor percipit à ducat. duobus mille quatricentis ſolutis,& annuos ducat. ducentos quatraginta pro reliquis ducat.duobus mille immò parum,& nihil, vt ex facto,vltra labores & aſſiſtentiam perſonalem, vnde deficit *Caietani* conditio, & dum emolumenta officij non ſunt correſpectiua ad quantitatem ſolutam,& promiſſam,Ioſeph ad obſeruantiam talis contractus non tenetur,vt fundat *Aret. conſ.* 149.*Natt.conſ.*417.*Roland.à Vall.conſ.* 14.*num.*3.*lib.*2.*Couarr.var.reſolut.lib.*3 *cap.*4.*num.*3.*verſic.nec videtur iuſtè*,reiectis contrarijs dicit,hanc veriorem eſſe opinionem *Molin.de contract.diſput.*368 *num.* 12. *Roderiq. de annuis redd. lib.* 3. *cap.*7.*qui alios adducunt. Et Theologi,omneſque Scribentes contra Regentis dictum firmant.*

Octauò,*Regens in eodem num.*77. dicit *Nauarr.*ſequitur *Caiet.* & contra *Innoc.in cap.fin. de vſur.* eſſe * communem opinionem, & late *in manuali de peccato vſuræ circa mutua in principio cap.* 17. *num.*71.confutans dictum *Soti lib.*6. *art.* 3.*q.*1.*de iuſt.& iur.*qui eandem tenet opinionem.

Rogo videatur *Nauarr.* qui in eodem
35 *num.* 21. † dictum *d.Regentis* non dicit, ſed *num.* 211. *in princip.* declarando intereſſe danni emergentis, & lucri ceſſantis quod vtrumque petitur quando die præfixa non ſoluitur,& ſi ratione dilationis ſolutionis qui accipit aliquid vltra ſortem,eſt peccatum,& vſuram committit per *cap. in ciuitate de vſur.* cum concordantijs,& hæc ſunt verba *Nauarr.*in deciſione caſus vſurarij, quod venditare frugifera, dataque dilatione ſoluendi pretium intereſſe taxari à principio, & exigi non poſſit, poſita talis deciſio *in Cathechesi ſiue inſtructione Ciuitatis, & Diœceſis Neapolitanæ cap.*23 *fol.*338.ergo contra *Regentis* dictum in *d tract. Nauarr.*firmat,& non vt ipſe pro ſe allegat & *Abb. in d.cap.conquæſtus Innoc.in cap. ſacro de ſentent.excom. Anan. & Ancar. in d.cap.ſalubriter*, non dicunt intereſſe ob dilationem poſſe taxari, & deberi, vt *Regens* eos dicere aſſerit, ſed *omnes in dictis locis,& Ancar. d.conſ.*150.*eodum.*3 *contra Regentem firmant.* Amplius *Innoc.dicto in loco num.*10.*verſic.& ſic videtur* dicit,vbicumque pecuniam dari in obligatione eſt, nullum intereſſe commune,vel ſingulare petitur,& ſic de promiſſis ducatis duobus mille,& annuis ducatis quatraginta prò intereſſe non debentur.

Nonò,*Regens ibidem verſic.Summ.Armill.&c.*dicit *Summam Armillam verſic.vſura verſic.vendens num.*15. dicere quod vendens poſſeſſionem,habens partem pecuniæ, vel nihil, cum pacto quod vſquequo dederit pretium, ſoluat quinque per centum habens reſpectum ad intereſſe quod patitur ex mora ſoluendi non eſſe vſuram.

36 Hoc quidem non obſtat,quia *Summ.*† *Armill.* non dicit data dilatione ſoluendi pre-

Digitized by Google

di pretium infra tot annos, vt in caſu noſtro, cum data dilatione teneat contrarium, vt ex eiuſdem *Regentis* relatis verbis, dum dicit habens reſpectum ad intereſſe, quod patitur ex mora, quæ non cadit in habente dilationem ad pretium ſoluendum, & contra *Regentis* dictum *Summ. Armill.* firmat.

Decimò, *Regens ibidem verſic. Summ. Syluest.* dicit *Summam Syluestrinam in verſic. vſura num.* 19. dicere licitum eſſe ex mutuo acquirere ratione intereſſe, ſiue danni emergentis, vel lucri ceſſantis, quod tamen eſſet in actu, vel quaſi, & eſſe * communem opinionem vt per *omnes Canonistas*.

37 Nec id obſtat † cum *Summ. Syluest. in d. verſ. vſura q.* 11. firmet data dilatione ſoluendi pretium rei venditæ interim intereſſe nec peti poſſe, & omnes infraſcripti *Ciuilistæ*, *Canonistæ*, *Summistæ*, & *Theologi* contra *Regentem* tenent.

Vndecimò, *in verſic. ſolus, &c. & verſic. Hę deciſiones omnes &c.* facit argumẽtum, ſi in mutuo lucrum ceſſans poſſit in pactum deduci, in quo regula eſt mutuũ dantes nihil recipientes, facilius in re vendita.

38 Replicatur *Sot.* in caſu mutui, à ſolito negotiari aſſertum per *Regentem* malo animo dicit, vt ex relatis *Regentis* verbis aliæque doctrinę omnes ſunt contra *Regentis* dictum, vt diximus, & etiam infra.

Vltimò, *Regens* dicit homines non tenere pecuniam otioſam, emptiones eſſe promptas, conſuetudinem ita contrahendi adeſſe in toto Regno, & ita Iudicari, & quod hoc nec obſtet dico.

39 Primò, pecuniam † non ſtare otioſam totum contrarium clareſcunt diuitię multæ Sacri Montis Pietatis, Sancti Eligij, & nouiſſimi Montis Pauperum, & aliorum Bancorum quorum diuitiæ ex pecunia otioſa, & ex emptionibus non promptis, ſunt in maxima ſumma auctæ, & ſimiliter decoctiones aliorum nummulariorũ, in innumerabili ſumma creditorum contra *Regentem* probant, & omnia ſunt nota.

40 Secundo, quod certa quantitas † pro intereſſe data dilatione à principio taxari, & exigi non poſſit, ex *Ambroſ. de Vig. Bernar. de Bust. Ancar. Purpur. Cagnol. & alijs latè firmat* Rebuff. *in d. l. vni. gloſ. in alijs, num.* 36. *fol.* 204. *& latius in gloſ. vltima num.* 34. *&* 35. afferens rationem & ita deciſum, ac plures ampliationes vſque *ad num.* 45. *fol.* 224. *ex* Cyn. *& alijs Anto. Gam. deciſio. Luſitan.* 110. *num.* 18. *& ſeq.* noſtram concluſionem firmat, ſubdens, quod Iudex per ſententiam ad certam quantitatem prò intereſſe condemnare non poteſt, *Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucan.* 21. *post num.* 44. dicit, ſi vero ſit data dilatio ad ſoluendum, tunc vtique nulla committitur mora, & nullum debetur intereſſe, & etiam in dote, veram opinionem eſſe, latè firmat *Syluan. conſ.* 10. *in nomine Ieſu Christi colum. fin. Soccin.* * *communem etiam dicit conſ.* 88. *num.* 19 *& d. conſ.* 130. *num.* 10. 11. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 119 *num.* 10. *&* 11. *reiectis contrarijs de* * *communi teſtatur Abb. conſ.* 5. *lib.* 1. *& ex alijs Paul. de Castr. in d. l. inſulam* §. *vſuras* in dãte dilationem pro ſoluenda dote, *Pariſ. conſ.* 60 *num.* 21. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 53 *lib.* 3. *Laurent. de Rodulff. in tract. de vſur. q.* 53. * *communem firmat, & ex alijs* * *communibus* * *communiorem dicit Plot. in l. ſi quando* C. *vnde vi num.* 452. *& è Theologis Sanctus Thomas Aquin. ſecunda ſecundæ q.* 78. *Diu. Bernar. ſerm.* 32. *cap.* 2. *ſerm.* 42. *cap.* 1. *Sanctus Anton. in ſum. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 30. §. 2. *part.* 2. *lib.* 1. *& ex alijs Ioan. Lup. in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. fol.* 91. *colum.* 4. *in fine Gabr. Biel* 4. *ſentent. diſtin.* 55. *q.* 12. *colum.* 4. *caſ.* 3. *Summ. Syluestr. Anan. Ancar. Abb. Innoc. & alij ſupradicti vbi ſupra*, *Reuerendus Pater Ludouic. de Beia in tract. de vend. rer. frug. ad terminum cum grauamine ſoluendi annuam penſionem ratione pretij non ſoluti à fol.* 420. *verſic. in contrarium eſt lex mora vſque ad fol.* 445. *per totum noſtram concluſionem ex multis firmat, qui fol.* 433. dicit & ideò concluditur quod ratione intereſſe venditor non poteſt exigere ſuper dicta poſſeſſione ven



Digitized by Google

dita ad terminum conſtitutum, antequã terminus ille tranſigatur, & fol. 440. in fine dicit cum venditor velit eſſe ſecurus in omnem euentum, emptor vero ſubeſt periculis, quod caſus iſte, & modus contrahendi, eſt iniuſtus, & malus etiam ſi penſio modum fructuum non excedere videatur, *vt fol.* 441. ſequitur, ſi autem ratione dilationis pretij conuenti iſta penſio conſtituta ſit, manifeſtam ſapit vſurariam prauitatem, ex natura contractus ex vna, ex altera autem, quia debitor non eſt in mora ſoluendi, & ante moram non veniunt vſuræ, & intereſſe, vt dictum eſt, contractus igitur iſte eſt malus, iniuſtus, & forte vſurarius, ergo nullus.

Nihil refert dilationem eſſe conceſſam ſimpliciter, vel ſecundum quid, cùm quomodocunque dilatio detur ea pendente emptor moleſtari non poteſt, Nec
41 de intereſſe, † quod non debetur niſi ex mora *l. ſocium qui in eo* ff. *pro Soc. l. lecta ff. ſi cert. pet. & vtrobique gloſ. & Doctores omnes Aym. conſ.* 350. *Aret. conſ.* 151. 2. *dub. Hier. Magon. deciſio Florent.* 103. *num.* 1. *gloſ. in l. ſi cum exceptione* §. *quatenus verſic. tripli* ff. *quod met. cauſ. Det.*
42 *d. conſil.* 119. *num.* 7. quæ mora † in principio contractus non conſtituitur *l. mora ff. de vſur. vbi plene gloſ. & in l. nulla ff. de reg. iur. ibi ( nulla intelligitur mora ibi fieri vbi nulla eſt petitio) l. ſi pupillus ff. de verb. oblig.* Neceſſaria eſt enim interpel-
43 latio † legitimo loco, *d. l. mora*, vel quando dies eſt determinata, quæ interpellat pro homine, & nullam poſſe conſiderari moram in Ioſeph emptore, quia ſponte Franciſcus Antonius Baldinus vendidit, & ſponte terminum annorum quatuor ad ſoluendum reſiduum pretij conceſſit, qua dilatione pendente, ad intereſſe non tenebatur *iuxta text. in d. l. lecta* §. *ſed*
44 *cum ſortis ibi (ſed cum ſortis † petitio dilata ſit, conſequens eſt vt etiam vſuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant) & ibi non enim in mora eſt is, à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt, id eſt per exceptionem dilationis) ibique gloſ. & DD. & in l. nuda C. de comm. & contrahen. ſtipul. l. ſi pacto quo pœnam C. de pact. gloſ. in cap. conqueſtus de vſur. quam gloſ. omnes approbant*, quæ vult ꝙ qñ pretium
45 † non ſoluitur ad terminum, licitè petuntur vſuræ, & ſic durante termino, non debentur, per quam *gloſam*, & ex alijs* communiorẽ, & veriorem concluſionem noſtram eſſe probat *Det. d. conſ.* 119. *nu.* 7 *circa finem & num.* 9. & 10. *idem firmat Socc. d. conſ.* 88. *nu.* 19.

Quartò, ad quod *Regens* dicit adeſſe conſuetudinem, & ſecundum ſuam opinionem decidi, oportebat allegare authoritates conſuetudinis, intereſſe poſſe taxari, & ſolui dilatione conceſſa penden-
46 te, cum quos allegat, † aut non dicunt, aut contra ipſum concludunt, & ſic non
47 allegare videtur, & Doctori † non alleganti credendum non eſt, *cap. ego ſolus diſtint.* 9. etiam ſi eſſet gloſ. dicit *Bald. in l. res publica C. ex quib. cauſ. maior. Archid. in cap. nihil* 11. *q.* 3. *Viu. deciſio.* 348. *num.* 6. *part.* 1. & contra *Regentem* addu-
48 co *deciſio. Afflict.* † 20. decidentem inte-
49 reſſe † lucri ceſſantis, & pretij non ſoluti rei frugiferę ad tempus ſoluendi pretium, venditæ, & traditæ, certum intereſſe non probatum, etiam poſt moram non debetur, eſtque contra *Regentem* alia punctualis deciſio *Rebuff. in d. l. vn. gloſ. vlt. num.* 34. & 35. *Viu. deciſio.* 369. *num.* 3. de * communi opinione decidens in-
50 tereſſe † ſub obligatione bonorum omnium taxatum, & promiſſum non deberi, talemque contractum declarat nullum, *Rot. Gen.* etiam hoc decidit *deciſio.* 91. *num.* 31. *alia eſt deciſio Farinac.* Rota Ro*man.* 892. & in hoc conueniunt *Theologi, & Canoniſtæ*, & ſi aliter diceretur, eſſet aperire viam vſurarijs, nam partes ſemper conuenirent de futuris vſuris, vt ex *Mario Martio inter conſil. Farinac. conſ.* 15. *num.* 25. *& ex alijs firmat Alexand. Ambroſinus deciſio. Peruſ.* 32. *nu.* 12. *part.* 2. *& in fine* contractum rei venditæ ex taxato intereſſe nullum eſſe decidit, & *Theologus Magiſter Ioan. Baptiſt. de Antonaſiis in d. Catechesi, ſiue inſtructione Ciuitatis Neapol fol.* 335. *per octo cartas, inſimul* & *Nauarr. & alij* Reuer. *Epiſcopi,* Reuerendi *Patres Ieſuitæ, aliique diuer-*

Digitized by Google

*diuerſorū ordinū Patres Theologi*, ex pluribus * communibus opinioonibus, multiſque authoritatibus, deciderunt pendente dilatione conceſſa ad pretium ſoluendum, intereſſe taxari, & exigi non poſſe, & ex prædictis etiam contrarijs reiectis noſtra concluſio tutiſſima redditur, & ſic Ioſeph ad intereſſe vllum, maximè dilatione ſibi conceſſa pendente non tenebatur, nec tenetur, & omne ex tali indebita cauſa ſolutum ſibi reſtitui debet iuxta tot, & tantas veriſſimas *text.* authoritates * communes opiniones, & deciſiones,

51 Non obſtat iuramentum † quia vſuræ, & contractus vſurarij, omni iure prohibentur *Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 8.* & quod omne ſolutum pro dictis annis quatuor reſtitui, vel ſaltim in ſortē compenſari debeat, probatur ex pluribus

52 Primò, quia ex vſura † etiam palliata creditor non lucratur fructus, ſiue intereſſe, & ſi percipit, cogitur reſtituere vel in ſortem compenſare, ſin autem non percipit, non poteſt eas petere *cap. 1. 2. cap. conquæſtus de vſur.* & prædicta procedunt nè dum in contractu verè vſurario, ſed etiam velato, *gloſ. & DD. in cap. ad noſtram de empt. & vendit. Bald. in l. 1. C. de pig. actio & late Natt. conſ. 498. nu. 1. & 2.*

Secundò, per *text. in l. creditor §. Ti-*
53 *tius ff. de ſolut. ibi (ſi errore † plus in vſuris ſoluiſſet quam deberet, habendam rationem in ſortem eius quod amplius ſolutum eſt) vbi Bart. & DD. & ſignanter, Alber.* firmant concluſionem, quod cre-
54 dens † ſe deberi ex vna cauſa non vera, vel indebita, & ſoluit, cedit in aliam cauſam ex qua vere debebat, vt ex alijs firmat Regens *de Ponte conſ. 70. num. 25. & ſeq.* & quia Ioſeph tractat de non ſolue-
55 re, & ſic de danno † vitando toleratur error etiam in facto proprio iuxta *text. in l. ſed & ſi me putem. ff. de cond. indeb.* ſic ex prædictis, ſolutum ex cauſa intereſſe pro tempore dilationis conceſſæ, reſtitui, vel in ſortem compenſari debet.

Tertiò, per *l. quoniam C. de compenſ. ibi*
56 *( ſi debitum † apud Præſidem Prouinciæ petatur compenſatione eius quod indebite ſoluiſti potes opponere ) & in l. ſi conſtat*
57 *eod. legitur (ſi conſtat † pecuniam inuicem deberi ipſo iure pro ſoluto compenſationem habere oportet, ex eo tempore quo, ab vtraque parte debetur) vbi gloſ.* explicat etiā in pœnalibus, & ſic in proprio caſu vſurario, quod pœnale eſt, & de omnibus actionibus, per *l. compenſationis, eodem ibi (compenſationes de omnibus actionibus ipſo iure fieri ſancimus)* ex quo per ſolutio-
58 nem † indebitam intereſſe ſoluti pro rata, capitale fuit extinctum, & curſus intereſſe impeditus *l. eos C. de ſolut. ibi (eius quantitatis cuius repetitionem ratio compenſationis excluditur, non poſſe vſuras repeti, manifeſtum eſt, ipſoque iure poſſe factam compenſationem) idem dicit text. in l. aliter C. de compenſ.* maxime in Regno
59 † vbi ſola facti veritate inſpecta proceditur per *cap. deteſtantes de ſupplend. de-*
60 *fect. cauſ.* & compenſationem † ipſo iure extinguere actiones, & obligationes, eſt etiam *text. in §. bonæ fidei inſtit. de action. vbi Iaſon num. 27.* * communem dicit eſſe opinionem, quam ex alijs firmat *Surd. in tract. de alim. lib. 7. q. 10. num. 15. iuncta deciſio. Rota Bonon. 37. num. 22. Afflict. deciſio. 121. num. 1.* vbi etiam, quod
61 aduerſus exequutionem, † & inſtrumentum dotale opponi poteſt, ſed in caſu no-
62 ſtro, quia compenſatio oppoſita † fuit interuenit declaratio hominis, ſtatim ipſo iure extinctio, & compenſatio ſoluti pro intereſſe taxati in tantam quantitatem capitalis facta fuit per *d. l. ſi conſtat, & Præſid. de Franch. dec. 53. nu. 2.*

Quartò, Ioſeph in principio contractus quando ei officium fuit venditum correſpectiuè ad ducat. 2800. ſolutos & ducat. 240. promiſſos de emolumentis nihil in ipſius beneficium habuit, nec habet, & eſt in maximo danno, vltra labores perſonales, & Baldinus per quantitates indebitè receptas fuit effectus debitor poſt contractum, & ſic non obſtante iuramento extinctio, & compenſatio ca-
63 pitalis ipſo iure facta fuit, quia qui † facit actum poſt promiſſionem, videtur illum facere animo compenſandi, & ſol-



Digitized by Google

uendi *Octau,Oſaſc.deciſio.Pedemont.* 92. *num.* 33.*&* 34.contrarium reijciens:*Ioa. Vincent.de Ann.alleg.*80. *num.* 3. in fine deciſum firmat *Summ.Syluestr. in verſic iuramentum quarto num.* 27. *Molin.in tract.de iuſt.& iur.diſput.* 557.*num.* 9. *verſic.contrarium vero Zeuagl.pract.qq. contra communes lib.*14. *q.*251. *in fine*

64 per rationem quod qui compenſat,† non venit contra inſtrumentum, ſed dicit quod eſt ſatisfactum, quia compenſatio ficta ſolutio eſt *l. debitor ff qui pot. in pig. hab.Surd. vbi ſupra num.* 14. immo tali

65 exceptioni † renuntiari non poſſe, deciſum firmat *Afflict.deciſio.*121.*num.*6. &

66 alia poteſt adduci ratio, quod † vſuræ non veniunt, niſi ex mora, nàm ille non dicitur in mora qui aduerſus conuentum habet exceptionem *d. l. lecta verſic.cum ſortis ff.ſi cert.pet. & ex alijs idem Ioannes Baptiſta Lup.Gemin.in d.l.*2. *C. de pact.inter emptor.& vend.coment.*2.*§.*4. *num.*151.

Vltimò talis contractus, & ſolutiones

67 † quia contra *Bullas*, *Pragmaticam*, *& alia prædicta iura* ſunt nullæ *per text. in l.non dubium* C.*de leg. l. quemadmodum* C.*de agric. & cenſit. lib.* 11. *cap. ea quæ contra ius de reg.iur.in* 6.*vbi gloſ.& DD.*

68 & ex ipſo contractu † & ſolutionibus nec ciuilem, nec naturalem oriri obligationem, nec actionem latè firmat *Gram.*

69 *deciſio.*12.*num.*3. & reſcindi † debet ſecundum *Capyc.deciſio.*75.*num.* 1. cum quidquid in fraudem legis fit,irritetur *c. illo vos de pign.l.contra legem,& l.ſeq.ff.*

70 *de leg.* immò † iudex debet ſupplere ne dum poſt vſuras ſolutas, vt reſtituantur, ſed vt earum vlla fiat exactio *Capyc. ex alijs d.deciſio.* 75. *num.*2.*vſque ad finem*

71 & ſic quidquid † ex tali contractu pro prætenſo intereſſe eſt ſolutum debet dicto Ioſeph de Raymo emptori reſtitui,vt ex multis firmat *Viu.d.deciſ.*369.*nu.*18. 19. vel ſaltim in ſortem compenſari, vt prædictum eſt,& ita non obſtante decrecreto excomputi certæ quantitatis abſq; animi affectu decidendum eſſe mihi videtur.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Vltima derogant primis.*

2 *Promiſſio cum conditione ſiue modo, in principio contractus, cenſetur repetita in toto contractu.*

3 *Clauſulæ ſequentes ad proximè præcedentia referuntur.*

4 *Codicillis poſita inducunt repetitionem in teſtamentis.*

5 *Res in continuatiuo negotio prius promiſſa cum ſuis qualitatibus repetita cenſetur.*

6 *Legatum ſi transferatur, cenſetur translatum cum conditionibus primi legati.*

7 *Dictiones, eo plus, eo amplius, & plus, ſunt repetitiuæ præcedentium cum qualitatibus ſuis.*

8 *Qualitas in ſecundo contractu promiſſionis poſita, cenſetur adiecta in prima ex vi tacitæ repetitionis.*

9 *Dictiones repetitiuæ operantur etiam quod expreſſio pro forma requireretur.*

10 *Dictio, vt ſupra, eſt repetitiua, & relatiua ad omnia præcedentia.*

11 *Relatum in referente, & ſubrogata quantitas ſumit naturam eius in cuius ſubrogatur, etiam ſi in aliquo diſcrepat, & nu.* 12. *& nu.* 16.

13 *Relationis eſt natura cohærere veritati duarum ſcripturarum, & num.* 14.

15 *Dictio, vt ſupra, operatur deſtructionem ſequentis diſpoſitionis, ad terminos præcedentis.*

17 *Acceſſorium, ſui principalis naturam ſequitur.*

18 *Contractus ab effectu, & non ſecundum verborum ſonum iudicatur.*

19 *Reformari quid dicitur quando in totum non tollitur, ſed pro parte.*

20 *Dictum non cenſetur quod non eſt innouatum.*

21 *Contrahentium voluntas, ex expreſſis verbis eſt attendenda.*

22 *Contrahentium voluntas, & mens eſt attendenda.*

23 *Lingua cedit cordi, & ſub iugomentis verba conſiſtunt.*

Digitized by Google

24 *Contrahentes quid ſenſerint eſt attendendum.*
25 *L. Pacta nouiſſima, eiuſque intellectus declaratur.*
26 *Relatum non reſtringit ſuum antecedens*

## Pro Domino Principe Conchę huius Regni Magno Admirato, contra Dominum Ducem Magdaloni.

### ARGVMENTVM.

*Clauſulæ ſequentes ad præcedentia referuntur cum omnibus qualitatibus ſuis, ſũtque repetitiuæ ad omnia præcedentia.*

### CONSILIVM XCI.

DON Iulius Cæſar de Capua Princeps Conchæ, & huius Regni Magnus Admiratus, & Donna Maria de Capua eius Soror vtrinque coniuncta contemplatione matrimonij dictæ D. Mariæ contrahendi cum D. Martio Carrafa Marchione Argentij filio D. Diomedis Carrafæ Ducis Magdaloni promiſerunt videlicet dicta D. Maria pro ſuis dotibus d. Duci eius futuro ſocero ducat. nonaginta mille, conſiſtentes in quodam Maioratu Hiſpaniæ exiſtente, quod fuerat D. Ioannæ Pacecchæ, eius, & d. Domini Principis matris, & ipſe Princeps de fructibus eiuſdem Maioratus debitis, & maturatis, ducat. decem mille pro legitima paterna hic Neapol. ſoluere deinde ſequendo contractum dicitur de piu, id eſt eo plus dictus Princeps pro ſecuritate maioratus promittit de eo infra annum ipſi Duci ſcripturas validas conſignare, alias ei promittit ducat. quinquaginta mille infra annos tres, incluſis in eis dictis ducatis decemmille, & in quolibet anno eius tertiam partem, eſt videndum ſi Princeps tenetur ipſos ducatos decem mille ſoluere, non expectata exactione fructuum Maioratus, & poſt perceptos vel de pecunia hic Neapol. explicita, & videtur dicendum ſolutionem integram debere fieri explicitam, nulla expectata exactione fructuum Maioratus, quia vl-
1 tima † derogant prioribus iuxta *text. in l. pacta nouiſſima C. de pact. l. diui §. licet ff. de codicill. l. ſi mihi & tibi §. in legatis ff. de leg. 1. & in l. 3. §. fin. ff. de adim. leg.* ſed his, & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem eſſe puto ſcilicet quod dicti ducati decem mille debeantur de introitibus maioratus iuxta præcedentem promiſſionem in eodem contractu, & hoc ex pluribus.

2 Primò, promiſſio † cum aliqua conditione ſiue modo appoſitis in principio contractus cenſetur repetita in toto contractu, iuxta *text. in l. in repetendis ff. de leg. 3.* per quem *text.* ita voluit *Bart. in l. ſi ſibi pure ff. de leg. 1. Afflict. deciſio. 248. num. 11.* & dicta ſequens promiſſio ad proximè præcedentia referri debet, ſicut
3 clauſulæ † ſequentes ad proximè præcedentia referuntur, vt ex *Paul. de Caſtr. & alijs firmat Dec. conſil. 547. num. 6. verſic. & hoc etiam*, & clauſulæ in fine poſitæ ad omnia præcedentia referuntur *l. talis ſcriptura in fin. ff. de leg. 1. l. fin. ff. de reb. dub. late Boer. deciſio. 146. n. 2. & ſeq. Capy. deciſ. 108. vbi Add.* immò, & fortius
4 adhoc adduco, quod poſita † in codicillis inducunt repetitionem conditionis de ſcriptæ in teſtamento *Dec.* qui alios refert *conſ. 189. ſiue 190. num. 7. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. artic. 16. nu. 15. circa finem.*

Secundò, licet duæ videantur promiſſiones, in effectu eſt vnica, ex vnitate cauſæ, & negotij, & ſecunda promiſſio quo ad ducatos decem mille in dictis ducatis quinquaginta mille incluſis ad ipſos de introitibus maioratus de quibus loquuti erant, reſtringi debent, cum in nego-
5 tio continuatiuo † intelligitur repetita res prius promiſſa cum qualitatibus ſuis *l. 1. & ibi Bart. ff. de publ. & vect. & in l. 3. ff. ad l. Iul. de vi pub. & ita in hoc propoſito concludit Bart. in d. l. in repetendis*

col.

Digitized by Google

*colum.2.verſic. tertio caſu.*

Tertiò, per ſecundam promiſſionem ſi dicti ducati decem mille non darentur de introitibus Maioratus Princeps grauaretur, quo caſu conditio ſiue modus adiectus in præcedenti promiſſione, in ſequenti repetiti cenſentur, vt in ſimili
6 dicitur de legato, † quod ſi transferatur videtur transferri cum conditione primi legati *l.legatum ff.de adim. leg. l. Caio in princip.ff.de alim.& cib.leg. Det.d.conſil. 189. ſiue 190. verſ. quinto comprobatur. Nacta conſ.470.nu.4.*

Quartò, in principio dictæ ſecundæ promiſſionis dicitur, *de più eſſo Signor Principe promette &c.* quod verbum de
7 più importat, & dicit † eo amplius qua eſt dictio repetitiua præcedentium ſecundum *Bart.in l.ſi tibi pure in fin.ff. de leg. 2.per text.in l.cum filius §. Pater ff. de leg.2.* & quidem dum eſt dictum eo plus res eſt ſopita, quod ſint repetita omnia præcedentia cum qualitatibus ſuis, & ſi dictum eſt plus ſimpliciter, adhuc idem ſentire videtur *Bart.* quia comparatiuum plus, natura relinquit formam poſitiui, in ſuo extremo, vnde de neceſſitate inducitur repetitio rei prius datæ, ex dictis per *Bart.in d.l.ſi tibi pure, & firmat Peregr. in d.tract.de fideicommiſſ.artic.16. num. 19.* ſicut de dictione, eo amplius, quę operatur repetitionem præcedentium ſecundum *Bar.in d.l.ſi tibi pure, & alibi, & plenius Iaſ.in l.legata inutiliter num.2.ff. de leg.1.& eſt caſus in l.fin.ff.de reb.dub. & in l. Aurelius §. teſtator ff. de libert. leg.*
8 vbi qualitas ſecundo † loco adiecta, ex vi tacitæ repetitionis, operatur augmentum, & repetitionem de primo, prout ſic notauit *Bar.in d.l.ſi tibi pure verſ.ſed quæro,*
9 & tales dictiones † repetitiuæ operantur repetitionem, etiam quod expreſſio pro forma requireretur *Iaſ.conſ.207.col. 1.lib.2.Socc.Iun.conſ.71.nu.5.lib.3. Pereg.d.art.nu.15.*

Quintò, in dicta ſequenti promiſſione
10 adeſt etiam dictio, vt ſupra † quæ repetitiua, & relatiua eſt eorum, quæ in præcedentibus dicta ſunt *l.1.§.deinde, & §. ex hoc edicto vbi Bart.ff.de poſtul.l.item quæritur §.item Iulianus ff.locat. & in §. durat & §.ſinè Conſ.Fab.de Ann.conſ.28 num.1.& conſ.53.num.121. ex multis firmat, & Det.conſ.182.in proprijs noſtris terminis verſic. ſed tamen his non obſtantibus* concludit, quod dum in primo inſtrumento inter partes eſt actum quod pretium bonorum narratorum ſolueretur de creditis communibus, quæ primo exigentur, de ipſis creditis ſolui debent, nõ obſtante ſecunda tranſactione dum dicit quod fiat ſolutio, vt ſupra; &
11 † relatum eſt in referente, idem eſt de quantitate ſubrogata, etiam ſi ſubrogatum in aliquo diſcreparet in alijs naturam eius ſequitur, vt ex alijs ita *Det.vbi ſupra,* & firmat in pulcro caſu *Rim.Seni. conſ.29.num. 9. & 10.* vbi quod operatur reſtrictionem ad caſum præcedentis ſubſtitutionis, & idem *Rimin.Seni.conſ. 119.num.21.ex alijs Alciat.conſ.72.n. 9.lib.9 late Paris.conſ.19.nu.68.& conſ. 48.nu.14. lib.2.*
12 Sextò, dicta dictio † vt ſupra, eſt de natura repetitionis, quæ eſt vt repetat, vel qualitates præcedentes, vel etiam ſubſtantiam cum omnibus qualitatibus ſuis *Bart.in l.ſi quis ſeruum § fin.num.5. ff.de leg. 2. Pariſ. conſ. 4. num.16.lib.3. Socc.Iun.conſ.139.num.10.lib. 1. Menoch.conſ.291.num.18.* eſtque talis dictio etiam de natura relationis ad præcedentia, & relatio cenſetur facta cum qualitatibus ſuis omnibus. *Bart.in l. 1.ff. de receptat.& in l.1.§.fin. ff. ſi fam. furt. fec. dic.Det.d.conſ.182.num.3.Pariſ.d.conſ. 19.num. 68. & conſ.48.num.14. lib.2.*
13 vbi rationem adducit, quia relatum † eſt in referente *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* & quidem verè, propriè, & naturaliter inquit *Bald. in conſ.212.ea quæ lib.5.*
14 vbi quod † relationis eſt natura cohærere veritati duarum ſcripturarum ſequitur *Iaſ. in l. ait prætor §.ſi iudex ff. de re iud.Pariſ.conſ.2.num.55. lib. 2.* vbi propterea infert, quod quidquid continetur in termino relato, continetur in referen-
15 te, & ex vi relationis dictio † hæc, vt ſupra, operatur reſtrictionem ſequentis diſpoſitionis, ad terminos præcedentis, cui refer-

Digitized by Google

refertur,poſt plures tradidere *Hippol. Rimin.conſ.80.num.33.conſ.313. num.72. Ceſal.conſ.125.num.6.conſ.269.num.40. 292.nu.9.379.num.35.Menocch.conſ. 106.nu.295.& conſ.274.nu.18.*

Septimò, dicti ducati decem mille incluſi in dictis ducat. quinquaginta mille ſubrogantur in locum ducat.decem millium de introitibus maioratus primo lo-
16 co promiſſis, & ſubrogata † res etiam in oratione diuerſa aſſumit qualitates,& cõditiones illius, in cuius locum ſubrogatur,ſic in ſpetie *Det.d.conſ.189.ſiue 190. colu.3.verſ.quarto quia,vbi adducit tex. cum materia in l.ſi eum* §. *iniuriarum* ff. *ſi quis caut.Innoc.in cap.Eccleſia il 1. vt lit.pen.& in clement.1.de ſuppl.negl.prælat.*& licet ſubrogatum in aliquo diſcreparet,tamen in alijs eius naturam ſequitur,vt notat *Paul.de Caſtr.conſ. 129. licet iſta Domina Liſa verſic. Nec obſtat quod eſt conſ.73. lib.1. & repetitur conſ. 365. vltra alia per eundem Det. in conſ. 182.* vt prædiximus.

Octauò, talis ſecunda promiſſio venit acceſſoriè ad præcedentem promiſſionem,ex quo ad caſum principalis diſpo-
17 ſitionis reſtringi debet, quia † acceſſorium naturam ſui principalis ſequitur *cap.cum principalis de reg.iur.in 6.ſicque reſpondet Socc. conſ.64. colum.4. verſic. poſtremo lib.2.Det.conſ.173.n.14.Hypol. Rim.conſ.80.nu.34.*

Nonò, & fortius, pone caſum quod prima,& ſecunda promiſſio eſſent per con-
18 tractus ſeparatos, qualitas contractus † ab effectu rei, & non ſecundum ſonum verborum iudicatur, vt notat *Bald. in l. 2.C.comod.Abb.in c. conſtitutus per illum text.de relig.dom.facit text.in l.vbi ita donatur ff.de don. cauſ. mortis & quod ibi Bart.*& conſiderato effectu à prima promiſſione non fuit receſſum,ſed fuit reformata reſpectu ſolutionis ducat. decem mille incluſorum in ducatis quinquaginta mille, & in hoc tantum prima promiſſio videtur reformata,& renouata *l.iuriſ-
19 gentium* §. *adeo* ff. *de pact.* & † reformari dicitur quando in totum non tollitur ſed pro parte, vt per *gloſ. in cap. ſtatutum in principio in verſic.reformandum,& ibi Domin.de reſcript.in 6.Anto.de Butr.in cap.irrefragabili in princ.3.not.per illum text.de offic.ordin.facit text. in cap. ſicut olim & in cap. olim de accuſat.* & in promiſſione non eſt recedendum,niſi quatenus in reformatione expreſſè dicatur, & ideo qualitas præcedentis promiſſionis repetita videtur,vt notat *Bald.in l.pacta nouiſſima C.de pact.ad quod facit,* quod notat *Bar.*de cõtractu renouato *in l.ſi mihi,& Titio circa finem ff.de verb.oblig.Bal.in l. 1.verſ.ſed quid ſi Dominus C.quando non pet.par. Alexand. conſ. 107. in cauſa Nicolai lib. 4. ex quibus ita firmat Det. d. conſ.189.verſic. ſexto hoc idem* vnde recedendo à promiſſione maioratus non videtur receſſum á promiſſione ſolutionis ducatorũ decem mille de introitibus maioratus,ſed illos tantum ſimpliciter in promiſſione ducat.quinquaginta mille includerunt,ne duplicarentur,& ſi,vt de illis introitibus voluiſſent non ſolui, di-
20 xiſſent † cum non dixerunt,in eo innouare noluiſſe cenſetur,ad *text.in l.1.C. de Cad. toll.* & contrahentes quod non loquuntur,velle non præſumitur *d.* §. *ſin autem.*

Vltimò,ex verbis claris ſequentis promiſſionis habemus contrahentes circa ſolutionem ducatorum decem mille de introitibus maioratus , nihil innouare voluiſſe,& ſic eorum mentem , & volun-
21 tatem ita fuiſſe, & volũtas † contrahentium ex expreſſis verbis eſt attendenda *d. l. cum virum C. de fideicommiſſ. Det. conſ.23.num.3.Hipol.Rimin.conſ.85. nu. 18. lib. 1.* immò & mens contrahentium in contractibus eſt omnino attendenda *l.fin.C.de pig.notatur per gloſ.in l.Blanditius C.de fideiuſſ.l.in venditione C.comm. præd.Det.d.conſ.189. verſic. ſed prædi-
22 ctis non obſtantibus,*& ab ipſa † voluntate non eſt recedendum *l. non aliter ff. de leg. 3.* ſed ſuus effectus eſt attendendus *l.3.C.de inſtit.& ſubſtit.*immò ſi ex verbis non conſtaret,vt conſtat,eorum mens eſt obſeruanda vltrà prædicta *Bald. in l. quoniam indignum C. de teſtament.* cum non intentio verbis,ſed intentioni verba famu-

famulari debeant *c.humanę aures 37.q.5 & Bald.in cap.mandatum de reſcript.*inquit,quod ſemper ad diſponentis inten-
23 tionem recurrendum eſt, quia cedit † lingua cordi, & ſub iugo mentis verba conſiſtunt tamquam ſuo proprio principali,& digniori,*hic & Bald. conformis Bero. conſ.144. num.64.lib.2.citans tex.in l.fin.C.de lib.præter .corrupto titul.C.de fideicommiſſ.*quod frequentiſſimè ſunt leges poſitæ aduerſantes teſtatoris,& contrahentium voluntates, & quod contra-
24 hentes † ſenſerint, prius ſpectandum eſt *l. in facto la grande ff. de hæred. inſtit. l. non aliter ff.de leg.3.l.in conditionibus primum ff.de condit. & demonſtr.& ex alijs Hipol.Rimin.conſ.21.nu.24.& ſeq.*

25 Non obſtat *text.in* † *l.pacta nouiſſima C.de pact.*in contrarium adducta, quia loquitur quando ſpecificè apparet partes à priori promiſſione recedere voluiſſe Nec etiam alia ſupradicta iura obſtant per eandem rationem,& quia loquuntur in vltimis voluntatibus, quæ vſque ad mortem ambulatoriæ ſunt, & ad nutum reuocantur *l. cum hic ſtatus* §. *pœnitentiam de donat.inter vir.& vxor.l.4.ff. de adim.leg.& vtrobique gloſ.& DD.* ſecus in contractu promiſſis, quæ ſine ſpetiali derogatione omnium contrahentium non alterantur.

Et ſi dicatur, quod in caſu prædicto dicti ducati quinquaginta mille ſunt promiſſi infra annos tres, Nec obſtat,quia ſufficit quod in eis ſint incluſi dicti ducati decem mille promiſſi de fructibus maioratus,quia relatiuum repetit præcedentia,cum omnibus qualitatibus,vt ſu-
26 perius eſt dictū,& † non reſtringit ſuum antecedens in quantitate, & tempore, de quibus in ſequenti promiſſione eſt expreſſe loquutum,ſecundum *Bart.in d.l.ſi quis ſeruum* § *fin.ff.de leg.2.ſub num.5. & in l.à Titio* §.*teſtator ff.de alim & cib. leg.*vbi propterea infert,quod ſuū reſtringit antecedens,non ſolum in quantitate, ſed etiam in tempore in expreſſis, quod eſt notandum, quod relatiuum repetit præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis, reſtringit tamen ea ad ſequentem diſpoſitionem expreſſam, & in pulcro caſu *Alexand.conſ.14.colum.1.lib.7.Parij. conſ.17.num.37.lib. 3. & in materia late Iaſ.poſt Bart.in l.1.C. de Summ.Trinit. & fide cath.in primis verbis, & in l.omnes populi ff.de iuſt.& iur.Peregr. d. art. 16. num.* 24. dum reſtrictio in ſequenti non poteſt eſſe niſi in quantitate,licet ſit eadem, & tempore vt expreſſit, aliæ qualitates ſcilicet, vt ſolutio ducatorum decem millium ſit de fructibus maioratus intactæ remanent, & attendi debent per prædicta, & expreſſe ex contractu habetur dum ſequuntur verba,quod d.Dōna Maria cedere habeat dictum maioratum cum fructibus decurſis,& decurrendis in beneficium Principis Fratris, qui in tali caſu promittit ſoluere dictos ducatos quinquaginta mille,quorum intereſſe importat maiorem quantitatem fructuum maioratus, & ceſſionis, cum dicti ducati decem mille includantur in dictis ducatis quinquaginta mille, ſolutionem ipſorum cum qualitatibus ſuis omnibus, & ſignanter quod de fructibus maioratus maturatis,& maturandis, quod intellige de illis primis fructibus, qui decurrerunt à die capitulorum matrimonialium vſque ad conſignationem ſcripturarum. Et ex his currenti calamo adductis concludo, modernum Ducem Magdaloni, dictamque D. Mariam eius vxorem dictos ducatos decem mille de fructibus maioratus promiſſos, petere à promittente non poſſe, niſi prius facta diſcuſſione ſi fructus ipſi ſint inexigibiles,vel nō,die 20. Septembris 1616.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Reconuentio locum habet contra Clericos aliaſque priuilegiatas perſonas, qui tenentur reſpondere,alias denegatur audientia.*

2 *Reconuentio an fieri debeat ante litem conteſtatam,vt ſimultaneo proceſſu procedatur, & an ad iuriſdictionem prorogandam fiat in quacunque Iudicij parte*

Digitized by Google

*te, vſque ad ſententiam.*

3 *Reconuentio an habeat locum in cauſa appellationis.*

4 *Reconuentio in cauſa appellationis quare non habeat locum, ſecundum opinionem Gul. de Cun. & aliorum. & num. 5. 6. 7. 8. 9.*

10 *Reconuentionem habere locum, & fieri poſſe in appellatione, pluribus Iuribus, rationibus, & authoritatibus probatur, & reijciuntur contraria, & nu. 11.*

12 *Reconuentio fieri debet ante litis conteſtationem ad finem procedendi ſimultaneo proceſſu.*

13 *Doctorum dicta ſecundum authoritates quas allegant intelligi debent.*

14 *Litis conteſtatio fit in cauſa appellationis.*

15 *Apppellatio reducit cauſam ad ea, quæ fieri poterant ante litem conteſtatam.*

16 *Appellantes gradatim ad alia Tribunalia appellare debent.*

17 *Iudicem voluntariè prouocans, coram eo reconuentio locum habet.*

18 *Ritus Magnæ Curiæ procedunt nedum in ea Iudice ordinario, ſed etiam in Sacro Conſilio Iudice delegato.*

19 *Reconuentionis cauſa eſt annexa cauſæ conuentionis, & non poteſt coram diuerſis Iudicibus ventilari.*

20 *Reconuentionis cauſa venit conſequutiue ad cauſam conuentionis.*

21 *Delegata cauſa vna, omnes aliæ conſequutiuè, & neceſſario venientes delegatæ cenſentur, & nu. 22*

23 *Cauſa quæ in prima militat in ſecunda locum habet.*

24 *Inducta in fauorem non retorquentur in odium.*

25 *Reconuentio eſt fauorabilis, quia fundata eſt in ratione naturali.*

26 *Reconuentionem non fieri in appellatione dicit Gul. de Cun. nè coram diuerſis Iudicibus litigetur, quod eſt in fauorem noſtræ opinionis.*

27 *Gloſ. legis ad cognitionem caſus, & S. legatus declaratur.*

28 *Appellatione interpoſita iudex debet pronuntiare iuſtè, vel iniuſtè iudicatum.*

29 *Reconuentio prorogat iuriſdictionem Iudicis etiam incompetentis.*

30 *L. Per hanc, intellectus.*

31 *Reconuentio habet locum nedum contra eum, qui actionem intentat, verum etiam, contra eum qui Iudicis officium implorat.*

32 *Reconuentio habet locum contra actorem voluntarium.*

33 *Reconuentio non habet locum in actore appellante.*

34 *Appellatio eſt acceſſoria ad cauſam principalem, eiuſque naturam ſequitur.*

35 *Priuilegium vnum, & idem non debet diuerſo iure cenſeri.*

36 *Determinatio plura determinabilia recipiens, omnia determinare debet.*

37 *Ratio legis determinat omnes caſus, in quibus militat eadem ratio.*

38 *Prohibitio, & permiſſio ad tempus cenſetur perpetuata.*

39 *Reconuentionem fieri poſſe in appellatione, vt pari paſſu procedatur, reiectis contrarijs opinionibus fundatur.*

40 *Doctores plerumque rationes non ſcrutantur, ſed imitantur aues.*

41 *Opiniones quando ſunt diuerſæ, ea attenditur, quæ melioribus rationibus eſt fundata.*

42 *Reconuentio æquitate ſuadetur ad euitandum circuitum, & litium fatigationem.*

Pro Thoma, & alijs Pupillis Piſcitellis contra Portiam Piſcitellam Ciuitatis Sueſſæ.

## *ARGVMENTVM.*

*Reconuentio an habeat locum in cauſa appellationis, & quando fieri debeat, vt pari paſſu procedatur, vel Iudicis proroget iuriſdictionem.*

## CONSILIVM XCII.

PVpilli Piſcitelli conuenti à Portia Piſcitella, & per Sueſſanam Curiam condemnati, Portia ipſa pro ſua exequenda ſententia Sacrum Conſilium Neapolitanum adiuit, datoque

Digitized by Google

que termino in cauſa etiam appellationis in eius intimatione Procurator pupillorum, reſeruata reconuentione, eam in die detur liſta examinatorum ſuſpectorum præſentando pari paſſu procedi inſtat, & cum eſſet prouiſum domi per Conſiliariū D. Scipionē Rouitum, quod terminus datus currat etiam in cauſa reconuentionis, & per aduerſarium prætenditur contrarium ideo quod rite, & rectè tale decretum ſit prolatum, & confirmari debeat pauca hæc afferam.

1 Primò, verum eſſe † Clericum aliaſque priuilegiatas perſonas forum eligentes contra aliquem agentes, reconueniri poſſe per *Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ* 67. & tenetur reconuentioni reſpondere alias in conuentione non proceditur, eique audientia denegatur, ſecundum *Innoc.* & DD. *in cap.* 1. & 2. *de mut. pet. Spec. in titul. de reconuent.* §. *videndum verſic. ſed nunquid ſi actor* &c. *Gul. de Cun. Cyn. Bart.* & *alij in auth.* & *conſequenter* C. *de ſenten.* & *interloc. omn. Iud. Marant. in Spec. aur. part.* 4. *diſtin.* 6. *num.* 9. & vera

2 concluſio eſt quod † ſimultaneo proceſſu proceditur ſi reconuentio fiat ante litem conteſtatam, vel ante lapſum terminum, aut in ipſo termino.

Item ſimiliter vera concluſio eſt, quod ad iuriſdictionem prorogandam fieri poteſt vſque ad ſententiam ſecundum *Ioa. Andr. Abb.* & *alios in cap.* 1. & 2. *de mut. pet. Cyn. cæterique DD. in d. Auth* & *conſequenter vbi Bart. num.* 12. *verſic. ſed iuxta hoc quæro, Franc. Viu. in ſuis comm. opin. verſic. reconuentioni, Octau. Oſac. Pedem. deciſio.* 1. *num.* 12. & vſque ad ſententiam deciſum firmat *Præſid. de Franch. deciſio.* 376. *num.* 1. & 2. & cum ſimus in

3 cauſa appellationis, † vt ex aduerſo prætenditur, videndum eſt, an in ea locum habeat reconuentio, vt ſimultaneo proceſſu procedi poſſit, & quod non, dum plures adſunt rationes, ipſas adducam & reijciam pro noſtro tuendo decreto.

4 Prima opinio *Gul. de Cun.* quia pro ea nullam affert rationem, non eſt in conſideratione, quia in *d. Auth.* & *conſequenter* vbi allegat *l.* 2. §. *legatis* ff. *de iudic. l.* 1. & 2. ff. *eum qui, appell. in prouint. l.* 3. ff. *apud eum à quo appell.* &c. ad quem *Gul. de Cun. Rayn. de Forliu.* addit legem *ad cognitionem* ff. *ex quibus cauſ. in poſſ. eat.*

5 Secunda ratio eſt † *Cyn. in eodem Auth.* & *conſequenter num.* 6. & *in l. per hanc C. de tempor. repar.* & *appell. num.* 2 *ex Innoc.* & *alijs Marant. in d. part.* 4. *diſtin.* 6. *num.* 24. & 25. quia reconuentio non fit poſt litem conteſtatam, nàm appellatio reducit cauſam ad ſtatum, in quo erat poſt litem conteſtatam per *l. ita demum C. de procurat. vbi DD.*

6 Tertia ratio eſt † *Specul. in titul. de conuent.* §. 2. *verſic. nunquid* Ioan. Andr. *in d. cap.* 2. *de mut. pet.* relata, & retempta per *Imol. in cap. cum dilectus de arbitr. nu.* 1. dicentium quod ſi appellatur à diffinitiua non habet locum reconuentio, quia Iudex appellationis ſolum de illa cauſa cognoſcere poteſt, per *l. eos C. de appell.*

7 Quarta ratio eſt eiuſdem † *Cyn.* & *Bal. in d. l. per hanc, firmata per Ioan. Ferrar. in tract. de appell. num.* 246. quia nouum eſt capud ab antiquo non dependens, quod propterea ſub eius iuriſdictione, quam per deuolutionem ſolum habet, impoſſibile eſſet, quod reus qui appellauit, poſſet reconuenire, cum ab initio ſit conuentus.

8 Quinta ratio † eſt *Marantæ in d. loco* & *num.* 25. & *Carauit. in d. Rit.* 67. *nu.* 10. ex alijs firmat, quia appellans non ſponte, ſed coactè ad Iudicium appellationis venit, qui iudex appellationis videtur incompetens, quoad primam cauſam quæ non eſt deuoluta volente parte ſed coactè.

9 Sextam addo rationem à nemine *Scribentium* quos hucuſque viderim tactam, & eſt, quia appellans dicitur actor, & debet oſtendere iuſte appellaſſe per *text. in l. qui ad Ciuilia in fine C. de appell. vbi gloſ. in verſic. oſtende ibi Bald.* & *DD. Philip. Prob. addens ad Ioannem Monac. in cap. cordi num.* 2. *de appell.* & *ex alijs Socc. Sen. conſ.* 24. *nu.* 20. & dū appellās dicitur actor, & agit, nō recōuenit.

His

Digitized by Google

His, & ſimilibus in contrarium non obſtantibus contrariam ſententiam, veriorem, & æquiorem eſſe puto ex pluribus.

10 Primò reconuentionem † habere locũ in cauſa appellationis habetur in *cap. accedens il 2. vt lit. non conteſt.* vbi quidam Comes appellans ad Papam de grauaminibus, petijt etiam ſibi reſtitui vxorem ſuam, & terram eius. vt explicat ibi *gloſ. magna*, & firmat *Socc. in eodem cap. num. 8. Innoc. in cap. 1. de mut. pet. in fine* dicit qui ſub alio Iudice reconuenit, non poteſt ire, niſi lata fuerit ſententia, vel niſi fuerit appellatum, ergo ſi fuerit appellatum reconuentio habet locum.

Secundò, per *text. l. eos qui* §. 1. *C. de appell. ibi* (*ſi quid autem in agendo negotio, minus ſe allegaſſe litigator crediderit: quod in iudicio acto, fuerit omiſſum, apud eum, qui de appellatione cognoſcit perſequatur*) *vbi gloſ. in verſic. fuerit omiſſum* dicit tam ſuper nouis articulis, quam ſuper antiquis, ſecundum *Ioan. & Azon.* per quem text. ita firmat *Ioan. Andr. in d. cap. 2. de mut. pet.* & ſic reconuentio in prima cauſa omiſſa, poteſt in cauſa appellationis deduci per d. apertum *text. & DD. ibi.*

Tertiò, adduco *text. in l. poſtquam* §. *Imperator ff. vt leg. nom. cauſ.* ſimiliter hoc expreſſe dicentem ibi (*quod enim ante ſententiam ſi petitionis dies moraretur, fieri debuit: amicti poſt victoriam dilata petitione non oportuit*, per quem *text. Gramm. deciſio. 14. num. 7.* firmat quod

11 quidquid † fieri poteſt pendente prima cauſa, poteſt etiam fieri pendente appellatione.

Quartò, *Cyn. in d. Auth. & conſequenter num. 6.* dicit nunquid poteſt fieri reconuentio in cauſa appellationis, *D. Innoc. Papa IIII.* dicit quod non, quod concedit *Petr.* ſuppoſito tamen quod non poſſit fieri poſt litem conteſtatam, & hoc idem *Cyn. replicat in d. l. per hanc num. 7.* ibique addit, dic ſecundum *Iacobum de Rauenn.* aut appellatum eſt à diffinitiua, aut ab interlocutoria, ſi à diffinitiua, verum eſt quod dicit *D. Innoc.* & eodem reſpectu, quia reconuentio debet fieri ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt vt dixi in *d. auth. & conſequenter* ergo &c. & ſic authoritate *Petri Cyn. & aliorum*

12 clarè habetur † reconuentionem in cauſa appellationis poſſe, & debere fieri ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt, & hoc ad finem ſimultaneo proceſſu procedendi iuxta noſtram primam concluſionem, ſed aduerte quod *Innoc.* dictum *Cyn.* non dicit, ſed contrarium vt in fundamento, & dum *Marant. & Carauit.* ſequuntur *Bart.* qui mouetur ex *Cyn. & Cyn.* ab *Innoc.* qui hoc non dicit, eorum

13 † dicta intelligi debent ſecundum authoritatem quam allegant, vt per *Bart. in l. non ſolum* §. *liberationes ff. de libert. leg.* & ſic ex prædictis habemus, reconuentionem in cauſa appellationis fieri poſſe ante litem conteſtatam, vel in ipſo termino, vt pari paſſu procedatur, ſecundum primam noſtram concluſionem. Etiam quia dum ad finem Iudicem prorogandi fit vſque ad appellationis ſententiam iuxta ſecundam deciſam concluſionem, vt diximus, & ex his ſecunda aduerſa ratio reſoluta remanet.

14 Quintò, in cauſa appellationis † fit litis conteſtatio, vt in *conſtitutione Regni dilationes* dicit *gloſ. magna circa finem verſic. & nota* ex eo quod *Pamfil. Moll. in conſtit iuris petitorum in fine*,

15 & † appellatio reducit cauſam etiam ad ea quæ opponi poſſunt ante litem conteſtatam, ſecundum *Fulgos. & alios per Præſid. de Franch. deciſio. 370. num. 19.* vbi ex hoc decidit, quod pendente appellatione Baro habens ſecundas cauſas, poteſt facere gratiam delinquenti; quacunque opinione exiſtente, quod reconuentio fiat ante, vel poſt litem conteſtatam, ad quemcumque finem fiat, habetur, in cauſa appellationis reconuentionem fieri poſſe, & eo magis in caſu noſtro, cum fuerit facta ſtatim, & antequam terminus currere inciperet, iuxta doctrinam *Cyn. & aliorum* in præcedenti tertio fundamento, & pari paſſu procedere debet.

Sextò, dicta Portia actrix obſeruando

Hh ordi-

Digitized by Google

16 ordinem iuxta † Regiam *quartam prag-maticam de offic. Sacri Conſilij*, quod à ſententijs tribunalium Regni ad Magnā Curiam Vicariæ, & ad Sacrum Conſilium gradatim appellatur; debebat adire Magnam Curiam in Iudicem, & cum ipſis pupillis recuſantibus pars actrix nō grauata,& quę obtinuerat vlla neceſſitate cogente voluntariè omiſſo medio, Sacrum Conſilium adiuit cum pro ſua
17 actione† proroganda coram quocumq; Iudice prorogato recōuentio locū habet *gloſ.Bart.& DD.* * communiter *in l. eſt receptum ff de iuriſd.omn.iudic. & Marant. vbi ſupra num.* 23. dicens quod ſi vnus ex litigantibus ſponte vni Iudici ſe ſubmictit, vt fecit d. Portia,reconuentio locum habet,& pupilli valide eam reconuenerunt,maximè in Sacro Conſilio Iudice delegato, vt eſt notum, cum coram delegato reconuentio fieri poſſit *Specul. in d.titul.de reconuent.*§.1.*num.*1. *Bart. in d.Auth.& conſequenter num.*11. *verſic.procedo vlterius Socc.in d. cap.* 1. *de mut.pet.num.*14.*Anto.de Butr.num.*14 *&* 15.*cæterique Scrib.& ex alijs Carau.*
18 *d.Rit.67,num.*5. vbi firmat † Ritum ipſum nè dum procedere in Magna Curia Iudice ordinario,ſed etiam in Sacro Cōſilio Iudice delegato.
19 Septimò, cauſa † reconuentionis eſt annexa cauſæ conuentionis,& non poteſt coram diuerſis Iudicibus ventilari,*d.auth.& conſequenter d.l.ſi idem cum eodem* §.*ſed ſi mutuæ ff.de iuriſd.omn.*Iudic.& ratione connexitatis Iudex appellationis, de vtraque cauſa cognoſcit,& fortius inter eaſdem perſonas, & dum pars aduerſa voluntariè cauſam duxit ad Sacrum Conſilium ibique agendo, & conuenien do pupillos, ſuam exercendo actionem
20 pro exequenda ſententia, & cauſa † reconuentionis venit conſequutiué ad cauſam conuentionis, ſecundum *Abb. in d. c.*1.*colum.*6.*verſic.item iuriſdictio proro-*
21 *gata de mut. pet.* & quando alicui † delegatur aliqua cauſa, omnis cauſa delegata cenſetur, quæ venit neceſſariè, & conſequutiuè ad illam cauſam delegatam,vt notant *Innoc.& DD.in d. cap.*1. *de mut.pet.Abb.in d.cap. vt debitus, colu.* 9. *in fine verſic. in gloſ. penult. de appell, vbi etiam Philipp.in vltima cart. verſic. ſed dubitatur per text.in cap. prudentiam in fin.de offic. deleg. Marant. vbi ſupra num.* 30. *& ſeq. ergo,&c.*& commiſſa,& delegata cauſa in Sacro Conſilio ad inſtantiam dictæ Actricis, fuit etiam cauſa reconuentionis commiſſa,& delegata,vt eſt * communis opinio ex *Cyn. & alijs per Soccin.in d.cap.*1.*de mut.pet.num.*15 *ibi* * *communis opinio eſt quod ſit delegata.*
22 Octauò,iura indiſtinctè † dicunt quod reus poterit coram eodem Iudice actorem reconuenire *in d. Rit.* 67.*cap.*1.*&* 2.*de mut.pet.& d.Auth. & conſequenter* & ratio eſt, nè reus trahat actorē ad alia Iudicia, & aliæ quæ militant in prima cauſa, & in ſecunda militare debent, & circa hoc diſtingui non debet in prima ſiuè in ſecunda inſtantia *cap.conſuluit* 2. *q.*1. & actori non debet licere quod reo non licet videlicet coram Iudice quem adiuit non reconueniri,vt in *l.non licet ff. de reg.iur.*& introductum eſt in fauorem
24 † rei, quod poſſit opponere tam contra reſcriptum,quam contra perſonam ergo ad ſuam lęſionem retorqueri non debet, *l.cū nulla ff.de leg.& Barth.Brix. in ſuis Vener.quæſt.q.*31.*num.*2. & ſic in cauſa appellationis reconuentio fieri
25 poteſt, etiam quia materia † reconuentionis eſt fauorabilis:cum reconuentio ſit fundata ſuper ratione naturali *d. cap.* 1. *de mut.pet.*quæ ratio naturalis colligitur *ex l.cum Papinianus in fin.de ſentent. & interloc.omn.iud.in fine.& in canon.*4.*q.*8.§.*cuius in agendo*: quia ſicut Portia, quæ ſemper fuit actrix voluntariè elegit Iudicem pro ſe, debet contra ſe etiam velle,& per alias rationes firmat *Soccin. Sen.conſ.*41.*num.*7. *verſic. item quia reconuentio &c. & in rub.de mut.pet.in* 3. *principali articulo*, & ex prædictis patet reconuentionem fieri poſſe in cauſa appellationis,& facilius in præſenti cauſa ad finem ſimultaneo proceſſu procedendi, ſed reſpondendo ad contraria dico.

Primò,*Gul.de Cun.* primam opinionem

† non

Digitized by Google

26 † non obſtare, quia ex iuribus per eum allegatis hæc colligitur ratio, nè actor extra ſuam prouinciam, & domicilium litigare cogatur, & habeat per quem defendatur: Talis ratio non eſt ad hoc probabilis, quia tàm in prima quam in ſecunda cauſa militare poteſt, & facit in fauorem ipſorum pupillorum conuentorum nè contingat quod ipſi reconuenientes, coram diuerſis Iudicibus cogerentur litigare, quia commodius, & cum minori diſpendio lites transeunt coram eodem quam coram diuerſis, vt per *Soccin. d. conſ. & verſic.* Et Portia reperitur litigans in Sacro Conſilio vbi voluntariè venit.

27 Et ſi *gloſ. in d. l. ad* † *cognationem* ponit caſum quod ſi de Prouintia appelletur ad Principem Romæ, quod non cogor Romæ reſpondere, in alia cauſa, ſed in Prouincia debeo defendi, alioquinnè bona mea venduntur; hæc alia ratio nec ſufficiens eſt, quia poſſet defendi per procuratorem, vt ibidem *gloſ.* dicit *in verſic. defendendus eſt per d. l. 1. & 2. ff. eum qui appell. item d. l. ad cognationem*, nec ad caſum noſtrũ facit, q̃a loquitur in remiſſo à Principe ad ſuam Prouinciam, vt ex ea & *gloſ. in verſic. remiſſus. Item d. §. legatus*, loquitur in legato apud Romam, qui ex priuilegio legationis, habet ius reuocandi domum, vt ex *eodem §. & cap. fin. de for. compet. Item text. in d. l. 1. ff. apud eum à quo appell. &c.* non facit ad quod allegatur, quia loquitur in appellante à Iudice qui ex hoc quod ab eo ſit appellatum, in alijs cauſis non ſit ſuſpectus, vt eius litera docet, ergo de opinione *Gul. de Cun.* & ſuis prædictis allegatis iuribus iam reiectis non eſt curandum, maximè quia loquũtur quando exiſtentes Romæ eſſent conuenti, ſed ſi ipſi agunt, conuentos reuocandi domum, priuilegium non habent, ſi extra cauſam appellationis vocantur, firmat *Couarr. pract. qq. cap. 5. num. 4. §. ſed & ſi agunt d. l. 2. ff. de iudi. & ex alijs.*

Secunda ratio reiecta eſt in tertio, & quarto fundamento.

Tertia verò ex aduerſo ratio, quia Iudex appellationis, de ea ſolum cognoſcere poteſt, per *l. eos qui C. de appell d.* enim *lex* nihil pro tali ratione facit, dum in ea habetur, quod interpoſita appellatione
28 † Iudex ipſius debet pronuntiare ſententiam iuſtè, vel iniuſtè prolatam, vt ex ea in fine, ex quo non excludit reconuentionem, propter annexitatem quam habet cum conuentione, vt in ſexto fundamen-
29 to, vltra quæ dico, quod † reconuentio tantæ uis eſt, quod prorogat iuriſdictionem etiam Iudicis incompetentis per notata in *l. 1. C. de iuriſdict. omn. iud.* & per omnes de Conſilio ita deciſum firmat *Afflict. deciſio. 27. num. 3.* ergo d. ratio nihil operatur.

Quarta aduerſa ratio, in appellatione reconuentionem non dari, quia reconuentio nouum eſt capud, á primo non dependens, nec in caſu noſtro obſtat per *l. per*
30 *hanc* † ad hoc allegatam, & per eam *DD.* fundant in cauſa appellationis nouum non poſſe deduci, non loquitur de actione, ſed de nouis articulis, & teſtium depoſitionibus directo contrarijs ad falſitatis ſubordinationem euitandam, vt litera eiuſdem *text. gloſ. & DD.* ad eam docent, ſed quod in appellatione omiſſa in prima cauſa reconuentione, vel quid aliud litiganti placuerit, deduci poteſt, vt in primo, & ſecundo fundamento vbi clariſſimos adduximus text. & ex alijs in ſeq. Et cum pars aduerſa eſt, quæ ſponte Sacrum Conſilium adiuit agit pro ſua exercenda actione, & exequenda ſententia, non eſt capud nouum, & noua ſententia, ſed primeua actio contra quam re-
31 conuentio † locum habet, cum coram eodem Iudice reconueniri poſſit nè dum qui agit, ſeù intentat actionem, ſed etiam qui officium Iudicis implorat, vt etiam fecit pars aduerſa notat *Iacob. de S. Georg. in l. qui non cogitur in vltimis verbis ff. de Iudic.* allegat text ſingularem *in l. 1. in fine ff. de extraord. cog. ibi (de mutuis petitionibus poſſunt Præſides cognoſcere, & partem debere admitti) ibique gloſ. per quem text. DD.* reprobant *gloſ. in l. ſed & ſi reſtituatur ff. eod. per cap. 1. de mut pet. Rebuff in l. 1. n. 8. ff. de iuriſdict. omn. Iud. & ex alijs Maranta vbi ſupra*



Digitized by Google

*num.36. verſic. in contrarium eſt veritas* ex his d. quarta aduerſa ratio reiecta remanet.

Quinta contraria ratio, in appellatione reconuentionem non dari, eſt quia appellans, non ſpontè ſed coactè venit ad Iudicem, nec ad vſum noſtrum adaptari poteſt, quia eadem Lucretia reconuenta quæ obtinuit in præcedenti cauſa debens adire Magnam Curiam Vicariæ Iudicem ordinarium, & immediatum, ſponte adiuit Sacrum Conſilium pro ſua actione exercenda, talis ratio ceſſat, & di-
32 citur actrix † voluntaria prout ſemper fuit, & reconueniri poteſt, vt per eundem *Carauit. d. Rit. 67. num.* 5. & ex alijs dictis in quinto fundamento clariſſimè patet dictam rationem non obſtare.

Sexta ratio, quia appellans dicitur actor, & actor non reconuenit, & proinde in appellatione reconuentionẽ non dari; Nec in hoc caſu locum habet, vt vltra dicta in quinto fundamento, & in præcedenti quintæ rationis reiectione, quia pars ſponte Sacrum Conſilium adiuit, ſuam actionem exercendo, & agendo, &
33 ſi per viam appellationis † ſuæ conuolaſſet ipſa eſſet quæ reconuenire non poſſet, & quia ipſa agendo, & conueniendo pupillos in Sacro Conſilio ſemper fuit, prout eſt actrix, & pupilli ſemper conuenti, pupilli ipſi eam reconuenire potuiſſe, & poſſe nulli dubium eſſe debet.

Prædictis accedat, quod appellatio
34 † eſt acceſſoria ad cauſam principalem, eiuſquè naturam ſequitur, *Det. in rub. de appell. num. 7. verſic. & ad hoc facit*; quæ opinio approbatur ex alijs regulis vide-
35 licet, quod vnum, † & idem priuilegium non debet diuerſo Iure cenſeri, arg. *l. cum*
36 *qui ædes ff. de vſucap.* & vna † determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariter determinare *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Præſid. de Franch. deciſio.* 370. *num.* 18. maximè quod ratio diuerſitatis non adeſt, & ratio eadem, quæ dat reconuentionem in prima cauſa operari debet, & in ſecunda
37 cum ratio † legis comprehendat omnes caſus in quibus militat eadem ratio ſicut genus quamlibet eius ſpeciem *Bald. in l. de quibus ff. de leg. colum.* 6. *Caſtrenſ. conſ.* 337. & eſt illa, quæ ampliat, & reſtringit dictum *l. cum Pater* §. *dulciſ-*
38 *ſimis ff. de leg.* 2. & ſicut † prohibitio facta ad tempus, propter prohibitionem annexam, videtur perpetuata, ita permiſſio reconuentionis in prima cauſa, debet eſſe perpetua, & in ſecunda *Bart. in l. pater filium* §. *qui filium ff. de leg.* 3. *Ioann. Anto. Rub. Alexand. conſ.* 16. *num.* 10. & ſtante etiam quod appellatio reducit cauſam ad ea quæ opponi poterant ante litem conteſtatam, ex allegata *deciſio. Præſid. de Franchis* 370. *num.* 19. & ſic
39 reconuentionem in cauſa † appellationis fieri poſſe, ante & poſt litem conteſtatam, vt reiectis contrarijs rationibus, & authoritatibus fundauimus, quia ple-
40 rumque † *DD.* non perſcrutantur rationes, & imitantur aues, vt quando vna volat aliæ omnes ſequuntur, Nam dato
41 quod † contraria opinio eſſet communis, prout non eſt, non attenditur q͠n alia opinio, vt noſtra, fundata eſt melioribus rationibus, vt notat *Ioan. Andr. in cap.* 1. *in fine de conſtit. vbi ſequitur Abb. circa finem per l.* 1. §. *ſed neque ex multitudine authorum C. de veter. iur. enucl. & per Det. conſ.* 499. *num.* 6. & maximè in caſu noſtro vbi actrix numquam deſinit eſſe actricem, & in prima, & alia inſtantia ſemper egit, & pupilli ſemper fuerunt rei
42 conuenti, quam † reconuentionem ſuadet æquitas ad euitandum circuitum, *l. Domitius teſtamento ff. de condit. indeb.* & vt fatigatio litium euitetur *cap. diſpendioſa de reſcript. in* 6. *Natt. conſ.* 155. *nu.* 4. *in fine* & fortius pro pupillis, & inter perſonas coniunctas, & ita iudicandum puto.

*Per D. Conſiliarium Scipionem Rouitum fuit decretum, vt prædiximus, quod terminus in præſenti cauſa datus currat etiam reſpectu reconuentionis, per dictos Pupillos facta, & licet Portia ipſa actrix reclamaſſet, & tentaſſet obtinere fieri verbum in Sacro Conſilio; ſupplicatio tamen fuit remiſſa eidem Domino Conſiliario Rouito cauſa Commiſſario, vt iuſtitiam face-*

*ret,*

Digitized by Google

*ret, qui prædictum ſuum decretum confirmauit, & ſic fuit deciſum iuxta allegata & proceſſum ad vlteriora de anno 1614. vt ex proceſſu fol. 425. & ſeq. pœnes de Lezo pro Aſcanio Longo Actorum Magiſtro.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Aſſiſtentia iudicium, quæ pro ſua victoria requirat.*

2 Ratihabitio *alienationis rei alienæ facta per dominum, conualidat actum à die contractus.*

3 *Res aliena cum domini voluntate alienari poteſt, & ſi Dominus ignorat, & poſtea ratum habet, alienatio valet.*

4 *Superuenientia dominij, factum tempore quo quis non erat dominus conualidat.*

5 *Ius ſi non eſt deductum, venit actitudine, ex natura actionis intentatæ.*

6 *Clauſula, omni meliori modo, trahit actum ad omnem meliorem modum quo obtineri poteſt.*

7 *Reſtrictio non intelligitur facta ad expreſſa tantum, ſed ad omnia quæ obtineri poſſunt.*

8 *Hipothecaria, prout in rem actio datur prò legato.*

9 *Dictio, ſuper, importat obligationem expreſſam.*

10 *Legati vigore habetur actio in rem, & per eam res obligatur.*

11 *Hipotheca eſt ius Reale, & per eam obligatur res, & ſequitur poſſeſſorem.*

12 *Obligatio, ex diſpoſitione legis eſt efficacior, quam ex diſpoſitione hominis.*

13 *Hipothecaria, & ſeruiana idem ſunt.*

14 *Saluianum interdictum competit etiam contra tertium poſſeſſorem.*

15 *Aſſiſtentiæ remedium oritur ex ſaluiana interdicto.*

16 *Aſſiſtentia, & hipothecaria per Regiam Pragmaticam pariſicantur.*

Pro quadam Domina nobiliſſima.

## *ARGVMENTVM.*

*Aſſiſtentia an pro legato debeatur contra tertium poſſeſſorem, & an dominij ſuperuenientia, obligationem rei alteri donatæ conualidet.*

## CONSILIVM XCIII.

QVOAD aſſiſtentiam contra conuentos tertios poſſeſſores cum ſint probata extrema, aſſiſtentia ipſa præſtari debet. Et ſi prætendatur tempore obligationis bona, & domum non fuiſſe eius, qui ſe obligauerat, ſed alteri donata ſua vita durante vſufructu reſeruato, & ſic dum non erant in obligantis dominio, aſſiſtentiam præſtari non poſſe, ſed quod actrix obtinere debeat, demonſtratur ex pluribus.

Primò, ex vi primi inſtrumenti debitũ promittentis, cum generali obligatione omnium bonorum, præſentium, & futurorum, conſtituto, & præcario, fol. 3. aſſiſtentia petita præſtari debet. Nam in eius
1 Iudicio poſſeſſionem † bonorum ſuper quibus agitur, pœnes debitorem fuiſſe probari ſufficit, vt tenent *gloſ. in l. rem alienam ff. de pign. actio. gloſ. in l. cum res alien. pig. dat. ſit & vtrobique Bart. ac Salic. in l. certi iuris C. locati Bald. in l. etiam C. de exeq. rei iud. gloſ. in l. ante omnia ff. de probat. ibique Flor. Alexand. conſ. 138. colum. 1. lib. 2. & ita in proprijs noſtris terminis deciſum firmat Afflict. deciſio. 37 num. 5. & in fine, tangit in deciſio. 40. nu. 1. verſic. ſed alij, &c. ſed in deciſio. 383. num. 6.* dicit conſenſu omnium *DD.* ex antiquata Magnæ Curiæ Vicariæ, & Sacri Conſilij obſeruantia, etiam quando cauſa ab eodem debitore non habetur, ita ſemper Iudicatum fuiſſe, & ideo non mutanda, & de * communi teſtatur *Vrſill. ibi addens num.* 4. Idem voluit *Gramm.*



Digitized by Google

deciſio.103.num.104.Præſid. de Franch.
deciſio.101.num.23. & dum aſſiſtentia
naſcitur ex ſaluiano interdicto, vt per
eundem Afflict. d. deciſio. 383. num. 6.
Præſid. de Franch. deciſio.80. num. 15. &
in ſaluiano remedio ſufficit probari de-
bitorem illa bona in genere obligata
poſſediſſe per text. in l. 1. in principio ff. de
ſalu. interd. idem dicit gloſ. in l. 1. C. de
præcar, & ſalu. interd. Afflict. d. deciſ. 383
num. 2. Dum eſt probata poſſeſſio in prò
mittente, aſſiſtentia præſtari debet.

Secundò, donatarius dum legauit, &
voluit quod omnia donatoris ſui debita
per ſuum hæredem ſoluerentur: omnes
contractus debitorum promittentis cum
conſtituto, & præcario, vt iacent ratificaſ
2 ſe cenſetur, per quam rati † habitionem
contractus ipſos à die ſtipulationis con
ualidatos fuiſſe decidit text. in l. ſi fun-
dus §. 1. ff. de pign. & hipothe. ibi (ſi neſcien
te domino res eius hipothecæ data ſit, dein-
dè poſtea dominus ratum habuit, dicen-
dum eſt, hoc ipſo quod ratum habuit voluiſ
ſe, cum retrocurrere ratihabitioni ad illud
tempus quo conuenit) per quem tex. Bart.
in l. Papinianus ff. de neg. geſt. num. 20.
circa medium, dicit. Aut voluntas noſtra
trahitur ad negotium, ita quod iuri no-
ſtro præiudicetur, & hoc poteſt fieri per
d. l. ſi fundus, & per l. mater C. de reiuen-
dic. & in l. aliena res ff. de pig. act. legitur
3 (aliena † res pignori dari voluntate do-
mini poteſt, ſed ſi, ignorante eo data ſit, &
ratum habuerit pignus valebit) vbi gloſ. in
verſic. valebit dicit à tempore conuentio
nis, & per d. l. ſi fundus, & ex alijs firmat
Neguſant. in tract. de pignor. 2. memb. 2.
part. num 55. fol. mihi 9. Prædictis acce-
4 dat, quod ſi aliquid † fit ab eo qui non
eſt dominus, vel eſt inhabilis ad id fa-
ciendum, ſi poſtea ſuperuenit dominium
aut alia qualitas, quæ eum habilem red-
dit, actus ille ab eo factus ſumit robur, &
effectum, per text. in l. ſi à Titio ff. de rei-
uendic. vbi gloſ. in verſic. Petrus dicit ex
ſuperuenienti dominio alienationem
præcedentem confirmari, per d. l. rem alie
nam, l. cū rē alienam ff. de actio. emp. l. cum
res C. ſi alien. res pign. dat. ſit Tiraquell.
de iure conſtit. part. 3. lim. 1. num. 16. er-
go dum donatarius voluit, & expreſſe le-
gauit, vt debita omnia dicti promittentis
hæres ſuus ſolueret promittentis aliena-
tiones, & contractus omnes cum conſtitu
to, & præcario, alijſque clauſulis omni-
bus conualidati fuerunt, per dicta iura
& authoritates, & ſic aſſiſtentia petita
obtineri debet.

Tertiò, aſſiſtentia ipſa debetur etiam
virtute dicti legati, vt infra dicam, & ſi
prætendatur contrarium, ſcilicet pro le-
gato dari immiſſionem, & non aſſiſtentiā
& immiſſio non ſit petita, & ſi non eſſet,
5 prout petita fuit, dico quod quando † ius
aliquod non eſt deductum, venit tamen
in Iudicio actitudine, & ex vi, atque na-
tura actionis intentatæ, & dicitur tacitè
ineſſe actioni præpoſitæ, & tunc po-
teſt Iudex condemnare, etiam reſpectu
capitis non deducti, quia competit ex
eodem legato, & ſic ex eodem fonte, ita
ſtatuerunt Iaſ. in l. vinum lim. 9. num. 30
ff. ſi cert. pet. Bald. in l. pen. C. de ſentent. Io-
an. Vincent. de Ann. alleg. 6. num. 11. Am
plius in d. libello fol. 28. adeſt clauſula
6 deducens omne ius, † omni meliori mo-
do, quæ clauſula trahit actum ad omnem
meliorem modum, vt obtineri poteſt ſe-
cundum DD. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de
verb. oblig. Conſ. Fab. de Ann. conſ. 45.
7 num. 49. & non intelligitur facta † reſtri-
ctio ad expreſſa tantum, ſed ad alia quę
obtineri poſſunt Bald. in l. vinum C. ſi
cert. pet. Butri. in cap. examinata circa
medium, & in cap litteræ de dilat. Ruyn.
conſ. 9. colum. fin. lib. 5. Crauett. conſil. fin.
num. 15. Hippol. Rimin. conſ. 23. nu. 117.
ex quibus immiſſio petita cenſetur, & ip-
ſi actrici pro quantitate debita immiſſio
in palatio, & domibus per dictas conuen
tas detemptis concedi poteſt.

Et quod virtute eiuſdem legati aſſiſté
8 tia petita concedi debeat, dico † pro lega
to hipothecariam, & in rem actionem
dari, iuxta text. in l. 1. C. comm. de leg. ibi
(& inſuper vtilem ſeruianam, ideſt hipo-
thecariam ſuper his, quæ fuerunt dereli-
cta in res mortui præſtare) quod plene fir-
mat Neguſant. d. tract. de pignor. 4. mem-
br. 2.

Digitized by Google

*br.2.part.num.157. & ſeq. Præſid. de Franch.deciſio.374.num.10.per l.fin. C. de Iur.dom. impetr.*& creditores ex teſtamento habere hypothecam ex multis firmat *Ioann.Vinc.de Ann.alleg.*101. *num.*
9 7.& dicta † dictio,ſuper,in *d.l.*1. C.*com. de leg.*importat obligationē expreſſam, quia tantum eſt dicere lego ſuper illo fundo,quantum obligo illum fundū,verba ſunt *Bar.in l.fundus ff.de annu.leg.* p *l. codicilli* §.*inſtitutio ff.de leg.*2. *& ex alijs firmat Afflict.deciſio.* 162. *num.* 6. *&* 8. *de Ann. Pater, & Filius in d.alleg.* 101. *num.*3.*&* 4. ex multis firmant dictamque dictionem,ſuper,importare hypothecam, & obligationem bonorum ſiue ſit expreſſa ſuper vna re particulari, ſiue generaliter ſuper omnibus bonis, vt contra *Neguſ.tradit Rot.Roman. deciſio.*259. *&* 260.*part.*1.*in nouis,atque Aſin. in tract. de exeq.*§.9.*cap.*26.*num.*3.*& ſeq.* Ioannes *Bapt.Coſta,de port.rata q.*151.*num.* 11.*fol.mihi* 203.

10 Item pro legato datur † in rem actio & expreſſa obligatio, hypotheca, quæ
11 eſt ius in re,ſeu †ius reale,aut actio realis & per eam res ipſa obligatur *l. eos C. qui pot.in pign.hab.l.pignus C.de pig.*§.*item ſeruiana inſtit.de action.Alexand.in l.ſi filius familias* §.*fin ff.ſolut.matr.Afflict. deciſio.*8.*num.* 3. ſequitur rem, & datur contra poſſeſſorem vendicatio *l.ſi fundus* §.*in vendicatione ff.de pign.l.*3.§. *eſt autem ff.ad exib.Neguſant.de Pign.in princip.num.*3.*cum alijs adductis per* Caſſan. *in conſuet.Burgund.num.*3.*fol.*344.*Vrſil. ad Afflict.deciſio.*95.*num* 7. *Præſid. de Franch.deciſio.*389.*num.* 4. poſtquam lex pro legato dat hypothecam,& ius in re,quæ,& quod eam ſequuntur, & obligationem expreſſam,vt diximus,& obli-
12 gatio † ex diſpoſitione legis eſt efficacior, quam ex diſpoſitione hominis, vt per *Regentem de Ponte conſ.*82.*num.* 27. ex alijs firmantem, aſſiſtentia ipſa debetur.

13 Item actio hypothecaria, † & quaſi ſeruiana, idem ſunt, & in nihilo differunt per verba *d. l.*1. C. *comm. de leg.* §. *item ſeruiana inſtit. de action. & decla*rat *Bart.in l.fin.ff.de ſalu. inter.* comprobat *Neguſ.de pign.* 1. *membr.eiuſdem* 8. *partis num.* 19.*verſic.*2.*concluſio,&c.* di-
14 cit † ſaluianum interdictum competere cuilibet creditori hypothecario,vt declarat *Bart.in d.l.*1.*ff.& C. de ſalu. interd.* competit etiam contra tertios poſſeſſores,vt *in d.l.*1.*ff.de Salu.interd.ibi (extra-*
15 *neos poſſeſſores)* dum aſſiſtentiæ † remedium oriri videtur ex ſaluiano interdicto,vt per *Afflict.deciſio.*383.*num.* 6. *& per eundem Præſid. de Franch. d. deciſio.* 80. *num.* 15. quod ſaluianum competit cuilibet creditori hypothecario, & pro legato datur hypotheca,& in rem actio,vt prædiximus,& expreſſè habetur in *Regni noſtri Pragmatica incip. Aſſiſtentiam,&c. ibi ( contra tertium alijs concurrentibus,*
16 *quæ de iure neceſſaria ſunt in* † *aſſiſtentiæ, vel hypothecariæ cauſæ declaramus )* dum dicit ad obtinendum contra tertiū, requiri quæ in aſſiſtentia requiruntur parificando aſſiſtentiam cum hypotheca, & pro legato datur hypotheca, & alia in rem actio,quæ ſequitur rem,& poſſeſſorem,vt ſuperius eſt fundatum, de iure iure communi, & Regni ex vi *dictæ Regiæ Pragmaticæ* aſſiſtentia petita prò dicto legato obtineri debet.

Vltimò, dico adeſſe inſtrumentum mariti vnius ex conuentis factum non animo nouandi, ſed cautelam cautelis addendo prò ducatis mille ducentis capitalis, in quo correſpondere promiſit annuos ducat. octuaginta quatuor, cum obligatione omnium bonorum conſtituto & præcario fol.13.& ſeq. vnde cum defecerit à ſolutione tertiarum per multos annos,& poſſeſſionem dictæ domus, in ipſum, & in præſentem conuentam extare probatum etiam eſt, vt ex facto, concludo hæredes donatarij debere condemnari ſoluere dictæ actrici quantitatem petitam cum annatis decurſis, & intereſſe ipſorum omnium, & pro ipſis omnibus quantitatibus debitis aſſiſtentiam petitam contra dictas conuentas ſuper bonis in iudicio deductis p̄ſtari debere,vel ſaltim ipſas condēnari ad dandā dictæ actrici vacuam, & expeditam poſſeſſionem

Digitized by Google

ſionem, & immiſſionem ipſorum bonorum, donec de integro ſuo credito cum intereſſe ſatisfacta fuerit, vt hoc idem in indiuiduo dum debitum eſt ex cauſa dotis, & per dictum legatum ordinatum ſolui. fuit deciſum per *Afflict. d. ſua deciſio. 162. in fine*, & ita iudicandum ſpero.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

*1 Hæredum appellatione in feudo veniunt Filij, & deſcendentes in infinitum, & exponitur pro deſcendentibus.*

*2 Filiorum appellatione, veniunt nepotes, & deſcendentes omnes.*

*3 Capicij opinio confutatur.*

*4 Significationem propriam ſumi ex vocabuli alluſione.*

*5 Filiorum appellatione ex propria ſignificatione vocabuli, venire nepotes.*

*6 Nepotes ſi à lege non eſſet expreſſe vocati, ex legis interpretatione venirent.*

*7 Interpretatio fit à re, non à perſona.*

*8 Filiorum verbum in feudalibus, comprehendit nepotes, & deſcendentes.*

*9 Feudi natura eſt, vt principaliter concedatur in commodum recipientis in perpetuum.*

*10 Aſſenſus regulatur à contractu feudatarij feudum alienantis.*

*11 Dominus directus non transfert feudum ſed vaſallus.*

*12 Domini voluntas non facit actum irreuocabilem, quia nihil aliud agit quàm ſequi voluntatem feudatarij.*

*13 Cauſa in perpetuum pro infinito, & æterno accipitur.*

*14 Feudum de quo ſoluitur quarteria, ſine aſſenſu alienatur, quia illa conſuetudo quarteriæ tradit licentiam alienandi.*

*15 Grauatus in vno in alio releuatur.*

*16 Laudemium qui præſtat alienat ſine aſſenſu.*

*17 Feudum de quo non præſtatur fidelitas neque perſonale ſeruitium tranſit ad extraneos.*

Pro Aloyſio, & alijs Rocca, contra Principem Ritiæ vtilem Dominum Montorij, vbi feudum de quo agitur eſt ſitum.

## ARGVMENTVM.

*Feudum conceſſum pro hæredibus, ad quos peruenire debeat, & an quando ſoluitur quarteria, ſine aſſenſu alienari poſſit, & quid ſi non præſtetur fidelitas, nec perſonale ſeruitium, an tranſeat ad extraneos.*

## CONSILIVM XCIV.

ORlandus Rocca pro ſe, & filijs ſuis vtriuſque ſexus natis, & in antea naſcituris, emit territorium feudale in Terra Montorij cum onere adohæ tarenorum quinque quando Barones generaliter adohât Domino Comiti Montis auri Domino feudi Farauallæ, à quo fuerat diſmembratũ cum eius aſſenſu pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, Orlando mortuo pluribus relictis filijs, Florius in d. Terra aſſiſtens licet eſſet primogenitus ſuo, & aliorum fratrum nomine dictum feudum poſſedit ipſiſque fratribus, & poſt eorum mortem eorum filijs de fructibus correſpondens demum ſine filijs decedens filijs vnius fratris relictis hæredibus, Dominus Princeps Ritiæ directus dominus poſſeſſionem ipſius feudi cæpit, ſed tanquam Dominus valde Chriſtianus, ſi poſſeſſio ipſa dictis nepotibus hæredibus reſtitui debeat, V.I.D. Cæſari de Filippis eius aduocato commiſit, vt ſine Iudicij figura determinaret, vnde quod ipſis nepotibus reſtitui debeat pauca dicam.

Primò, ſi attendimus aſſenſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, ſine dubio feudum ipſum ſpectat ad omnes Orlandi deſcendentes, in infinitum, & poſſeſſio, & vtile dominium ad nepotes ex filio nunc præ-

Digitized by Google

præſentes, hæredes Florij peruenire debet
1 cum hæredum † appellatione in feudo, veniant filij, & deſcendentes in infinitum, iuxta *gloſ. in conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus verſic. iniuriam colum. 2. lin. 20. fol. 269. & eſt text. in cap. 1. de alien. feud. pat. ibi ( & mortuo ſine legitimo hærede maſculo, quod verbũ ibi intelligendum eſt in feudo id eſt ſine filio maſculo ) ibique gloſ. Iſern. & DD. Frecc. in tract. de ſubfeud. form. 2. num. 3. fol. 397.* & exponitur pro deſcendentibus ab ipſo acquirente feudum *cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. pat. cap. fin. ſi de feud. fuerit contr. & ex alijs idem Frecc. in different. feud. quatern. & plan. num. 28. fol. 422. Iaſ. in l. ſi extraneus num. 22. de condit. cauſ. dat. Guid. Pap. deciſio. 591. Capyc. deciſio. 10. num. 8. & in cap. imperialem colum. 4. verſic. additiones Det. conſ. 208. ſecundo dubio conſil. 341. Alexand. conſ. 17. lib. 1. Loffred. conſ. 38. num. 9. in fine & ſeq. Iacob. in inueſt. verſic. præſentes Tiraquell. de mort. 2. part. declar. 7. num. 16. & ſeq.* ergo ex prædictis patet, quod ſi attenditur aſſenſus, feudum nedum tranſmittitur, & ſpectat ad dictos nepotes, ſed ad eorũ deſcendentes in infinitum.

Secundò, attendendo contractum in quo Orlãdus acquiſiuit pro ſe, & filijs, ad nepotes, cæteroſque deſcendentes feudũ
2 peruenire debet, quia filiorum † appellatione veniunt nepotes, vt eſt *text. ad literam in l. iuxta ff. de verb. ſign. ibi (appellatione filij, ſicuti filiosfamilias contineri ſæpè reſpondimus, ita & nepotes)* immò filiorum appellatione nepotes, & deſcendentes omnes venire dicit *text. in l. liberorum ff. eodem ibi (filiorum appellatione, omnes qui ex nobis deſcendunt contineri) eſtque etiam text. in l. filij eodem titul. vbi legitur filij appellatione omnes deſcendentes comprehenduntur, vbi gloſ. & Doctor.*

3 Tertiò, q † *Capyc. in inueſtitura feudali ver. filij, & hæredes ex Bar. in d. l. liberorũ* prætendat, appellatione filiorum in contractu nepotes non venire, non obſtat.

Primo, quia eſſet contra prædicta aperta iura, quæ abſque diſtinctione, in contractu, vel in vltima voluntate, ſed ſimpliciter dicunt filiorum appellatione nepotes, & deſcendentes venire, & dum leges non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus.

Secundò, *Bart. in d. l. liberorum num. 9.* ſe fundat *per tex. in l. veteribus ff. de pact.* qui *text.* loquitur in his, quæ in facto conſiſtunt, vt ex eius lectura, & *gloſ.* patet, & non in conſiſtentibus in iure, cum vero iura prædicta ordinent, quod appellatione filiorum, veniant nepotes, cæterique deſcendentes, in caſu noſtro nihil facit tale *Capicij* dictum, maxime quod ex interpretatione de conſiſtentibus in facto iuxta *d. l. veteribus*, non bene fit interpretatio, contra diſpoſita per leges.

Tertiò, *idem Bart. in d. l. liberorum ver*
4 *ſic. propria ſignificatio* inquit, † propriam ſignificationem ſumi ex vocabuli alluſione, ad quod allegat nonnulla iura, & innuit ex propria ſignificatione vocabuli
5 filiorum † appellatione venire nepotes, ergo non erat neceſſarium à contrahentibus clarius hoc declarari, & exprimi filiorum nomine nepotes, & deſcendentes venire, dum veniunt tanquam à legibus
6 expreſsè vocati, & etiam ſi † expreſsè vocati non eſſent, venirẽt ex legis interpretatione iuxta *gloſ. in l. ob æs C. de præd. minor.*

7 Quartò, interpretatio † quãdo eſt facienda, fit à re, & non à perſona, quæ rem capit, & ſic non ab ipſis contrahentibus, vt firmat *Iſern. in cap. 1. §. & quia colum. 4. de his qui feud. dar. poſſ. Frecc. de ſubfeud. q. 3. num. 5. in fine* dum ſumus in re feudali, dictos nepotes, dictum feudum habere non eſt dubium: cum in feudis
8 verbum filiorum † comprehendat nepotes, aliosque deſcendentes, vt dicit *gloſ. notabilis in d. cap. 1. verſic. & ſi clientulus in verſic. reuertitur in fine, eſtque rubr. in conſtit. Regni in aliquibus* dum dicit de ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum, & in ipſa *conſtit.* tractatur etiam de nepotibus, & ita declarat *Iſern. in conſtit. vt de ſucceſſionibus verſic. filij autem fratrum* idemque determinant *Iacob. de*

Bello-

Digitized by Google

*Bellouiſ. in d. verſic. & ſi clientulus vbi Bald. & in cap. quæ in eccleſiarum num. 39. de conſtit. & conſ. 170. lib. 1. Alexan. Soccin. & Iaſ. in l. Gallus §. inſtitutiones co lum. penult. ff. de liber. & poſthum. Alexa. conſ. 122. colum. 2. lib. 4. conſ. 17. lib. 5. num. 1. Det. conſ. 455. num. 51. Iaſ. in l. de quibus colum. 5. num. 19. ff. de leg. Alciat. in d. l. filij appellatione in fine Hyppol. Rimin. conſ. 38. num. 5. lib. 1. Capyc. deciſio. 21. num. 8. Minad. in repet. dictæ conſtit. in aliquibus verſic. filiorum num. 35. & ſeq. firmat Ioan. Vincent. de Ann. in repet. cap. 1. de vaxall. decrep. ætat. num. 66. Iacob. de Sancto Georg. in d. verſic. præſentes* vbi concludit, ab hac opinione non eſſe
9 recedendum, & hoc, quia † natura feudi eſt, vt fiat principaliter in commodum recipientis, & in perpetuum, vt dicit *Addens ad Alex. d. conſ. 17. nu. 6. lib. 5.*

Nec minus, quod in inueſtitura dicatur pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, in contractu de filijs poteſt argui ſubiectio aliqua inualiditatis alienationis, quod feudum ſit Domino deuolutum, quia dum præcedens feudatarius, iuxta eius voluntatem illud transferre poterat, ex
10 quo † aſſenſus directi domini regulatur à contractu, ſeu actu feudatarij, feudum alienantis, vt fundat *Frecc. de ſubfeud. q. 10. num. 6. per text. in l. fin. C. de pact. in fin. ibi (cum in alienis rebus, contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci, ſecta temporum noſtrorum non patiantur) hoc idem tenet* Camer. *in d. c. imperialem fol. 44. litter. F. G. quem ſequitur Regens de Ponte in tract. de Poteſt. Proreg. titul. de reſut. feud. §. 8. num. 7*
11 per rationem, quia † Dominus directus non eſt ille, qui feudum transfert, ſed vaſallus ſecundum *Iſern. in d. cap. imperialem columm. 5. qui in cap. 1. qui ſucc. tene.* dicit quod ſi dominus conſentit in inſtrumento, regulatur à contractu, & ſi in totum eſt confirmatus, omnia virtute eiuſdem contractus transferuntur, firmat *Camer.* & firmat *Regens de Ponte in locis*
12 *iam dictis*, & † voluntas domini non facit eius actum irreuocabilem, qua nil aliud agit, quam ſequi voluntatem feudatarij, vt notat idem *Iſern. in cap. 1. num. 11. verſic. ſi vero conceſſio de controuer. feud, apud par. term, & ex alijs Frecc. d. q. 10. num. 6. verſ. ſi vero conceſſit*, & ideo directus Dominus non facit ſuum actum irreuocabilem, cum reuocetur, & accomodetur iuxta contrahentium voluntatem, in eorum contractu, quia non aſſenſus, ſed contractus attendendus eſt, vt prædiximus, maximè quod in d. contra-
13 ctu adeſt † clauſula in perpetuum, & ſic in infinitum acquiſiuit per *l. eum debere ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Cremenſ. *ſing.* 116 qui licet dicat vſque ad ſecundam generationem, tamen ibi *Addens, ex Bald. & alijs* dicit, quod conceſſio facta in perpetuum, videtur facta in infinitum, & in æternum, vt per *DD. in d. l. eum debere Præſid. de Franch. deciſio. 307. num.* 8. &
14 tanto fortius in præſenti † feudo, de quo ſoluitur quarteria, vt ex ipſo aſſeſu quod in ipſius alienatione actus non requiritur, ex quo illa conſuetudo, quæ tertiariam, ſiue quarteriã introduxit, licentiam
15 aliendi cõceſſiſſe videtur, immò in vno † grauando vaſallum, & in alio releuando *Iſern.* ſingulariter in *d. cap. imperialem §. illud quoque 2. columm. num. 63. circa*
16 *medium ibi (qui præſtant † laudemium, alienant ſine* Domini *aſſenſu, ibique Addentes, firmatque Frecc. in conſtitut. vt de ſucceſſionibus num. 81. & ſeq. fol.* 167. &
17 cum de ipſo feudo non præſtetur † fidelitas, neque perſonale ſeruitium tranſit etiam ad extraneos, vt in *cap. 1. de cap. extra ordin. Bal. in cap. 1. §. eſt, quæ fuit 1 cauſ. ben. ammitt. Paris de Put. de reinteg. feud. cap. an ſi ſit facta conceſſio num. 8. fol. 69. at.* Vnde ex prædictis breuiter concludo, dictum territorium feudale ſpectare ad dictos nepotes ex filio d. quondam Orlandi Rocca à Florio inſtitutos, & poſſeſſio capta per dominum Principem Ritiæ vti directum dominum reſtitui debet, & ita abſque dubio mihi videtur, cum ſint deſcendentes à primo acquirente.

*Poſt paucos dies poſſeſſio ipſa fuit reſtituta dictis fratribus de* Rocca *iuxta allegata.*

*Camillus de Laratha.*

SVM.

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 Clerici veniunt ciuium appellatione.
2 Eripiens per vim animalia à loco, vbi paſcere poſſunt, punitur pœna l. Iul. de vi pub.
3 Quæ ſe habent ad eſſe, & non eſſe nihil valent, & nihil probant.
4 In dubio, quis præſumitur facere quod ſibi licet.
5 Præſumptione excluſiua, & alia incluſiua delicti concurrente, excluſiua attenditur.
6 Præſumitur, quod nemo delinquat.
7 Depoſitio approbata à querulantibus probat.
8 Teſtes de auditu contra producentem probant.
9 Exequutoribus capientibus rem magni ualoris pro minima pœna poteſt reſiſti.

Pro Donno Stefano de Leo.

## ARGVMENTVM.

*Clericus Ciuis Ius habet paſcendi cum ciuibus, & lignandi.*

## CONSILIVM XCV.

Poſito pro cõſtanti quod illis de S. Gregorio, liceat incidere fructiferas arbores, & ligna mortua quarumcunque arborũ indiſtinctè in montanea Terræ, ac fructiferas arbores pro comoditate domorum, vt liquido ex proceſſu in præſenti iudicio hinc inde patet per teſtes tam in ſecundo querulantis articulo, quam in querulatorum ſecunda exceptione: ſtante pro veriſſimo in iure
1 quod Ciuium appellatione † veniunt Clerici, & maximè in fauorabilibus, vt per *Alexand. in l. de pupillo quam legit cum §. in publico l. præcedentis colum. 3 ff. de oper. nou. nunt. Paul. de Caſtr. in conſ. 296. & per Bald. in l. cunctos populos 9. col. C. de Summ. Trinit. & Fid. capt. ſuper verſic. ſed hic vlterius quæritur:* nulli dubium Nicolaum Ferrarium, Marinum de la bella, & Antonium Geſonem Terræ Reciliani ſtantibus eorundem confeſ-
2 ſionibus, per vim eripuiſſe † iumentum Donni Stefani de Leo in Montanea Reciliani, de iure communi pœna *l. Iul. de vi pub.* plectendos eſſe per *text. in l. 2. ad l. Iul. de vi priu. & l. non ideò C. de accuſat. vbi DD.* Non eſſet ponere os in cælum pœna *capituli* feriendos per *tex. apertum in cap. Regni incip. contra effrenatas, & ibi Scrib. ſub rub. ne quis act prop. cap. aliq.* cum contra confeſſos nullę ſint Iudicis partes niſi in condemnando, per iura vulg. & vltra pœnam prædictam ad reficiendum omnia damna, & intereſſe per querulantem paſſa, huiuſmodi illicitæ capturæ occaſione verificata in 5. & 6. articulis, aſtringendos ſiquidem per *text. in l. interdum § qui furem ff. de furt. & alia quæ dicit Cappell. Tholoſ. in q. 22.* Nec prædictæ veridicæ opinioni obſtare poſſunt verificata per inquiſitos in 5. & 6. exceptionibus, videlicet, quod ſub figura baiulationis ob inciſionem arborum fructiferarum pignorare licebat, quia nihil de hoc in ſpecie probatum extat, & tanquam fundans eorum ius querulati probare debebant, per ea, quæ tenet *Gramm. in conſ. 1. foriudicationis quem ponit in fine deciſio ſciatur num. 52. & ſeq.* imò ſi qualitas iam dicta probata eſſet, quod expreſsè negatur adhuc eis non iuuaret, cum in facto proprio teſtimonium ferre prohibeantur iuribus vulgaribus. Nec ſequitur talis iuuentus fuit ligna incidere, ergo arbores funditus inciſit, cum iſta probatio tamquam neceſſaria non con-
3 cludens ſit obſcura, & ſe habeat † ad eſſe & non eſſe, ideò nihil valet, neque probat *cap. in præſentia extra de prob. vbi Doctores l. non C. hoc unde cogn. cum*
4 *alijs* immò in dubio † præſumendum eſt dictum querulantem incidiſſe ligna iam mortua arborum per alios inciſarum, vt ſibi à iure licebat, & rei veritate eſt, & non arbores viridas, per ea, quæ adducit *Rom. in ſuo conſ. 68. viſis in propoſitis* vbi dicit

Digitized by Google

dicit, quod concurrentibus duabus præ-
5 ſumptionibus, † quarum vna eſſet incluſiua delicti, altera excluſiua, ſemper excluſiua attendenda eſt, vt excludatur delictum, faciunt quæ dicunt *Doctores*, & *Bart. in l. non ſolum* ff. *de nou. oper. nunt. Abb. in cap. in præſentia extra de prob.* per nobilem naturæ præſumptionem, quę eſt
6 vt nemo † delinquat, neque delinquere præſumatur vulg. *l. merito* ff. *pro Soc.* quæ quidem præſumptio coadiuuatur per teſtes querulatorum in quarta exceptione aſſerentes *hauerno inteſo dal querulante hauer fatte legne ad vn certo caduto, & però l'haueuano leuata la Giomenta*, quæ
7 depoſitio † vt approbata à querulatis contra eos probat, ex adductis per *Rom. in conſ.* 104. *& fine*, & transfert onus probandi conditionem in ipſum, vt per eundem *Roman. in ſing. ſuis in verſic. teſtimonium de auditu* & concurrentibus iam dictis in fauorem querulantis, teſtes de
8 auditu, † contra producentes probant, vt per *Innoc. in cap. praterea in principio in gloſ. in verſic. quaritur extra de teſt.* & omnia confirmantur ex cauillationibus, & renitentia, & iumenti reſtitutionem denegando, paruifaciendo mandata Curiæ, pœna, quæ erat carlenorum quindecim, eis competebatquod negatur, quia vltra modum proceſſerunt, cum pro tam modica pœna iumentum magni valoris acceperunt, & tenent, potuiſſet eis impu-
9 nè reſiſti, † vt per *Bart. notabiliter in l. penult. C. de exeq. & exact. lib.* 12. & ſic inordinatè vendentes, vt vendiderunt, & pignore abutentes, pœna furti extraordinaria mulctandi veniunt, vt per *Caſſan. in Conſuet. Burg. in titul. de conceſſ.* §. 5. *folio* 39. *num.* 14. *& ſeq.* & iumentum cum intereſſe reſtitui, & ita vt Deus, &c.

*Per prouiſiones Sacr. Conſil. fuit ordinatum iumentum reſtitui.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Miſerabiles perſonæ pro eorum defenſione Regem adire poſſunt.*

2 *Clerici ſunt perſonæ miſerabiles.*

3 *Clericus habet fori electionem quoad bona eccleſiaſtica.*

4 *Iure ſemel quæſito aduerſario, per comparitionem Clerici recedi non poteſt.*

5 *Cauſa eſt agitanda iuxta modum iudicij vbi agitatur.*

6 *Actor forum rei ſequi debet.*

7 *Clericum quantum ad feudum, eſt ſub iuriſdictione ſeculari.*

8 *Clericus, qui Magnam Curiam adiuit voluntarie pragmatica ſuſpitionum vtens tenetur eam ſeruare.*

9 *Leges Regiæ quando non ſunt contra libertatem eccleſiaſticam, & contra conceſſa eccleſiaſticis, & ſunt honeſtæ per Summos Pontifices approbantur.*

10 *Leges Principum in foro Canonico etiam militare, & nu.* 12

11 *Pragmatica quamuis taliter diſponat non propterea ſtatuentes habent iuriſdictionem in Clericos.*

13 *Statutum Laicorum rationabili cauſa factum licet Clericus ex eo haberet incomodum, non eſſet in conſideratione.*

14 *Clericus vtens ſtatuto Laicorum pro ſe tenetur contra ſe etiam vti.*

15 *Clericus litigando in foro ſeculari ſubmittitur ſtatutis, & iuribus ſecularibus.*

16 *Leges, & ſtatuta vbi cauſa ventilatur ſemper ſeruari debent, & nu.* 17. *etiam in criminalibus.*

18 *Clericus male incuſando inſtrumentum contra Laicum in foro ſeculari, tenetur ad pœnam.*

19 *Liquidatio inſtrumenti eſt cauſa criminalis propter pœnam.*

## Pro Magnificis Ioanne Baptiſta Brancia, & Mutio Brancato.

## ARGVMENTVM.

*Clericus allegans Iudicem ſuſpectum, an depoſitum facere teneatur.*

CON-

Digitized by Google

## CONSILIVM XCVI.

IN articulo currenti, an Clericus Iacobus Anellus Battinellus, qui criminaliter egit in Magna Curia Vicariæ contra Ioann. Baptiſtam Branciam, & Mutium Brancatum, & deinde allegando ſuſpectum Dominum Cauſæ Commiſſarium, depoſitum ſuſpitionis facere teneatur, & cum per Magnam Curiam deciſum eſſet, quod ſic, vt per Sacrum Conſilium, vbi eſt facienda relatio, confirmetur, ſubſcripta pauca adducam.

Primò, notiſſimi iuris eſt, quod miſera
1 biles perſonæ † pro earum defenſione Regem adire poſſunt *l. vnic. quand. imp. inter pupill. & vid. & in conſtit. Regni ſta*
2 *tuimus*, & quia Clerici † ſunt perſonæ miſerabiles, vt tenent *Innoc. & Anto. de Butr. in c. ſignificantibus de offic. deleg.* ſequi-
3 tur, quod Clericus † fori electionem habet quoad bona eccleſiaſtica, & conueniendo laicam perſonam, vt ex multis per *Ioan. Vinc. de Ann. adductis in alleg.* 146. etiam *in* criminalibus, *vt ibi per totam alleg.* & cum iam Magnam Curiam elegerit, ex qua electione ſemel eſt quæſi
4 tum ius † aduerſario, renuntiare non poteſt, vt in caſu reconuentionis decidit *Afflict. deciſio.* 173. *per text. l. ſed & ſi per prætorem* §. *ait prætor verſic. ſed ſi dum decreto* ff. *de minor. Dominus Vincent. de Franch. deciſio.* 103. *num.* 13. immò debet ei denegari audientia, *idem de Franchis ibidem num.* 15. *&* 16. vt in caſu noſtro prædicto decreto non parenti, quia lex Canonica conſentiens, dictam electionē,
5 ibique cauſam † agitari cenſetur velle ſecundum modum illius Iudicij, ita *gloſ. in cap.* quod Clericis *de for. compet. & ita eam allegat Antonius de Butr. Imol. Abb. & Dominic. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. vbi Io. And. in rub.*
6 Secundò, actor † forum rei ſequi debet *cap. cum ſit generale de foro compet. cap. ſi Clericus laicum, vbi gloſ. dicit hac regula eſt generalis l. in criminalibus C. vbi in rem actio, & ex alijs per d. gloſ. adductis l. iuris originem C. de iuriſdict. omn. iud. & ibi Caſtrenſ. Iſern. in cap. 1. de ſtat. & conſuet. num.* 12. idem teſtatur
7 ſubdens, Clericum † eſſe in iuriſdictione Domini temporalis quantum ad feudum vt per *Reuerendum D. Iacobum Graſſium in prima parte ſuarum deciſio. caſuū conſcientiæ lib. 4. cap. 18. num. 128. in vltima editione, & cum d. pragmatica*
8 imponens † pœnam Iudices recuſare volentibus, ſit facta à Rege ad tuendum eius Iudices, nè indebitè defatigentur in uiolabiliter ſeruanda in ſuis tribunalibus, & ſic in Magna Curia, quam prædictus Clericus, qui tamquam actor voluntariè adiuit, eam ſeruare tenetur.
9 Tertiò, leges Regiæ † quando contra libertatem eccleſiæ, & cōtra conceſſa eccleſijs, perſoniſque eccleſiaſticis in priuilegium ſtatuunt, & ſunt ex ſe honeſtæ, vt in caſu noſtro, per Summos Pontifices approbantur *cap. 1. de nou. oper. nunc. cap. inquiſitionis de hæret. in 6. cap. 1. de iur. calumn. cap. venientes de iur. iur. l. cunctos populos, vbi Bart. num 29. & alij Doctor. de Summ. Trinit. & Fid. capt. ac per text. in cap. 1. & 2. 10. diſtint.* vbi apertiſſimè
10 probatur, leges Principum † etiam in foro canonico militare: Nec obſtat opinio
11 tenentis, quod quamuis *pragmatica* † prædicta haberet conditiones præfatas, nō propterea ſtatuētes habent iuriſdictionem in Clericos per *cap. eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. & c. bene quidem 96. diſtin.* cum eorum diſpoſitio procedat in legibus factis ab inferioribus Principe quæ per iura Canonica non reperiuntur
12 approbata: non autem in legibus † Principum; quæ etiam quoad eccleſiam, & quoad Clericos valent, per iura proximè citata, vt in ſpecie ita reſpondet *Hoſtien. & Ioann. Andr. in cap. fin. de ſolut. Imol. in cap. fin. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſ. cap. Alexand. conſil. 112. lib. 5.*

Quartò, quando ſtatutum laicorum eſt factum ob aliquam rationabilem cau
13 ſam † non principaliter in odium Cleri



Digitized by Google

corum, vt in caſu noſtro, dato quod per aliquam conſequentiam, Clerici haberent aliquod incommodum, non eſt in conſideratione, & ſeruari videtur etiam inter Clericos, & ſufficit quod in ſtatuto Clerici non nominentur, vt poſſit obſtare *cap. fin. de immun. eccleſ. lib. 6. vt concludit, & multis medijs probat Marant. in ſua diſput. 8. num. 25. & 26. per fere col.* vbi me remitto, ne traſcribere videar, ibi que inuenies quibus Clericus teneatur ſtare ſtatutis laicorum, & alia, quæ ponit *Stefanus Aufrer. in tract. de poteſtate ſeculari ſuper eccleſiaſticis perſonis.*

Quintò, Clericus poſtquam voluntarie tamquam actor dictam Magnam Curiam adiuit pro ſe querulando laicos
14 vtens ſtatuto laicorum † tenetur etiam contra ſe vti, ita indubitanter tenet *Rocc. de Curt. in tract. de conſuet cap. fin. 11. q. lim. 7. & Bald. in ſimili in l. de quibus verſic. 1. quæro ff de leg.* dicit ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta mandentur exequutioni, niſi ſint lapſi decem anni, Clericus volens vti beneficio talis ſtatuti, debet eo vti infra decem annos, ſic in caſu noſtro volens vti *d. Regia Pragmatica* recuſante Iudices ob ſuſpitiones, cum in ea contineatur fieri depoſitum, omnino prædictus Clericus depoſitare tenetur idem dicit *Alexand. conſ. 210. & ſeq. 2. lib. facit text. in reg. ex eo de re iud. in 6. & alij per d. Rocchum vbi ſupra.*

15 Sextò, & vltimò Clericus † eo ipſo, quod in foro ſeculari litigat coram Iudice laico eligendo forum rei, ſubmittitur ſtatutis, & iuribus ſecularibus, ex * communi opinione retenta per *Abb. in cap.* quod Clericis, *de for. compet. num. 10. & in conſ. 33. lib. 2. ita tenent Doctor. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. vbi Felyn. num. 55.* dicit quod ſi cauſa agitatur in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico, tene hanc regulam ſecundum *Abb.*
16 hic quod ſemper † ſeruabitur lex, ſtatutum, ſeu conſuetudo illius loci, vbi cauſa ventilatur, & tanto magis dum ſumus in ordinatorijs Iudicij, in quibus omnes litigantes ligantur, tam Laici, quam Clerici, latè *gloſ. in d. cap. quod Clericis extra de for. compet. Det. in d. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ num. 42. & ſeq. & ibidem Abb. num. 24.* cum regula ſit * communis quod in his, quæ ſpectant ad litis ordinationem, vt in caſu noſtro, attenditur ſtatutum, ſeù conſuetudo loci vbi cauſa ventilatur, quia iſto caſu, non diſtinguitur perſona, ſed cauſa debet terminari, ſecundum formam illius fori, cum illa ſtatuta concernant iudicij ordinem ſubmittentes ſe illi Iudicio, ſiue laici in foro eccleſiaſtico, ſiue Clerici in foro laicali tenentur ad formam ſeruandam ſecundum leges illius Iudicij, vt tenet *Calder. in ſuo conſ. 11. quod ſequitur Abb. Innoc. & Hoſt. in cap. 2. de for. compet.* Capyc. *deciſio. 66. per totam, Carauit. in ritu 166.*

Nec obſtat ſi ex aduerſo prætendatur prædicta iura iura loqui in ciuilibus, cum licet hoc nullo iure diſtinguatur, tamen circa electionem fori, & alia prædicta ha
17 bere † locum etiam in criminalibus, quod, & ſi ex ſupradictis pateat, adducitur, & *Carau. in d. ritu 166. num. 35.*
18 dicens ſi Clericus malè † accuſauerit inſtrumentum in foro laicali, tenetur ad pœnam, & tamen cauſa accuſationis, ſi
19 ue liquidationis inſtrumenti † eſt criminalis ratione pœnæ, quod nulli dubium eſſe debet, & ex prædictis currenti calamo adductis decretum prædictum Magnæ Curiæ confirmandum eſſe per Sacrum Conſilium, vt prædictus Clericus pro allegata ſuſpitione depoſitum faciat concludo.

*Facto verbo per Magnam Curiam in Sacro Conſilio in aula Domini Caroli Fenitij, fuit ita iudicatum de Menſe Septembris, anni 1594. pœnes Vicedominum Magnæ Curiæ Actorum Magiſtrum, & pœnes Sacri Conſilij Secretarium.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Maiores dicuntur, qui decimum octauum annum compleuerint.*

2 *Minores, qui decimum octauum annum non dum exceſſerint.*

3 *Ætas*

3 *Aetate completa vbi loquitur, requiritur ætatis exceſſus.*
4 *Maiori datur reſtitutio infra quatriennium de geſtis in minori ætate.*
5 *Res minimi valoris data pro ſatis maiori ſub aliquo colore cenſetur in partitum.*
6 *Conditiones cogitatæ ad excludendam exceptionem, eam non excludunt.*
7 *Conditiones ſimulatæ maximam adducũt fraudem.*

## Pro Dominis Camilla Campana, & Ioanne Baptiſta Longo eius filio, contra Paulum Venturinum.

### *ARGVMENTVM.*

*De minore inhabili ad contrahendum, & eius reſtitutione ex contractu illicito.*

### CONSILIVM XCVII.

AD excludendam intentionem Pauli Venturini, Camilla Campana, & Ioan. Baptiſta Longus duo adducunt.

Primum, quod tempore contractus ſiue Apocæ factæ, Ioan. Baptiſta erat minor.

Secundum, quod apoca ſub colore iuſtæ cauſæ fuit fictè facta.

Circa primum, & ſi in facto deductum eſt D. Ioannem Baptiſtam tempore prætenſæ apocæ fuiſſe minorem, firmatur etiam de iure Regni, ex quo habemus
1 quod maiores † intelliguntur hi, qui decimum octauum annum compleuerint, vt in *conſtit. Minorum iura verſic. mino*
2 *res de reſtit. minorum* immò minores † dicuntur, qui decimum octauum annum ætatis non dum exceſſerint, vt in eadem *conſtit.* expreſsè habetur, ideoque ætas potius excedere, quam deficere debet, & ſi in minimo ætas decem, & octo annorum deficit omnimodo minores dicuntur, cum *d. conſtitutio* duo implicet, vnum quod qui contrahere volunt decimum octauum annum excedant, alterum, quod completi ſint, *vt ex ea & ibi Add.*
3 Lex enim vbi de completa ætate † loquitur, neceſſario ætatis exceſſum requirit *l. vn. C. qui ætate* §. *item maior inſtit. de excuſat. tutor. vel curat. & per allegata in gloſ. in verſic. item maior*, & ſic ſi contractus eſſet licitus tamquam factus à minore, eſt nullus, & hoc adeo eſt verum, vt
4 effecto maiore, † datur reſtitutio in integrum aduerſus per eum in minori ætate geſta, vbi fuit læſus, quod quatriennium incipit currere finito tempore minoris ætatis, & intrante maiori ætate, vt dicit *gloſ. in d. conſtit. minorum iura, & ex ibidem allegatis.*

Quoad ſecundum, quod talis apoca ſiue contractus nimia fraude nitatur, non ſolum ex probatis in facto, cum res valo-
5 ris ducat. viginti † datur pro ducatis quinquaginta, nec vſui d. Ioan. Baptiſtæ deſeruiebat, ſed vt eam ſtatim venderet, & pecuniam caperet, vt cepit, ex quo ſumus in partito per *Regiam Pragmaticam* prohibito: & quamuis in apoca adſint
6 aliquæ conditiones † tanto magis fraus demõſtratur, quia ipſæ fraudes cum fuiſſent cogitatæ in præiudicium *d. Regia Pragmatica*, ipſius exceptionem non excludunt arg. *l. ſi filiusfamilias* §. *hic autem verſic. tamen & l. ſed Iulianus* §. *mutui dationem in fine ff. ad ſen. conſ. Macedon.* hinc eſt quod illæ conditiones ſic ſimu-
7 latè † appoſitæ in fraudem prohibitionis prætenduntur, & maximam adducunt fraudem, & ideò non obſtant, vt annuiſſe videtur Iure conſultus in *d. l.* 1. & hæc ſufficiunt pro non moleſtatione dictorum matris, & filij.

*Hæc cauſa relata in S.C. per D. Horatium Marcheſium, non fuit expedita, & dictus Paulus ſe contentauit pro duc. viginti quinque pretij rei traditæ videns malam fouere cauſam, & ſic patet deciſio ſecundum allegata.*

*Camillus de Laratha.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Coniuncti ſocietate, amicitia, & exercitio, præſu-*

*præſumitur ſcire facta ſuorum taliter coniunctorum.*

2 *Occulta ex coniecturis probantur.*

3 *Coniecturæ, manifeſtæ probationes dicũtur*

4 *Fraus probatur per indicia.*

5 *Dolus, & fraus germanæ voces coniunctæ ſunt.*

6 *Fraus genus eſt, & dolus ſpeties.*

7 *Fraus, & dolus ſunt ſinonyma, & idem ſignificant.*

8 *Dolus, & fraus, ampliſſimum verbum ad decipiendum appellari poſſunt.*

9 *Dolus dicitur ex propoſito, & ex intentione, idem in fraude num. 10.*

11 *Dominium transfertur in emptione, & venditione.*

12 *Merces quando ſunt venditæ, antiquus creditor an præferatur in illorum pretio.*

13 *Dolus, & fraus non facit animum venditoris vendendi, nec emptoris emendi, ſed fraudandi.*

14 *Dolus, & fraus faciunt fidem non fuiſſe habitam de pretio, nec transferri dominium.*

15 *Creditores anteriores, non præferuntur venditoribus bonorum extantium.*

16 *Dolus in contractu bonæ fidei eſt contra naturam eſſentialem.*

17 *Dolus eſt malitia in alienum damnum prorumpens, & ars nocendi contra naturalem amicitiam.*

18 *Dolus dans cauſam contractui, contractũ reddit nullum, & inualidum.*

19 *Furtiuæ rei dominium non transfertur.*

20 *Venditores poſſunt bona vendicare à fure qui emerat.*

21 *Dolo, & fraude geſtum redditur ad priſtinum.*

Pro quibuſdam creditoribus certorum bonorum ſericorum, contra doloſum mercatorem

## ARGVMENTVM.

*Bonorum ſericorum per mercatorem dolo, & fraude emptorũ an ſit tranſlatum dominium, & an vẽditores uendicare poſſint.*

## CONSILIVM XCVIII.

CVM ſatis abundè per Dominũ meum Collegam ſit ſcriptum in cauſa criminali contra quẽdam, qui quantitates bonorum ſericorum, aſcendentem ad ſummam ducat. octomille emit, habita fide de pretio, acceſſit ad nundinas Langiani vendidit maiorem partem drapporum, & cum pecunia aufugit Beneuẽtum, ego autem cauſam ciuilẽ tuẽdo pro creditoribus ipſorum bonorum cum creditoribus, qui vt in bonis extantibus cæteris anterioribus præferantur, his paruis medijs demonſtrabo.

Primò, quia cum dolo ex propoſito, & præmeditatè dictus mercator bona emiſſet, vt teſtes in facto adducti deponunt:
1 qui teſtes cum ſint † coniuncti ſocietate, amicitia, & exercitio ſimili, dicuntur optimi teſtes, quia præſumuntur habere notitiam vulg. *l. optaui ff. vnd. cogn.* & alij teſtes non præſumuntur ſcire *l. conſenſu §. ſuper plagis C. de repud. l. de tutela C. de in integr. reſt. Ancar. conſ.* 169. *Alexand. conſ.* 29. *num.* 8. Et dum coniecturas multas adducunt, ex quibus dolum, & fraudem adeſſe, probatum cenſetur, ex quo in
2 talibus† occultis in animo ex coniecturis probatur *l. dolus ex indicij C. de dol. vbi Doctor. & Paul. de Caſtr. in l. falſum diffinimus ff. de his qui ſunt ſui, vel. alien. iur. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re milit.* in huiuſmodi lex contenta eſt probationibus quæ haberi poſſunt, quamuis, plenæ non ſint, *Federic. de Sen. conſ.* 118. nulli
3 dubium eſt, & iſtæ dicuntur † manifeſtæ probationes *Alexan. conſ.* 24. 51. 69. *lib.* 2. & *Bart. in l.* 1. *ff. de verb. oblig.* dicit, quod iudex ex vehementi opinione informarionem capere debet, *Ioan. Andr. in cap.* 1. *de dolo & contum. Abb. in cap. cum cauſa num.* 1. *de empt. & vendit. Bald. in*
4 *l. conſul. num.* 16. *de adopt.* dicit, quod † fraus probatur per indicia cum alijs concordantibus apertiſſimè, vt credo eſt fundatus dolus dicti mercatoris emptoris.

Nec

Digitized by Google

Nec curo quomodo ſit appellanda iſta
5 fallentia, † Nùm dolus, nùm fraus certe
coniurationi coniuncti, vt diſpoſitum in
vno diſpoſitum videatur, & in alio : ali-
quando enim dolus genus appellatur, &
6 fraus ſpeties, alias † fraudem nonnulli
dicunt genus,& dolum ſpetiē,aliquando
7 dicunt eſſe verba † ſinonyma,& idem ſi-
gnificantia:*& Iuris conſultus,& Doctor.
ſic ſæpius vocant l. iuriſgentium §. & ſi
fraudandi,vbi gloſ. magna de pact. & ibi
Bart.Bald.& alij Doctor.l.1.in gloſ. in
verſic.fraudis ff. de his qui not. infam.
Abb. in cap. ex tenore cap. 4. de reſcript.
& in conſ.68.lib.1.Bald.in l. quæ fortui-
tis colum 3.de pign.action.Iaſ.in §.item
ſi quis in fraudem inſtit.de actio.num.21.*
8 tamen certum eſt,quod ſicut † dolum ſi-
ue fraudem nuncupamus,ad decipiendũ
vtrumque verbum aptiſſimum appella-
9 ri poteſt, & ſicut dicimus † dolum ex
propoſito,& intentione *l. 1. de dolo*, item
10 eam † fraudem diſtinguimus ex propo-
ſito,& intentione *l.fraudis vbi Det.de
reg. iur.* quod ideò dixi ad demonſtran-
dam ſimilitudinem ſoni, & vocis horum
vocabulorum.

11 Non obſtat ex aduerſo prętendi per †
venditionem fuiſſe tranſlatum dominiũ
ipſorum bonorum, & eorum contractus
tranſiuiſſe in creditores, & venditores ef
fectos debitores in pecunia per *text.in
l.in ciuile C. de reiuendic. l. non idcirco C.*
12 *de contrahend. empt.* & quod quando †
mercatori, eſt res vendita, creditor ante
rior prefertur venditori, vt per *Ancar.
conſ.184.in fin Ang.in l. in rebus C. de
iur.dot.Alber.in l.qui fundũ qui pot.in pig.
hab.Vitalis in tract.clauſul.ea ſpetiali obli
gatione Neguſant.de pign.in 2.membr.5.
part.nu.8.& 9.*

Nàm dictis iuribus reſpondetur. Pri-
mò, quod cum ex præcedentibus ſit fun-
13 datus dolus,& fraus,† apparet,emptores
re vera non habuiſſe animum emendi,
ſed fraudandi, & fallendi, quo caſu non
dicitur fides habita de pretio,nec tranſ-
14 latum † dominium,quia præſumitur prę
cedentem dolum dediſſe cauſam fidei
habendæ,& perinde habetur,ac ſi non
fuiſſet habita : Nec dicitur tranſlatum
dominium:ita *Ang.& Bald.in l.ſi cum
dotem §.fin.ff.ſolut. matr.* qui dicunt eo-
rum tempore ventilatam fuiſſe quæſtio-
nem mercatorum Bononienſium de fa-
milia Guardorum, qui emerunt habita
fide de pretio, & aufugerunt, & fuiſſe ab
omnibus concluſum, quod in illos non
dicitur tranſlatum dominium,& minimè
15 debere † præferri alijs creditoribus pri-
uilegiatis, ſed reſtitui debere bona ven-
dita venditoribus dominis,quos ſequun
tur ibidem *Paul. de Caſtr. & Alexand.*
ad plenum,qui allegant *text.*optimum
*in l.ſi quaſi receptiones ff. de pig. actio. &
alia iura Neguſant. idem concludit in 2.
membr.quintæ partis num.9.in fine Ben-
uen. Stracc. qui omnes colligit,in tract. de
mercat.part.3.verſ.31.*& eſt * communis
opinio nemine contradicente.

Secundò, ad idem cumulant, & re-
16 ſpondent alia ratione,quod dolus † in
contractu bonæ fidei prout(ſumus in con
tractu noſtro emptionis & venditionis )
eſt contra eius naturam eſſentialem, vt
dixit *Bald.in l.ſub prætextu num. 9. de
tranſact. & in l. quæ fortuitis ff. de pign.*
17 *actio. num. 9.& 10.* dicit quod dolus †
eſt malitia in alienum damnum prorum-
pens, ac ars nocendi contra amicitiam
naturalē,& proinde Iuris conſulti,& Im-
peratores mandant, quod quando dolus
18 dat cauſã contractui ( vt in caſu noſtro)
redditur nullus, & inualidus ipſo iure
*l.ſi dolo aduerſarij C.de reſcin.vend.l.trã
ſactione l.2.C.de tranſ.l.& eleganter ff.de
dol.vbi Doctor.notant,Bart. in l.ſub præ-
text.C.de tranſact.& ſubtiliſſime Bald.in
l.non dubium nu.15. C. de leg.*

Tertiò, ad idem auxilium præſtat,
19 quod † in furem non transfertur domi-
nium, quia dum verum eſt, & per teſtes
probatum, quod hic mercator non ani-
mum emendi, ſed fraudandi habuit, &
verè fur fuit, nullo pacto rei dominium
nanciſci potuit,quia in furem &c.*l.ſi abdu
cta C.de furt.l. qui re comodata §. 1. de
furt. cum concordantibus, & totis titulis
de furtis ff.& C.* Ex his ergo habetur vali-
diſſima conſequentia, quod iſti vendito-



Digitized by Google

20 res, tanquam Domini poſſunt † ipſa bona vendicare, poſtquam ipſorum dominium ab eis abdicatum non fuit.

Quartò, vellem ad noſtrum propoſitum adducere edictum Prætoris in *titul.*
21 *de his quæ in fraud.* † *& dolum geſtum eſt*, vbi prætor reuocat ad priſtinum *l. 1. eodem tit. & l. ſi hac in factum actio, & eodem, & toto titul.* & dum de fraude, & reuocatione in genere loquitur, præter noſtram intentionem, coadiuuat tamen quia totus titulus ſuccurrit creditoribus in quorum damnum, & præiudicium, debitor alienauerit, vel alio modo ſua bona hypothecata in alium tranſtulerit, fraudandorum creditorum cauſa, & diſponit circa particulare, & diuerſum: cum nos dicamus propter dolum non eſſe tranſlatum dominium & tibi quod tranſlatum dominium reuocatur, de qua reuocatione non opus eſt nobis cum defendamus, vt fundauimus dominium tráſlatum non eſſe, ideo parum in illo edicto morabor, & proindè firmiter concludo, quod iſti venditores eorum bona recuperare debent, & ita iudicandum puto.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Dolus malus eſt quando aliud agitur, quã quod fingitur agi.*
2 *Læſione enormi ſtante præſumitur dolus.*
3 *Dolus per veras coniecturas, & ex qualitate facti percipitur.*
4 *Dolus annullat diuiſionem, & concordiam.*
5 *Dolus dans cauſam contractui reddit contractum ipſo iure nullum.*
6 *Dolus, vis, & metus excludunt conſenſum.*
7 *Conſenſus perficit contractum, & deceptus non conſentit.*
8 *Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur.*
9 *Dolus vterque conſiſtit in committendo.*
10 *Malus ſemel, ſemper præſumitur malus.*
11 *Probationes duæ ſemiplenæ faciunt vnam plenam probationem.*
12 *Cauſa ciuilis etiam per indicia, & præſumptiones probatur.*
13 *Leges, & æquitas ſuadent æqualitatem inter fratres.*
14 *Peculium profectitium filij, cedit in beneficium Patris, & Aui.*

## Pro Magnifica Caſerta matre, & ceſſionaria Octauij Villatij, filij, & hæredis quondam Pompei Villatij, contra Cæſarem Villatium.

## ARGVMENTVM.

*Diuiſione, & concordia cum dolo, & enormiſſima læſione facta reſcindi debet.*

## CONSILIVM XCIX.

IN hac cauſa reſciſſionis, diuiſionis, & concordiæ factæ inter dictos Pompeum, & Cæſarem Fratres, quod ſit reſcindenda, & iterum diuiſio facienda pro parte dictæ magnificæ nomine quo ſupra dicitur, quod dictus Cæſar erat, & eſt homo ſubtilis, aſtutus, terribilis, & ætate maior facilis ad decipiendum, & fraudandum dictum Pompeum ignarum, & ruſticũ, & in omnibus Cæſari obedientem, quæ mala intentio, & alia patent ex enormiſſima læſione, & omnia in facto bene ſunt probata, & adducta, nàm Cæſar aliud agendo, aliud agere ſimulauit, quod dolum malum importat,
1 cum dolus † malus ſit quando alterum circumſcribendi cauſa, aliud agitur, aliud agi ſimulatur, vt ad literam dicit *text. in l. iuris gentium §. dolo ff. de pact.* quod latiſſimè more ſolito ex pluribus authoritatibus firmat *Tiraquell. de retract. in præfatione num. 7.* Immò dato quod de ipſo dolo, & fraude per apertiſſimas probationes non conſtaret, prout conſtat, ad
2 huc ex enormi † læſione, quæ ex eiſdem actis apparet re ipſa dolus præſumeretur vt eleganter dixit *Det. in l. fraudis interuentu*

Digitized by Google

3 xentu num. 3. ff. de reg. iur. Nam dolus † per varias coniecturas ex qualitate facti percipitur, vt ex multis probat *Afflict. de-*
4 *ciſio. 68. num. 8.* quæ diuiſio, † & concordia propter dictum dolum ſunt ipſo iure nullæ, duplici ratione, primo, quia non poteſt negari quod dolus ipſe, ex prædictis in facto adductis non dederit cauſam ip-
5 ſi contractui, & dolus † dans cauſam contractui vt hic, reddit contractum ipſo iure nullum, notat *Bart. in l. in ſumma num. 2. ff. de condit. indeb. & in l. ſub prætextu num. 4. & 5. C. de tranſact.* quem ſequuntur *Scrib. in d. l. in ſumma.* Secun-
6 da ratio eſt, quia dolus, vis, & metus † excludunt conſenſum ab ea diſpoſitione, ad quam quis dolo fuit inductus, per notata in *l. eleganter in princip ff. de dolo*, quibus addo *Tiraquell. referentem in l. ſi vnquam in præfatione num. 97. C. de reuoc.*
7 *donat.* cum conſenſus † ipſe perficiat contractum, deceptus non conſentit, vt in *auth. quod eis* in *gloſ. 1. C. de nupt.* & hoc tanto magis verum eſt in caſu de quo a-
8 gitur, quia cum dolus † ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparentur, vt per *Capyc. deciſio. 159. num. 21.* & alter ipſorum ſuffi ceret ad annullandum contractum, vt in *deciſio. Gramm. 67. num. 12.* fortius hic, vbi vterque interuenit, vt ex facto planè patet: & tanto magis redditur verum, &
9 efficax, quia vterque † dolus conſiſtit in committendo, non in omittendo quo caſu maior efficitur, vt ſatis benè dixit *Tiraquell. in tract. conſtit. in prima parte, num. 57. & 58.* ponens exemplum, in eo, qui cum eſſet ſimplex detemptor rem tradit, vt poſſeſſor, & hæc pro nullitate aſſerti contractus ſatis eſſe videtur.

Secundò, dicitur non eſſe curandum de ſcripturis pro parte conuentorum productis, cum pro maiori parte ſint affectatæ, & procuratæ poſt litem motam, & in ſe contineant ſimplicem partium aſſertionem, & dum in multis ex eiſdem ſcripturis Cæſar conuincitur de malitia, dolo, & fraude, omne dubium reſoluitur
10 per regulam, *ſemel † malus, ſemper præſumitur malus, de reg. iur. in 6.* Nec curandum de partita Notarij Nicolai Cioffi, Nàm verum eſt quod tempore contractationis aſſerti mutui, & ante ſtipulatum contractum inter partes actum fuit de pecunia reddenda, ita quod nullum commodum peruenit ad Cæſarem, & conſequenter ad communionem ipſorum Cæſaris, & Pompei, ex his quæ in facto adduximus, & in terminis firmat *Iaſ. in l. Titia ff. de verb. oblig.* Nec obuiat, quod pars aduerſa notat in facto, dicens depoſitionem Notarij Franciſci Marcheſij, eſſe ſingularem, & falſam ex re ipſa, cum ſingularitas eſt coadiuuata alijs probationibus, & coniecturis, vt in reuelationibus eſt videre, & eo magis, quia aſſerta concordia apparet ſtipulata die 6. Februarij anni 1567. Die ſequenti idem Cæſar conſtituit ſe debitorem Marcello Cioffo, filio & hæredi dicti Notarij Nicolai in ducatis centum tantum, & modo dicunt eſſe ducat. 212. in diuiſione, & concordia, ex prædicta cauſa poſitis, ex quo detecta eſt apertiſſima fraus, & dolus, & malitia dicti Cæſaris, & poſito quod depoſitio dicti Notarij Franciſci ſemiplenam faceret probationem, non debemus dubitare, quia alij teſtes in his quæ deponunt circa idem ſemiplene probant: vndè in hoc colligimus duas ſemiplenas probationes: & in iure regulariter
11 in qualibet ciuili † duæ ſemiplenæ faciunt vnam plenam probationem, ita
12 quod poſſit cauſa † ciuilis per indicia, & præſumptiones probari, vt in *cap. ex literis extra de probat. & arg. l. filium ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Gand. in rubr. de præſumpt. num. 2. verſic. tertia ratio,* donando parti violentam præſumptionem, quæ ex iàm dicto inſtrumento habetur, cum prædicta ſufficiant, maximè
13 quia † leges omnes, & æquitas ſuadent, æqualitatem in diuiſionibus inter fratres, maximè ſeruandam iuxta *text. in l. 1. ff. de reb. dub. & ibi Socc. nu. 8.*

Nec relinquatur dicere, quod pars aduerſa ſuam prætenſionem nullo iure fundare poteſt, videlicet, deductionem petij Terræ pro ſuis laboribus erogatis in bonis Aui, ſub cuius protectione viuebant, nec non deductionem dotium triũ filia-

Digitized by Google

filiarum, cum ſit quod nullum peculium habebant, caſtrenſe vel quaſi, aut ſaltim aduentitium, ſed cum omnia profectitia
14 † eſſent, cedebant, & cedere debebant lucro patris, & Aui §. *igitur liberi inſtit. per quas perſ. nob. acquir. cum concordantibus*, & ex his concludo prætenſam diuiſionem, & concordiam eſſe reſcindendam, & iterum bona omnia paterna, & auerna diuidenda, & tertios poſſeſſores aliquorum dictorum bonorum condemnari debere ad relaxãdum cum fructibus ratam ad dictum Pompeum tangentem.

*Referente Domino Carolo Fenitio per Sacrum Conſilium, prædicta diuiſio, & concordia, fuit iudicatum quod reſcindatur, & iterum bona diuidantur, & in portione Cæſaris ponantur bona per eum alienata, vt ex proceſſu in Banca Borrelli.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus cũ fructibus, & vſque ad obolum.*
2 *Poſſeſſorium datur, etiam contra titulo poſſidentem.*
3 *Spoliatus à Iudice poſſeſſorio recuperandæ agere poteſt.*
4 *Detemptor ſimplex ſine ordine iuris priuari non debet.*
5 *Spoliatus à Iudice, iure non ſeruato eſt reſtituendus.*
6 *Spoliatus de facto à Iudice, de facto eſt reſtituendus.*
7 *Iudex facilis in immittendo, debet eſſe facilis in reuocando.*
8 *Iudex qui ſine citatione alium in poſſeſſionem immiſit, poteſt etiam ſine poſſeſſoris noui citatione poſſeſſionem reuocare.*
9 *Reſcriptum etiam exequutiuum requirit cauſæ cognitionem.*
10 *Citationis defectus eſt iuris naturalis.*
11 *Iudex ex officio procedere poteſt in ſpolio ita etiam, vt fructus reſtituantur.*
12 *Plures ſi ſint ad fideicõmiſſum vocati, & prohibiti alienare vocatorum fauore prohibitio facta cenſetur.*
13 *Res alienari prohibita accedit vocatis in quorum fauorem prohibitio facta fuit.*
14 *Res alienari ſi ſit prohibita, ſequuta alienatione committitur fideicommiſſum, & reiuindicatio conceditur.*
15 *Fideicommiſſo familiæ fauore facto veniunt illi de familia ordine ſucceſſiuo prius maſculi, & deinde fœminæ.*
16 *Maſculis deficientibus veniunt fœminæ.*
17 *Legitima debetur purè abſque vllo grauamine.*
18 *Legitima non minuitur, nec grauatur minus per fideicommiſſum inter filios.*
19 *Legitimæ iuri renuntiari non poteſt.*
20 *Sententia cõtra vnum pro iure ſuo lata, alteri non præiudicat.*

### Pro magnifico Scipione Galzerano, contra magnificum Ioannellũ Godanum, & etiam contra creditores quondam Nicolai Godani.

## *ARGVMENTVM.*

*Spoliatus authoritate Iudicis vigore ſententiæ, ſpoliato non vocato, latæ, reſtitui debet etiam cum fructibus, & quando fideicommiſſum, fauore familiæ factum intelligatur, & an perpetuum ſilentium inauditos afficiat.*

## CONSILIVM C.

EST in hac cauſa videndum, Primo an Scipio Galzeranus, qui de facto fuit ſpoliatus, licet pro exequutione ſententiarum & prouiſionum Sacri Conſilij debeat de facto in ſua poſſeſſione reſtitui, & dum nihil dicit de fructibus, an tali caſu fructus veniant officio Iudicis.

Secundò, ſi prohibita alienatione extra familiam ſit inductum fideicommiſſum in beneficium familiæ, & tale quod exclu-

Digitized by Google

excludat fideicommiſſarios vocatos expreſsè, in caſu tamen quando inſtitutus moritur ſine filijs.

Tertiò, ſi dictæ ſententiæ, & perpetuum ſilentium impoſitum in beneficiũ Ioannelli afficiant Scipionem emptorem tertiæ partis vineæ, & creditores quibus pretium fuit liberatum, maximè quod Nicolaus non fuit grauatus in legitima.

Quoad primum dicitur quod habemus regulam *cap. grauis de reſtit. ſpo-*
1 *liat.* vbi ſpoliatus † ante omnia venit reſtituendus, & ſpolians non auditur niſi reſtitutis omnibus vſque ad obolum, ac etiam damnis, fructibus, & expenſis, cum ſpolium in primis vſque ad mininum quadrantem purgandum ſit *Rot. deciſio. 313. & 319. in nou. Curt. conſ. 41. Crauet. conſ. 140. num. 3. ita nouiſſimè cenſuit Rot. Roman. per Verall. deciſio. 171. & 176. part.* 3. & de iure ciuili eſt *text. in l. ſi quis in tantam* C. *vnd. vi, vbi gloſ. & Doctor. ac etiam nouiſſimè refert Anton. Theſaur. in deciſio. 15. num. 2. vltra quos Soccin. in reg. 34. & 292. & conſ. 122. lib. 4. Alexan. conſ. 103. colum. 4. lib. 1.* & in hoc ſpolio poteſt procedi ex officio, vt firmat *Ioannes Antonius de Nigr. in cap. Reg. incip. ſubditorum num. 16. in rubr. de violent. illat.*

Non obſtat, quod vigore ſententiarũ, & prouiſionum Sacri Conſilij per dictũ Ioannellum fuerit capta, & abdicata poſſeſſio dictæ tertię partis vineæ, ex quibus pars coloratam poſſeſſionem, & titulum
2 habere prætendat, quia remedium † hoc reintegrandæ poſſeſſionis datur etiam contra titulo poſſidentem, & hæc eſt magis * communis opinio in qua reſidet Sacrum Neapolitanum Conſilium, vt refert *Afflict. in deciſio. 361. num. 33. qui num. 46. ex Geminiano in conſ. 5. quia*
3 *ſupra*, in ſpecie dicit quod ſpoliatus † à Iudice ſine ordine Iudiciario, poſſeſſorio recuperandæ agere poteſt: quod proce-
4 dit etiam in ſimplici † detemptore, qui poſſeſſione, iuris ordine non ſeruato, priuari non debet, ſecundum *Bald. in conſil. 361. quamquam lib.* 3. etiam ſi authori-
5 tatem † Iudicis quis eſſet ſpoliatus, nuliter tamen, & iuris ordine non ſeruato eſt reſtituendus, *cap. ex inſinuatione de procur. cap. conquærente de reſtit. ſpol. Hoſtienſ. in ſum. eod. tit. Oldrad. conſ. 227. de toto column. 1. verſicul. ſecunda regula, & verſic. ſi ergo tali commiſſione Bal. conſ. 357. iniuſtiſſima lib. 2. conſ. 134. copioſe, & conſ. 149. proponitur, quod quidem tutela in fin. lib. 3. Rom. conſ. 158. circa articulum colum. 2. verſic. 3. quia iniuſte Anto. de Butr. conſil. 62. in duobus colum. 1. Soccin. conſ. 18. colum. 10. verſic. nec obſtat, quod chinus & conſil. 12. colum. 2. in fin. lib. 1. Det. in l fin. colum. 20. C. de edict, Diu. Andr. toll. Bart. Capol. in conſil. 19. nu.* 2. Quinimmò, *Vrſillus ad Afflict. ad dens deciſio. 361. litera D.* dicit quod vbi
6 quis authoritate † Iudicis cauſa non cognita eſſet miſſus in poſſeſſione de facto, Iudex idem qui illum in poſſeſſionem de facto miſit, de facto ſimiliter eijcere & à poſſeſſione amouere, per bonum *text. adhoc in l. 1. §. & hoc edictum ff. ſi mul. ventr. nom.* vbi quemadmodum, eſt
7 facilis † Iudex in immittendo, ita debet eſſe facilis in reuocando ad idem *gloſ. notabilis in cap. ab excommunicato 6. q. 3.* & ex alijs multis in caſu noſtro firmat,
8 quod ſi Iudex † quando dedit tenutam, omiſit citare partem, poteſt tunc illam reuocare, parte non citata, & idem ſi quis ſpoliatus eſſet à Principe ſine cauſæ cognitione, ex multis per *Afflict. in d. deciſi. 361. num. 24. verſic. tertia ratio, & num.* 35. nec obſtat quarta ratio, ac ſunt *text. apert. in in l. authoritate, in l. meminerint C. vnde vi & in l. fin. C. ſi per vim, vel alio mod. &c. & etiam eſt text. ad literam noſtrum caſum decidens, in l. ſi non cognitio C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* vbi
9 reſcriptum † per quod mandatur quod reſtituatur poſſeſſio ſpoliato, requirit cauſæ cognitionem, & citationem etiam
10 quod ſit exequutiuum, cum defectus † citationis appelletur defectus iuris naturalis, vt, in *clement. Paſtoralis de re Iudi. ſecundum Alexan. in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ. & Afflict. ibidem* vndè ex prædictis habetur dictum Scipionem in dicto Iudicio non citatum debere in ſua poſ-

Digitized by Google

poſſeſſione reintegrari,& reſtitui etiam de facto,abſquè partis citatione,ergo facilius,quia compilato proceſſu,ac auditis partibus, & de ſuo notorio iure patet,
11 hoc poteſt, & dum in hoc iudicio † procedi poteſt etiam ex Iudicis officio,vt firmat *Ioa.Anto.de Nigr.vbi ſupra eodem nu.* 16. non dubito quin reſtitutio etiam fructuum ſit officio Iudicis facienda, & abſque dubio primus articulus explicitus eſt.

Veniendo ad ſecundum de fideicommiſſo fauore familiæ inducto, quod contra meum clientem Scipionem Galzeranum nihil vrget vt infra:dico,quod quā-
12 do plures † ad fideicommiſſum ſunt vocati,& honorati, & ijdem alienare prohibiti: prohibitio tunc, vocatorum fauore facta cenſetur, & talem prohibitionem valere firmat *gloſ.in l.cum pater* §.*inſtituto ff. de leg.* 2. *quam comprobat ibidem Imol.* & licet aliqui eam reprobent, tamen quando prohibitio facta eſt, vt bona conſeruentur in familia,vel ſub pœnæ
13 nomine, ſi res † alienatur, in ea ſuccedunt illi de familia,vel alij vocati,in quo cum fauorem fideicommiſſum inductum cenſetur *ad text.in l.pater* § *quindecim ff. de leg.* 3. *& ff. & C. de his, quæ pœnæ*
14 *nom.*& alienatione † ſequuta committitur fideicommiſſum,& res vendicatur, vt in *l.filiusfamilias* §.*diui ff.de leg.*1.*l. cum pater* §.*libertis ff.de leg.*2. *& ex pluribus declarauit Bart. in l. quoties ab omnibus*
15 *C.de fideicommiſſ.* & illi de † familia in tali fideicommiſſo,ordine ſucceſſiuo ſunt vocati,& prius maſculi,quibus deficientibus, ſuccedunt fæminæ,iuxta diſtinctionem *Cumani in l.cum ita* §. *in fideicommiſſo per illum text.ff.de leg.*2. *ibiquè gloſ. & Doctor.ac Socc.Sen.in l. ſi cognati nu.* 17.*de reb.dub.tradunt Doctor.maxime Caſtrenſ.in l.Gallus* §.*quidam rectè ff.de liber.& poſthum.Ruin. conſ.* 92. *num.*5. *conſ.*117.*num.*19. *& conſ.*134. *num.*21. *lib.*2.*Socc.Iun.conſ.*126.*num* 43. *&* 46. *lib.*1.*Pariſ.conſ.*11.*num.*28. *lib.*3. *Cæſal. conſ.*88.*num.*33.*& ſeq.& conſ.*353. *nu.* 52.53.55.*&* 56.*per Franc. Mantic. in ſua tract.de coniect.vlt.volunt.lib.*8.*titu.*
16 12.*num.*11.& quod maſculis † deficientibus ſuccedant fæminæ, firmat etiam *Soccin.conſ.*117.*num.*5.6. *lib.*2. *conſ.*63. *num* 15.*lib.*3.*Ruin.conſ.*154. *num.*3. *lib.* 2. *Gozad. conſ.*79. *num.*7. *& ſeq.Cæſal. conſ.*252.*num.*23. *& firmat idem Franciſc.Mantic.eodem in loco num.* 7. *verſic. ſic tamen*, vt deficientibus maſculis,fæminæ etiam admittantur:ſed hæc pro articulo decidendo circa ſpolium,& alienationem dictæ tertiæ partis vineæ ſubhaſta pro debitis dicti Nicolai teſtatricis filij, & grauati cum quoad ipſius legitimam fideicommiſſum nihil operatur, quia le-
17 gitima † debet relinqui purè, & abſque vllo grauamine, & ſi aliter fiat lex ipſo iure conditiones,& vincula eijcit ad *tex. in l.ſi arrogator ff. de adopt. l. cohæredi* §.*cum filio ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.l. quoniam in prioribus C.de inoffic. teſtam. vbi gloſ. & Doctor. omnes & latiſſime Xuares in d.l.quoniam in prioribus Bart. conſ.*34.*Pariſ.conſ.* 108. *num.* 11. *lib.*3. *Socc.Iun.conſ.*131.*num.*4.*in fin.lib.*2.*plenius in cap.ſtatuimus*, *& in cap.Raynutius extra de teſtamen.& ex alijs Franc. Mantic.eodem lib.*8.*tit.*3.*num.*1.*Afflict.*
18 *deciſio.*306.*num.*1.& legitima † grauari non poteſt, nec per fideicommiſſum reciprocum inter filios; *Bart. in l. qui Romæ* §.*duo fratres ante num.*11.*ff. de verb.oblig.ibique Rip.num.*38.*& Afflict. in d.deciſio.* 306. *num.* 2. dicit quod iuri
19 legitimæ † renuntiari non poteſt,& dum tertia pars vineæ fuit alienata pro legitima Nicolai, & ipſius pretium ſolutum creditoribus, emptor moleſtari non debet, & cum de facto, & inauditus Scipio fuerit ſpoliatus, ita reſtituēdus eſt in ſua poſſeſſione,etiam cum fructibus,vt ſuperius iam diximus.

Quo vero ad tertium,& vltimum articulum,ſententiæ,& perpetuum ſilentium dictum fideicommiſſum approbantes: an ipſum emptorem afficiant inauditum. In hoc parum inſiſtam, tum quia dicta tertia pars vineæ venit in partem legitimæ Nicolai,& ex conſequenti rectè alienata fuit, vt in præcedentibus fundauimus,
20 tum etiam,quia ſententia † contra vnū

pro

Digitized by Google

pro iure ſuo lata, non præiudicat alteri, vt in duobus cohæredibus, & in duobus collegatarijs *l.ſæpè ff. de except.rei Iud. l. 1. & l.ſi cum vno ff. de exce.rei.Iud. Alex. in d.l.ſæpè nu.15. & nu.25. Loffred. conſ. 10.num.4. Octau.Oſaſc. Pedem.deciſ.157 num.16.17. Tiraquell. de nobil. cap. 37. num.7.* & multo magis idem eſt vbi duo haberent ius, non ex eadem cauſa *l ſi deſerta C. ſi prop.pub.penſ.glo.in l.cum miles ff. ex quib.cauſ.manu.* per rationem, quia rei iudicatæ exceptio, vt obſtet tria copulatiuè concurrere debent, perſonæ, cauſæ, & rei idemtitas, vulgata *l.cum quaritur cum duabus ſequentibus ff. de except. rei iud.* vnde ex prædictis currenti calamo adductis concludo dictum Ioannellum Godanum condemnari debere ad relaxandum dictam tertiam partem vineæ, dicto Scipioni Galzerano cum fructibus, & ita iuris eſſe mihi videtur.

*Per Sacrum Conſilium referente Domino Pompeo Salernitano fuit prouiſum, quod reſtituatur tertia pars vinea exequuta contra Magnificum Scipionem Galzeranum, ſalua prouiſione facienda quoad fructus, vt ex proceſſu inter dictas partes in Banca Terracciani, qua fuerat Miloni.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Filij maſculi rebellium ab omni hæreditate excluduntur.*
2 *Maſculinum comprahendit fœmininum, etiã in odioſis rationabilibus, ſecus inrationabilibus.*
3 *Filio naſcituro exhæredato, non intelligitur exhæredata poſthuma naſcitura.*
4 *Exhæredatio eſt odioſa.*
5 *Exhæredatio poſthumi quare ſit inrationabilis.*
6 *Pœna ſuos tenet authores.*
7 *Filius iniquitatem Patris portare non debet.*
8 *Filij appellatione in materia rebellionis non compræhenditur filia fœmina*
9 *Filia fœmina rebellis ſuccedit extraneis.*
10 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
11 *Pœnæ in dubio ſunt demoliendæ.*
12 *L.quiſquis §.filij verò C.ad l.Iul. maieſt. declaratur.*
13 *Legis prouiſio contra ius commune, non extenditur vltra expreſſa.*
14 *Cæſarea Maieſtas Caroli V. habilitauit etiam maſculos filios rebellium inuaſionis Lautrecchi ad ſucceſſiones materna.*

Pro Domina, conſulto ſilentio ommiſſa.

## *ARGVMENTVM.*

*Filia rebellium ab extraneorum hæreditate non excludũtur ad intellectum l. quis quis §.filij verò & §.ad filias ſanè C. ad l. Iul. Maieſtatis.*

## CONSILIVM CI.

LICET per *text.in d.§.filij verò ad l. Iul. Maieſtatis* 
1 filij † rebellium excludantur ab omni hæreditate, tamen quia talis diſpoſitio loquitur in genere maſculino, dum dicit filij excludantur ab omni hæreditate, non eſt extendenda ad filias fœminas, quod quidem probatur.

Primò, nàm licet regulariter maſculi-
2 num † concipiat fœmininum, vulg. *l.1.ff. de verb.ſign.* etiam in odioſis, iuxta notata, per *Doctores in l.ſi quis id quod ff. de iuriſd.omn.iud.* tamen talis regula procederet quando odium eſſet rationabile, vt pro regula ponit *Bart.in l.1.ff. de verb. ſign. quem ſequuntur Bald. Ang. & alij in l.Gallus in princip.ff. de liber. & poſthum. Cyn.Bald.Ang. & Salyc.in l. quicumque C.de ſeru. fug. Imol. in l.ſi ita ſcriptum ff.de leg.2.Det.conſ.64.* ad quam propoſitionem fundandam, ſcilicet quod maſculinum non concipiat fœmininum in tali caſu *Bart.adducit text.in l.1.in verbo, quare ff.de ventr.in poſſeſ.mitt.* vbi talis noſtra concluſio clarè probatur, ibi enim

3 enim habetur, quod exhæredato † filio naſcituro, non intelligitur exhæredata posthuma; ergo infert quod maſculinum non concipit fæmininum: ratio eſt ſecundum *Bart. in d. l. 1. ff. de verb. ſign.* quia
4 licet ibi ſimus in exhæredatione, † quæ eſt materia odioſa iuxta *l. cum quidam ff. de liber. & poſthum.* tamen quia illud
5 odium † eſt irrationabile, cum nulla cauſa exhæredationis poſſit coniecturari in poſthumo, ideò maſculinum non concipit fæmininũ: ergo eodem modo in materia iſta, ſumus enim in materia exhæreda
6 tionis, & odium eſt irrationabile, † cum pœna ſuos debeat tenere authores vulg. *l. ſancimus C. de pœn.* cum ſimilibus, vt *refert gloſ. in d. l. ſancimus & illud Ezechielis in cap. 17. & in cap. Iudei 1. q. 4.*
7 vbi, filius † non portabit iniquitatem patris, vndè ſequitur quod in caſu noſtro nullo modo maſculinum concipit fœmininum ex prædictis per *text. in d. l. 1. in d. verbo quare*, qui eſt ad hoc notabilis, & per conſequens filia extraneis ſuccedere poteſt, & ad probandam eandem opinionem, quod in odio irrationabili maſculinum non concipiat fæmininum *Bart. in d. l. 1. ff. de verb. ſign.* adducit ſupradictũ *tex. in d. l. quiſquis*, qui quidem *tex.* dupliciter hoc innuere videtur. Nam dum *Iure conſultus in d. §. filij vero eiuſ*
8 *dem legis quiſquis*, filios † ab omni ſucceſſione excludit, & deindè in *§. ad filias* loquitur de eadem materia ſucceſſionis, quoad filias fœminas, ſequitur quod in hoc caſu maſculinum non concipiat fœmininum, quia ſi cõciperet, fruſtra in *d. §. ad filias* loquutus eſſet circa idem de filiabus, cum prima diſpoſitio ſufficeret. ſecundo ex eodem *text.* idem probari poteſt in *§. ad filias* ibi enim dicitur, *ad filias ſanè*, quaſi voluerint innuere dicta verba quod diſpoſitio præcedentis *§. filij vero*, procederet tantummodo in maſculis, non in fæminis.

9 Secundò, quod dicta filia † poſſit ſuccedere extraneis, probatur per *text. eiuſdem §. ad filias dictæ l. quiſquis*, ibi enim habetur quod filia fæmina à paterna hæreditate excluditur in totum, à materna vero in parte, & de hæreditate extranei nihil dicitur, ex quo videtur, quod extra-
10 neis ſuccedere poſſit, nã incluſio † vnius excluſio eſt alterius, arg. *l. cum prætor ff. de Iudic.* Hanc rationem ponit *Salyc. in d. §. ad filias* tenendo hanc opinionem, quod filia ſuccedere poſſit extraneis.

Tertiò, quod filia excludatur ab hæreditate extranei, non reperitur in iure expreſſe cautum, vt in *d. §. ad filias*, ergo ſu-
11 mus in dubio, † in quo pœnæ ſunt demoliendæ, non autem augendæ vulg. *l. pen. ff. de pœn.* & ſic videtur quod filia omnino extraneis ſuccedere poſſit: Nec obſtat ſi dicatur quod expreſſe hoc deciditur,
12 in *d. §. † filij vero*, Nam poſita pro vera prima ratione, quod in caſu noſtro maſculinum non cõcipiat fæmininum ille §. nihil diſponit de fœminis, & per conſequens iſta ratio redditur vera.

Quartò, ad idem affertur, quia proui-
13 ſio legis † contra ius commune non extenditur vltra expreſſa in ea: vulg. *l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrim. cum ſimil.* & iſta diſpoſitio eſt contra ius commune, cum pœna de iure communi ſuos ſequatur authores *d. l. ſancimus C. de pœn. cum ſimil. in d. §. ad filias*, filia excluditur ab hæreditate patris in totum, & ab hæreditate matris in parte, vt etiam diximus, ergo non debet extendi vltra expreſſa in ea, & per conſequens dicta filia extraneis ſuccedere debet, & circa eas mitior debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auxuras confidendum eſt: & ſic concluditur de maſculo ad fæminam, extenſionem nõ fieri, & quod iſta ſit * communis opinio tenet *Hierony. Gig. in ſuo tract. de crim. leſ. Maieſtatis lib. 3. de pœn. quas fil. pro pat. &c. cart.* 14. contraria reijciens, vbi ad hanc concluſionẽ adducit multa, ſed non omittam dicere quod Cæſarea Maieſtas Caroli V. fælicis
14 recordationis † in anno 1536. habilitauit omnes filios rebellium, vltimæ Regni huius inuaſionis à Gallis, dummodo ijdẽ filij non fuerint in eadem, vel alia rebellionis macula notati, ad hoc tantum, vt poſſint libere ſuccedere in bonis burgenſaticis, & maternis, &c. vt legitur in capitulis

Digitized by Google

pitulis gratiarum Ciuitati Neapolis conceſſarum de dicto anno folio mihi 105. & tanto fortius d. filia ſuccedere debet poſtquam eius pater in d. inuaſione fuit rebellis, & hæc ſufficere videntur.

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Par in parem non habet imperium.*
2 *Præſumptio illa ſemper capienda eſt, quæ delictum excuſat.*
3 *Præſumptiones excluſiuæ, & incluſiuæ delictum, quando adſunt, excluſiuæ attendi debent.*
4 *Delictum ſi non conſtat, procedi non debet.*
5 *Vulnus vbi non adeſt, abſquè partis remiſſione indulgetur, & nu. 8*
6 *Diſſida in qua punitur affectus non ſequuto effectu, per indultum indulgetur.*
7 *Armorum genus nullus excipitur vbi ſine remiſſione partis indulgetur.*
9 *Statuta pœnalia non extenduntur.*
10 *Pluribus requiſitis in actu, ſi deficiat in vno, actus non valet.*
11 *Statutum requirens aliquid fieri cum certa qualitate: non ſufficit illud probare niſi, & qualitas ipſa probetur.*
12 *Verba in reſcripto debent aliquid operari*
13 *Clauſula in principio poſita, refertur ad omnia.*
14 *Qualitatem proditoriam Princeps nominauit, quia vulnus proditorium excludere voluit.*
15 *Teſtimonium mentis nullum maius, niſi qualitas inſpecta verborum.*
16 *Proditio quid ſit, & quid proditor n. 17.*
18 *Proditoris ſigna.*
19 *Inimicus offendens inimicum etiam à tergo non dicitur proditor.*
20 *Inimicus præcauere debet nè incidat in inſidias inimici ſui.*
21 *Couarruuias, & ſi notetur contra Bart. tamen non eſt attento iure communi, ſed iure Regio Hiſpaniarum, & nu. 23.*
22 *Homicida per inſidias poteſt ab eccleſia extrahi.*
24 *Farinacius, & ſi ab opinione Bart. diſſentire videatur, tamen non diſſentit.*
25 *Aſſaſſinij delictum, quia à non inimico, & ſine cauſa fit, dicitur proditorium.*
26 *Proditorium delictum eſt quando ſub amicitia, & confidentia fit, & nu. 28.*
27 *Veneno occidens, proditorie facit.*
29 *Armorum qualitas numquam tribuit nomen delictis, ſed qualitas facti, & rei.*
30 *Gratia, & indultus intelligitur ſecundũ conſuetudinem loci vbi exequutio gratiæ eſt facienda.*
31 *Feudi conceſſio, eſt intelligenda ſecundum ius, & conſuetudinem vbi adeſt.*
32 *Actus videtur celebratus in loco vbi eſt exequendus.*
33 *Statutum debet interpretari, vt conformetur cum iure communi, & illud quam poteſt minus lædat.*
34 *Statutum interpetrandum ſecundum conſuetudinem loci.*
35 *Correptio iuris communis ſicut non præſumitur, ita eſt omnino euitanda.*
36 *Statutum ſicut non extenditur de perſona ad perſonam, ſic nec de loco ad locum.*
37 *Statutum ſtricti iuris eſt, & non derogat niſi ſuo loco.*
38 *Gratia Principis, pleniſſimè interpetranda.*
39 *Liberatio Principis correptioni, & freno non ſubeſt.*
40 *Rex ex cauſa ſine partis remiſſione indulgere poteſt.*

Pro Dominis Ioanne Antonio, & Frãciſco Falangolis fratribus de Ciuitate Surrenti contra Dominum Ioannẽ Carolum D Vrſoni eiuſdem Ciuitatis

## *ARGVMENTVM.*

*Delictum cum Sclopo, vel Baliſta ad Sagittam, an ſit proditorium, vt indultu non gaudeat, & quando, vel ex quibus præſumatur mandatum.*



Digitized by Google

## CONSILIVM CII.

IOannes Antonius Falã gola inquiritur de ictu Sclopi, & Franciſcus Falangola frater de ictu Baliſtæ ad Sagittam in Ioannem Carolum Domini Vrſoni, & contumaces, cũ Magna Curia Vicariæ prætenderet ad foriudicationem procedere: Ioannes Thomas Polius V.I.D. ipſorum Amicus petijt, ipſos nouiſſimæ Maieſtatis Regis Filippi III. Generali indultu gaudere debere, abſque partis remiſſione, & cum prouiſum fuiſſet non poſſe gaudere, propter quod faciendum pendet verbum in Sacro Conſilio, quod ſit dicendum gaudere debere, vel contra eos procedendum non eſſe: paruis his medijs demonſtrabo, ſed cum duo ſint inquiſiti de duobus, & diuerſis delictis, diſtinctè loquar: & ſic quoad Ioannem Antonium dicitur.

Primò, non adeſſe mandatum Camilli Domini Vrſoni ad offendendum D. Ioannem Carolum, vt prætenditur, nec expreſſum, nec præſumptum, cum ambo ſint nobiles eiuſdem Ciuitatis Surrenti, & par
1 † in parem non habet Imperium *l. nam & magiſtratus ff. de arb. Neuizz. in ſuo conſil.* 12. *num.* 58. *Bertrand. conſ.* 59. *nu.* 5. *lib.* 3. & omnes de familia Falangola d. Ioannis Caroli ſunt inimici ob eius malam qualitatem, vt ex perquiſitione Magnæ Curiæ eiuſdem, vbi de diuerſis inquiritur delictis.

Secundò, in delictis ſemper eſt capienda
2 præſumptio † per quam delictum excludatur *l. merito ff. pro Soc. l. ita apud labeonem* §. *ſi communem ff. de iniur. l. ſemper in obſcuris* ff. *de reg. iur. ex Bart. & alijs Hyppol. de Marſil. conſ.* 2. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *& Gram. deciſi.* 18. *num.* 5. dicit,
3 quod ſi adſunt præſumptiones † excluſiuæ, & incluſiuæ delictum, debent attendi excluſiuæ, & proinde rogatur informationem in Sacro Conſilio legi, cum prætendatur non probari, fuiſſe emiſſam pallam plumbeam, nec de percuſſione, non ſolum in perſonam, ſed nec in pariete, vel alibi, nec qui eum aggreſſus fuit, nec Ioannes Antonius ipſe fuit viſus in loco delicti, nec cum armis; & ſi aliquis diceret audiuiſſe ictì emiſſionẽ, vulgo *la botta,* non ex hoc infertur, fuiſſe à Ioanne Antonio emanatam, ex quibus de delicto, nec in genere conſtare poteſt, &
4 contra eum nec ad citationem † procedi poterat, cum de prætenſo delicto non conſtabat *l.* 1. §. *hoc autem ff. ad Syllan. vbi Bart. & DD. Hyppol. de Marſ. conſ.* 8. *num.* 1.

Tertiò, quatenus aliquod indicium adeſſet, generali *Regio indultu* ſtante; etiam ſine partis remiſſione moleſtari non debet, vbi legitur videlicet (*Declarantes inter caſus in quibus remiſſio par-*
5 *tis* † *non requiritur comprehendi caſum prouocationis, ſeu diffidæ, ſimplicis inſultus cum euaginatione, ac delatione armorum prohibitorum; vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſequutæ non fuerint*) & generaliter loquendo de armis etiam prohibitis intelligitur etiam de Sclopo, ſi prohibitus eſſet.

Non obſtant verba indultus ſubſequentia, excipientia vulnera proditoria Sclopo rotato, aut aliter illata, etiam morte non ſequuta, & hoc forſitan, quia delicta cum Sclopo puniuntur etiam non ſequuto effectu, & de aſportatione Sclopi parui, & alijs per Regias prohibitiones.

Primò, quia in gratia ſine partis remiſ
6 ſione, fit indulgentia † de diffida, cuius punitur affectus ſine effectu.

7 Secundò, in caſu vbi remiſſio † partis non requiritur nullum excipitur genus armorum fuiſſe factum inſultum, vel diffidam etiam cum armis prohibitis, ſi Sclopus eſſet prohibitus.

Tertiò, in gratia ſine partis remiſſione
8 dicitur, vbi tamen vulnera † aut percuſſiones ſequutæ non fuerint, & in reſeruatione, requiritur vulnus proditoriè, aut aliter Sclopo rotato, aut aliter illatum, ex quo caſum Ioannis Antonij ſine vulnere non excludit, & cum ſimus in reſeruatio-



Digitized by Google

uatione gratiæ, indultus, & ſic in ſtatuto
9 odioſo † quod in pœnalibus non extenditur, ſed ad caſum ſuum reſtringitur *c. odia de reg. iur. l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. Bald. in l. 3. C. de Epiſcop. aud. Card. in clement. 1. q. 1. extra de conſang. & affin. Hyppol. de Marſ. conſ. 6. nu. 5. lib. 1.* etiam ſi eadem ratio eſſet in vtroque caſu *gloſ. Bart. & Angel. in l. furti ff. de his qui not. infam. Capoll. conſ. crim. 2. nu. 12. verſic. & ideo cum ſimus, Gramm. deciſio. 28. num. 28. deciſio. 47. num. 4. deciſio. 92. num. 3. & in voto. 9. in fine.*

Inſuper in prædicta reſeruatione tria requiruntur, primum Vulnus, ſecundum Proditio, tertium Sclopus rotatus, aut aliter; quæ neceſſario interuenire debent, vt excluſio gratiæ locum habeat, quia quan
10 do ad actum † plura requiruntur, vno deficiente actus non valet *l. fin. §. ait lex ff. de diuort. gloſ. in l. 1. §. hoc autem à ſuperiore verſic. competere circa finem ff. de itin. actu. priu.* & ratio eſt, quia de forma eſt aliquid omiſſum *l. ſi quis ita ſtipulatus ff. de verb. oblig. vbi Bart. & l. ſi is qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub.* ſed in caſu Ioannis Antonij illa tria requiſita prædictæ reſeruationis gratiæ, non interueniũt quia licet tertium quando Sclopum rotatum interueniſſe probatum fuiſſet, deficiunt illa alia duo, ſcilicet vulnus, & proditio, & ſic qualitates expreſſæ requiſitæ non adſunt: & quando lex, vel ſtatu
11 tum † requirit aliquid cum certa qualitate fieri, non ſufficit illud probare, niſi & qualitas ipſa probetur *l. Fulginius §. cum hoc vbi gloſ. & Bart. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat Gramm. conſ. 1. num. 51. poſt deciſio.* Immò de qualitate ipſa, quæ fundat iuriſdictionem ante omnia conſtare debet *l. 2. §. & ſi dubitetur ff. de Iud. Gramm. d. conſ. num. 53. Det. conſ. 434. num. 3.*

Circa delictum cum Sclopo, quod nõ ſit proditorium, dico, armorum genus delictum proditorium non facere, ex claris verbis *indultus* vbi legitur ( *Proditoriè, aut aliter illati* ) Nam ſi Sclopus ſine vlla alia facti qualitate. concurrente fuiſſet delictum proditorium, ſuperfluum eſſet illud verbum, proditoriè, & nihil
12 operaretur, ſed in reſcripto † verba debent aliquid operari *cap. ſi Papa §. ſi autem in fine de priuil. in 6. Clement. vni. de conceſſ. præb.* Ideo dicendum qualitatem armorum delictum proditorium non facere, ſed qualitatem facti proditorij, hoc quidem confirmat illud verbum, proditoriè, iuncto verbo, illati, quod eſt aduerbium qualitatis, quod cum ſit poſitum in principio orationis, operatur, vt declaret intentionem Principis fuiſſe excludere vulnera proditoria Sclopo, vel quibus vis armis illata, vt ibi dicit cum qualita
13 te proditoria, ex natura, & vi clauſulæ † poſitæ in principio, quæ refertur ad omnia *c. ſecundo requiris extra de appell. vbi gloſ. Abb. & Doctores*, & ſi Princeps voluiſſet excludere omne vulnus, Sclopo vel aliter illatum, dixiſſet, excipimus reos vulneris, Sclopo rotato, aut aliter illati, præponendo verbum Sclopo rotato, & ſic qualitatem armorum principaliter conſideraſſet: ſed quia voluit à ſua gra
14 tia † excludere vulnus proditorium tantum, ideò prius nominauit illam qualitatem proditoriam, quia illud abhorruit, & illud conſiderauit in vulnere, ſunt clara verba Principis, ex quibus intelligitur talem fuiſſe eius mentem *Bald. conſ. 160. fa
15 cta fuit inueſtitura lib. 1.* nullum † enim maius teſtimonium mentis, niſi qualitas inſpecta verborum *l. labeo §. idem Tubero de ſuperlect. leg.* non dixit, ergo noluit *l. ſi ſeruum §. non dixit prætor ff. de acquir. hæred.*

Vltra quæ clara verba Principis, vt dictum eſt, fundatur ex alijs ſequentibus etiam de iure, & ad hoc adducitur.

16 Primò, diffinitio † proditionis, nám proditio eſt actio quædam ſimulatiua aut diſſimulatiua: per quam vnum exterius ſimulatur, fingitur, vel diſſimulatur: interius vero contrarium mente geritur, dicit *Ioan. de Terra Rubea antiquus, Doctiſſimuſque doctor Gallus in tract. contra Rebelles tit. 6. tertij tract. fol. 72.*

17 Secundò, adducitur † proditoris diffini tio, nam omnis fingens, ſiuè ſimulans ſe alicuius amicum, ſi tractet factis illum



Digitized by Google

vt inimicum, oſtendens vnum exterius, aliud gerens interius, proditor eſt, per verba quæ dixit *Chriſtus*, *Iuda amice ad quid veniſti, oſculo filium hominis tradis?* & eſt *text. in l. 1. ff. de præuaricat.* *ibi quod iſta cauſa prodita dicitur, quando proditur ab eo, qui aduerſam partem adiuuat, l. Atleta §. præuaricator ibique gloſ. ff. de his, qui not. infam. gloſ. in cap. Clericus 46. diſtint. quam gloſ. Canon. ſequuntur, & arg. cap. transferuntur 24. q. 3. gloſ. in cap. nolite verſic. proditor 11. q. 3. Odofred. in l. fin. C. de delat. lib. 10. Iſern. in cap. 1. nu. 3. an ille qui interf. fratr. Domini ſui, Bar. in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn. & in extrauag. qui ſint rebelles verſic. rebellis num. 4. quam opinionem* communiter ſequuntur Bald. quib. mod. feud. amitt. num. 16. vbi Afflict. num 3. idem Bald. conſ. 361. quidam dixit num. 3. lib. 4. Rebuff. in l. fin. C. de delat. num. 1. lib. 10 Ancar. & Felyn. in cap. 1. de homic. in princip. Iacob. de feudis in verbo dictique vaſalli num. 7. Angel. in tracta. de maleſic. verſic. fecit inſultum num. 4. Igneus in l. & ſi certus ſit percuſſor §. ſi vnus ff. ad Syllan.* dicit illam de iure veriſſimam, & merito ab omnibus receptam à *Bart. poſterioribus Gomeſ. variar. reſolut. tom. 3. delict. cap. 3. de homicid. num. 5. vbi* Suarez *addit verſic. ita tenet Bart. litera B. Diaz de Montaluo in com. fuer. real de Spagna lib. 4. titul. 13. in rub. de homicillos lib. 2. in princip. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 21. Clar. in §. homicidium verſic. proditoriè vbi Baiard. add. num. 22. & q. 68. num. 17. & 18. Alexand. conſ. 145. num. 5. lib. 7. Cæſal. conſil. 57. num. 13. volum. 1. Mant. conſ. 325. incip. innocentia, Bero. conſ. 77. num. 1. lib. 1. & conſ. 165. num. 12. lib. 3. Alciat. reſponſ. 19. nu. 10. lib. 7. Ferret. in tract. de re, & diſcipl. milit. in rubr. de obed. in pace ſeru. in exerc. num. 34. in fin. Albert. Leon. conſ. 91 num. 8. Hyppol. de Marſil. conſil. 32. num. 15. lib. 1. Gul. Bened. in repet. cap. Raynutius in q. de homicidio num. 33. Menoch. de arbitr. caſu 361. num. 24. Gig. in tract. de crim. læſ. Maieſtatis titul. de proditore q. 5. Guid. Pap. q. 191. nu. 4. Franciſcus Marc. deciſio. 710. num. 3. lib. 1. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 265. num. 70. Foller. in cap. Regni item ſtatuimus de his qui ad eccleſ. confug. num. 13. & ſeq. & in pract. crim. in titul. indicia, quæ præcedere debent numer. 40.*

Tertiò, proditor demonſtratur etiam ex ſignis, quæ ponit *Luc. de Pen. in l. fin. C. de delat. lib. 10.* dicens, quod prodito-
18 ris † ſigna ſunt, ſi inſignia fidelitatis oſtẽdet, ſuauia, & dulcia verba profert: amplexatur, applaudit, blandè ridet, maxima pollicetur, obteſtatur Deum, & ſuper pacis fœdere oſculatur, ad iurandum eſt pronus, libenter adulatur, quod eſt eſca proditoris, quæ omnia inter amicos tantum, & non inter inimicos fieri poſſunt, & ex prædictis concluditur, proditionem conſiſtere in offenſa inter amicos, vt prędiximus.

Hæc enim concluſio eſt adeò veriſſi-
19 ma, quod ſi inimicus † offendit inimicũ per inſidias, & atergo, non dicitur proditor, *Bart. in allegata l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn. Aluarot. in d. cap. an ille qui interf. frat. d. ſui num. 3. Iacob. de feud. cap. dictique vaſalli num. 17. Foller. in d. cap. Regni item ſtatuimus ſupra num. 4.*
20 *qui alios adducunt:* inimicus † enim ſemper præcauere debet, ne incidat in inſidias inimici ſui, vt in *Pſalmo 54. ibi (& ſi is qui oderat me, magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me ab eo, per regulam ſcire, & ſcire debere clem. cap. in fin. vbi gloſ. in verſic. ſcire de conceſſ. preb. Bart. in l. quicumque 1. not. C. de ſeru. fug. nu. 3. l. qui fundum §. ſeruus ff. pro empt. vbi gloſ. in verſ. ſcire debet.*

21 Et quamuis Couarr. † *variar. reſolut. lib. 2. cap. 20. nu. 7.* nitatur contra *Bar.* authoritate *Fely. & aliorum in d. c. 1. de homicid.* tamen omnes ſequuntur *Bart. in locis ſupra citatis*, & cum *Couarr.* dicunt
22 quod homicida † per inſidias, ab eccleſia extrahi poteſt, & ita firmat *Aluarez in Specu. vtriuſ. iur. in titul. de crimin. læſ. Maieſtatis, & perduell. c. 71. verſ. & quis dicatur proditor. fol. 390. & Gomez vbi ſupra num. 5.* dicit opinionem *Bart.* eſſe veram, attento iure communi *& Foller. in d. c.*

Digitized by Google

*d.cap.Regni item ſtatuimus num.*15.dicit concurro potius cum *Bart.* cuius magna eſt authoritas,& ſi recte perpendatur *Couarr.*nec á *Bart.* diſſentit, quia eius opinio non videtur vera,ſed quia l ex Regia
23 † Hſpan.contrarium dictat in Regno Hiſpaniæ,& *Farin.*ſi videtur ab opinione
24 *Bart.*diſſentire † per *cap.*1.*de homicid.in* 6.vbi de crimine aſſaſſinij tractatur,dicitur,quod tale *cap.* non poteſt applicari ad caſum noſtrum, cum loquatur in materia aſſaſſinij,vt diximus,quod delictum
25 aſſaſſinij † cum fiat à non inimico, & ſine cauſa, clarum eſt poſſe dici proditorium,ſed in caſu de quo agitur *Farinac.* ipſe non diſſentit à *Bart.*immò dicit opinionem *Bart.*eſſe * communem *quæſt.*18. *num.* 76.

Et opinio *Bart. & Sequacium* quæ * communis eſt, non ſolum ſubſtinetur authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti,tam torum iurium,& virorum, ſed etiam concludenti ratione: Etenim ſi cum inimico meo feci pacem, & dum ille tutus ſub fide pacis viuebat, ego cum alijs ſocijs aggredior, illum nihil ſuſpicantem, neque cauentem,non cum Sclopo, ſed cum baculo,aut lapide, & occido, non nè iſte
26 dicetur à me proditoriè † occiſus, quia ſub pace de me confidebat,iuxta *l.*1.*ff.de prauaric. l. ſi quis aliquid* §. *inſtrumenta ff.de pœn. & aliæ præcalendatæ ll. & authoritates*,& ita ex eodem Indultu colligitur,ibi,vulneris proditoriè Sclopo rotato,aut aliter illati,vt diximus.

Nec relinquam dicere quod *Bald. in l fin. num.*11. *C. de Summ. Trin. & Fid.*
27 *Capt.*dicit,quod ille qui venenat † alterum dicitur proditoriè occidere,& nemo ex *Doctor.* inquit delictum Sclopo factum,eſſe proditoriè factum, quia fundari non poterat, ſequitur ergo quod ex
28 qualitate amicitiæ, † vel confidentiæ oritur crimen proditionis, non aliter ex qualitate armorum,vt diximus: maximè
29 quia qualitas armorum † nunquam tribuit nomen delictis:quæ denominantur, vel ex qualitate facti,vt aſſaſſinus,proditio:vel à perſona offenſa,vt læſæ Maieſtatis,homicidium,vel parricidium:vel à loco,vel à re, vt ſacrilegium, furtum: nec ſi quis patrem laqueo,vel enſe occidit, aliud ſortiretur nomen quam parricida, ex qualitate facti,vel perſonæ, quia volũtas, & propoſitum delicta diſtinguunt *l.qui iniuriæ ff.de furt. Hyppol. de Marſ. conſil.*25.*num.*4.*lib.*1. & etiam cauſa, & perſona *l.aut facta ff. de pœn.Capoll.conſ. crim.*40. *nu.*30. *cum vulg.*

Neque dicat Fiſcus, aut pars Indultũ eſſe intelligendum ſecundum ll. hiſpan. ex quo eſt factũ à Rege in illo loco exiſtente,vbi illæ leges vigent,nam reſpondetur.

Quod cum Rex conceſſerit Indultum Regno Neapolitano, de delictis in illo commiſſis, quæ ibi puniuntur ſecundum ius commune, vel leges Regni, Indultus debet intelligi ſecundum ius, & conſuetudines, quæ vigent in illo loco, cui gratia eſt facta, ſecundum quæ armorum qualitas non delictum proditorium, ſed qualitas amicitiæ, vel confidentiæ perfi-
30 cit, quia in gratijs † ius, & conſuetudo loci,vbi fit exequutio gratiæ attenditur autem nõ conſuetudo loci, vbi expeditur gratia pulcrè *Oldr. conſ.* 168.*ad primam quæſtionem Alex.conſ.*21.*nu.*3. *lib.* 2.facit quod notat *Bald. in titul.de pace conſtantiæ,in verſic.ſi qua controuerſia*,
31 quod ſi Papa concedit alicui feudum † Caſtri Alemaneæ, debet intelligi conceſſio ſecundum conſuetudinem Alemaneæ refert,& ſequitur *Felyn.in cap.*1.*de ſponſ.*
32 & ratio eſt, quia actus † cuius exequutionem confert,in tertium locum, ibi videtur celebratus *l.*3.*ff.de bon. auth. iud.*
33 *poſſ.*ſimile diximus in ſtatuto † quod debemus interpretrare, vt quantum magis poteſt iuri communi conformetur, & illud minus quod poteſt lædat *Abb. poſt gloſ.in cap.cum dilectus, de conſuet. Det. conſ.*451.*num.*5.*& conſ.*11. *num.* 16.& ſi tractatur de interpretrando ſtatutum
34 † eſt interpretandum ſecundum conſuetudinem ſui loci *Alexand.conſil.*19. *nu.* 2.*lib.*5.ita & Indultus debet intelligi ſecundum ius commune, & leges Regni,
35 quia alias induceretur correctio † iuris communis,& conſuetudinis, quæ hic vi-



Digitized by Google

gent, quia ſicut correctio non præſumi-
tur,ita omninò vitanda,*Hoſtienſ. in cap.*
*1.verſic. nihilominus , de priuileg. lib. 6.*
alias ſequeretur abſurdum,quod lex,ſeù
ſtatutum particulare vnius loci extende-
retur ad alium locum , in quo non viget
illud, ſed ius commune, & illi iuri com-
muni derogaret,quod non licet , quem-
36 admodum † nec extenditur de per-
ſona ad perſonam *Det.conſil.589.& con-*
*ſil.554. & 555.* argumento de perſo-
ſonis ad locum *Bart. in l. quod plures ff.*
*de vulg.& pupill.ſubſtit.arg.l. vinum* ff.
*ſi cert.pet.Det.in l.ſi ſcripturam num.13.*
*de fid.inſtrum. & cap. paſtoralis* §. *quo-*
37 *niam de reſcript.num.10.*quia ſtricti † iu
ris eſt, & non derogat, niſi ius ſui loci
*Alex.conſ.75.num.8.lib.1.& conſ.26.eo-*
*dem lib.*

Igitur tàm ex natura,& qualitate cri-
minis , quod nec conſtat , quam ex
communi iure,& conſuetudine huius Re
gni , ſecundum quæ , armorum qualitas
non facit crimen proditorium , ac etiam
ex verbis, & mente Principis in eodem
38 Indultu, quæ verba & mens † Principis
pleniſſimè ſunt interpretanda iuxta *l.*
39 *fin.C.de conſtit.princ.* & libertas † Prin-
cipis correptioni, & freno non ſubeſt , vt
in *l.penult.C.de don.inter vir.& vxor.l.*
*ſancimus* §. *exceptis C. de don. & expreſſe*
*dicitur in l.ſcire circa medium de præpoſ.*
*agend.in reb. lib. 12.* & cum talis indul-
gentia proceſſerit ex certa ſcientia, motu
proprio,plenitudine poteſtatis Principis,
& ad publicam vtilitatem,& cum modi-
ca læſione aliorum,vt ex eius lectura , &
40 ſic Rex taliter indulgendo † etiam ſine
partis remiſſione facere poteſt,& fecit,vt
per *Innoc.in cap.cum dilecti in verſic.be-*
*neficijs,de donat. Paris de Put. de Syndic.*
*in verſic.quia pluries num. 13. Boſſ. in*
*titul. quomodo procedatur per actionem*
*in delictis num.42.& 44. in titul. de re-*
*med.ex clem.Princ.num.23.& 48.Iac.in*
*l. ſi quis iniquum* §. *ſi is prò quo* ff. *quod-*
*quiſque Iur. Det.conſ.520.num.6.& ſeq.*
*conſ.555.num.19.& ſeq.Clar.in* §.*fin.q.*
*59.verſic.adde quod,in Principe, & ver-*
*ſic.ſcias autem Vezis. in 1.tom.com.opin.*
*lib.1.titul.19.ſi contra ius, vel vtil.publ. num.20.in verſic.beneficium, ſeu priuilegium vbi teſtatur de* * *communi Bonacoſſ. in 2.tom.lib.9.titul.25 de iniur. nu.122. verſic.remittere,& ſimiliter teſtatur de* * *communi Farinacc. in titul. de inquiſit. quæſt.6.nu.6.22.& ſeq.* Et ſic concludo per Sacrum Conſilium decerni quod Magna Curia contra d.Ioan.Anton. Falangolam,de prætenſo inſultu, ſeu ictu Sclopi,non procedat:vel abſque remiſſione partis d.generali indultu gaudere debere,cum in caſu ſuo non adſit vulnus, non percuſſio, nec delictum in genere probatum, vt prætenditur.

Et ex prædictis ſimiliter in ictu Baliſtæ militantibus contra d. Franciſcum Falangolam d.Ioannis Antonij fratrem ſi de percuſſione ſagittæ in Ioan. Carolum aliquid conſtaret concludo d. Franciſcum debere gaudere termino ſex menſium ad remiſſionem partis obtinendam iuxta d.Indultum,& ita vt Deus, &c.

*Hæc cauſa relata per Iudicem Magnæ Curiæ in aula Domini Nicolai Antonij Gizzarelli,per Sacrum Conſilium fuit deciſum non eſſe procedendum contra d.Ioannem Antonium,& deleatur titulus , & de dicto Franciſco verbū nullum,quia non erat carceratus,ſed poſtea captus Franciſcus ipſe tamquam Clericus, fuit remiſſus ad ſuum Iudicem,quæ decreta ſunt in banca Bruni in Magna Curia,& pœnes Secretarium Sacri Conſilij de anno 1602.*

*Camillus de Laratha.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Statuta non ligant niſi ſubditos.*
2 *Statuta non ligant ignorantes.*
3 *Pœna banni ignoranti non deberi.deciſum*
4 *Banna non ligant niſi à tempore notitiæ.*
5 *Banna prædeceſſoris,ſucceſſor renouare debet,pro eorum obſeruantia, & nu.8.*
6 *Banna durant durante officio emanantis.*
7 *Banna emanari debent per totam Ciuitatem , & in caſu noſtro per omnes triremes.*
9 *Prodigi banna non renouata non nocent credi-*

Digitized by Google

*creditoribus, qui contraxerunt.*

10 *Statuto non punitur niſi delictum ſit totaliter conſumatum, & nu. 12.*

11 *Statutum ad caſum fictum non extenditur.*

13 *Præfectus prætorio contra legem communem quicquam facere poteſt.*

14 *Pœna non extenditur vltra delictum.*

15 *Fortiatis à triremibus fugientibus datur pœna duplicati ſeruitij.*

16 *Nobiles pœna triremium condemnari non debent.*

17 *Nobilis poteſt ſeruitium ſuum fieri facere per alium.*

18 *Delicto alterius quem teneri ſatis durum eſt.*

19 *Delicto alterius quem teneri, lege diuina tantum, fieri poteſt.*

20 *Dolus requiritur in pœnis ſtatutarijs, nec ſufficit lata culpa.*

21 *Pœna mortis impoſita in homicidio, requiritur dolus, & animus occidendi.*

22 *Pœna eſt moderanda.*

23 *Pœnalis prohibitio intelligitur quando ad malum non, ad bonum finem aliquid fit.*

24 *Malo animo quando quis non facit aliquid, iuris vel facti pœnam non meretur.*

25 *Statutum quãtumuis ſtrictum recipit interpretationem à iure communi, vt iuſta, & neceſſaria cauſa videatur excepta, & nu. 26.*

27 *Subrogatus habet naturã, & qualitatem ſubrogantis, & poteſt omnia quæ principalis.*

28 *Legem à qua recedere non poteſt, nemo ſibi imponit*

29 *Arbitrij liberi poteſtatem nemo à ſe abdicare poteſt.*

30 *Statuta non ligant ſtatuentes, ſed ſubditos.*

31 *Pœna non meretur de eo, quod iure fit, & num. 32.*

33 *Delictum non dicitur quod lege permittente fit.*

34 *Delictum non præſumitur in actu, quod ſine delicto fit.*

## Pro Capitaneo Triremis Sancti Angeli, Triremium Neapolitani Regni.

### ARGVMENTVM.

*Capitaneus Triremis, an, & in quo teneatur pro fuga condemnati ad Triremes, Item de Banno, quos liget, & quando.*

## CONSILIVM CIII.

QVOD Capitaneus Triremis de fuga ad Triremes condemnati non teneatur, adducitur.

Primò, Bannum quod prætenditur emanatum die 21. Ianuarij anni 1588. quo tempore Capitaneus ad præſens inquiſitus non erat triremis Capitaneus, cum fuerit electus de anno 1596. & cum tempore Banni non eſſet ſubditus Generali Triremiũ,
1 ſtatutat eũ nõ ligarunt arg. *l. 1. C. de Sum. Trinit. & Fid. Capt.* vbi * communiter *Doctor.* & ſic bannum contra ipſum nihil operari poteſt, etiam quia de eis quæ ante tempora prædicta proceſſerant notitiam habere non poterat, & ſic nec te-
2 netur, cum ſtatuta non ligent † ignorantes, dixit *Iſern. in conſtit. cum per partes Apuleæ* dum allegat *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac.* & ad excluſionem delicti allegatio ignorantiæ multum valet, *Felyn. in cap. 2. de except. in princip. bene facit text. in cap. Apoſtolicæ de Cler. excomm. miniſtr.* prout ad pœnam banni ignorati de-
3 ciſum † firmat *Afflict. deciſio. 290. num. 3. & 4. ibique comprobat ex alij Vrſill.*
4 *num. 6. & 7.* cum banna non ligent † niſi à tempore ſcientiæ, vt in *Auth. vt facta nou. conſtit.*

Secundò, dictum Bannum fuit emanatum tempore Generalatus Domini Don
5 Petri de Toledo, † & vt in obſeruantia eſſet, oportebat per præſentem Dominũ Marchionem Sanctæ Crucis ſucceſſorem generalem renouari, vt in §. *eas actiones inſtit.*

*inſtit.de perpet.& temp.act.& in §.pœnales inſtit.de act.in gl.& notatur in l. in honorarijs, ff. de act. & oblig. vbi per Bart.*
ſub cuius Marchionis generalatu dictus
condemnatus aufugit,& dictum bannum
6 † tantum durauit quantum mandantis
officium, ſecundum *Bald.& alios in l.1.C.
de poſtul.& firmat Bart.in l.fin.ff.de pœn.
vbi per Alexand.in Apoſtil. Specul. in tit.
de aduoc.§.1. circa principium in verſi.in
ſumma nota,& ex prædictis Afflict. in d.
deciſio.290.num.4. circa finem* dicit cum
non ſit probatum de alio Banno Regentis Magnæ Curiæ Vicariȩ (vt in caſu ſuo)
ſed veteris Regentis fuit votatum contra dictum Bannum, & facilius in caſu
noſtro, cum tempore ipſius emanationis
non eſſet Capitaneus,& ſic ignorans, &
per conſequens eo ligari non poterat.

Tertiò, Banna oportet emanari per to
7 tam Ciuitatem, & in caſu noſtro per omnes Triremes, & loca publica officij in
ſcriptis,notata manu Aſſeſſoris,& affigi in
valuis,& locis publicis,& coram teſtibus
vt ample declarat poſt *Iſern.in cap.1.col. 2. de mil.vaxall. qui contumax eſt
Felyn.in cap.2.de conſtit.num.21.*& ita
8 renouari,† vt idem *Felyn.*dicit *in cap.tregua de tregua, & pace cap. 3.verſic. lex
noua per text.inter alia in l.ſi pupillus §.
præſcribere ff. de inſtitutor. propterea ex
his, & notatis per Ang. de his quib. non
eſt permiſ.fac.teſtam.§.item prodigus inſtit.* bene fuit declaratum per Sacrum
9 Conſilium,ex quo poſt declaratam † cuiuſdam prodigalitatem, non fuerunt vetera banna emanata,& renouata, vt præ
dictum eſt, allegata ignorantia per creditorem qui poſtmodum contraxerat, non
fuit habita ratio de primis Bannis,& contra ea deciſum fuit firmat *Vrſill. ad Afflict.d.deciſio.290.num 6. & 7.* vnde ex
prædictis iuribus,& deciſionibus,Capitaneus ipſe moleſtari non debet.

Quartò, ex facto apparet d. condemnatum non diſceſſiſſe liberum,ſine manilia ferrea,quia ſemper ſtetit cum ea,rappatus, & indutus ſicut cæteri fortiati, ac
cum guardia, ex quo Capitaneus ipſe
nec prædicto Banno contrauenit. Nam
dicit *Bart.ad l.1.ad l.Corn.de ſicar.*quod
10 quando delictum † punitur per ſtatutum
non punitur niſi totaliter conſumatū ſit
& facere ſoluere de catena magna,eſt ſi
ctè facere,quia remanet cum manilia ferrea, & ſtatutum † ad caſum fictum non
11 extenditur *l.3.§.hæc verba ff.de neg.geſt.*
12 & ſic hodiè punitio † pœnæ impoſitæ
delictis per *Conſtitutiones Regni* non ſit
niſi delicta ſint perfectè conſumata
dicunt *Angel. & Paul. de Caſtr.in l.1.ff.
quod quiſque iur.Rom.in l. dāni §. Sabini
ff.de damn.inf. Alexan.conſ.15.lib.1.viſo
proceſſu Afflict.deciſio.21. num.10.*cum
ergo prædicta pęna ſit contra facientem
ſoluere condemnatum à catena magna
oportebat,quod etiam à manilia ſolui feciſſet,& cum non fuerit à manilia ſolutus
non intelligitur conſumata ſolutio totaliter,& per conſequens non habet locum
pœna,quæ pro delicto conſumato imponitur,ex generali conſuetudine Italiæ, vt
firmant *Doctores in locis citatis,& Speculator in titul.accuſatus §. 1.verſic.quid ſi
& per Affl.vbi ſupra nu.11.*
13 Quintò, contra legem communem †
aliquis etiam præfectus prætorio nihil facere poteſt,per *text.in l.formam C.de
offic.præfect.prætor. vbi Doctor. & Alberic.de Roſat.lib.1.de ſtat.quæſt.146.nu.
3.per tex.in l.ſancimus C.de pœn.*ad quod
allegat *Iſern.in conſtit.*Regni *iuriſgentiū
fol.28.colum.2. num. 40.* dicens pœnam
14 † non extendi niſi quantum delictum
extenditur,ex quo tale Bannum,per Generalem Triremium vltra pœnam, contra principalem imponi non poterat,cum
per *Regiam Pragmaticam Domini Pro-
15 regis D.Ioannis de Zunica* fugientibus †
à Triremibus imponatur pœna duplicati
ſeruitij tantum, quæ pœna cum non cadat cum Capitaneis nobilibus,vt fuit de
16 ciſum † per *Gramm. deciſio.32.* Capitaneus ipſe non teneretur, niſi pro dicto
duplicato ſeruitio fieri facere per alium
17 ſuis expenſis, † ex adductis per *Afflict.
in Conſtit.Regni ſi damna clandeſtina
in princip.& notatur per Dec.conſil.98.iuridicam eſſe arbitror colum.1.& conſ.591
textus, & lex num. 6.* maximè cum ſit
valde

Digitized by Google

18 valdè durum † quod quis teneatur pro delicto alterius, ſeù pro alterius facto, per ea quæ concludit *Corn. in conſil.* 1. *colum.* 15. *litera I. verſic. non obſtant addu-*
19 *cta lib.* 3. quod ex l. diuina † tantum hoc fieri potuit, vt pro peccato Adæ homo beatitudinem amiſit, & firmat *Vrſill. ad Affl. dec.* 82. *nu.* 4.

20 Sextò, in pœnis ſtatutorum, † ſeù decretorum Principum, requiritur dolus, & animus delinquendi, licet ſtatutum, ſeu decretum, nullnm de dolo mentionem faciat, & non ſufficit culpa lata, vt notat *Bart. in l.* 1. §. 1. ff. *ſi quis teſtam*: & quan-
21 do per ſtatutum, ſeu decretum pœna † mortis imponitur pro homicidio, requiritur dolus, & animus occidendi, ſicut per ius commune diſponitur *l. in lege* ff. *de ſicar.* nec ſufficit lata culpa, vt ibi per *Bald. in l. data opera C. de accuſat.* qui di-
22 cit pœnam † moderandam eſſe *l. quid ergo* §. *pœna grauior ff. de infam. & l. qui hæredes* ff. *de incend. ruin. naufr.* ſed in caſu noſtro non dolus, neque animus, nec factum punibile, nec contra prædictum bannum in totaliter ſoluendi facere dictum condemnatum interuenit: ex quo Capitaneus ipſe moleſtari non debet; cum
23 quælibet pœnalis † prohibitio ſit intelligenda de eo, quod ad malum, & ad illicitum, non autem quando factum eſſet ad bonum finem, & effectum, vt dicit *Bald. in l.* 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſ.* ſi Capitaneus feciſſet dictum condemnatum à catena magna ſoluere, ex quo ad ſuum ſeruitium alium non habebat, vt ex facto, &
24 ſic quando non malo animo, † ſiue per errorem aliquid fit, Iuris vel facti pœna non eſt locum *Paul. de Caſtr. in l. ſi ſeruus* §. *Prætor num.* 2. ff. *de acquir. hæred. & dixit Bald. in l. ſuperuacuam ff. de his quæ pœn. nom. & idem Paul. de Caſtro in conſil.* 207. *in fin. part.* 2. dicit, quod pęnam non meretur, quod mala fide non fit & latè tradit *Crauet. in conſ.* 18. *num.* 12 *& conſ.* 3. *num.* 24. *Caualcan. deciſio. Fiuiz.* 15. *num.* 18. *&* 19. *part.* 5. & cum tempore dicti condemnati fugæ, Capitaneus ipſe reperiretur Baiæ abſque famulo pro ſuo ſeruitio, ex cauſa iuſta, & neceſſaria ibat cum manilia, & guardia, cum qua guardia aufugit, & ideò Capitaneus
25 non tenetur; quia ſtatutum † quamtum cumque ſtrictum, tamen à iure communi interpretationem recipit, vt iuſta, & neceſſaria cauſa videatur excepta *l. ſi cui* ff. *de ſeruit. l. quàmquam de ritu nupt. & pro hoc l. ſeruus C. de noxal. l. vt gradatim* §. *ſed ſi lege de muner. & bonor. Alber. de Roſat. de ſtatut. lib.* 1. *q.* 57. *num.* 13.

Vltimò, ſimiliter verum eſt in facto quod tempore d. fugę dictus Capitaneus
26 erat capud ſubrogatum † à præſenti Domino Marchione Generali ſexdecim Triremium extra Neap. in d. loco Baiæ, & ſic vti in locum Marchionis ſubrogatus, & eius vice quicquid occurrebat fieri
27 mandabat, & tamquam ſubrogatus † habebat naturam eius, in cuius locum ſubrogatus fuerat, cum omnibus qualitatibus ſubrogantis *l.* 1. §. *hæc actio* ff. *ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ fuer. Panorm. in cap.* 1. *in penult. colum. de mut. pet. ſequitur Nicol. Euerard. in ſua centur. loco à ſubrogato*, & poteſt omnia, quæ principalis author facere poterat, dum capud illarum ſexdecim Triremium, dicto tempore erat *Alexand. conſ.* 89. *volum.* 3. *conſ.* 96. *vol.* 2. *Afflict. in conſtit. hoſtici exceptionem in* 10. *notabili, Hyppol. de Marſil. in rubr. de probat. num.* 342. *verſic. ſed vltra adducta, Soccin. conſ.* 195. *circa primum volum.* 2. *Bald. in l. parabolani C. de epiſc. & cler. firmat Caualcan. deciſio. Fiuiz.* 41. *num.* 35. *part.* 1. & ſic etiam, quod, d. Bannum per d. Dominum Marchionem nunc generalem promulgatum, & renouatum fuiſſet, prout non fuit: quia nemo
28 † ponit ſibi legem, à qua recedere non poſſit *l. ſi quis in principio teſtamenti* ff. *de*
29 *leg.* 3. & poteſtatem liberi † arbitrij nemo à ſe abdicare poteſt *l. pen. ff. de arb. Alber. de Roſat. de ſtat. lib.* 1. *q.* 16. *nu.* 2.
30 & ſtatuta † non ligant ſtatuentes, ſed ſubditos, vt in principio diximus, dum Dominus Marchio fortiatum ſoluere facere poterat, ſic & eius Capitaneus ſubſtitutus, & in eius locum ſubrogatus, maximè fortiatum tam parui momenti, qui ſeruire debebat per alios 14. menſes tantum



Digitized by Google

tum,& ſic ad pœnam Capitaneus ipſe
31 non tenetur † propter illud quod iure fit *l. Graccus de adulter. vbi Doctor. Tindar. in ſuo tract. de teſtibus cap. 4. num. 8. part. 1. cum ibi allegatis.* Cum enim lex
32 authoritate præſtat † aliquid faciendi pœna non irrogatur *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impet. & per Iacob. de Aren. in ſuo tract. de expenſ. cap. 1. num. 3. cum ibi*
33 *adductis*, & delictum † dici non poteſt, quod lege permittente fit, *Pariſ. de Put. in tract. de ſyndic. §. licet num. 3. Nellus de Sancto Gemin. in tract. de bannit. part.*
34 1. 3. *tempor. num.* 1, & in actu † quod ſine delicto fieri potuit, delictum præſumi nõ debet, *Anton. de Neguſant. in tract. de pign. part. 4. num. 2. Caualcan. deciſio.* 19. *num.* 74. *&* 88. *part.* 5. & ſic ex prædictis currenti calamo adductis, dictus Capitaneus abſolui debet à prætenſa amiſſione ſui Capitaneatus Triremis, & ab alijs prętenſis per bannum.

*Per Generalem Regiarum Triremium Auditorem, Capitaneus ipſe, fuit ſuſpenſus per menſes ſex à dicto ſuo Capitaneatus officio, & quod ſolueret quantitatem debitam pro ſeruitio alterius fortiati, qui in locum illius qui aufugit ſeruiret; verum à Domino Marchione de dicta ſua ſuſpenſione ſtatim gratiam habuit, & ſolum dictum ſeruitium ſoluit, vt ex actis in generali audientia triremium.*

*Camillus de Laratha.*

### SVMMARIVM.

1 *Articuli de directo contrarij primis poſitionibus reijciuntur.*
2 *Falſitas actorum, de iure communi facit cauſam amictere, & nu. 5*
3 *Inſtrumentum falſum in vna parte, in omnibus corruit.*
4 *Teſtis falſum deponens in vno articulo, inficiatur in omnibus.*
6 *Falſitate quacumque producta, & commiſſa quis vtens de Iure Regni cauſam ipſo iure amittit.*
7 *Sententia ex falſa cauſa contra minorem lata, eſt ipſo iure nulla.*
8 *Sententia contra mulierem ex falſa cauſa lata, eſt ſimiliter nulla, quia mulier, & minor æquiparantur.*
9 *Principali ſublato, omnia acceſſoria ceſſant.*
10 *Mulier quomodocunque obligatur, iuuatur Velleiano, & non tenetur.*
11 *Facti ſola veritate inſpecta, proceditur in Regno.*

## Pro Victoria Fareſa, contra Ioannem Hieronymum de Pace.

### ARGVMENTVM.

*Sententia ex falſa cauſa lata eſt nulla, & falſitate vtens cauſam amictit ac mulier obligata, velleiano iuuatur.*

## CONSILIVM CIV.

Victoria Fareſa cum per ſcripturas, & teſtes, pbaſſet domorum in actis deductarũ eſſe dominam rite per Magnam Curiam Vicariæ Ioannes Hieronymus de Pace ipſarum domorum detemptor fuit condemnatus ad eas relaxandum, vt ex actis, quæ ſententia, vt per Sacrum Conſilium confirmetur, pauca dicam.

1 Primò, articuli, † & conſequenter teſtium depoſitiones de directo contrarij primis ipſius Victoriæ poſitionibus, cum ſint impertinentes, de iure reijciendi, & nulla de eis eſt habenda ratio, iuxta Theoricam *Bart. & aliorum in l. ſi duo Patroni §. idem Iulianus ff. de iureiur. & Canoniſtarum in cap. cum cõtingat de offic. deleg. & ex alijs Præſi. de Franch. deciſio.* 220. *nu.* 1. *&* 2. & ſic pars probatione caret.

Secundò, ſententia Curiæ Bituntinæ Ciuitatis per quam prætenditur pro prætenſo ipſius Ioan: Hieronymi credito fuiſſe adiudicata quædam oliuarum vignalia, &

lia,& euicta, habens recurſum ad domos ipſas prò euictione, & obtinuiſſe aſſiſtentiam, & vendita ſibi remanſiſſe eſt nulla quia in multis d. cauſæ actis Hieronymus
2 falſitatem commiſit † cum reuerentia, & ſic omnia corruunt ſicut de inſtrumento
3 † in vna parte falſo, vt ex multis firmat *Anto.Gabr.lib.7.commun.opin.concluſio.3*
4 *num.*1. & de teſte † falſum deponente in vno articulo, inficiatur in omnibus, argument. *text. in l.eiuſdem ff. de ædil.edic. Oldrad. conſ.*37. *& ex alijs multis Anto. Gabr.ibidem concluſ.*4.*num.*1. ex qua fal
5 ſitate † in actis, cauſam amittere debet, vt per *Boer. deciſio.* 291. ſed de Iure Re
6 gni quomodocumque committatur † falſitas, producatur, & ea vtatur, vt ipſe Ioãnes Hieronymus vti declarauit, ipſo iure cauſam amiſit per *Regiam Pragmaticam teſtem falſum Capyc. deciſ.* 37. *nu.* 1. *vbi Addent.*

Tertiò, inſtrumentum prætenſi crediti quod erat principaliter, & neceſſariò præſentandum, numquam in actis adfuit, nec adeſt vnde ſententia prædicta ad aſſiſtentiam obtinendam fuit ex falſa cauſa, quę
7 ſicut ſententia † ex falſa cauſa lata contra minorem eſt ipſo iure nulla, vt ex concluſione *Bart.poſt Din.in l.ſi is ad quem ff.de acquir.hæred.& ex alijs de* * *communi opinione teſtatur Anto Gam.deciſio. Luſitan.*110. *nu.*42. ita eſt nulla ſententia
8 † contra mulierem lata, quia mulier, & minor æquiparantur *l.* 1. *§. fin. ff. de edend. l.cum de indebito in fine de probat.l.* 2. *§. fin. cum gloſ. de iur.fiſc.Capyc. deciſ.*159. *nu.*22. *&* 30.

Et ſi dicatur quod pro primo prætenſo credito Victoria inſimul cum eius viro ſe obligauit ad ſolutionem, ſi ſententia nõ valuit abſque inſtrumento principalis crediti prætenſi, valida tamen eſt per prædictum nouum contractum: Reſpondetur nec valere, quia non exiſtente,
9 & ſublato principali † omnia ceſſant acceſſoria *l.non dubium C.de leg. cap. accedens in fine, vt lit.non conteſt.cap.inter dilectos de fid. inſtrum. in fine cum ſimilibus.* Amplius obligatio, & promiſſio Victoriæ fuit ipſa exiſtente ſub poteſtate viri, & de re dotali, & quomodocumque
10 mulier † obligatur, iuuatur velleiano, & non tenetur *l.* 3. *c. ſi paterna*, *Auth. ſi qua mulier*, *& toto titulo C. ad velleian. Regia Pragmatica* 1. *eodem titul. Præſid. de Franch.deciſio.*578. *Regens de Ponte in tract.de Poteſt.Proreg.in cap.de decretis Collateralis Conſilij ſuper oblig.mulier. rer.dotal.* vbi obligationem non valere firmat.

Nec vllus prætenſus ex aduerſo defectus actorum ipſius Victoriæ in Magna Curia Vicariæ, quia licet nullus adſit defectus, & omnia rite, & recte proceſſerunt
11 tamen ſumus in Regno † vbi in cauſis ciuilibus ſine figura Iudicij ſola facti veritate inſpecta proceditur per *cap. Regni deteſtantes Pragmat.* 1. *de ordin. Iudic.* maximè in Sacro Conſilio & ſic in conciſtorio Principis *Præſid.de Franch.deciſio.* 220.*num.*5. vnde vlla habita ratione ex aduerſo deductorum, & prætenſorum ſententia Magnæ Curiæ confirmari debet pro dicta pauperrima Victoria Fareſa ſub velata Iuſtitia contra omne iuris debitum & ordinem, de ſua domo priuata, quod Domini Iudicantes penſare dignentur.

*Die tertio Menſis Martij anni* 1614 *referente Regio Conſiliario D. Ioanne Baptiſta Meliore cauſæ Commiſſario per Sacrum Conſilium fuit decretum bene per Magnam Curiam Vicariæ Iudicatum, & procedatur ad liquidationem prætenſi crediti Ioannis Hieronymi de Pace pœnes Secretarium, & pœnes Actorum Magiſtrum Sacri Conſilij de Izzo pro Aſcanio Longo.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus effectus poſt delictum, an cognoſcatur per Iudicem Laicum.*
2 *Clericus poſt, & in fraudem delicti, quoad perſonam cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum, & quoad bona per Laicum, & ita deciſum.*
3 *Aſſaſſinium, vt dicatur, requiritur mandatum*

Digitized by Google

*datum ad occidendum, & num. 8. & 9.*
4 *Mandans ad verberandum tantum, non committit aſſaſſinium.*
5 *Mandatarius ad verberandum, ſiue baculandum, ſi occidit, mandans de occiſo nõ tenetur.*
6 *Voluntas, & propoſitum maleficia diſtinguunt.*
7 *Affectio operi nomen imponit.*
10 *Pragmatica non ligat, niſi ſubditos.*
11 *Socius non probat crimen contra alium, præterquam in crimine Maieſtatis nec tunc ad torturam ſufficit.*
12 *Inimicitia non eſt ſufficiens ad inducẽdũ mandati præſumptionem.*
13 *Cauſa inimicitiæ debet eſſe magni momenti.*
14 *Contumacia contra Clericum eſt nulla.*

## Pro Domino Ludouico de Bautio Ciuitatis Capuæ.

### *ARGVMENTVM.*

*Clericus effectus poſt delictum, per quem Iudicem cognoſcatur.*

## CONSILIVM CV.

IN hac cauſa de duobus eſt exhitandum.

Primò, an laicus poſt delictum effectus Clericus, vel Monacus, per Eccleſiaſticum Iudicem cognoſcatur, vel ſecularem.

Secundò, an *capitulum pro humani, de homicidio in 6.* habeat locum in mandante verberari cum baculo.

Quoad primum dico, quod licet vi-
1 deatur quod talis † Clericus cognoſci debeat per Iudicem laicum, iuxta *text. in l. 1. ff. de pœn. & in l. ſi quis poſtea ff. de Iudic. vbi gloſ. & Doctor.* tamen ſi in frau-
2 dem † patrati criminis, accepit ordines, vt præſumi debet, quoad reſtrictionem perſonæ per eccleſiaſticum Iudicem cognoſcitur, quo vero ad bona per laicum, vt concludunt *Doctor. & ſignanter* Ioannes *Andr. in cap. 1. de oblig. & ratioc. ac Socc in cap. penult. de for. compet. relatis omnibus opinionibus, quam ſententiam ſequitur Couarr. in pract. qq. cap. 32. & Iul. Clar. in §. fin. q. 36. verſic. ſæpè numero Foller. in conſtit. Regni aſcriptitios de Epiſcop. & Cler. num. 7. ex Couarr.* tres ponit caſus. Primus eſt, vt eccleſiaſticum ordinem ſuſcipiens poſt commiſſum delictum abſque fraude omnino à iuriſdictione ſeculari liberatur. Secundus ſi cum fraude, & dolo poſt delictum ordinatur, non liberatur. Tertius caſus, quod vbi ratione fraudis adepti eſſent ordines, pœna corporali ordinaria, ſecularis punire non poterit, ſed tantum bonorum mulcta & ammiſſione, & hanc ſimiliter firmat ex Couarr. & vt omnis ceſſet fraus votum proprius ante ſcelus de ſe clericãdo emiſſum probare debet, *& in fine dicto num.* 7. ſubdit: Quare cum probabilis inquit non ſit ſententia *Ioa. Andr. & ſequacium* non eſſet admittenda, licet ſit effecta * communis *multa ponit D. Vincentius de Franch. in deciſio. 205. ſed non decidit, & idem dicunt Pater, & Filius de Anna ſing.* 130. niſi ante commiſſum delictum, emiſiſſet votum prout deciſum fuit, non obſtante tunc Fiſci patroni oppoſitione, & tenet etiam, in poſt delictum Capellano Regio effecto ad Maiorẽ Capellanũ remicti debere, vt in *d. ſing.* 130. *nouiſſimè de Frãch. dec.* 384. plenius diſcutiẽdo in Clerico effecto poſt habilitationẽ à carceribus, & in proceſſo, & iunctis tribus aulis iudicatũ ꝓfeſſum eſſe remittendum ad Iudicem eccleſiaſticum quoad diſtrictionem perſonalem tantum, ex quibus de primo capite hęc ſufficiant, & non dubito quin Clericus noſter remitti debeat.

Quoad ſecundum aduertatur, quod ſi mandatum tantum in aſſaſſinio conſideratur ex quocumque mandato, ſiue ſit ad occidendum, ſiue ad verberandum, vel ad quid aliud faciendum, in aſſaſſinij crimine incidi videtur, & conſequenter, ipſius *text.* diſpoſitionem locum vendicare quod minimè eſt verum, cum non tan-
3 tum † mandati interuentu, hoc crimen ꝓficiatur, ſed in ſpecie debet eſſe ad occiden-

Digitized by Google

dendum, vt in pluribus locis eiuſdem *cap.pro humani*, & ſignanter ibi (*quempiam Chriſtianorum per prædictos aſſaſſinos interfici fecerunt, vel etiam mandauerint*) vnde † mandatum ad verberandum de aſſaſſinij crimine non ſapit, licet occidat.

Quod quidem probatur, quia habens
5 † mandatum ad verberandum, ſi mandatarius occidat, mandans de occiſo non tenetur, vt ſingulariter per plures rationes conſuluit *Paul.de Caſtr.in conſ.*192. *incip.in cauſa incarceratorum*, reſpõdens ad contraria, quæ adduci poſſent, quod refert, & ſequitur *Auguſt.in addit.ad Angel.de Aret.in tract. de malefic. in verſic. & appenſate in fine vlt. add.* ad quod facit
6 illa trita regula, † voluntas, & propoſitum, maleficia diſtinguunt *l. qui iniuria ff.de furt.l.quod rei publicæ ff.de iniur.l.* 1.
7 *C.ad l.Corn. de ſicar. cum ſimil.* & † affectio operi nomen imponit *l. ſi non conuitÿ C.de iniur.& ex alÿs Hyppol. de Mar ſil.ſing.*179.*hinc Afflict.in conſtit.*Regni *ſi quis aliquem num.*6.*&* 7. dicit quod illa *conſtitutio* de manus amputatione, non vendicat locum, in verberante cum baculo, cum armorum appellatione baculus non veniat, licet dicat, quod aut de pœna aſportationis armorum, aut de cõdẽnatione infligenda: & proinde *d.c.pro*
8 *humani* † vendicat locum quando mandatum eſt ad occidendum mediante pecunia, prout ita ipſius verba dicunt, & * communiter à *Doctoribus* intelligitur, refert *Boſſ.in tract.de mandato ad homic. num.*35.*fol.mihi* 115.*ater. Antonius Gomeſ.var. reſol. iur. tom.*3.*cap.*3. *num.*6. *Hieronym.Gab..in conſ.*170.*& alia requiſita ponit idem Boſſ.vbi ſupra* ſcilicet, 
9 pecunia ſit promiſſa, † & data à mandante, & accepta per occiſorem, quæ deficiunt in noſtro caſu, Et ſi dicatur ſtante *Pragmatica Cardinalis de Granuela Viceregis, de aſſaſſinio*, qua punitur affectus non ſequuto effectu, & ſic ſufficere mandatum ad aſſaſſinij punitionem, reſpondetur vltra quod talis *pragmatica* loquitur in mandante ad occidendum, vt eius verba dictant, à quibus non eſt recedendum per *text. in l. non aliter ff.de leg.*3.*& in l.*1.*§.ergo ff.de exerc.act.*
10 † *Pragmatica* ipſa non ligat niſi ſubditos *l.*1 *& ibi not.C.de Sum.Trinit.& Fid.capit.* & ſic nihil operatur contra Clericos *cap.eccleſia Sanctæ Mariæ, & cap.quæ in eccleſiarum de conſtit.ibique late DD.*

Veniendo ad depoſitionem Octauij Ruſſi percuſſoris, qui deponit de Ludouici mandato, & promiſſione, obſtare non
11 videtur, cum dictus Octauius loco † ſotij criminis habeatur vnde ad teſtificandum admitti non debebat iuxta *text. in l.*1.*§.diuus ff. de quæſt.& in l. quoniam liberi C. de teſtib.* & ſi in ſpeciali læſæ Maieſtatis crimine admittatur, non tamen ſufficit ad torturam *Alexan.conſil.*
12 11.*lib.*1. *& idem Boſſ.vbi ſupra*: Et ſi † inimicitiæ cauſam conſideramus, non eſt ſufficiens ad inducendam mandati præſumptionem, cum teſtes aſſerant ob litem inter Marcum Antonium de Bautio, & vulneratum, ſeu vulnerati patrem Nam dixit *Felyn. in cap. cum oporteat de accuſat.poſt Bald.in l.ſi quis mihi bona*
13 *§.pater ſeyo ff. de acquir. hæred.* quod † cauſa, vt ſit potens ad inimicitiam inducendam, debet eſſe magni momenti, & non minimæ litis. Nec Hieronymi de Fenza depoſitio dicens à Domino Ludouico pro tali delicto pecuniam recepiſſe, obſtare videtur, quia famulo, de domino dicenti non creditur, nec de mandato præſumitur, vt hoc * communiter tenent *Doctor.in d.l.ſi quis mihi bona*, & plura interuenire debent ad quod allegantur in ſpecie *Bald. in conſil.* 383. *colum.fin. lib.*5.*Anan.conſ.* 59. *moti præſertim ex deciſio. gloſæ in cap.cum ad ſedem in verbo interdictum, de reſt. ſpol.* Nec vltimo obſtare videtur prætenſa contumacia, quia præcedens citatio erat facta contra Clericum non ſubditum, & alieni fori
14 ideo fuit † nulla *cap.Romana de foro compet. in* 6. *l. hæres abſens ff. de Iud. cum vulg.* & ex actu nullo nulla oritur actio nec obligatio *l. ſi non ſortem* 2. *reſponſa ff.de condit.indeb.vbi Bart. num.* 2. *Ang. & moder. in l.cum l. C. de fideicommiſſ. ibique latè Bart. & Imol.* & ſic con-

cludo Dominum omnino ad ſuum competentem Iudicem Eccleſiaſticum remitti debere.

*Ita fuit Iudicatum,& remiſſus, vt ex proceſſu in Banca Micenæ* Curiæ *criminalis Actuarij; Marcello de Caro ſcriba.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Tempus datæ attenditur in reſcripto gratiæ,& ratio in propoſito caſu nu.3.*
2 *Diuinare nemo tenetur.*
4 *Poteſtas indulgendi reſidet in ſolo Principe.*
5 *Princeps poteſt de delictis indulgere.*
6 *Actio,quæ ex reſcripto oritur, eſt ex data, & nu.7.*
8 *Tempus datæ attenditur ſi agitur, an reſcriptum valeat.*
9 *Tempus datæ attenditur quando de reuocatione,ſiue collatione iuriſdictionis agitur,& nu.11.*
10 *Iuriſdictio ſola Principis voluntate transfertur.*
12 *Gratia, ſiue mandatum* Principis *voce prolatum, ſtatim ſuum ſequitur effectũ & ſcriptura requiritur ad illius probationem.*
13 *Gratia,per verbum fiat, eſt perfecta.*
14 Principis *lex, ſiue mandatum infra duos menſes per omnes ſciri debet.*
15 *Crimen cum moniali eſt cæteris criminibus deteſtabilius.*
16 *Moniales ſunt templum, ac vas domini, & Spiritus Sancti ſacrarium.*
17 *Moniales ſunt ſponſæ* Chriſti.
18 *Sacrilegium, inceſtum & adulterium committit, qui cum moniali immiſcere ſe audet.*
19 *Sacrilegium cum moniali, crimen Maieſtatis diuinæ dicitur, & nu. 20. immò maius nu.21*
22 *Statutum puniens cognoſcentem nuptam habet locum in cognoſcente monialem.*
23 *Coitus cum moniali in quacumque poteſtate indulgendi quantumuis generali, non venit,& nu. 28.*
24 *Maieſtatis crimen diuinæ, & humanæ eiuſque abolitio,eſt reſeruata* Principi, *& ſine ſpetiali mentione non venit.*
25 *Abolitione Generali per* Principem *conceſſa,crimen Maieſtatis non venit.*
26 *Viduam,vel virginem rapiens peximum facinus committit.*
27 *Crimen cum moniali,eſt ad hominum iniuriam, & Dei irreuerentiam.*
29 *Grauiſſimis in delictis,eſt facienda interpretatio in deterius.*

Pro quondam amico,pro quo ſcribere denegare non potui.

## *ARGVMENTVM.*

*In reſcripto Principis,an attendatur data,vt ſtatim afficiat omnes, & an in generali indulgendi poteſtate comprehendatur coitus deteſtabilis cum moniali.*

## CONSILIVM CVI.

AB amico fuit mihi quæſitum quid ſentirem de tribus,videlicet.

Primò, ſi Domino Curiæ proprij domicilij, & delicti per Excellentiſſimum Proregem Regni ſit inhibitum, nè cum moniali delictum indulgeret, an in tali inhibitione,ſiue reſcripto attendatur data, vel intimatio.

Secundò, tale reſcriptum, an afficiat propriam delinquentis Curiam, & omnes alias Curias, & in Regno quoſlibet miniſtros, taliter quod à nemine indulgeri potuerit.

Tertiò,in ampliſſima,& generaliſſima indulgendi poteſtate alicui miniſtro conceſſa, an veniat poteſtas indulgendi cognoſcentem monialem.

Quoad primum diſtinguo, aut ſumus in reſcripto gratiæ, aut in reſcripto Iuſti
1 tiæ.Primò caſu † attenditur tempus datę iuxta *text.in cap. eam te extra de reſcript.ibi ( quod nullatenus feciſſe deberes, ſi datam literarum diligentius attendiſſes)* c.con-

cap.conſtitutus eodem titul.ibi (antequam dictus Clericus literas exequutorias impetraſſet) & vtrobique gloſ. & Doctores clem.fin. vbi gloſ. in verſic. datam de reſcript. & ex alijs firmat Dominus Vincentius de Franch.deciſio 62.num.1. & licet gloſ.in d.cap.eam te in verſic. datam literarum, ponat etiam contraria, dicens quod ſoluit in cap. dilectus de præbend. in verſic. receperunt, aduerte quod ſua ſolutio eſt in noſtris terminantibus terminis. Dicit enim quod in caſu dicti cap. ideo attenditur tempus receptionis reſcripti, & non datæ, quia quam cito vacat beneficium, quouſque inhibetur, & mandatum præſentatur, per Capitulum conferri poteſt, quia illi de capitulo diui

2 nare † non tenentur, vt in c.vt noſtrũ de eccl.benef. ſed in d.c. eam te conſideratur tẽpus datæ, q̃a tẽpore datę, & receptionis vacauit præbenda, ꝙ firmat Specul.in titul.de reſcript. præſent. §.fin. num. 20. verſic.tu diſtingue, & verius: ſic in caſu

3 noſtro debet attendi data reſcripti, † quia tam tempore datæ, quam inhibitionis, ſeù intimationis, nulla Curia, neque Regni officialis, ſiue miniſter poteſtatem

4 habebat tale crimen indulgendi, cum † poteſtas indulgendi in ſolo Principe reſideat ad text.in l. reſcripta C.de prec.imper.offer.l.mancipia in fin.C.de ſeru.fug.l. relegati in fine, & in l.diui fratres ff. de pœn.l.2.l.fruſtra l.cum indulgentia cum l.ſeq. C. de ſenten. paſſ. cap. reſcripta vbi gloſ.25.q.2.Canon. in cap.in noſtra extra de iniur.& damn.dat.Iaſ. & Caſtrenſ.in d.l.reſcripta Iſern.in c.1.§.ſimiliter poteſt num.14.de capit. qui Cur. vend. & in cap.1. verſic. & committentium quæ ſint reg.Paris de Put.in tract.de ſyndic.in verſic. compoſitio column. 14. faciunt quæ dicunt Bar.& Doctor.in l.gallus §.& quid ſi tantum in fin.ff.de lib.& poſthum. Bal. & alij in l.nec damnoſa C.de prec. imper. offer.Det.conſil.137.colum.1.& 2.& ſi tale reſcriptum inhibitorium omnibus officialibus, & Regni Tribunalibus, nè quendam delinquentem cum moniali indultaret, fuit à parte offenſa impetratum, vt mihi aſſertum fuit, reſpectu ipſius partis offenſæ inhibendo, fuit gratia, quia Dominus Regni Prorex poterat alicui man-

5 dare, vt ipſum indultaret, & quod † Princeps poſſit delicta indulgere, habetur ex text.& gloſ.in l. abolitionibus cum ll.ſequentibus ff.ad Turpill.& in l.fin. C. de gen.abolit.vbi Bart.& Doctor.& ex alijs firmat Pariſ.conſ.1.incip.in Dei nomine nu.1.& ſeq.lib.4. & cum ſimus in reſcripto gratiæ, per ſupradicta iura, & authoritates, data ipſius attendi debet.

Veniendo ad reſcriptum Iuſtitiæ, ſub-

6 diſtingue, Nam ſi conſideratur † actio, quæ oritur ex reſcripto, attenditur tempus datæ Specul.in titul.de reſcript. præſent. §.fin. verſic. tu diſtingue, & verius

7 per d.cap. eam te, ſi conſideratur † actio ſuper aliqua dignitate, ſiuè re, ſimiliter attenditur data Specul.loco citato per tex.

8 in cap.fin.de reſcript. ſi agitur vigore † reſcripti an valeat ab initio, vel non, etiã tẽpus datę inſpicitur Specul.ibidẽ per tex. in cap.conſtitutus de reſcript.& demum

9 ſi agitur de reuocatione, † ſiue collatione iuriſdictionis, quia iuriſdictio indulgendi delicta ſemper eſt pœnes Principem, qui ſolus hanc poteſtatem habet, vt prædiximus, attenditur data reſcripti, quia

10 ſola † Principis voluntate iuriſdictio trãſfertur, vt ex deciſio.Rotæ Roman. 21. de Præb.in nouis fol. mihi 84.& quamuis Felin.in d.cap.eam te num.21. dicat, quod in collatione, vel reuocatione iuriſdictionis attendatur tempus præſentationis, inferius ſubdit, contrarium fuiſſe deciſũ ꝑ DD.de Rota, & ꝑ tres inſtantias fuiſſe

11 obtentum, quod ſi data † literarum præceſſit, proceſſum exequutoris valet licet longum tempus poſt ſint præſentatæ, ſed in caſu noſtro præſentatio non erat neceſſaria, quia, & ſine tali præſentatione, Curiæ, & omnes Regni officiales, & miniſtri indulgendi poteſtatem non habebant.

Quoad ſecundum principale quæſitum, an tale reſcriptum afficiat omnes Curias, & Regni miniſtros, nè de tali crimine indulgerent, dico quod omnes fe-

12 re Doctor.concordãt in hoc, quod † gratia, ſiue mandatum Principis, expreſſe voce prolatum, ſtatim ſuum ſortitur effe-

ctum, ſed ad illius probationem requiritur ſcriptura, vndè eo ipſo quod Dominus Regni Prorex ad inſtantiam partis offenſæ ſupplicantis dixit, & ordinauit, quod talis delinquens non indulgeretur ſtatim quoad omnes, eius effectus ſortitus fuit, quia eius decretum ſtatim omnes afficit, vt eſt *text. expreſſus in cap. quamuis, & in cap. dudum §. nos igitur de Præbend. in 6. cap. 1. de conceſſ. Præb. Petr. Bellug. in Spec. princ. rubr. 47. §. Sciendum num. 12. verſic. aduerte ſi placet, &c.* Im-
13 mò ſtatim quod Princeps dixit † fiat, gratia eſt perfecta, vt ex multis firmat *idem Dominus Vincentius de Franch. d. deciſio 62. num. 2. & 3.* eo fortius in caſu propoſito vbi decretum Principis, quod inquiſitus de delicto in eo contento ne indulgeatur, fuit publicatum, & Curiæ
14 eius patriæ intimatum, & † talem Principis legem, ſiue ordinem quilibet infra duos menſes ſcire tenetur, vt *in authent. vt facta nou. conſt.* & ſic etiam de iure Canonico *cap. nouerint de ſentent. excom. & ex alijs Bellug. vbi ſupra num. 15. verſic. Nàm quilibet*, vndè habita, vel non habita notitia per Curias, & in Regno miniſtros de tali delicto, nemo indulgere poterat, ex defectu poteſtatis, quæ in talibus pœnes Principem reſidet, vt in præcedenti articulo diximus.

Progrediendo ad tertium, & vltimum principale propoſitum, ſi in generali, & ampliſſima poteſtate, veniat indulgentia
15 talis criminis, Dico primo, † crimen cum moniali, eſt cæteris carnalibus deteſtabile *cap. adulterij 32. q. 7.* ex quo templum Dei violatur *cap. ſciendum eſt 27.*
16 *q. 1.* cum † moniales templum, ac vas domini, & Spiritus Sancti ſacrarium ſint *cap. decernimus 28. diſt. & latè Decian. lib. 6. titul. de cogn. mon. num. 2.* & ideò magnum, & grauiſſimum delictum cenſuit *Afflict. in conſtit. ſi quis rapere.* cum
17 † ſint ſponſæ Chriſti *cap. quamuis 21. diſt.* & iſti tales perpetuam habebunt pœnam *cap. 1. 27. q. 1. Card. in clem. de ſtat. monac. quem refert Hyppol. de Marſ. in*
18 *l. 1. num. 4. C. de rapt. virg.* & † inceſtus, & ſacrilegij crimen committere eum, qui cum Virgine Deo dicatam immiſcere ſe audet, dixit *Santiſſimus Pontifex in cap. virginibus 27. q. 1.* ideò monialium violatores, ſacrilegi dicuntur, eoſque filios perditionis appellat *Apoſtolus cap. ſciendum 27. q. 1.* Nam qui copula carnali cum moniali coniungitur, tria committit flagitia grauia dicit *gloſ. in d. c. virginibus.* Nempè inceſtum, adulterium, & ſacrilegium.
19 Secundò, tale † cum moniali ſacrilegium, Maieſtatis etiam crimen dicitur per *text. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſtatis in princip. ibi (proximum ſacrilegio crimen eſt, quod Maieſtatis dicitur)* & per conſequens crimen Maieſtatis diuinæ: Nam
20 non ne verum eſt quod † habens rem cum vxore Principis ſui Domini, crimen Maieſtatis committit, ſecundum *Iſern. in cap. 1. num. 13. verſic. è contrario quib.*
21 *mod. feud. amitt.* ita, & cum moniali ſponſa Chriſti, maius crimen committit, cum maius ſit, Diuinam Maieſtatem offendere, quam humanam *cap. vergentis de ha-*
22 *ret.* quod confirmatur, quia † ſtatutum puniens aliqua pœna cognoſcentem nuptam, habet locum etiam in cognoſcente monialem, ſic conſuluit *Dioniſ. de Peruſ. relatus per Marian. Socein. in cap. qualiter, & quando il 2. in 8. parte princip. q. 7. num. 100. verſic. 7. quæro extra de accuſat. quem refert, & ſequitur Felyn. in cap. non ſatis num. 4. extra de Simon. Marſil. in d. l. 1. num. 44. C. de rapt. virg. &* communiorem ſententiam hanc dicit *in ſing. ſuo 215. incip. validum eſt argumentum verſ. & teneas menti.*

Tertiò, ſi tale facinus vti Maieſtatis crimen accipimus, & eſt, vt prædiximus
23 in † poteſtate generali data aliquo officiali indulgendi quæcumque delicta, vllo modo talis criminis indulgentia compræhenditur, vt dixit *Angel. in ſua diſput. incip. exorta guerra Roman. in l. ſi quis in graui §. in quoque ff. ad Syllan. Dec. lib. 3. ſub rub. de abolit. quand. imped. accuſ. nu. 15. Farinac. in titul. de inquiſit. q. 6. num. 55.* qui alios adducunt per rationem,
24 quia † abolitio criminis Maieſtatis diuinæ, & humanæ, eſt vnus de caſibus Principi

cipi

Digitized by Google

cipi reſeruatis, eiuſque cognitio ad ipſum ſpectat; ideo ſpetialem mentionem requirit, *Iſern. & poſt eum Afflict. in cap. 1. verſic. bona committentium num. 46.*
25 *qua ſint reg.* vnde etiã † in generali abolitione ab ipſo Principe facta ſine ſpetiali ipſius mentione, non includi, voluit *Plaz. in epit. delict. cap. 38. num. 2. & 3. verſic. hinc & illud lib. 1. de abolit.*
26 Quartò, crimen † rapientis viduam, vel virginem peximum facinus eſt, dicit *lex vnica C. de rapt. virg. l. raptores C. de*
27 *Epiſc. & Cleric.* & quod hoc † crimen cum moniali deteſtabilius ſit, negari non poteſt, cum nè dum in hominum iniuriã, verum etiam ad ipſius Dei noſtri domini irreuerentiam committatur, & proinde cum grauiſſimum facinus ſit, non ſo-
28 lum à generali † indulgendi poteſtate excludi debet, ſed etiam ab ampliſſimis Regijs indulgentijs, immò ab ipſis Regijs abolitionibus quamtumuis generalibus excipi ſolet, vt in *Regijs Pragmaticis in titul. de abolit.* videre eſt, cum ſemper in
29 grauiſſimis † delictis ſit facienda interpretatio in deterius *Abb. in cap. & ſi Clerici in fine principij extra de Iudic. Marſil. in d. l. 1. C. de rapt. virg. num.* 8. & ſic cum in reſcripto Principis attendi debeat data, & ſtatim afficit omnes, vel ſaltim poſt duos menſes, omnes ſcire debent: eſt que tam deteſtabile crimen immò plus Maieſtatis, & à generalibus indultis, & poteſtatibus excluſum cenſetur, & adeſt inhibitio indulgendi omni iure inquiſitus de tali cum moniali crimine à Miniſtro quocumque generali cum generaliſſima poteſtate indulgeri non poteſt.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Teſtibus inter ſe contradicentibus non creditur, etiam ſi ab eadem parte ſint producti nu. 2.*
3 *Socij in itinere videntur deponere ad eorum exonerationem, & eis non creditur*
4 *Teſtibus contrarijs conteſtibus vocatis sũt ſuſpectiſſimi, & nemini credendum.*
5 *Depoſitioni inueriſimili non creditur.*
6 *Iudex votum ſuum cum depoſitionibus, & rebus, & vero proximioribus fundare debet.*
7 *Experimentum veri ſermonis eſt vt concordet rebus ſenſatis, & veriſimilibus.*
8 *Quod à veriſimili diſtat, eſt falſitatis imago.*
9 *Iudiciaria depoſitio non probat.*
10 *Teſti, vt teſtis non deponenti non creditur.*
11 *Teſtis de Iudicio deponens, animoſitatem contra inquiſitum oſtendit, & ei non creditur.*
12 *Teſti inueriſimilia deponenti non creditur.*
13 *Familiares mandare domino, inueriſimile eſt.*
14 *Confeſſio extraiudicialis quomodo probet & nu. 17.*
15 *Confeſſio extraiudicialis quomodo faciat indicium ad torturam.*
16 *Teſtes plures debent eſſe conteſtes de loco, & tempore, vt indicium faciant ad torturam.*
18 *Teſtes viliſſimi à teſtimonio repelluntur.*
19 *Teſtis nè dum inimicus, ſed de inimicitia ſuſpectus à teſtificando repellitur.*
20 *Teſtis inimicus repellitur etiam ſi iuſta cauſa fuerit inimicitiæ.*
21 *Falſum ſolitus deponere dicitur homo ſine fide, & conſcientia, & nunquam ei creditur.*
22 *Teſtibus ſingularibus ex diuerſitate factorum non creditur.*
23 *Cauſa eſt vti, quid primum conſiderabile.*
24 *Cauſa, & initium ſpectandum eſt.*

Pro Ioanne Franciſco, alias Ciccio de Marinis, Ioanne Antonio Maraſca Terræ Seniſij, & Fabio Arcerio Terræ Caſtellutiæ.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

*Teſtibus inueriſimilia, incredibilia, & varia deponentibus, & non conteſtibus, pauperrimis, inimicis, & ſolitis falſum deponere credi non debet:*

## CONSILIVM CVII.

FRanciſcus alias Ciccius de Marinis, & ſocij inquiſiti de prætenſo homicidio, & furto in perſonam Iannutij Vertunni, & de alijs ex teſtiũ Fiſci depoſitionibus, varijs, inueriſimilibus, & falſis liberari debent.

Primò, quia Notarius Ioannes Maria Roſatus fol. 3. & 4. dicit in dicto prætenſo delicto fuiſſe quatuor fures facie coopertos, & tres diſcoopertos in duabus buſcatis, & vnus ex tribus fuit Franciſcus de Marinis, alius teſtis cum mortuo in itinere ambo conſocij, Franciſcus Caroli Magni fol. 39. dicit fures fuiſſe duos, & exiuit alius taliter accappatus quod cognoſci non poterat, & ſic vnus contradi-
1 cit alteri † vnde nemini credendum, vt notat Ioannes *Andr. & magis* * *communiter Doctores in cap. in noſtra de teſt. Spec. in titul. de teſt. §. 1. verſic. item quod teſtes diſcordant vbi etiam* Ioannes *Andr. Anto. de Butr. & Abb. in cap. cum tu extra de teſt. Feder. de Sen. in conſ. 142. incip. Domine Graffole, Alexan. conſ. 34. colum. vltim. lib. 3. & conſ. 43. lib. 4. Gram. conſ. crimin. 26. num. 21.* Iacob. *Nouell. in pract. & Theorica crim. cap. de teſt. num. 10. ex multis alijs firmat*, quod quidem procedit, etiam ſi teſtes inter ſe contra-
2 dicentes † ab eadem parte producti fuiſſent adhuc per eorum contrarietates non probant *Bart. in l. 1. in fine C. de vſufruct. in l. inter ſtipulantem ff. de verb. oblig Bald. in auth. qui ſemel 4. colum. C. de prob.* Iacob. *Butrig. & Florian. in l. cum de ætate ff. de probat. Hyppol. de Marſil. conſ. 4. de vultu ſuo Domine colum. vltim. lib. 1. Gramm. conſil. ciuil. 154. num. 8. & 9.* & dicti Notarius Ioannes Maria Roſatus, & Franciſcus Caroli Magni, vltra quod ex eorum contrarietatibus nihil
3 probant, nec minus, quia erant † ſocij in itinere, ex quo ad eorum exonerationem deponere dicuntur, vt vult *idem Hyppol. de Marſil. conſ. 2. num. 44. & 45. per tex. in l. nullus ff. de teſt. & l. omnibus C. de teſt. cum vulg. Natt. conſil. 80. num. 2. per Bart. in l. quoniam liberi C. de teſt.*

Secundò, Ioſeph Roſitus fol. 14. dicit fures fuiſſe duos facie coopertos, & quinque diſcoopertos, & vocat Marinum de Monte Albano in conteſtem, qui fol. 48. dicit fures fuiſſe quatuor facie coopertos & neminem cognouit, quod dictum reddit falſam depoſitionem dicti Ioſeph, & aliam Mutij Soriani fol. 8. dicentis audiuiſſe à dicto Marino fures fuiſſe ſeptem & quod cognouerat vnum, idem & Ioannes Hieronymus Loſeo fol. 30. variat à Franciſco Leuonati, fol. 22. à quo audi-
4 uiſſe dicit, vnde cum ſint † contrarij depoſitionibus conteſtium per eoſdem vocatorum, ſunt ſuſpectiſſimi, & nemini eſt credendum, vt in indiuiduo dixit *Bald. in cap. cum cauſam, quæ inter Archiepiſcopum colum. 5. de teſt. per text. in l. 1. in fin. ff. quemadmod. teſt. aper. Alexan. conſ. 90. col. vlt. lib. 4. Gram. conſ. crim. 26. n. 20*

Tertiò, Ioannes Dominicus de Noya fol. 12. deponit, quod diſtãs à furibus, & loco circa miliarium cognouit ſeptem fures, quos nominat, & Ioannes Baptiſta la Scala alius teſtis dicit, quod fures ibãt cum facie cooperti, taliter quod nõ videbantur niſi oculi, ergo ad oculos cognouit, dum nominat, & non reddit cauſam cognitionis iſtorum duorum teſtium di-
5 cta ſunt falſa, quia † inueriſimile eſt homines circa miliarium videri, & in facie coopertos ad oculos cognoſci, ex quo nõ probant *l. teſtium fides §. ideoque ibi (veriſimilia reſponderint) ff. de teſt. l. ob car-*
6 *men eodem ibi ( confirmabitque Iudex †*
*votum animi ſui ex argumentis, & teſti-*
*monijs, quæ rei actiora, & vero proximio-*
*ra eſſe comperit ) & in fine eiuſdem l. ibi (quibus potius lux veritatis aſſiſtit ) facit tex.*

Digitized by Google

text.in l.veriſimile ff.de eo quod met.cauſ.
7 cum † experimentum rerum verorum
ſermonum,eſt vt concordet rebus ſenſa-
tis,& veriſimilibus Bald.in l.teſtium pen.
colum.C.de teſt.vbi allegat Auerr.& Ari
8 ſtot.& quod à † veriſimili diſtat,eſt quæ-
dam falſitatis imago, vt ex alijs firmat
Gramm.vot.14.num.8.& deciſio.28.nu.
1.immemor Afflict.qui ante eum hoc idem
dixerat in deciſio.363.in fin. vbi decidit
teſtibus inueriſimilia deponentibus fidẽ
nõ dari,quod ex multis alijs firmat Car-
rer.in ſua crimin.praxi ſeù repet. l.obſer-
uare C.quorum appell.non recip.num.107
fol.17.aterg.

Quartò,Dominicus Lamendolara fol.
17.deponit,quod audiuit tres ictus Sclo
pi, & non vidit à quibus fuerunt emiſſi,
ſed iudicat fuiſſe emiſſos à Franciſco de
Marinis,Fabio Arcerio,& mortuo,hęc iu
9 diciaria † depoſitio cum terminos teſtis
excedat, & de teſte ſe facit Iudicem ni-
hil probat Bart.in l.fin C.de vſur. Fran-
ciſcus de Aret. conſ.38. colu. 2.& non vt
10 † teſti deponenti,non creditur Bart.in
l.quid tamen §.ſi arbitror ff.de arb.Bald.
in l.de quibus 2.colum.ff.de leg. Alexan.
conſil.24.colum.2.& conſ.74. column. 2.
lib. 1. Curt. conſil.55. 8.colum. Gramm.
conſil.ciuil.164.num. 1.& 2.qui teſtis de
11 Iudicio deponens,† animoſitatem oſten
dit,& tanto minus ſuis dictis creditur,vt
ex alijs firmat Idem Gramm.d.conſi.164.
num.3.eſtquè etiam notoriè falſus, cum
diſtans per circa miliare,vt ipſemet dicit
ſed ſunt quatuor miliaria, & interponi-
tur denſiſſimum nemus, vt treſdecim te-
ſtes in defenſionibus deponunt ſuper 7.
8.& 9.interrogatorijs fol. 234. aterg. &
ſeq.dicens quod delinquentes vidit,huic
12 † incredibili dicto ſtari non debet, cum
ſermones noſtri, ſecundum communem
opinionem intellectum habentium veri-
ficari debeant,dicit Bal.in l.1.C.de ſeru.
fug.allegans text.in l. ſi ita quis in fin. de
euict l.milites § oportet C.de quæſt. & re-
fert fuiſſe caſſatam quandam inquiſitio-
nem tanquam falſam, ex eo, quod dice-
13 bat, † familiares mandaſſe domino, re-
fert,& ex alijs firmat Franc. Curt. in
tract.de teſt.concluſ.32.nu.69. & ſic ſi ta
lis inquiſitio tamquam incredibilis caſſa
ta fuit,præſens informatio in qua plura,
& maiora incredibilia, & inueriſimilia
adſunt tanto magis caſſari,& de ea nul-
la ratio haberi debet, etiam natu-
rali ratione,vt dicit Bald.in cap.1.§.por-
ro in princ.quæ fuit prima cauſ.ben.amitt.

Quintò, Iannutius Torraca dicit audi
uiſſe ab inquiſito,male fecimus interfice
re filium Notarij Dominici,quia acceſſit
Neapol. pro Commiſſario folio 24.iſta
14 enim † extraiudicialis confeſſio nullam
fidem facit ad text. in l.1.ff. de interrog.
act.ibi (ad probationes litigatoribus ſuffi-
ciunt ea, quæ ab aduerſa parte expreſſa
fuerint apud Iudices) & gloſ.fin.in l. capi-
te quinto ff. de adulter. ex alijs firmat: &
15 ſi dicatur dictam † confeſſionem extra
iudicialem, facere indicium ad torturam
ſecundum Afflict.in conſt. humanitatem
num.27.hoc procedit quando eſt veriſi-
milis,vt per Hyppol. de Marſil. ſing. 594.
quia non præſumitur,delinquentem co-
ram pluribus velle ſuum propalare deli-
ctum:talis enim cõfeſſio eſt inueriſimilis,
& ideò per dictum teſtem falſe depoſita,
tanto magis,quia conteſtes quos vocat,
16 non depoſuerunt,nec alium habet † con
teſtem de loco, & tempore ad finem fa-
ciendi indicium,vt voluit idem Hyppol.de
Marſil.in l.magiſtratibus §.diligenter quę
ro vlterius,& in §.quoniam ff.de iuriſdict.
omn.iud. in ſua pract.crim.& in ſing.310
ac Carrer.in d.ſua crim.praxi num. 121
17 fol.mihi 20.immò † confeſſio, vt præiu-
dicet,debet fieri coram Iudice pro tribu-
nali ſedente iuxta gloſ. in l. iubemus vbi
Salyc.C.de lib.cauſ. & Hyppol. de Marſil.
conſil.2.num.29.& ex alijs multis firmat
Foller.in pract.crimin.verſic.ſi confitebun
tur prima parte 3.partis num.7.fol. mihi
297. & in 2. part. 3. part.num.2.

Vltimò dicitur, ad repulſam probatũ
18 eſſe ipſos teſtes eſſe † viliſſimos, & pau-
perrimos,& ſic ad teſtificandum ſunt in-
habiles, & à teſtimonio repellendi, cap.
licet cauſam de probat.l.3.in princip. de
teſt.Hoſt.& Abb.in cap.ſuper eo de teſt.
Alexan. conſ. 150. colum.4. verſic. nunc
diſcu-

Digitized by Google

*diſcutiendum, & conſ.* 152. *incip. viſo proceſſu* 4. *colum. lib.* 5. *quos allegat Gram. d. conſ.* 26. *poſt nu.* 22

Item ad repulſam eſt probatum, aliquos ipſorum teſtium, eſſe inquiſitorum
19 inimicos, & nè dum † inimicus repellitur ſed de inimicitia ſuſpectus *Bar. & Bald. in auth. ſi dicatur C. de teſt. Spec. in tit. de teſt. §. 1. in princip. gloſ. Bart. in l. 3. ff. eod. Innoc. & Doctor. in cap. cum oporteat de accuſ. & in cap. cum P. Manconella eodem titul.* ſufficit enim apparere de cauſa inimicitiæ, licet inimicitia ex animo probetur, dixit *Innoc. in cap. cum I. & A. de re Iud. Bald. in l. præſcript. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Abb. in d. cap. cum oporteat* & plus dixit *Anto. de Butr. in cap. vt de-*
20 *bitus extra de appell.* † inimicus repellitur à teſtimonio, etiam ſi iuſtæ cauſę fuerint inimicitiæ, & in tantum eſt verum, quod teſtis inimicus à teſtificando repellitur, etiam ſi eſſet in lecto infirmus Corpus Chriſti ſumens, eius dictum non probat *Gră. ex multis conſ. cri. 46. n. 5. & ſeq.*

Item, & aliquis ipſorum, eſt probatum
21 quod ſolitus † ſit falſum deponere, & ſic dicitur homo ſine fide, & conſcientia, qui lucratur, vt numquam ſibi credatur, vt *Ariſt.* de mendace dicit, & *Cyn. in l. tranſigere C. de tranſact.* & falſitatis crimen leges duodecim tabularum adeò exhorruerunt, vt qui commiſiſſet, ex alto trabe yo deijci iuberent, vt videre eſt apud *Aulum Gellium lib. 10. cap. 1. & ex alijs refert, & firmat Hyppol. Rimin. conſ. 83.*
22 *num. 9.* Cum ergo omnes teſtes ſunt † ſingulares, quia omnia eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum, ſecundum *Bald. in l. 1. C. ſi vnus, ex plurib. appell. in fine ante verſic. quæro vtrum Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur quemad. teſt. aper. Bald. in l. apud antiquos verſic. item nota illam vulgarem C. de furt. & in l. 1. 8. q. de teſt. & in l. 2. colum. 2. C. de bon. poſſ. ſecund. tab.* & etiam, quia ex cauſa inimicitiæ, paupertatis, & ſolitæ falſitatis, ſunt omnes reprobati, ea ratione qua vnus reprobatur, eadem, repellun tur omnes, ex *Ancar. conſil. 247. Angel. conſ. 128. firmat Gramm. deciſio, 11. num.* 2. maxime quod cauſa furti, quam aliqui ex dictis teſtibus dicunt, non eſt probata, quia mortuus non fuit furatus, & ſic non
23 exiſtente cauſa, † quæ à lege tamquam quid primum, & conſiderabile eſt iuxta *text. in l. eam ij §. cauſæ ff. de tranſact. in l. procurator* §. 1. ff. *mandati ibi* (*initium*
24 † *ſpectandum eſt, & cauſa, & in l. ſi pariter ff. de liber. cauſ. & ex alijs Marc. Anto. Blanc. in eius pract. crim. in cap. incip. ſecunda pars defenſionis erit, &c. num. 2. fol. mihi* 874. vnde ex prædictis currenti calamo adductis concludo, quod de prædictorum teſtium depoſitionibus nulla eſt habenda ratio, immò ob varietates, & falſitates depoſitas, ipſos teſtes puniri & omnino dictos inquiſitos liberari, puto ita mihi videtur, cætera ſuppleat Iudicantium religio.

*Referente Conſiliario D. Marco Antonio Morra vti Iudice M.C.V. ſemel torti fuerunt liberati, & liberatio ipſa confirmata per S.C. vt in Banca Horatij de Curtio M.C. Actorum Magiſtri.*

*Camillus de Laratha.*

## VMMARVM.

1 *Expoſitæ reuerſæ quare non reuideantur an ſtupratæ ſint.*
2 *Honeſtas & boni mores minuunt pœnam.*
3 *Cobeuntes cum reuerſis, & ſimilibus, puniuntur, & ſi cum meretrice.*
4 *Virginis inboneſtæ, & vilis ſtuprator, de ſtupro non tenetur.*
5 *Stupri actio, quinquennio excluditur.*
6 *Stuprum cum violentia commiſſum ſine præfinitione temporis punitur.*
7 *Actiones criminales omnes, ſpatio viginti annorum præſcribuntur.*
8 *Præſcriptio in criminalibus obſtat, & Iudex eam ſeruare tenetur.*
9 *Actio ſuccedens ex delicto, lite non conteſtata non tranſit ad hæredes, & nu.* 13.
10 *Culpa non placitata in patre, an placitetur in filio.*
11 *Iſerniæ contrarietas non eſt in caſu noſtro ſed in feudis vbi ſecus eſt propter conditionem circa rem.*
12 *Conditio, & vendicatio, actiones ciuiles ad*

Digitized by Google

*ad rem ſunt, quæ ex contractu naſcuntur non dantur ad vindictam defuncti*

14 *Ius Canonicum de ſtupro loquens poſſet habere locum in locis eccleſiæ.*

15 *Stupri actio iniuriarum contra hæredem non datur.*

16 *Taciturnitate nè dum præſcribitur, ſed aboletur delictum.*

17 *Exceptio iuris defectus idem operatur, quod carentiæ actionis.*

18 *Carens actione, ad iudicium non admittitur.*

19 *Iudex repellere poteſt ne dum actionem non habentem, ſed inefficacem habentem.*

20 *Præſcriptio exceptionem excludit, & eius ope tuetur.*

21 *Præſcriptio naturalem obligationem tollit.*

22 *Alimenta quod concubinæ debeantur nullo iure cauetur.*

23 *Alimenta facta ſeruo inutilè repetuntur.*

24 *Intereſſe non debetur niſi ex mora.*

25 *Mora ſine interpellatione non committitur.*

26 *Interpellatio ad conſtituendum quem in mora non eſt neceſſaria vbi adeſt dies determinata, quæ pro homine interpellat*

## Pro V.I.D. Marco Antonio de Palma contra Lucretiam Surianam expoſitam.

### *ARGVMENTVM.*

*Stuprum cum famula expoſita qualiter puniatur, an præſcribatur, an contra hæredes ſtuprantis detur actio, et an alimenta concubinæ debeantur.*

## CONSILIVM CVIII.

LVcretia Expoſita Santiſſimæ Annunciatæ vti prætenſa ſtuprata à quondam Scipione de Palma petijt condemnari dictũ Marcum Antonium de Palma V. I. D. Scipionis filium, & hæredem ad dotem, & Dominicum de Palma eius filium naturalem ad aliquid pro alimentis præſtandum die 8. Iunij 1612. fol. 1. Marcus Antonius condemnatus ad quantitatem liquidandam, vt ex Sacri Conſilij ſententia fol. 28. & in ſupplicatione liquidationis petijt etiam alimenta fol. 35. quod nihil debeatur pro Marco Antonio pauca dicam.

Primò, verum eſſe in facto, bona propria quondam Scipionis non adeſſe, & quãdo Scipio ipſam Lucretiam Oecono
1 mis reſtituit, quia erat de † reuerſis, & ad ſeruiendum alijs prius data, non fuit facta ſolita diligentia, ſi erat virgo, quia pro ſtuprata tenebatur, prout propriè in omnibus in caſu præſenti contigit fuit iudicatum pœna ſtupri teneri non poſſe: prout ita refert, & ſequitur *Afflict. in conſtit. Regni ſi quis rapere quarta colum.* ſubdens hanc quæſtionem habuiſſe de facto, ſtante maxime probitate, & optima fama dicti Scipionis, & non ſoliti in ſimilibus delinquere, vt per multos teſtes eſt probatum, quod etiam non probat, dictam Lucretiam fuiſſe ab alio
2 cognitam poterit Iudex † ex huiuſmodi qualitate, & bonitate quondam Scipionis pœnam ordinariam minuere, imò indulgere *l. ſi poſſidoniũ, & l. & ſi ſeuerior C. quib. ex cauſ. infam. irrog. ita dixit Gandin. in tract. malefic. verſic. vtrum pœna poſſit augeri, & ex alijs prædicta firmat Gramm. deciſ. 107. num. 3. & 4.* & etiam ſi dicta Lucretia probaſſet d. Scipionem
3 habuiſſe rem cum ea † iudicandum erit, prout de coitu cum meretrice, de iure non punibili per *tex. quẽ ad hoc ponderãt Bart. & Ang. in l. ſi vxor in princip. ff. de adulter. bene facit lex quæ adulterium & quæ ibi notantur, & in l. ſi ea C. eod. quod notatur in l. maior vbi Ang. ff. de adulter. Bart. in l. veram in principio ff. de furt. Bald. in l. penult. C. de adulter. Alexa. conſ. 13. colum. 2. lib. 7. vbi etiam adducit Angel. in d. l. ſi vxor* dicentem, quod non debent puniri ſcholares habentes acceſſum ad iſtas mulieres, quæ *Fanteſche*, vulgo appellantur, quæ ſtant cum ciuibus

bus

bus, & in domibus eorum , minus hone-
ſtè viuunt,vt ſimiles expoſitæ, & ex alijs
*Gramm.d. deciſio.* 107. *num.* 6. *& Anto.*
*Theſaur.in ſua deciſio.*3.*poſt num.*3.de
hoc facit concluſionem quæ ibi eſt quar
4 ta concluſio, quod ſi virgo † quæ deflo-
rata eſt,non ſit honeſtæ vitæ,vel vilis per
ſona tunc ſtuprator non tenetur illã do-
tare,aut in vxorem ducere,neque incur-
rit pœnam aliquam,per *text. in d. l.quæ*
*adulterium verſic. hæ autem C. ad l. Iul.*
*de adult. & ita in terminis conſuluit Pa-*
*ris conſ.*160.*per totum lib.*4.*Burſat. conſ.*
69.*num.*13.*lib.* 1. & ſic habetur quod ſi
Scipio viueret,& contra eum prætenſum
ſtuprum probatum fuiſſet,prout non fuit,
ad pœnam,& ad nihilum tenebatur.

Secundò , prætenditur ſtuprum ipſum
fuiſſe factum ab anno 1590. vt in Lucre-
tiæ articulo 5. fol. 48. & ex fide reſtitu-
tionis de anno 1591.fol.22. & in vita
ſtuprantis non fuit cõqueſta vſque ad an
num 1612.& ſic per annos 22.tacuit,ex
quo pro prætenſo ſtupro agere non pote
rat,nec poteſt iuxta *text.in l.Mariti Le-*
*nocinium* ff.*ad l.Iul.de adult.ibi*(*Ne crimẽ*
5 *quinquennio continuo † ſopitũ excitetur*)*&*
*in* §.*hoc quinquẽniũ legitur*(*hoc quinquẽniũ*
*obſeruari legislator voluit, ſi Reo,vel Reæ*
*ſtuprum, adulterium,vel lenociniũ obijcia*
*tur* ) *idem in* §.*fin. & vtrobique gloſ. &*
*Doctor.& licet ibidem in d.*§.*eum qui* di-
6 catur,niſi per † vim ſtuprum commiſſum,
tunc ſine præſcriptione temporis, intelli-
gitur quando interuenit vis,& accuſatur
*lege Iul.de vi ad l.Iul.de adulter.ſiue ſtu*
*pr.vt ibidem dicit gloſ.in verſic.huius tem*
*poris quinquennij, loquens per verba Ca-*
*uè,ne aliter intelligas, & gloſ. inſtit. de*
*pub.Iud.*§.*item lex Iulia de adulter. ver.*
*ſic.cum relegatione Boer.deciſio.* 26. *num.*
12.quanto fortius in hoc caſu, vbi d.Lu
cretia à die prætenſi ſtupri per annos 22.
7 & plus tacuit, & ſpatio annorum † vigin
ti tantum omnes criminales actiones prę
ſcribantur *Bart.in l.querelam C.ad l.Cor*
*nel.de falſ.& Boer. deciſio.*26. *num.*1. &
ſic contra Lucretiam ſua prætenſa actio
ſtupri tempore cępti Iudicij,erat præſcri
pta ne dum quinquennio,ſed plus anno-
8 rum viginti duorum,eique talis † præſcri
ptio obſtat,& per Iudicem obſeruari de-
bet iuxta *text.in l.adulter.C.ad l.Iul. de*
*adulter. vbi legitur* ( *adulter poſt quin-*
*quennium commiſſum adulterium, quod*
*continuum numeratur,accuſari non poteſt*
*eaſque præſcriptiones legibus reo datas au*
*ferri non poſſe* ) *ibique gloſ.in verſic. adul-*
*terium* dicit idem ſi de lenocinio, vel ſtu
pro aliouè capitulo huius legis accuſa-
tur,vt *d.leg. mariti* §. *hoc quinquennium*
*ff.eod.*& ſic præſcriptiones ipſę per Iudi-
ces obſeruari debent,vt ibidem *gloſ.Bar.*
*Bald.& Doctores omnes*,ergo ipſa Lucre
tia à tali Iudicio excludi, & reijci debet.

Tertiò, dicta Lucretia prætenſi ſtupri
vltra, quod actione carebat, vult eam
exercere contra Marcum Antonium prę
tenſi ſtuprantis filium, & hæredem, & cũ
9 prætenſa † actio deſcendat ex delicto,
quod lite non conteſtata cum defuncto,
in hæredem non tranſit,per *text.in l.vn.*
*C. nè ex delicto defunct. ad quod adduci*
*poteſt gloſ.notabilis in verſi.aſſalierit,quæ*
10 *ſit prima cauſ.ben.amitt.*vbi † culpa non
placitata in patre non placitatur in filio
11 quam *gloſ.* multi ſequuntur , & licet †
*Iſern.ibidem num.*26.*& ſeq.* contra eam
tenere videatur per ſenſatam rationem
more ſolito,quia ex delicto commiſſo te-
nens feudum ob quod perdit tenebitur
hæres tamquam delictum circa rem ex
contractu cum modo habitam, vt eſſet
fidelis, & ſi non impleto modo, condici-
tur,& vendicatur per *l.* 1. *C.de don.quæ*
12 *ſub modo l.*2.*C.de condit.ob cauſ.* † condi
tio, & vendicatio ciuiles actiones ſunt, &
ad rem dantur non ad vindictam defun-
cti,& ex contractu naſcuntur, quia ſic cõ
uenisti ſi eſſes infidelis rederes,licet per-
des,& reſtituas,quia deliquiſti,nihilhomi
nus actio iudicabitur ſecundum natu-
ram,propriamque actionem,quæ origina
liter,vt ſit ciuilis,& perſequutoria non
intuebitur quod ſuperuenit, & accidit
ſcilicet delictum ſuum ob quod perdit
hanc *Iſern.* concluſionem poſui ad con-
fuſionem nonnullorum contrarium tenẽ
tium,& merito cum à tali *Iſern.* dicto ter
giuerſari non poſſit , licet ad caſum no-
ſtrum

Digitized by Google

ſtrum non faciat, quia prætenſa actio Lucretiæ ex prætenſo ſtupro originem habet, quod ſi eſſet probatum, & tempus largiretur, cum ex delicto pendeat con-
13 tra defuncti † hæredem non tranſit iuxta *text. in l. vni. C. nè ex delict. defunct. l. 1. in princip. & in fin. ff. de priuat. delict. l. ex iudiciorum in fine ff. de accuſ. l. ſicuti pœna l. pupillum §. in hæredes ff. de reg. iur. & ex alijs Octau. Oſaſc. Pedemont. deciſio. 152. nu. 1. & ſeq.* reiectis contrarijs firmat quod & ſi de Iure Canonico prætendatur contrarium, quia hoc expreſſe de iure
14 ciuili fundatur, ius † canonicum de hoc loquens poſſet habere locum in locis eccleſiæ quoad temporalia, & illius ſubditos, ius autem ciuile quoad temporalia eccleſiæ non ſubiectis, & ſic in hoc Regno non dubitandum.
15 Quartò, dico quod hæc actio † eſt iniuriarum, quæ neque hæredi, neque contra hæredem datur *l. iniuriarum in principio ff. de iniur. §. qui in reatu decedit* integri ſtatus decedit, & crimen mortalitate extinguitur, iuxta *text. in l. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi gloſ. & Doctores* vnde tale crimen etiam ſi probatum fuiſſet, per mortem Scipionis fuit extinctum, & ob
16 annorum viginti duorũ † taciturnitatem nè dum fuit præſcriptum, ſed abolitum ad *text. in l. non ſolum §. iniuriarum ff. de iniur. & §. fin. inſtit. eod.* & per exceptio-
17 nem † iuris defectus oppoſitam fol. 3. aterg. quæ idem eſt quod carentiæ actionis, quia vt generalis exceptio, recipiens omnes, & quoſlibet iuris defectus circa actionem ipſam intentatam propter illud nomen iuris defectum, cum actio, & ius agendi idem ſunt vt *inſtit. de action. in princip.* Tamen dum agens ponitur vt genus vbi per *Ioan. Fabr. & Zaſ.* ſi erat neceſſarium, vt talis exceptio opponatur, vt aliqui *DD.* dicunt, & non fuiſſet oppoſita, vt fuit, vt dictum eſt, nihilhominus, vna parte non opponẽte, acta ſunt nulla, vt * communiter teneri firmat *Menoch. de arb. iudi. lib. 1. q. 16.* ex quo de tali ſententia ex actis nullis facta nulla eſt habenda ratio *vulg. iur.* & ex infra dicendis.

Quintò, tempore intentati iudicij dũ
18 Lucretia † carebat actione, ad iudicium ipſum admitti non debebat, *Matteſil. ſing. 7. vbi Gabr. Sarayn* & iudex actione carentem ex officio repellere debet iuxta *text. in l. 2. ff. de dot. priuil. ex notatis per gloſ. & Doctor. in l. vbi pactum, gloſ. in 2. § quo actor C. de iuramen. calum. in §. ſi pactus ne peteret, & in l. plene ff. de pecul. hæred. & ex alijs Muſcat. in ſua praxi ciuili verſic. actionis num. 9. 13. & ſeq. fol. mihi 61. & Abb. in cap. ad aures de præſcript. vbi ſequitur Felyn.* ſi apparet probata præſcriptio ex actis, licet non ſit oppoſita exceptio, & *colum. 1. verſic.* ſtantibus iſtis dicit, quod pro hoc ampliatur doctrina gloſæ* communiter approbatæ
19 in *l. ſi pactum C. de tranſact.* quod † iudex poteſt repellere nẽ dum illum, cui nulla competit actio, ſed etiam illum cui compe it, quæ inefficax, & inutilis eſt *Bald. & late Salic. reſpondens ad contraria in l. ſicut in 6. oppoſitione C. de præſcript. triginta annorum gloſ. in verſic. habeatur Bald. in l. omnes eodem titul. & ad hoc ponderatur text. in d. cap. ad aures*,
20 dum dicit, quod † præſcriptio exceptionem excludit, & tuetur ope exceptionis, cum exceptio ſit actionis excluſio *l. 1. & 2. ff. de except.* & præſcriptio omnem actionem excludit *Abb. & Felyn. in d. c. ad aures*, vnde ſententia, & actus ſunt nul-
21 li etiam quia in maleficijs † naturalis obligatio præſcriptione tollitur *Bald. in auth. ad hac C. de vſur. Ang. in repet. l. 1. colum. 2. C. de iudic. quos refert, & ex alijs firmat* Imol. *in repet. cap. fin. colum. 25. de præſcript.* & ſic conuentus moleſtandus non eſt.

Sextò, circa petitionem alimentorum dico, nullo iure, aut authoritate vſque
22 hodie vidiſſe caueri, concubinæ † alimẽta deberi, & ad hoc propoſitum adduco notabilem doctrinam *Iacobi Butrig. in l. ſi patrono C. de negot. geſt.* dicentis, quod
23 quidam qui quandam † iuuenculam tenuerat, & repetere volebat expenſas, quas ei fecerat ſi erat ſana, & ætate acta ad ſeruitia non repetet: ſin autem non fuiſſet ſana pœnes eum, vel talis ætatis, quod eius nullæ erant operæ, tunc ſecus

ergo

Digitized by Google

ergo ſi alimenta facta ſeruę, quæ non ſeruierat non petuntur, dictæ Lucretiæ Expoſitæ prætenſę concubinæ poſt ipſius reſtitutionem factam Oeconomis Sanctiſſimæ Annũtiatæ à quibus Scipio fuit quietatus, alimenta nullo modo debentur, & à fortiori, ſi vxori non debentur niſi correſpectiuè ad dotes, & conſtante matrimonio, & poſtea per menſes ſex tantum, dum dos ei reſtitueretur, iuxta *Neapolitanam cõnſuetudinem de iur. dot. cum vulg.* ergo concubinæ nequaquam, maximè, quod vllo iure cauetur.

Vltimò, nec intereſſe aliquod debetur maximè à die prætenſi ſtupri, vt prætenditur, cum non adſit debitum. Nec dos prætenſa debetur, & ſi omnia deberentur
24 prout nihil debetur, aduertendum eſt, † quod intereſſe non debetur niſi ex mora *l. ſocium qui in eo ff. prò Soc. l. lecta ff. ſi cer. pet. Aym. conſil.* 350. *Aret. conſil.* 151. *in* 2. *dubio Hieronym. Magon. deciſio. Floren.*
25 103. *num.* 1. & nulla intelligitur fieri † mora vbi nulla adeſt petitio *l. nulla ff. de reg. iur. l. ſi pupillus ff. de verb. oblig.* neceſ-
26 ſaria eſt enim † interpellatio legitimo loco *d. l. mora* quando dies determinata non adeſt, quæ pro homine interpellat, cum hic nulla adſit obligatio, nulla promiſſio, nullum debitum, ideò nullum intereſſe debetur, & ex his breuiter dictis, ipſe Marcus Antonius ab omnibus ex aduerſo petitis, & prætenſis abſolui debet, ſententiamque ipſam ad quantitatem liquidandam in nihilo exequi, & ita mihi videtur ſaluo dominorum iudicantium ſaniori Iudicio.

*Die 6. Martij anni* 1614. *per D. Conſiliarium Ioann. Andr. Georgium cauſæ Commiſſarium ſententia fuit liquidata in ducatis viginti, de quo pars obtinuit fieri verbum in Sacro Conſilio, quo facto die* 22 *Octobris eiuſdem anni* 1614. *cum interuẽtu Præſidis, per Sacrum Conſilium fuerunt ei dati ducati quinquaginta miſerationis cauſa, & ita exequutum, pœnes de Mondellis Sacri Conſilij Actorum Magiſtrũ.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Indignus ſuccedit, ſed Fiſcus in pœnã delicti aufert.*
2 *Indigni hæreditas remanet pœnes hæredem donec Fiſcus capiat, & nu.* 33.
3 *Defendens ſe etiam quod offendat non delinquit, & vbi non eſt maleficium non eſt pœna.*
4 *Compoſitus cenſetur reſtitutus, qui ſuccedere poteſt, & nu.* 40
5 *Innocens ſuccedere poteſt, & n.* 50.
6 *Patris factum filijs non nocet.*
7 *Pœna ad ſuos debet reſtringi authores.*
8 *Patris macula filios non aſpergit.*
9 *Teſtator poſt mortem alios vocans, intelligitur de morte naturali, non de violenta à futuro ſucceſſore illata.*
10 *Verba generalia ad merentes, non ad indignos extendi debent.*
11 *Odioſi non compræhenduntur in gratijs.*
12 *Maritus occidens vxorem, lucro dotis priuatur, & nu.* 13
14 *Vaſallus ſi delinquat etiam non contra dominum ipſe, ſuique filij feudo priuãtur.*
15 *Pater quando ipſe non poteſt ſtare in Curia ſine dedecore non poſſunt nec eius filij.*
16 *Occidens fratrem, vel agnatum propter grauem offenſam ipſe, ſuique filij ſucceſſione priuantur, & nu. ſeq.*
18 *Fideicommiſſum, & maioratus idem ſunt.*
19 *Filij occiſoris carent occiſi ſucceſſione, etiam ex expreſſa diſpoſitione vocati dummodo non proprijs nominibus, & quare.*
20 *Cauſæ ciuiles, an feudalibus legibus decidi poſſint.*
21 *Occiſor quilibet, cuiuſlibet occiſi etiam nõ feudatarij ſucceſſione priuatur.*
22 *Indigno inſtituto, vel legatario relicto, acquiritur, ſed Fiſcus accipit.*
23 *Indigno vno exiſtente, alius capax capit.*
24 *Occidens aliquem nedum ei non ſuccedit ſed nec eius hæres.*
25 *Proximior, excluſo incapace, & Fiſco ſuccedit.*
26 *Homicida quando eſt incapax, & perdit*

Digitized by Google

dit ſubſtitutionem.
27 Occidens nè dum effectiuè, ſed occidere tentans, occiſi ſucceſſione ante conſumationem delicti priuatur.
28 Indignus eſt ille, qui negligentia, & culpa ſua mulier à qua hæres inſtitutus erat moritur.
29 Incapax eſt ille, qui ſucceſſione à lege priuatur.
30 Subſtitutus capit, ac ſi incapax in medio non eſſet.
31 Occidens vxorem, dotis amittit commoda.
32 Incapax dum quis efficitur, omnem ſuccedendi ſpem amittit.
34 Damnatorum, & delinquentium bona quomodo & quo iure applicantur Fiſco.
35 Alienatione prohibita, cenſetur prohibita, & confiſcatio.
36 Peculij aduētitij proprietas non venit in publicatione bonorum.
37 Filiusfamilias, nec delinquendo alienat.
38 Defenſio debet eſſe cum moderamine, & incontinenti.
39 Inſultus poſt rixam non videtur defendendi cauſa factus, ſed ad vindictam.
41 Proximior vocatus ſuccedit, remotioribus in gradu excluſis.
42 Reſtitutio criminis nil operatur circa ea, quæ reſtitutus non habuerat.
43 Patre mortuo exiſtente primogenito rebelle, vel incapace, & ſucceſſit ſecundogenitus, ſi primogenitus reſtituitur, an hæc reſtitutio habeat locū ad feuda ſecundogenito deuoluta.
44 Reſtitutio per iuſtitiam intelligitur etiam ad bona.
45 L. 1. §. fin. ff. de quæſt. intellectus.
46 Reſtitutio per indulgentiam non comprahendit bona.
47 Beneficium de iure quæſitum, Princeps nō tollit.
48 Compoſitio eſt commutatio pœnæ corporalis.
49 Compoſitio non fit, niſi de delicto conſtet.
50 L. 3. de interdict. & releg. non obſtat in hoc caſu.
51 Gradus prærogatiua an faciat ceſſare ſubingreſſionem.
52 Prior in gradu, potior in ſucceſſione, & numero 53.
54 Hominis prouiſio, prouiſionem legis ceſſare facit.
55 Damnatus ſi per flagitium acquiſiuit, portiones liberorum non augentur.
56 Pater, & filius, eadem perſona cenſentur.
57 Filius quidquid acquirit, patri acquirit.
58 Pater in bonis aduentitijs filij habet vſumfructum.
59 Actione carens, non experitur.
60 Fiſcus, vt auferat, neceſſe eſt ſe fundet in perſona eius à quo aufert.
61 Lucra turpia ſunt extirpanda.
62 Fiſcus relictum factum incapaci non aufert.
63 Neapolitanorum bona ex quocumque crimine, excepto hæreſis, & Maieſtatis non confiſcantur.
64 Occiſoris filius occiſo non ſuccedit.
65 Excluſa vna perſona, omnes deſcendentes ex ea excluſæ cenſentur.
66 Filius ſpurius ad ſucceſſionem ſui patris non admittitur.
67 Incapax excluſus habetur pro mortuo, ac ſi in mundo non eſſet, & omnem ſuccedendi ſpem amiſit.
68 Intellectus l. Diuo Marco C. de quæſt.
69 Bonorum antiquorum de medietate diſponitur, reliqua medietas relinquenda eſt proximioribus.
70 Bona quæſita poſſunt ad libitum acquirentis alienari.
71 Occiſores, bonorum, & ſucceſſionis occiſi ſunt incapaces.

## Pro V.I.D. Marco Antonio de Palma contra Berardinum, & alios de Palma.

### ARGVMENTVM.

*Occidens nè dum ipſe, ſed eius filij priuantur ſucceſſione occiſi, etiam in bonis fidei commiſſo ſubiectis.*

## CONSILIVM CIX.

IN hac cauſa dum Sacrũ Conſilium decreuit ab hæreditate quondam Antonini de Palma, Catharinæ de Palma eius ſorori delata, deducenda eſſe bona fideicommiſſo per quondam Iacobum Antonium de Palma facto ſubiecta in beneficium cuius declarabitur fol. 127. & tempore mortis Antonini ſine filijs, Scipionem, & Berardinum patruos ſuos carnales ſuperuixiſſe, dictumque Berardinum, & Vincentium eius filium appenſate cum Pugione Antoniũ interfeciſſe fol. 170. 175. eſt videndum an bona omnia fideicommiſſaria d. Marco Antonio, vti Scipionis filio, an medietas, & alia medietas dicto Berardino, vel eius filio applicari debeãt, & videtur dicendum pro Berardino, eiuſque filio, ex pluribus.

Primò, ex dictis per *Regentẽ de Ponte in tract. de Poteſt. Proreg. in titul. de refut. feud.* §. 9. *num.* 7. *fol.* 424. vbi differendo
1 indignum ab incapace, vult, quod † indignus ſuccedat, & non ſit incapax, ſed Fiſcus in pœnam delicti aufert ab eo tamquam ab indigno ex *Bart. Salic. & alijs in l. hæreditas C. de his quib. vt indig. & Pereg. de iur. Fiſc. lib.* 3. *c.* 3. *per Regentem allegatis*.

2 Secundò, donec per † Fiſcum hæreditas auferatur, remanet pœnes hæredes, & nemo de indignitate opponit niſi Fiſcus per *l. his conſequenter ff. famil. erciſc.*

3 Tertiò, tale delictũ fecerũt, ex cauſa ad † defenſionem, ex quo maleficium non cõmiſerunt, vt per *Bald. in l. data opera* C. *qui accuſ. poſſ.* & vbi non adeſt maleficiũ, non eſt pœna *l. ſancimus* C. *de pœn.*

Quartò, de tali crimine Berardinus
4 fuit † compoſitus, & ſic reſtitutus, qui ſuccedere poteſt *per l.* 1. C. *ſent. paſſ.*

Quintò, ſi Berardinus, & Vincentius eſſent culpati, & excluſi, adeſt Iacobus
5 Antonius alius eius † filius forſan innocens, qui ſuccedere poteſt, per *l.* 3. *ff. de interd. & releg.* vbi ſi pater amittit Ciuitatem, filijs non præiudicat, in his quæ à genere, & à maioribus habuit.

6 Sextò, factum † patris, filijs nocere non debet per *text. in l. cum ratio ff. de bon. damnat.*

7 Septimò, pœna † ad ſuos debet reſtringi authores, vt in *l. ſancimus* C. *de pœn.*

8 Octauò, & vltimò, † macula patris, filios non aſpergit, dicit *Regens de Ponte vbi ſupra per l. Diuo Marco* C. *de quaſt.*

His, & ſimilibus in contrarium non obſtantibus, contrariam ſententiam magis iuridicam, & veriorem eſſe puto, ex pluribus.

Primò, teſtator quando dixit quod vnus ſuccedat alteri ſine filijs decedenti, excluſis fœminis, intellexit, & intelligi-
9 gitur, de decedente † morte naturali, & non violenta à futuro ſucceſſore illata, qui intellectus eſt neceſſario ſumendus in tali inſtitutione, & ſubſtitutione, ne ſucceſſores contra viuentes votum captãdæ mortis haberent iuxta *text. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. &*
10 *l. fin.* C. *de pact. vbi Doctor.* & † verba generalia reſtringi debent ad merentes, non autem ad indignos, vel odioſos, etiam in materia mere fauorabili, iuxta *text. in l. Lutius Titius ff. de leg.* 2. *per quẽ text. Bald. in cap. fin. colum.* 1. *de præſumpt.* dixit, quod Papa non videtur velle pro-
11 uidere indignos, quia † odioſi non compræhenduntur in gratijs, vt in *l. teſtamento centurio ff. de manumiſſ. teſtam.*

12 Secundò, maritus † occidens vxorem lucro etiam ex pacto, vel conſuetudine ſibi debito, ipſo iure priuatur, & dos ad hæredes vxoris pertinet iuxta *text. in l. ſi ab hoſtibus* §. *ſi vir ff. ſolut. matrim. l. re legatorum in fin. ff. de releg. l. ſiuẽ hæreditaria in fin. ff. de neg. geſt.* Quinimmò ne-
13 dum quando vir realiter † vxorem occidit, omne lucrum perdit, ſed etiam quando non occidit, ſed cauſam morti dat, vt puta, ſi ei de alimentis, & alijs neceſſarijs non prouidet, ita quod ex hoc vxor moriatur, tale lucrum perdit, *Bald. & Raphael*

Digitized by Google

*phael.in d.l.ſi ab hoſtibus* §. *ſi vir idem Bald.in l.quid in vxorem C.de neg. geſt. in auth. dos data C. de don. ante nupt. & Paul.de Caſtr.in d.*§. *ſi vir* dicit, quod hoc habuit de facto Florentiæ, quem refert, & ſequitur *Iaſ.*& firmat *Hyppol.de Marſil.conſil.*93.*num.*3.*& plur.ſeq.*

14 Tertiò, ſi † vaſallus committit delictum non contra dominum, ipſe, ſuique filij, & deſcendentes feudum amittunt, & ſi ſit paternum ad proximum agnatum reuertit, per *text. ad literam in cap.* 1. §. *denique verſ.ſi vero, quæ fuit pri.cauſ.ben. amitt.*ibique omnes *Feudiſtæ* ex illo *tex.*
15 colligentes firmant, quia ſicut † Pater, ita nec filius in Curia honeſtè ſtare poteſt argumento *l. quod ſi nolit* §. *mancipium ff.de ædil.edict.Iſern. in cap.*1.*ſi vaſal.feud.priu.& in c.fin.quæ ſit prim.cauſ. ben.amitt.Cyn.in l.fin.C. de liber. & eor. liber.Bald.in cap.*1. §. *hoc quoque de ſucceſſ.feud.Aluar.in d.*§.*ſi.cōcl.*1.*per tex.in cap.*1 *ſi vaſall.culp.ſi de feud.milite ſequitur Zaſ.de feud.part.*10.*num.*96.*& ita pro regula ponit Aluar.in d.cap.* 1. §. *fin. num.*7.*quæ ſit prim.cauſ.ben.amitt.& ex alijs Conſi.Fab.de Ann.conſi.*128.*num.*1
16 *&* 2. propter eius † grauiſſimam offenſam, quæ principaliter non reſpicit dominum, ſed fratrem, vel alium agnatum occiſum ad bona feudalia paterna, vel antiqua fratris occiſi, occidens, nec ſui filij admitti debent, per generalitatem *cap.ſi vero, an ille, qui interfic.fratr.domi-*
17 *ni ſui:*Nam ſi frater propter fratricidium feudo ſuo priuandus venit, & feudum ipſum ſi paternum, ad proximum agnatum reuerti debet, quanto fortius ad feudum fratris, vel filij fratris occiſi admitti non debet, prout ita ex alijs reiectis contrarijs firmat *Scurph.conſil.*43.*per totum, & conſil.*54.*num.*6.& nè dum occiſores, ſed & ſui filij, & deſcendentes feudo occiſi priuantur per *d.cap.*1. *an ille, qui interf. fratr.d. ſui notat gloſ.in d.cap.*1.*ſi vaſall. feud.priu.& firmat Gregor.Lopez.in l.* 13 *gloſ.*12.*titul.*2.*part.*6.*hiſpan.*ſubdens, ex quo inferes ad maioratum, & ſic ad ca-
18 ſum noſtri † fideicommiſſi, quod eſt idē quod maioratus, quod nihil aliud eſt, quam fideicommiſſum, de quo in *l.cum ita legatur* §.*in fideicommiſſo ff. de leg.* 2. *& in l.peto* §.*fratre* ff.*eod.dixitque Palat. Rub. in repet. cap. per veſtras de donat. inter vir.& vxor* §. 44. *num.* 5. *Couarr. var.reſolut.lib.*1.*cap.*15.*num.*14. *Molin. de primog. hiſpan. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7.
19 quod procedit etiam ſi † filij ad eam rem ex expreſſa diſpoſitione eſſent vocati, dummodo non proprijs nominibus, ſed ſimpliciter ſub nomine filiorum, quia contemplatione patris vocati præſumuntur, ideoque excluſo patre, ipſi quoque excludūtur tradit *Iſern.in d.cap.*1. *ſi vaſall feud.priu.* & licet iura, & authorita-
20 tes allegatæ loquantur in † materia feudali, tamen bene per ea caſus noſter decidi poſſet, quia magis * communis opinio eſt; ſicut & verior quod totus liber feudorum, ad deciſionem cauſarum iuris communis allegabilis ſit prout tenent *Odofred.Iſern.Bald.Aluar.&* Mart. *Laudenſ.in prælud.feud.* vnde *Bald.* ibi dixit, deficiant latrare pertinaces, quia iſtud opus per omnes obſeruatur, ſequitur *Iaſ. in vſib. feud. in primo caſu in princip. q.* 1.

21 Quartò, quid egemus exemplis, ſi † quilibet occiſor cuiuſcunque occiſi ſucceſſione priuatur, & in proprio caſu fideicommiſſi eſt *text.apertus in l.*2.§.*fratris ff.ſi quis aliq.teſt.probib.ibi(fratris autem factum, fratri non nocet, ſi fidei eius qui dolum admiſit commiſſum eſt, vt hæreditatem reſtitueret, ea hæreditas caduca cum ſuis oneribus fiet, vt commodum legis falcidiæ Fiſcus ſentiat, dodrātis autem fideicommiſſarius)ibique gloſ.& Bart.num.*10 *& in l.codicillis* §.*mane ff.de leg.*2.firmat in occidente filium fratris, vt in noſtro caſu, eſt etiam *text.in d.l.cum ratio* §.*fin.ff. de bon.damnat. l. Lutius Titius in metallum ff.de his quæ pro non ſcrip.hab.Cyn.in l.hæreditas* ff.*de his quib.vt indign.*dicit, aut capere poteſt ex teſtamento alterius, tamen propter vitium ſuum non capit ibique *Petr.de Bellapert.* dicit inſtitui-
22 tur, † vel ſibi legatur hæres, vel legatarius eſt, ſed aufertur ei hæreditas, vel legatum, & fideicommiſſum, & ea tenetur

ſoluere Fiſcus cui applicantur *l. ex facto §. videamus de vulg. & pupill. ſubſtit. ibidemque Iacob. Butrig.* dicit, quod ſi hæredes reperiuntur indigni tunc applica-
23 tur Fiſco, ſed quando de † pluribus vnus eſt indignus, hinc eius portio accreſcit alijs ideſt capacibus *l. cum quæſtio C. de leg. Bald. in l. eam quam num.* 10. *verſic. hæc faciunt ad quæſtionem C. de fideicommiſſ. vbi gloſ. in verſic. comprobata, Iacob. de S. Georg. in eadem l. hæreditas num.* 7. *&* 8. *concordando opinionem Bart. & Bal.*
24 concludit, quod † occidens aliquem nèdum non ſuccedit ei, ſed nec eius hæredi per *d. l. Lutius ff. de iur. Fiſc.* vbi habetur, quod vxor occidens maritum, non poteſt ſuccedere eius filio, ex marito procreato; *Pereg. de iur. Fiſc lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *& de fideicommiſſ. in propria materia loquẽs art.* 22 *num.* 98. *ex alijs multis firmat*, &
25 ſic † Berardino interfectore, & Fiſco excluſis ſucceſſit Scipio Marci Antonij pater per prædicta iura, & authoritates, & in terminis firmat *Scurſ. d. conſi.* 54 *num.* 4 *fol.* 286. *Hyppol. de Marſil. d. conſ.* 93. *num.* 8. in fratre occidente fratrem, vel filium fratris *Barbat. conſil.* 8. *per totum lib.* 3. *qui alios multos adducit, & eſt * communis opinio, quam tradit Iul. Clar. in §. homic. verſic. priuatur pract. crimin. lib.* 5. *Conſil. Fab. de Ann. d. conſil.* 128. *num.* 13. *dictam * communem, & alios adducens & * communius eſſe firmat Boer. deciſi.* 25
26 *num.* 8. *ſubdens* Nam ipſe † homicida eſt incapax, & etiam ſui hæredes talium turpiter quæſitorum, & *num.* 11. ſequitur quod frater ſubſtitutus, in caſu mortis non ſuccedit, in vim ſubſtitutionis, occidendo fratrem, cui eſt ſubſtitutus, nè dolus ei proſit *d. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir*, & ſic homicida perdit ſubſtitutionem de eo factam poſt mortem fratris, ab eo occiſi, & eius portio accreſcit alijs fratribus quia excluſus pro mortuo habetur, quam concluſionem firmans *nu.* 14. pluries ita deciſum teſtatur.

27 Quintò, non ſolum qui † occiderit, ſed qui cogitauerit aliquem interficere ſua ſucceſſione incapax eſt, & ante conſumationem delicti ſucceſſit priuatio hæreditatis ad notata per *Bart. in l. filius familias §. diui ff. de leg.* 1. *& in l. abſenti §.* 1. *ff. de acquir. hæred.* dum concludit, quod prohibita alienatione, dicit ſi alienabit, vel tentabit alienare, cum verba ipſa ſignificant tempus ante alienationem perfectam antequam ſequatur, & eſt in actu alienandi inducitur priuatio, & in iſto caſu habuit locum tranſlatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, in Scipionem ſubſtitutum vocatum, quando Berardinus, & Vincentius tentauerunt Antoninum occidere, vt in terminis concludit *Ruin. conſil.* 129. *colum.* 2. *lib.* 2. *& ex alijs Roland. à Vall. conſil.* 56. *num.* 11. *circa finem & ſeq.* quanto fortius quia prædicti, nè dum tentauerunt, ſed realiter appenſate Antoninum occiderunt, & fuerunt excluſi, & omnia bona fideicommiſſo ſubiecta Scipioni tempore mortis Antonini proximiori in gradu viuenti acquiſita, & ſucceſſiuè præſenti Marco Antonio eius filio applicari debent.

Ex his intentio Marci Antonij eſt fundata, vt obtinere debeat, reſtat reſpondere contrarijs.

Primum enim contrarium ex *Regente de Ponte* in eo quod dicit indignum ſuccedere, & ab eo aufert Fiſcus, non obſtat, quia nihil ad caſum noſtrum facit, cum non ſimus in indigno, quem *Regens* nec declarat, & pro faciliori dilucidatione,
28 dico ꝙ indignus † eſt ille qui id effecit, vt negligentia, & culpa ſua mulier à qua hæres inſtitutus erat moreretur, vt in *l. indignum ff. de his quib. vt indig.* ſed ſumus
29 in incapace, † & eſt ille qui ſucceſſione à lege priuatur *Peregr. de iur. Fiſc. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. cum dicti Berardinus, & Vincentius occiſores per prædicta iura & authoritates ipſo iure Antonini occiſi ſucceſſione priuati fuerunt, & capere nequeũt, alijs defertur qui illam ceperint, ſi incapaces vti in medio non eſſent, tan-
30 quam † ſubſtituti, vel ab inteſtato venientes excluſo Fiſco, vt ſuperius latè fundatum eſt, *Peregr. de iur. Fiſc. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *& eſt caſus in d. §. ſi vir. ibi*
31 (*ſi † vir vxorem ſuam occiderit dotis actionem hæredibus vxoris dandam eſſe*

Procu-

Digitized by Google

*Proculus ait, & rectè, non enim æquum eſt virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucrifacere*) vbi *gloſ. in d. verſic. lucrifacere ex alijs firmat* etiam ſi ex pacto lucraretur non lucratur, & firmat *idem Regens d. ſuo in loco num. 7. circa finem* dicens, &
32 dum ex delicto quis efficitur † incapax, tunc omnis ſpes circa potentiam ſucceſſionis eſt perempta, & ſic nec ſpem ſuccedendi habet, vnde primum contrarium reſolutum remanet.

*Lex bis conſequenter ff. fam. erciſc.* in
33 ſecundo contrario, quod donec per † Fiſcum hæreditas non aufertur remanet pœnes hæredem, & nemo de indignitate opponit niſi Fiſcus, nec obſtat.

Primò, quia dicta *lex bis conſequenter* limitatur vt non procedat ſi ſit alius non interficiens, qui in eodem gradu ſit cum interfectore, ille alius ſuccedit, *Din. in l. ſi ſequens quæſtio ff. ad ſen. conſult. Syllan. Bart. in d. §. fin. d. l. cum ratio*, & ſic Berardino, & Vincentio interfectoribus, & Fiſco excluſis debet ſuccedere Scipio non interfector in eodem gradu exiſtens vt in terminis firmat *Scurf. d. conſil. 54. num. 4 fol. 286.* & iuxta ſententiam inuictiſſimi Caroli V. Imperatoris feliciſſimæ memoriæ, quod occiſo Alexandro Florentiæ Duce, Laurentius proximior, quia interfector, eiectus fuit, & delata ſucceſſio Coſmo ſequenti in gradu, refert, & ex alijs firmat *Pereg. de iur. Fiſc. d. lib. 2. c. 3. num. 17. circa finem* ſic ſuccedere debet Scipio qui ſublato interfectore ipſe ſolus remanet proximior.

Secundò, licet non ſimus in indigno, ſed in incapace, vt prædiximus, tamen,
34 & ſi de iure *Digeſtorũ* bona † delinquentium, vel damnatorum, aùt indignorum quærebantur Fiſco *d. l. Lutius ff. de iur. Fiſc. & ex alijs gloſ. in verſic. inducendam* & per ius *Authenticorum* fuit innouatum quod quærebatur aſcendentibus, deſcendentibus, & collateralibus vſque ad tertium gradum, vt in *Auth. vt nulli Iudicum §. finali & in auth. bona dãnatorum C. de bon. proſcript. ſeu damnat. & per conſtit. Regni incip. foriudicatorum bona burgenſatica ſi liberos, vel parentes vſque ad tertium gradum non habeant, non debet Fiſeo applicari*, & de feudalibus, Fiſco, & liberis cum diſtinctione, vt ibi, Hodie per gratiam huic Ciuitati Neapolis factam per viam legis, hæc publicatio ſublata eſt, & ex quocumque delicto, excepta hæreſi, & Maieſtatis nihil quæritur Fiſco, vt prædiximus, & firmat *Præſid de Franchis d. deciſio. 213. num. 24.* dum nihil pertinet ad Fiſcum, talis lex, & aliæ authoritates quæcunque ſi in Fiſci fauorem adeſſent, in caſu noſtro nihil operatur per d. gratiam in dies obſeruatam, & deciſam.

35 Tertiò, teſtator fideicommittens, † prohibuit alienationem bonorum, & ſic eorum confiſcationem *l. Imperator in princip. vbi Bart. ff. de fideicommiſſ. libert. Alexan. conſil. 23. lib. 1. Det. conſil. 442. colu. 2. Socc. conſil. 121. colum. 4. lib. 4. Hyppol. de Marſil. ſing. 314. Ruin. conſil. 23. colum. 4. conſ. ſeq. lib. 5.* quia confiſcatio eſt alienatio, vt per *Bart. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus in 6. q. ff. de damn. infect.* vbi
36 concludit quod † proprietas peculij aduentitij non venit in publicatione bonorum filij, quia ei omnis alienatio eſt interdicta *l. cum non ſolum §. filius C. de bon.*
37 *qua liber.* ergo etiam † delinquendo non alienabit, & ex alijs *Roland. à Vall. d. conſil. 56. num. 8. & ſeq. lib. 1.* & facilius in caſu noſtro vbi Berardinus, & Vincentius, ob eorum incapacitatem per delictum nihil eis fuit vnquam acquiſitum, ex quo Fiſcus caperet, & ex his ſecũdum contrarium ſublatum remanet.

*Lex ſancimus* C. *de pœn. & dictum Bald. in d. l. data opera, C. qui accuſ. poſſ.* quod delictum ad defenſionem factum, pœnam non meretur, vt in tertio contra-
38 rio, nec obſtant, quia † defenſio debet eſſe cum moderamine, & in continenti, puta ſi quis inſultat aliquem cum baculo, non licet inſultato, gladio percutere, ſi aliter defendere ſe poteſt, vt * communiter *Doctores*, ita tenere dicit *Gramm. deciſio. 63 num. 2. & 3.* ſic etiam ſi poſt rixam, ex
39 † interuallo verberantem inſultantem, vulnerauit, cauſa defenſionis feciſſe non videtur, ſed vindictæ, & hæc eſt* commu-



Digitized by Google

nis Scribentium ſententia, quam teſtatur *Bart. Capoll. conſil. crim.* 43. refert *Iul.Clar.in d.§. homicidium verſic. ſcias tamen fol.* 26*.aterg.*& ſic fortius, quam in caſu noſtro, vbi nullo exiſtente inſultu ſed appenſate dictum Antoninum occiderunt, & Deus ſcit ſi cauſa, vt in ſuis bonis ſuccederent, fecerunt, & nullam excuſationis cauſam habent, & per compoſitionem, & contumaciam de tali homicidio patrato ſunt confeſſi, vt infra dicemus, ergo ex his tertium contrarium ſublatum eſt.

Lex *prima C.ſentent.paſſ.* in quarto cōtrario vbi ex quo Berardinus de tali deli
40 cto fuit compoſitus prætenditur reſtitutus, quod ſuccedere poſſit, minus obſtat.

Nam Iacobus Antonius de Palma fideicommittens voluit, & expreſſe mandauit, quod aliquo ſuorum deſcendentium ſine filijs maſculis mortuo, ſuccederet
41 † proximior in gradu, quando poſt Antonini mortem caſus ſucceſſit, Berardino ob delictum incapace reperto, fuit datus locus alijs, ideſt Scipioni, Marci Antonij patri, tempore Antonini mortis, de cuius ſucceſſione agitur, in proximiori gradu exiſtenti, cum ex ordine veniant *l. cum ita §. in fideicommiſſo* ff. *de leg.* 2. *l. fin. ff. de verb ſig. & ex alijs Iſern. quæ ſit prima cauſ.beneſ.amitt.§. præterea ſi vaſallus prope ſupra num.* 10. & ipſe Berardinus qui nihil habuit, nihil amiſit, & con-
42 ſequenter † reſtitutio criminis nihil operatur, maximè circa ea, quæ reſtitutus tempore delicti non habebat, ad *text. in l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. Bart. in l. Gallus §. quid ſi tantum colum. fin. verſic. deinde videtur ff. de liber. & poſthum. & ex alijs Præſid. de Franch. d. deciſio.* 213.*num.*2.*& infra, Iſern. in cap.* 1.*§. præterea ſi vaſallus colum.* 3. *verſic. ſed quid ſi pater quæ ſit prima cauſ.beneſ.*
43 *amitt.num.*12. ſubdit, quod ſi † moritur pater exiſtente primogenito Rebelle, vel incapace ſuccedit ſecundogenitus, ſi primogenitus reſtituitur, hæc reſtitutio locum non habet ad feuda ſecundo genito deuoluta tempore quo primogenitus erat rebellis, vel incapax, & diſputando articulum pro, & contra, tandem dicit, audiui Iudicatum pro ſecundogenito ſtatim, quod primogenitus fuit rebellis, & inhabilis, & ex alijs idem firmat *Lipar.* addens in *verſic.* audiui pro ſecundogenito *Camer. in repet. cap. Imperialem de probib. feud. alien. fol.* 103. *lite-*
44 *ra* C. inſuper talis compoſitio non fuit † reſtitutio per iuſtitiam, ita quod reſtituat etiam bona, prout ita declaratur, & intel
45 ligitur † *text. in l.* 1.*§. fin. ff. de quæſt. vt ex alijs firmat Præſid. de Franch. d. deciſ.* 213.*num.*52. ſed cum compoſitio ipſa
46 ſit facta per indulgentiam, quæ non comprehendit bona, maximè quæ tunc non habebat, ſed nec ſua, ſi confiſcata fuiſſent, per *text. in l.* 2.*C.ſentent. paſſ. Bart. in l. fin. eodem titul. idem Præſid. de Franch. d. deciſio.* 213. *num.* 32. & dum Berardinus tali ſucceſſione priuatur per prædi-
47 ctas leges, & authoritates, & eſt † beneficium ipſi Marco Antonio quæſitum, Princeps beneficium de iure quæſitum de plenitudine poteſtatis, nec tollere poteſt, ad *text. in l ſi ſe non abſtulit §. fin. ff. de re iud. cap. indultū de reg. iur. in* 6. *cap. de his in fin.* 12. *diſtint.* ideò Berardini cōpoſitio nil operatur.

48 Sed quid in hoc vagamus, ſi † compoſitio nihil aliud eſt niſi permutatio pœnæ corporalis, vt ex *Regia Pragmatica* 2. *de compoſit.* Carau. in *Rit. Magn. Cur. Vic.* 276.*num.*7.*ex alijs firmat*, & ſi tollit pœnam non tollit delictum, & infamiam, vt eſt *text. ad literam in l. indulgen-*
49 *tiam C. de gener. abolit.* quæ † compoſitio non fit niſi conſtet de delicto, vt ordinat *d. Rit.* 276. *ibique Carauit. num.*3. ex quo Berardinus tale homicidium negare non poteſt, & ſi compoſitus de pœna corporali, non fuit reſtitutus ad bona maximè quæ numquam habuerat, & ob tale delictum actionem, ac ſpem habendi amiſerat, vt prædiximus, & ſic quartum contrarium reiectum eſt.

*Lex tertia ff. de interd. & releg.* vbi ſi pater amittit Ciuitatem, filijs non præiudicat in his, quæ á genere, vel à maioribus habuit, vt in quinto contrario, nec obſtat

50 obſtat, quia talis † *lex* in caſu noſtro nil operatur.

Primò, quia teſtator voluit, & expreſſe mandauit, quod in caſu alicuius morientis ſine filijs maſculis, eius bona iret ad proximiores ex maſculis, gradus prærogatiua ſeruata, fœminis penitus excluſis fol. 4. aterg. qui † gradus prærogatiua facit ceſſare etiam ſubingreſſionem & repræſentationem, cum data repræſentatione, prærogatiua gradus ceſſaret contra teſtatoris voluntatem, vt per *Paul. de Caſtr. in auth. defuncto C. ad Tertul.* & per d. clauſulam non concurrit cum patruo, *Det. conſil. 1. colum. fin. & conſil.* 408 vbi refert ſecundum eum in Curia Romana iudicatum fuiſſe *Ruin. conſil.* 167. *num.* 17. *lib.* 2. *& ex alijs Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 21. *num.* 8. *& ſeq.* & in ſpecie quando de ſucceſſione tranſuerſali tractatur filius locum patris non aſſumit
52 & locum habet regula, qui † prior in gradu potior in ſucceſſione *Pereg. eod. numero* 8.

Secundò, nec ex perſona ꝓpria ad ipſa bona Berardini filij venire poſſunt, quia teſtator in caſu cuiuſlibet decedentis, vocauit proximiores in gradu exiſtentes tẽpore vniuſcuiuſq; obitus, ſtante excluſione Berardini Patris, qui cum Scipione viuente tempore necis Antonini patrui in pari gradu erant filij Berardini erant
53 fratres conſobrini, & ſic in remotiori † gradu, Scipio tamquam proximior, ſecundum teſtatoris voluntatem, & iuxta deciſionem *Præſid. de Francb. deciſio.* 157. *in fine* ſucceſſit fratribus conſobrinis Berardini filijs excluſis, quibus nihil à teſtatore relictum fuerat, quia tempore Antonini mortis proximiores non erant *l. ſi cognatus* ff. *de reb. dub. arg. l.* 1. ff. *de leg.* 3. *Bald. conſ.* 66. *num.* 5. *lib.* 4. *incip. verba inſtitutionis. ſic dicit lex ſecunda* §. *interdum verſic. proximum* ff. *de ſuis, & leg. Tiraquell. de iur. primo. q.* 34. *num.* 22. dum teſtator ita voluit, eſt attendendum, cum
54 † prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis *l. ex facto* §. *item quæritur ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ſic bona tempore Antonini obitus, Scipioni tamquam proximiori delata, præſenti Marco Antonio eius filio applicari debent, quinto contrario iam reſoluto non obſtante.

*Lex cum ratio* ff. *de bon. damnat.* vbi factum patris filijs non nocet, vt in ſexto contrario, nec obſtat, quia ſi in principio hoc annuere videtur, tamen circa finem
55 expreſſe dicit (*quod* † *damnatus per flagitium acquiſiuit, portiones liberorum non augentur*) ex quibus verbis concludere videtur, quod ſi Berardinus, & Vincentius ob dictum delictum aliquid acquiſiuiſſent, ad eorum liberos non tranſiret, quanto fortius ſi ob facinus per ipſos patratum, ſtatim Antonini ſucceſſione incapaces, & priuati fuerunt, & merito, alias pater per indirectum, quod ei prohibe-
56 tur, haberet, cum eadem † perſona ſit cum filio, *l. fin.* C. *de impub. & alijs ſubſtit.* § *ſi vero inſtit. de inutil. ſubſtit.* & filius dicitur vera portio patris, & in eo eſt ſubſtantia, & caro patris, immò vnus eſt cum ipſo patre *text. eſt in cap. iam itaque* 1. *q.* 4 *quem allegat Bald. in vltim. cap. de ſeru. fug.* & quicquid acquirit filius
57 † patri acquirit iuxta *text. in l.* 2. C. *de par. poteſt. vbi gloſ. & Doctor.* & habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij,
58 qui filius patre † viuente alienare non poteſt, ergo nullo modo filius ipſe ad dictam ſucceſſionem admitti debet, ex his ergo infertur, quod dicti pater, & filius nullum habent ius, nec petendi, nec ſuccedendi in bonis Antonini fideicommiſ-
59 ſo ſubiectis, & cum eis deficiat actio, † ſine actione nemo experitur *l. ſi pupilli* §. *videamus ff. de neg. geſt. l. quoties* §. *item ſi temporali ff. de adminiſtr. tuto. l. nam & poſtea de iur. iur. cum ſimilibus.* Et licet aliqua iura dicant, quod ſucceſſio, quæ indignis non datur applicatur Fiſco vltra ſupradicta non procedit in caſu no-
60 ſtro, quia † Fiſcus, vt auferat, neceſſe eſt, quod fundet ius ſuccedendi in perſonam illius à quo aufertur, ſecundum *Bald. in d. l. hæreditas C. de his quib. vt indig.* quæ
61 regula fundatur in ratione, quia † turpia lucra non ſunt extorquenda *l. hæreditas ff. de calumn.* vbi ergo nihil lucratur, quia ob delictum ſunt incapaces, nihil extorquetur

Digitized by Google

quetur, idem *Bald. in d. l. hæreditas refert & ſequitur Corn. conſ.* 222. *num.* 4. *lib.* 4. vbi etiam firmat dictam Theoricam,
62 quod † relictum factum incapaci non applicatur Fiſco, firmat *Bart. Salic. Raphael Fulg. in d. l. hæreditas Bal. in d. l.* 1. *ſi quis aliq. teſt. probib. & ex alijs Hyppol. de Marſil. conſ.* 93. *nu.* 15. ſed quia ſumus
63 in Neapolitanis † quorum bona ex omni crimine, excepto hæreſis, & Maieſtatis non confiſcantur, & tam feudalia, quam burgenſatica applicantur agnatis iuxta gratiam huic Ciuitati factam per *cap.* 14 *fol.* 41. *in fin. & Præſid. de Francb. d. deciſ.* 213. *num.* 10. *deciſum firmat num.* 13. 21. 37. *& ex alijs*, bene comprobat alio non eſt opus, & ſextum contrarium reiectum eſt.

*Lex ſancimus C. de pœn.* vbi pœna ad ſuos debet reſtringi authores, vt in ſeptimo contrario, nec obſtat, quia loquitur in pœna corporali, non autem circa amiſſionem bonorum, vt ex eius lectura vbi
64 *gloſ. & Doctor.* & † filius occiſoris non ſuccedit occiſo, vltra iam dicta expreſſe habetur ex *d. l. Lutius ff. de iur. Fiſc. in fin.* ibi (*Modeſtinus reſpondit, morte Reæ, crimine extinto perſecutionem eorum, quæ ſcelere acquiſita ſunt probari poſſunt Fiſco competere poſſe*) *ibique ex alijs gloſ. firmat, dixitque etiam text. in l. ſi ſequens gradus* ff. *ad ſen. conſult. Syllan. in fine ibi* (*Nam pœna illius, huius præmium eſſe non debet*) intellige, illius, ideſt primi inſtituti, huius præmium eſſe non debet, huius ſcilicet ſui filij hæredis præmium eſſe non debet, & *gloſ. in d. verſic. illius, firmat expreſſe Bart. in l.* 1. *num.* 1. *ff. ſi quis aliq. teſt. probib. & ita ſignanter in noſtris terminantibus terminis declarat Alban. conſ.* 57. *num.* 18. *allegat text. in l. ſi cohortalis C. de cohortal. lib.* 12. *& ex alijs, qui num.* 19. ſubdit quod excluſa
65 † vna perſona cenſentur excluſæ omnes deſcendentes ex ea, allegat *Bald. in l. fin. colum.* 1. *C. de liber. præter. ac Det. in l. illam col.* 3. *de collat. Roland. à Vall. reiectis contrarijs ex alijs firmat d. conſ.* 56. *per totum lib.* 1. *Gandin. in tract. Malefic. titul. de bon. malefac. verſic. quærit ſi frater*, & ſic filij, Berardini, & Vincentij ſicut ipſi interfectores veluti ex radice infecta nati, & originem trahentes ſucce-
66 dere non debent, vt videmus in filio † ſpurio, qui ad ſucceſſionem ſui patris nõ admictitur, *Auth. ex complexu de inceſt. nupt. l. ſi ſpurius ff. vnde cogn.* & filius ipſius ſpurij licet ex legitimo matrimonio natus ad ſucceſſionem patris, nec admittitur *l. fin. C. de nat. lib. vbi Odofred. Cyn. & alij Ancar. conſ.* 389. *colum.* 1. *Det. conſ.* 85. *colum. fin. & conſ.* 364. *colum. fin.*
67 & Berardinus ob ſuum delictum, & † incapacitatem excluſus, habetur pro mortuo *l.* 1. §. *ſed ſi patronus, ibi* (*pro mortuo habetur*) ff. *de coniung. cum emanc. liber. eius l. ſi necem* §. *deportatus cum ſimil.* ff. *de bon. libert.* ideoque primo vocato exiſtente incapace, ſtatim ſequenti ſubſtituto locus fit, ac ſi primus vocatus non fuiſſet *l.* 1. §. *qui habebat ff. de bon. poſſ. contr. tab. ex alijs Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 29. *fol.* 67. *aterg. Boer. dicta deciſio.* 25. *num.* 11. ac ſi in mundo non fuiſſet dicit *Bart. in l.* 3. *de interd. & releg.* & ſi numquam in rerum natura fuiſſet, dicit *Iacob. de Bellouiſ. in cap.* 3. §. *hoc quoque colum.* 2. *in fin. verſic. tertio caſu de ſucceſſ. feud. & Regens de Ponte d. titul. de refut. feud.* §. 9. *num.* 4. & dum ex delicto fuerint effecti incapaces, omnis ſpes circa ſucceſſionis potentiam eſt perempta per iura ibi per eum ſubdens, quod ius ſuccedendi tranſmittitur in filium quando filius incapax, & inhabilis non eſt, vnde cum Berardinus, & Vincentius, per delictum effecti ſint incapaces, Scipio non culpabilis in pari gradu cum Berardino, & reſpectu aliorum tamquam proximior ſucceſſit, omnibus alijs excluſis de iure, & teſtatoris lege, vt dictum eſt, & ſic ſeptimum contrarium ſimiliter reſolutum extat.

Non obſtat, quod *Regens de Ponte in d.* §. 9. *num.* 22. dicat, quod macula patris
68 filios non aſpergit, per *text. in* † *l. Diuo Marco C. de quæſt.* vt in 8. & vltimo contrario, quia talis lex non loquitur in ſucceſſione bonorum, ſed quoad tormenta, vt eius litera docet, & declarat *gloſ. in d. verſ.*

Digitized by Google

*d.verſic.aſpergit circa medium*, & ſic nihil ad propoſitum ſuum, nec ad caſum noſtrum fundat, & contra ipſum ſunt tot iura, authoritates, * communes opiniones, & deciſiones, occiſorem occiſo non ſuccedere, immò, nec eius filios, vt prædiximus, & ſic omnia contraria reiecta, & reſoluta remanent,

69 Nec prætendi poteſt eſſe bona † antiqua, de quibus niſi in medietate fideicõmiſſi onus imponi poterat, alia vero medietas libera ſucceſſoribus relinqui, iuxta *Neapolitanam Conſuetudinem*; quia dicta bona fuerunt per d. Iacobum

70 Antonium fideicommittentem † nouiter quæſita, vt legitur fol. 3. & ſeq. ex quo potuit, vt voluit diſponere, & legare, cum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter *l.in re mandata C.mand.* & ex abundanti dicitur, quod tale fideicommiſſum fuit ab omnibus filijs approbatum, & exequutum, ergo, nec hoc obſtaret.

Vnde ex prædictis reiectis etiam contrarijs, concludo, dictos Berardinum, & Vincentium de Palma, eorumque filios, & deſcendentes, declarandos eſſe

71 incapaces, † dicti Antonini per eos interfecti ſucceſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vt vltra prædicta deciſum Peruſijs firmat *Alber. de Roſat. in ſuo tract. de ſtatut. part. 3. q. 58.* & * communem eſſe opinionem, atque deciſum firmat etiam *Boer. d. deciſio. 25. num. 3. 8. 17.* quam * communem ex pluribus comprobat *Conſil. Fab. de Ann. d. conſ. 128 num. 13. & 14.* & ſic bona poſt dicti Antonini necem fideicommiſſo ſubiecta remanſa applicari debere dicto V. I. D. Marco Antonio de Palma ex perſona quõdam Scipionis ſui patris proximioris exiſtentis tempore Antonini mortis, à quondam Iacobo Antonio fideicommittente ita vocati iuxta *text. in l. 1. §. in prim. & § ſeq. C. de codicill. l. 3. §. de his quæ pro non ſcript. hab. Bart. in d. l. 1. ſi quis aliq. teſt. prohib. Bald. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Salyc. poſt Bart. in d. l. 1. de nat. liber. Doctor. in d. l. hæreditas C. de his quib. vt indig. Corn. d. conſ. 222. nu. 4. circa finem, & ita iudicandum mihi videtur.*

*Die 3. Iunij 1619. referente Domino Conſiliario de Georgio fuit prouiſum, explicando decretum eiuſdem S. C. latum ſub die 10. Decembris 1613. Bona fideicommiſſo ſubiecta in iudicio deducta à die mortis quondam Antonini de Palma ſpectauiſſe, & ſpectare ad quondam Scipionem de Palma, & ſucceſſiuè ad Marcum Antonium eius filium, excluſis Berardino, Vincentio, & Iacobo Antonio de Palma eius filijs, ex cauſis in proceſſu deductis, in Banca de Mondellis.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutio pœnam eorum de Forbannitis impunè occidendis, non habet locum in contumacibus.*

2 *Occidens Bannitum ex odio, & cauſa particulari, banno non gaudet, & puniri debet, & nu. 7*

3 *Carcerati dicuntur in protectione Curiæ, & occidi non poſſunt, etiam, quod ſint banniti.*

4 *Lex libertas ff. de ſtat. hom. ſeruanda.*

5 *Occidens, à Iudice occidendum peccat, & puniri debet.*

6 *Fugitiuus debet capi, cuſtodiri, & ad magiſtratum reduci, & conſeruari.*

8 *Teſtium maioris numeri dicto, ſtatur, licet minores numero contrarium dicant*

9 *Teſtes duo reprobant vnum, & quatuor duos, & ſic deinceps.*

10 *Vulnus præſumitur læthale ex eſitu mortis.*

11 *Malam curam, & negligentiam allegans eam probare debet.*

12 *Vulneratus, infra quod tempus deceſſiſſe dicatur.*

13 *Vulneratus ſi de malo in peius ambulauerit, cenſetur de vulnere mortuus, etiam ſi poſt octo menſes deceſſerit.*

14 *Vulnera in loco periculoſo faciunt præſumi vulneratum de vulneribus deceſſiſſe.*

15 *Vulnus periculoſum, mortale, & læthale idem ſunt.*

16 *Vulnus malum, idem eſt, quod mortale.*

17 *Medicos allegare licet.*



Digitized by Google

18 *In dubio,vulneratus, de vulneribus mortuus cenſetur.*

19 *Vulneratus quando de uulnere dubitatur quod ſit mortuus,iudicatur contra percuſſorem.*

20 *Percuſſoris,in loco periculoſo,difficilis excuſatio.*

21 *Vulnerans in loco periculoſo, habet animum occidendi, & pœna homicidij tenetur.*

22 *Affectus quando punitur non ſequuto effectu.*

23 *Euentus conſideratur in delictis.*

24 *Flagitium perficiens, capite punitur,non perficiens,deportatur.*

25 *Senex in homicidio quando excuſatur.*

Pro Leonardo Groſſo.

## ARGVMENTVM.

*Vulneratus quando mortuus de vulneribus cenſeatur, & de pœna percuſſoris ac de alijs.*

## CONSILIVM CX.

LEonardus Groſſus Terræ Collis,& ex priuilegio ciuis Beneuentanus inquiſitus de vulneribus per eum illatis Magiſtro Dominico Gagliardo, & morte inde ſequuta,per Curiam primarum cauſarum condemnatus, vt per decennium extra Regnum, & Beneuentanam Ciuitatem exularet,de quo appellauit, & cauſa ipſa mihi commiſſa,vt tamquam Iudex ſecundarum cauſarum prouiderem habita Domini Proregis licentia,vt Neapol.procederem,prætenſum fuit,inquiſitum ipſum ad nullam teneri pœnam,ex pluribus.

Primò,quia dum Dominicus præfatus erat contumax Curiç dictæ Terrç Collis de ictu Sclopi, in perſonam Ioannis Baptiſtæ Groſſi ipſius filij, & dum per Curiam capi vellet,& ipſe reſiſtebat,licitum erat etiam occidi.

Secundò, quod Leonardus erat vnus de illis ad ſonum Campanæ congregatis ordine Capitanei, & Dominicus Sclopum verſus dictum Leonardum dirigendo,& licet intus ignis puluerem non tetigerit, per ipſum non ſtetit Leonardum offendere, & ſic Leonardus dictum Dominicum inſequendo vulnerauit.

Tertiò,quatenus prætenderetur, quod ipſe Leonardus vulneraſſet dictum Dominicum tempore quo erat in poſſe Curiæ,negatur.

Quartò, quod dictus Dominicus de vulneribus non eſt mortuus, cum non fuerint mortalia, ſed de malo gubernio, quod demonſtrare prætendit dum teſtes de morte deponentes,de qualitate mortis non dicunt,& ex quo non perijt infra quatraginta dies,ſed in ſeptuageſimo nono die poſt vulnera,ideo ex prædictis ipſum abſolui debere dicit.

Quæ omnia ordinatè ruminando,quo ad primum videtur dicendum, quod ſi per *Regni conſtitutionem pœnam eorum*
1 *de forbannitis* ordinatur, forbannitum † impunè occidi poſſe, non loquitur de contumacibus, qui per annum in eorum contumacia perſiſterunt, & deindè forbanniti non fuerunt,vt eius litera docet: & poſito, quod Dominicus eſſet contumax,quia non forbannitus,ſiuè non forjudicatus, occidi non poterat per *dictam conſtitutionem,* & etiam quod forbannitus fuiſſet(prout non erat)& impunè occidi potuiſſet,quia ex informatione conſtat,quod Leonardus eum vulnerauit ex
2 particulari cauſa,†,& odio,dum Ioannem Baptiſtam Groſſum eius filium interficere voluerat,ex quo etiam, quod vti forbannitus impunè occidi potuiſſet,eo banno gaudere non poſſet,ſecundum *Bald.in l.decuriones* C.*de infam.in fin. quem refert,& ſequitur Felyn.in cap.ſi perfodiens ante finē extra de homicid.*vbi dicit,quod hoc dictum *Bald.* eſt ſingularis limitatio ad ſtatutum dicens, quod Bannitus poſſit impunè offendi, quod firmauit *Nell.in tract.bannit.in* 2.*part.*2.*tempo.q.*12.*Hyppol.de Marſil. colum.*9.*num.* 28. etiam,quia vulnerauit eum,tempore,quo erat in poſſe Curiæ,& carcerati ſunt in protec-

Digitized by Google

3 protectione Curiæ, † adeò quod occidi non poſſunt, etiam ſtante ſtatuto, quod Banniti impunè occidi poſſunt ſecundũ *Bart. in l. in laqueum ff. de acquir. rer. dom. & probatur in l. fin. C. de cuſtod. reorum Hyppol. in l. 1. num. 5. ff. de Sicar. Foller. in 2. part. verſ. vel carcerentur num. 24. fol. 144. Gandin. in forma libelli num. 74. verſ. è contra videtur* dicit, quod ſit puniendus, quia licet quis poſſit offendere hominem, vt *l. 3. ff. de ſicar. §. fin.* tamen quando eſt captus, offendi non de-
4 bet, ſed ſeruari † *l. libertas ff. de ſtat. hom. §. ſerui inſtit. de iur. perſ.* & poteſt dici, quod ſit caſus *l. fin. C. de dol.* & adeò hoc
5 eſt verum, quod qui ſponte occidit † à Iudice occidendum, peccat, & de homicidio tenetur, & punitur *23. q. 5. cap. cum homo, & cap. debet vbi de hoc, & cap. ſeq. ac c. ea vindicta*, maximè, quod fugiti-
6 uus † debet capi, cuſtodiri, & ad magiſtratum reduci, & ſeruari, & occidi non debet *l. 1. ff. de ſeru. fug.* & hoc verius ſecundum *Iacobum de Arena ibi*, ergo cum
7 vulnera ex particulari † cauſa, & odio proceſſerint, & erat in poſſe Curiæ, de ipſis vulneribus, & morte inde ſequuta puniendus eſt, vt præcitati *Doctor.* tenent ac firmat *Bart. in d. l. in laqueum, & in l. 3. §. transfugas ad l. Corn. de falſ. per Alber. de Roſat. in tract. ſtatutorum q. 45. Nell. in d. ſuo tract. in 2. par. ſecundi temporis q. 29.*

Quoad ſecundam, & tertiam dicti inquiſiti oppoſitionem, quod Leonardus ipſe inſimul cum coadunatis, & Curia pro dicto Dominico capiendo, dictus Dominicus exeundo à domo direxit Sclopum verſus ipſum Leonardum, & eum non vulnerauit in poſſe Curiæ, dicitur hoc minimè eſſe verum, cum ipſemet Leonardus vti principalis examinatus dicat, quod illo die ipſe in illo loco non adfuit & tamquam ſenex ſurdus, nec campanam audiuit, & licet prædictam ſuam prætenſionem, quod non vulnerauit Dominicum, temporé quo erat in poſſe Curiæ, deponant quatuor teſtes inter quos eſt Leo Groſſus eius conſanguineus de quo non eſſet habenda ratio, nec de alijs tum quia ſunt varij, tum etiam quia ſeptem alij teſtes deponunt, quod Leonardus vulnerauit Dominicum tempore, quo erat iam captus, & carceratus in poſſe Curiæ, & ex particulari cauſa, & odio
8 iam dicto, & ſic dicto † iſtorum teſtium maioris numeri ſtandum eſt, licet minor pars contrarium dicat, vt pulchrè dicit *Bart. in l. 1. ff. de ventr. inſpic. Alexa. conſ. 64. lib. 2. Cyn. in l. 1. de iur. iur. Gramm.*
9 *vot. 2. num. 17.* & duo † teſtes reprobant vnum, & quatuor duos, & ſic deinceps, vt in *cap. cum Ioannes de fid. inſtrument. Bald. conſ. 492. lib. 5. Foller. in pract. crim. in cap. de teſt. in materia criminali num. 53. fol. mihi 544.* ergo ſtante depoſitione teſtium maioris numeri, qui eum conuincunt, quod Dominicum vulnerauit in poſſe Curiæ, de hoc eceſſu puniendus eſt, vt prædiximus.

Quoad quartam, & vltimam inquiſiti exceptionem, quod dum dictus Dominicus non infra quatraginta dies, ſed in ſeptuageſimo nono die deceſſit, & ſic non ex vulneribus, ſed ex malo gubernio, & regimine ſit mortuus, ad hoc videtur dicendum,

Primò, licet teſtes de Dominici morte deponentes, in ſpetie non dicant, quod de vulneribus prædictis deceſſit, tamen vulnerans in dubio de occiſo tenetur:
10 quia vulnus præſumitur † lethale, ex quo exitus mortis acta probat *l. rem non nouam §. fin. ff. de iud. & in 1. conſtit. digeſtorum*, & ſic euentus mortis oſtendit, quod vulnera fuerunt mortalia arg. *l. aut facta §. euentus ff. de pœn. ita Bald. in cap. 1. verſ. 6. quæritur quib. mod. feud. amitt.*
11 qui enim negligentiam, † aut malam curam allegat, debet eam probare, *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. ita inquit Flor. in l. qui occidit §. fin. ff. ad l. aquil. Alber. in l. item mela, §. celſus ff. eod. Salyc. in l. 1. C. de emend. ſeru. Gand. in tract. malefic. in tit. de homicid. in fin. late Socc. conſ. 178. lib. 1* vbi ſubdit, quod iſta eſt verior opinio *Gram. conſ. crim. 49. nu. 2.*

Secundò, licet ſuper tempore ſcilicet
12 infra quarum tempus † vulneratus dicatur ex vulneribus mortuus, vario modo ſcri-

Digitized by Google

do ſcriptum inuenitur, Nam *gloſ. in conſt. Regni pœnam de pœn. hom. ali. occ. var. ex cauſ. fol. mihi 299. in princip.* dicit ſi percuſſus morietur infra centum, & decem dies, præſumptio eſt, quod illa percuſſione ſit mortuus, & ſic tamquam de occiſo tenetur, item ſi infra octo menſes moritur præſumitur ex illa percuſſione defunctus per *cap. 2. extra de Cler. percuſſ.* idem ſi à die illati vulneris ſemper
13 proceſſit de malo † in peius, & numquã reconualuit, adeundo peritos Medicos, vt hic, & hoc Medicus bené deponit cum iuramento non ſolum ſi infra octo menſes moritur, ſed etiam ſi poſtea præſumitur ex vulneribus mortuus, vt firmat *Abb. in d. cap. 2. de Cleric. percuſſ. Iſern. in conſtit. terminum vitæ vbi etiam Aſflict. colum. 4. circa medium verſic. cui ad do num. 17. Hyppol. de Marſil. conſil. 7. colum. 3. Boer. in d. deciſio. 11. verſic. quin immo late* Campag. *in cap. Regni ad peruerſorum de compoſ. & com. pœn. num. 55.* & quod eſt in arbitrio Iudicis infra, quod tempus ex vulneribus ſit mortuus ſecundum *Socc. in conſ. 178. colum. 3. lib. 2. & alios per d.* Campan. *dicto in loco adductos verſic. quare in tanta varietate &c. Gramm. conſ. crim. 49. num. 3.* Item
14 ex alio ꝓbatur ex vulneribus † mortuus quia in locis periculoſis fuerunt, ſcilicet in pectore, & ventre ſecundum *Bald. in conſ. 195. verſic. ſecundo dixi lib. 1. quem ſequitur, & ex alijs firmat Boer. deciſio. 323. nu. 3. Campag. in d. loco n. 56.* & cum Medicus cum iuraméto deponat vulnera eſſe periculoſa, & idem eſt dicere vulnus
15 † mortale, lethale, & periculoſum, quaſi velit dicere vulnus ad mortem ſæpius determinans, non tamquam ex neceſſitate, & ſemper mortem afferens, ſed tamquam crebro, & ſæpius mortem afferens, ita dicit *Galen. in Aforiſm. Hypocrat. lib. 5. Aphor. 2.* & dicendo vulnus ma-
16 lum, † idem eſt dicere, quod lethale ſit, vt idem *Galen dicit ibidem Aforiſm. 3.* & nimirum ſi Medicus allegatur, quia licet
17 Medicos allegare, † *l. ſeptimo menſe vbi Doctor. ff. de ſtat. hom.* & ſic habemus vulnus mortale, periculoſum, lethale, & malum idem eſſe, & ſunt quodammodo ſinonyma, vt dicit *idem Campan. vbi ſupra num. 63. verſ. item pro declaratione, &c.*
18 & quando eſſet dubium † dictum Dominicum de dictis vulneribus eſſe mortuum (prout veriſſimum eſt) præſumitur *de ipſis vulneribus deceſſiſſe*, vt firmat *Alberic. in l. item mela §. celſus ad l. aquil. & ex multis per Boer. in d. deciſio. 323. numero 8.*

Non obſtat fides duorum Medicorum ex parte inquiſiti adducta, quod ſi veniebat ad mortem non erat propter vulnera, ſed per Apoſtemam cauſatam à ſanguiniis poſitis prope vulnus pectoris, cum contraria ſit depoſitioni vnius ex eis cum iuramento factæ, & quando dubitatur,
19 † an vulneratus fuerit ex vulnere mortuus, & ſunt plures Medici diuerſimodè deponentes, eo caſu iudicatur contra percuſſorem, ſcilicet, quod ex vulnere deceſſerit, & ſic in duriorem partem Iudicatur, vt in terminis firmat *Bald. in c. 1 quib. mod. feud. amitt. colum. 6. quem ſequitur Fely. in d. cap. presbiterum 1. colum. in fin. de homicid. & Catald. in tract. Syndic. verſic. 287. verſ. vide, quod quando, & ſequitur Hyppol. de Marſil. in l. 1. §. diuus ff. ad l. Corn. de Sicar. verſic. 8. pro quo dicto videatur text. in cap. ſignificaſti il 2. § fin. de homicid. Gramm. d. conſ. 49. num. 6.*
20 maximè, quod percuſſus † in loco periculoſo, vt in ventre, & pectore, *vt prædiximus*, eſſet multum difficile *prætendere*, & probare, quod non ſit mortuus de vulneribus, vt firmat *Gramm. in conſil. crim. 2. num. 5. 6.* & dum Leonardus vulnera-
21 uit † d. Dominicum in locis periculoſis, animum habuit eum occidendi, & ex facto animus, & enixa voluntas occidendi etiam patet, quod de ipſis vulneribus mortuus non fuiſſet (prout vere de ipſis deceſſit) adhuc pena homicidij teneretur iuxta *text. in l. 1. §. Diuus Adrianus ff. ad l. Corn. de Sicar. ibi ſed qui hominem non occidit, ſed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnandus*, & ſic punitur affe-
22 ctus † non ſequuto effectu *Iſern. in cap. 1. §. porro in princip. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* & ſi prætendatur, delictum

non

non perfeciſſe, ex quo vulneratus ſtatim non deceſſit, & ſtatim non fuit ſequutus
23 euentus, † qui conſideratur in delictis iuxta *l. aut facta §. euentus ff. de patr. poteſt.* iudex ex hoc pœnam minorare poteſt per *text. in l. 1. C. de extraord. crim.*
24 *ibi perfecto † flagitio capite punietur, in imperfecto deportetur,* & quamuis prætendat,
25 dat, quod ſit ſenex, & ſenex † committens homicidium, excuſatur quando per omnem ſuam vitam habitus fuit inculpatis moribus, & integritate vitæ probus, & perpetuo cum viris grauibus conuerſatus ſit, & vita immaculata ſuffragatur, per *text. in l. pen. ff. de term. mot. & in l. 3. C. de Epiſcop. aud. in fin. Damauder. in pract. crim. in cap. qui excuſandi ab homicidio num. 33. & facit l. auxilium §. in delictis ff. de minor. cap. 1. de delict. puer. & cap. 1. extra de Apoſtat.*

*Quæ qualitates in dictum Leonardum adeſſe licet non appareant, tñ conſideratis omnibus conſiderandis cõdẽnaui eum vt per decennium, ab hoc Regno, & à Ciuitate Beneuenti exularet iuxta ſententiam primi Iudicis, eamque confirmando, vt ex proceſſu in d. Curia.*

*De hac cauſa fuit per inquiſitum appellatum ad Magnam Curiam Vicariæ per quam fuit confirmata dicta mea ſententia quo ad decennium exilij prædicti, & dum fuit appellatum in Sacro Conſilio Referente Domino Didaco de Pareſcia Regio Conſiliario fuit reformata in annis ſeptem exilij prædicti, & ita exequutum, vt omnia patent ex proceſſu in Banca Panſa Actuarij Criminalis Magnæ Curiæ exiſtente Scriba Pagnotta.*

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Mulier hypothecam expreſſam habens pro dote, & antefato, creditoribus viri eandem expreſſam habentibus non præfertur.*

2 *L. aſſiduis ff. qui pot. in pig. hab. intellectus diſcutitur, & declaratur.*

3 *Prælationem mulieribus antiquitas dare cœpit, ad effectum non duxit.*

4 *Mulier pro dote in actionibus perſonalibus præfertur ſimiles anteriores habentibus.*

5 *Mulier pro dote, & antefato expreſſam habens hypothecam præfertur anterioribus viri creditoribus ſimilem expreſſam habentibus.*

6 *Diſpoſitio tex. eſt magis attendenda, quã Doctorum opiniones.*

Pro Domina D. Portia Caracciola Duciſſa Cerciæ Maioris.

## ARGVMENTVM.

*Mulier hypothecam expreſſam, vel tacitam, ſiue perſonalem actionem habens an creditoribus eaſdem habentibus præferatur, & de intellectu l. aſſiduis C. qui pot. in pig. habe.*

## CONSILIVM CXI.

MVltiloquio verborum omiſſo, cum veritas in paucis conſiſtat ſecundũ *Philoſ.* in hac cauſa Donnæ Portiæ Caracciolæ Duciſſæ Cerciæ Maioris cum creditoribus Domini Ducis Don Diomedis Carrafæ ſui quondam primi viri, videndum eſt an ipſa
1 D. Duciſſa pro ſuis dotibus † & antefato creditoribus omnibus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus præferatur, & videtur dicendum quod non iuxta opinionem *glo. in l. aſſiduis; in verb. licet verſic. ſed forte contra C. qui pot. in pig. hab. quam ibi ſequuntur Bart. num. 6.* dicens, quod ita tenet conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres *Alber. num. 8. & in auth. de æqual. dot. §. his conſequenter, Bald. num. 10. gloſ. in §. fuerat inſtit. de action. vbi Iaſ. num. 22. & infra dicens hanc * communem eſſe opinionem gloſ. in cap. ex literis extra de pignor. ibique Innoc. Hoſt. Anto. de Butr. Ancar. & Ioan. de Imol. qui dicit hanc eſſe magis * communem, & firmat Bald. Nouell. in*



Digitized by Google

*tract.dot.part.10.fol.11.Neguſ. in tract. de pig.in 4.membr.2.part.num.98.quam communem ex prædictis, & alijs firmat Anto.Gomeſ.in l.50.Taur.num. 39. colu. 2.verſic. ſed his non obſtantibus vſque ad finem dicti numeri,quem ſequitur Gaſpar Roderic.in tract.de ann.redit.q.19 num.26.lib.2.folio mihi 143.Cappell.Toloſ.deciſio.217.vbi gloſ. & multos ibi congerit.*

His, & ſimilibus non obſtantibus contrariã ſententiã veriorem eſſe puto, & ꝙ mulier creditoribus generalem hypothecam habentibus pro ſua dote præferatur vt ad literam determinauit *text. in d. l.*
2 *aſſiduis* † dicit enim Imperator (*ſancimus ex ſtipulatu actionem quam mulieribus iam pro dote reſtituenda dedimus cuique etiam tacitam donauimus,ineſſe*
3 *hypothecam potiora iura † contra omnes, habere mariti creditores licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati*) quibus verbis Imperator non loquitur de tacita mulieris hypotheca,eam tacitis creditorum hypothecis præferendo, ſed de actione ex ſtipulatu, quam ſtatuit præferendam omnibus mariti creditoribus, illa enim verba,(*cuique etiam tacitam donauimus ineſſe hypothecam*) appoſita ſunt ad commemorandum illud beneficium hypothecæ tacitæ iam datum,nunc dando prælationem mulieri in hypotheca expreſſa ex ſtipulatu, vt clarè dicunt prædicta verba *text.* ibi (*ex ſtipulatu actionem contra omnes mariti creditores licet anteriores ſint priuilegio vallati*)& ſequentia verba eiuſdem *text.* ibi *cum enim in perſonalibus actionibus ſecundum quod diximus tali priuilegio vtebatur res vxoria quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficiũ licet res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non extent,ſed quocumque modo, vel diſſipatæ,vel conſumptæ ſint*)& ita declarat *gloſ in verſic.habere* dicens(*habere illam ex ſtipulatu, & hypothecariam ei adiunctã,eſt ergo perſonalis inter perſonales,hypothecaria,inter hypothecarias priuilegiata*)& finaliter Imperator concluden
4 do ſequitur, (*& ideo quod antiquitas* † *quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit nos pleno legis articulo conſummauimus; & ſiue liberos habeat mulier ſiue ab initio non habuit, ſiue progenitos amiſit hoc enim beneficium indulgemus*) & ex prædictis claris verbis *text.* habemus mulierem prò dote recuperanda creditoribus viri anterioribus præferri, vt latius prædicta inducit *Facchin. in controuer. iur. lib. 3. cap.99.per tot. fol. mihi 372.* eandem interpretationem, & intellectum ad dictam *l. aſſiduis* ſcilicet,quod mulier expreſſam habens hypothecam pro dote recuperanda mariti creditoribus eandem expreſſam habentibus anteriorẽ præferatur dedit *Vacon.de vacun.in declarat.iur.declar. 92. per totam* vbi multas adducit rationes,& reiectis contrarijs ita firmat, & inter alia dicit,Imperatorem feciſſe duas conſtitutiones, mulieribus ſubuenientes,ſcilicet ex *gloſ.* ſententia *l.in rebus C. de iur. dot. & l.vn.C.de rei vxor. actio. deinde ſubdens, illa verba text. (& ideo quod antiquitas quidem dare incepit,ad effectum autem non pertulit nos pleno legis articulo confirmauimus)* & *gloſ.* ibi explicat dare incepit dando in perſonalibus,& pro indemnitate mulieris duo erant priuilegia neceſſaria,vnum, vt mulieres in perſona-
5 libus † actionibus legis beneficio creditores alios antecederent licet eſſent anteriores:alterum erat,vt mulieres,hypothecam, ſeu tacitam, ſeu expreſſam habentes, alijs creditoribus ſimilem etiam anteriorem habentibus præfererentur, quam ob rem antiquæ illæ leges, tale cæperunt dare priuilegium, ſiquidem mulieribus, eiuſmodi prærogatiuam in perſonalibus actionibus præſtiterunt, & ſic vnum tantum adhibuerant remedium idcirco,ad effectum,ideſt,ad finem rem non pertulit, quia mulieres poterunt ad huc dotes ſuas deperdere, propterea, quod creditores, qui habebant hypothecam tacitam, vel expreſſam anteriorem, mulieribus eaſdem habentibus poſteriores antiquitas præferebat, hoc animaduertens Imperator volens mulieres vtroque priuilegio gratificare ne indotatæ

rema-

Digitized by Google

remanerent, ſanciuit, mulierum hypothecas aliorum creditorum hypothecis etiam anterioribus præferendas eſſe, & ita pleno iuris articulo rem conſumauit, & hoc ipſum vult Imperator dum inquit, *& ideo, quod antiquitas dare incepit ad effectum autem non pertulit, nos pleno iuris articulo conſumauimus*, & ſic per *dictam legem aſſiduis* Imperator dat prælationem mulieribus pro dote in bonis maritorum abſque vllo dubio & dum habemus legem ita dictantem, & mandantem, de opinionibus Doctorum non curandum, cum ipſa lex † ſit attendenda, & non Doctorum opiniones vt eſt notum, & ex his breuiter, & currenti calamo adductis cum *dicta lege aſſiduis* concludo Dominam Ducissam creditoribus mariti etiam anterioribus præferendam eſſe, & ita conſulo die 2. Septembris 1616.

6

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Donans an ante acceptationem donatarij donationem reuocare poſſit, & nu. 21.*

2 *Auth. res, qua habere locum in fideicommiſſo in vltima voluntate, non in contractu, & nu. 3. 26. & ſeq.*

4 *Auth. res, qua habere locum in fideicommiſſario poſſeſſare alia bona libera non habente, & nu. 18.*

5 *Renuntiationes obſtare debent, & nu. 6.*

7 *Promiſerunt verbum arguit interrogationem præceſſiſſe.*

8 *Paragij actio per promiſſionem acquiritur abſenti, & naſcituris, in rerum natura non exiſtentibus etiam ſine acceptatione.*

9 *Reiuendicatio an competat tertio cui ex promiſſione actio fuit quaſita.*

10 *Abſenti an quæratur ius irreuocabile.*

11 *Notarius poteſt abſenti acquirere, & an eius pœnitentia poſſit abſenti obeſſe.*

12 *Donatio contemplatione matrimonij cum ipſo matrimonio confunditur, & irreuocabilis efficitur, ſicut, & ipſum matrimonium.*

13 *Bona reſtitutioni ſubiecta quando pro dote alienantur, & num. 19. 23. & qua de cauſa nu. 30.*

14 *Bona reſtitutioni ſubiecta ſaltim in ſubſidium dotium alienari, & in dotem dari poſſunt.*

15 *Auth. res, quæ procedit in deſcendentibus.*

16 *Bona fideicommiſſaria pro dote, & ipſarum reſtitutione alienari poſſunt, & num. ſeq.*

20 *Dotis cauſa, certa ſumma ab Auo nepti relicta de bonis fideicommiſſarijs, poteſt augeri.*

21 *Aſcendentes ius deſcendentibus quæſitum tollere, & mutare non poſſunt.*

22 *Præcarium, traditionis habet vim.*

24 *Subſtitutio fieri poteſt in contractu.*

25 *Subſtitutione facta in contractu, acquiritur actio etiam ſine ceſſione, & alijs.*

26 *Auth. res, quæ habet locum etiam in prohibitione per contractum.*

27 *Auth. res, quæ ex cauſa donationis, & ex materia fauorabili extenditur.*

28 *Subſtitutus donatarius ex lege acquirit.*

29 *Dotes habere mulieres publicè intereſt.*

31 *Dolus præſumitur in eo, qui dicit, quod nocere poteſt, etiam contra iuſtitiam.*

32 *Perſuadens quando præſumatur doloſus, & nu. 33.*

34 *Perſuaſio inducens ad aliquid faciendum habetur loco compulſionis.*

35 *Dos proprium mulieris Patrimonium eſt.*

36 *Læſio œnormiſſima, eſt vltra dimidiam.*

37 *Læſio œnormiſſima, vt tollatur, cautela dari non poteſt.*

38 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*

39 *Dolo renuntiari non poteſt.*

40 *Tranſactio, data œnormiſſima læſione reſcinditur.*

41 *Cauthelæ abundantes, & inſolitæ arguunt & inducunt fraudem.*

42 *Mendatium arguit dolum, & ſimiliter taciturnitas iurium in beneficium inducti ad contrahendum.*

43 *Dolus in primo contractu adhibitus tranſfunditur in ſecunda ortum habens à primo.*



Digitized by Google

44 *Mulier de facili decipitur.*
45 *Læſio in mulierum renuntiationibus, præſumitur ex earum aſſertionibus.*

Pro Domina D. Portia Caracciola Duciſſa Cerciæ maioris cum Regio Fiſco, & Domino Paſchale Caracciolo.

## ARGVMENTVM.

*Ex fideicommiſſo de certa re pro primogenitis deſcendentibus, & pro Paragio in beneficium fœminarum deſcendentium, an fuerit ius irreuocabile quæſitum, & ſi poſſeſſor rei ſubiectæ reſtitutioni poſſit eam filiæ in dotem dare, Auth. res, quæ in quibus caſibus habet locum, & de reſciſſione contractuum ob dolum, & ænormiſſimam læſionem.*

## CONSILIVM CXII.

IN cauſa Donnæ Portiæ Caracciolæ reſciſſionis Albarani, & contractus prætenſæ renuntiationis iurium Domorum in Sedili Capuanæ huius Ciuitatis Neapolis per quondam Paſchalem Caracciolum Auum paternum dictæ Duciſſæ, & præſentis D. Paſchalis contemplatione matrimonij quondam D. Ioanni Baptiſtæ Caracciolo Dominæ Duciſſæ patri donatarũ cum onere Paragij fœminis deſcendentibus, & ſic Dominæ Duciſſæ, videtur dicendum ipſam obtinere non poſſe ex pluribus.

Primò, quia talis donatio per eundem quondam Dominum Paſchalem donan-
1 tem † ante acceptationem, & ius quæſitum donatarijs fuit reuocata, quod facere potuit, vt per *Bart. & DD. in l. qui Romæ § flauius ff. de verb. oblig.*

Secundò, Duciſſa petijt Paragium poſtquam nuptui tradita fuerat, & ſic non exiſtente conditione in donatione paragij contenta obtinere non poteſt.

2 Tertiò, *Auth. res, quæ* † *C. com. de leg. & alia iura* permittentia res ſubiectas reſtitutioni, alienari poſſe, & in dotem dari, habere locum in fideicommiſſo, in vltima
3 voluntate, † non autem in contractu iuxta *gloſ. in l. nulla C. de iure dotium.*

Quartò, *Auth. res quæ,* procedere in
4 poſſeſſore † grauato, non habente alia bona de quibus filiã dotare poſſet, quod non erat in d. Domino Ioanne Baptiſta Generali Theſaurario, & diuite.

Quintò, Dominæ Duciſſæ obſtare Albaranum pro ducatis mille quingentis ei ſolui promiſſis per quondam Dominum Ioannem Franciſcum Caracciolum patri præſentis Paſchalis, ſoluendis Dominæ Duciſſæ recuperatis domibus, & alijs ducatis mille quingentis habitis ex penſionibus ipſarum domorum, pro quibus ipſa Duciſſa ſua iura renunciare contenta
5 remanſit † per *regulam, quod ſemel de reg. iur. in 6.*

Sextò, Dominæ Duciſſæ ſimiliter obſtare contractum anni 1608. vbi approbauit ſecundam donationem reuocan-
6 tem primam, ita tranſigendo, cui † tranſactioni debet ſtari iuxta *text. in l. quamuis C. de tranſact.*

His non obſtantibus contraria ſententia eſt verior, & Domina Duciſſa obtinere debet.

Primò, ex verbis contractus capitulorum matrimonialium inter dictum quondam Paſchalem, & quondam Dominam Antoniam de Tufo Duciſſæ Auiam, de ſuo paragio fuiſſe ei ius irreuocabile
7 quæſitum ibi (*promiſerunt † partes ipſa &c.*) quæ verba ſignificant interrogationem præceſiſſe, ex qua ſtipulatio concipitur *l. ſtipulationum aliæ §. pen. de verb. oblig. in l. ſciendum ff. eod. in §. fin. inſtit. de fideicommiſſ. cum ibi notatis per gloſ. in verſic. ſolemniter, & in § item ſi ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipul.* legitur (*ſi ſcriptum in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem, proindè habetur, ac ſi ſtipulatione præcedente reſponſum ſit*) *ibique gloſ. & Doctores, ac latè Socc. in conſ. 53. num. 4.*
8 *lib. 1.* per † quam ſtipulationem ipſis fœminis

minis abſentibus, & naſcituris pro ipſo paragio fuit quæſitum ius, & actio, etiam ſine acceptatione, & ceſſione per *text. in l. publia* ff. *depoſ.* maximè in donatione fauore liberalitatem exercentis, vt eſt caſus in *l. ſi verum C. de donat. quæ ſub modo. Bar. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler col. vlt. ff. de verb. oblig. & eſt* * *communis traditio per Alexan. in d. §. ſi ſtipuler num. 49. & ex alijs Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 14. num. 2.* & illa vtilis actio, quæ tertio, vel
9 naſcituris acquiritur † eſt etiam realis, & vtilis vendicatio eis competit, vt ex profeſſo docuit *Det. conſ. 239. num. 8. & in l. in traditionibus num. 14. de pact. & ex alijs Peregr. de fideicommiſſ. art. 51. num.*
10 *16. 17.* quinimmò † ex ſola præſentia dictæ Auiæ aſcendentis pro dicto paragio ipſi Ducißæ fuit ius, irreuocabiliter quæſitum, vt de *communi teſtatur *Molin. de primogen. hiſpan. lib. 4. cap. 2. & iudicatum cenſuit Theſaur. deciſ. 70. nu. 14. in fine.*

11 Secundò, adeſt ſtipulatio Notarij, † qui pro omnibus quorum intereſt ſtipulaſſe cenſetur, vt de* communi firmat *Det. conſil. 673. prope numerum ſecundum, & ex alijs Peregr. in d. artic. 51. num. 13.* per quam Notarij ſtipulationem, adeò quæritur ius abſenti, & naſcituris, quod ſi poſt ſtipulationem, quis pœnituiſſet, ante abſentis acceptationem, pœnitentia non nocet, *Bart. & Angel. in l. ſi ego ff. de neg. geſt. & de* communi comprobat Peregr. d. artic. 51. poſt. num. 51. ibi (ſtipulatore abſenti)* quia actus erat conſumatus & ius abſenti quæſitum, quod ſine facto ſuo ab eo abdicari non poterat.

Tertiò, dicta donatio cum paragio mulierum deſcendentium eſt in capitulis
12 matrimonialibus, & † ſimiles donationes cum ipſo matrimonio cōfunduntur, & matrimonij contractus naturam ſapiunt, filijſque ex eo naſcituris prouidetur, & ſic ipſi Ducißæ, ex eo vnicæ natæ prouiſum, & quemadmodum matrimonium eſt irreuocabile, ita & huiuſmodi donationes irreuocabiles ſunt, & pro lege ſeruantur, vt ex multis Hiſpanis, & alijs firmat *Conſt. Fab. de Anna conſil. 139. & de* communi*, ac in dies ita decidi probat *Regens de Ponte conſ. 19. num. 20. & conſ. 25. nu. 1. 2. & in tract. de Poteſtate Proregis titul. de Aſſenſibus ſuper dote §. 2 num. 21. & ſeq.* & ex his prima donatio, vbi Domina Ducißa de paragio prouidetur, fuit, & eſt irreuocabilis, & non omictam dicere, quod ſi ſecunda donatio eſſet valida, prout non eſt, quia per ambas donationes domus alienari prohibentur adhuc Domina Ducißa ipſas domos obtinere debet, vt etiam infra.

Quartò, mortuo dicto quondam Paſchale, quondam Dominus Ioannes Baptiſta eius primogenitus filius domorum poſſeſſor alia bona libera pro Domina Ducißa eius vnica filia nubenda, & dotanda non habens, inter alia eaſdem domos ipſi filiæ, & Don Diomedi Carafæ eius viro in dotem dedit pro ducatis vndecim mille, vt ex capitulis matrimonialibus, conformando ſe voluntati paternæ, quod in caſu neceſſitatis, pro fœminis conuenienter maritandis, ſuper eiſdem domibus ſupplementum paragij daretur & pro eo domus ipſę venderentur, dum multis extabat grauatus oneribus, & iu-
13 ris etiam erat, cum neceſſitatis † cauſa ſit, pro dote filiæ, & deſcendenti conſtituenda, ad *text. in l. qui liberos alias capite trigeſimo quinto ff. de rit. nupt. auth. res, quæ C. com. de leg. & ibi Bar. & Iaſ. nu. 12 & 33. Curt. Iun. num. 18. Caſtrenſ. Bald. Salyc. & Padill. n. 46. & 118. Caldas in l. ſi curatorem gloſ. probiberis num. 70. 87. 88 C. de in integr. reſtit. Petr. de fideicommiſſ. q. 8. num. 394. Cancer. lib. 1. reſol. cap. 9. num. 98. Peregr. de fideicommiß. artic. 42. num. 86. Gam. deciſio. 344. num. 6. Baez de non mel. Filiab. cap. 8. num. 3. Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. num. 3. Roder. Suar. in l. quoniam lim. 7. num. 10. C. de inoffic. teſtam. Morot. conſ. 13. Menocch. lib. 4. præſumpt. 189. num. 107 præſumpt. 190. conſ. 33. & conſ. 178. nu. 1. 2. Loaz. in l. filius familias §. diui num. 361. ff. de leg. 1. & ibi Rip. num. 65. Becc. conſ. 100. num. 6 Couar. in lib. 2. var. reſ. c. 6. n. 10. Marzar. de fideicommiß. q. 28. 48. Monter. deciſio. 16. n. 30. Tuſch. litera F. concl. 284. per to*



Digitized by Google

*tam Cornazz.deciſio.*34.*num.* 6. *Burſat. conſ.*179.*Det.conſ.* 10.*num.*3.*lib.* 2. *Cephal.conſ.*574.*Viu. deciſ.* 10.*num.*3.*Præſid.de Franch.deciſio.*519.*Bott.conſil.*35. *num.*22.*Tell.Fernand.in l.* 20. *Taur. nu.* 14.*Gomeſ.in l.*4.*Taur. num.*87. *Surd. de alim. lib.* 1. *q.* 27. *num.*4.*& deciſio.*62. *Spin.de teſtam.gloſ.*11.*num.*43.*Lamber. de contract.eorum gloſ.*1.*num.*58 *quos refert Mar.Giurba deciſio.*31.*num.*4.& res reſtitutioni ſubiecta per grauatum poſſeſſorem, quod poſſit in dotem dari, & pro dote alienari, eſt *text.in l.mulier* §.*cum proponeretur in l.à filia ad Trebell.text.in nouell.*.107.*de reſtit. verſic. & quidem ſi dotem in d.Auth res, quæ C.com.de leg. & in omnibus gloſ.& Doctor.omnes ita affirmant, Molin.de primog.hiſpan.lib.*4 *cap.*6.*nu.*2. *& præcitati Doctores omnes*, & eo maximè in caſu de quo agitur dum Dominus Ioannes Baptiſta Pater non habebat de quo dictam Duciſſam eius filiam dotaret, & ſic ſaltim in ſubſidium

14 dotium † dictas domos dare ei poterat, dicit *text.in l.pater filium ibi( ſi non erit aliud in hæreditate)*ff.*de leg.*3.*Peregr. de fideicommiſſ.art.*40.*num.*22.*Ant.Sol.titu. de feud.part.*2.*gloſ.*4.*num.*2.3. 4. 5. *Petra de fideicommiſſ. q.*15.*nu.*23.*Azeued. conſ.*5.*num.*88.*conſil.*38.*num.* 16.*Peralt. in l.*3.§.1.*qui fideicommiſſum num.* 188. *ff.de hæred.inſtit. Auend. in l.* 46. *Taur. gloſ.*9.*in* 5.*Molin.de primog.hiſpan.lib.* 1.*cap.* 10.*num.*9.*& lib.*4.*cap.*7.*num.*2.5 16.17.*Mar.Giurb.deciſio.*31.*ſub.num.*9 *& in eadem Auth.res, quæ firmat Paul.de Caſtr.num.*5.11.*Curt.Iun.num.*17. *Padill.num.*24.*Menocch. lib.*4. *præſumpt.* 189.*num.*8.9.23.*Iaſ. in l. commodis nu.* 4.*ff.de re Iud.alios citat Couar. lib.*1. *reſol.cap.*9.*num.* 102. *Baez. de non mel. filiab.cap.*8.*num.* 14. *Anto.Sol. d. gloſ.*4. *num.*2.*Præſid.de Franch.d. deciſio.* 519. *Bott.conſil.*35.*num.*31.*Neuiz. conſil.*10. *num.*10. *Marzar.de fideicommiſſ.q.*48. *Bellon.conſ.*83.*Mar.Giurb. d. deciſio.*31.

15 *num.*10.dictumque *auth.res quæ* † procedere in deſcendentibus, vt in caſu noſtro ex pluribus * commun. opin. *firmat Molin.d. in loco num.*3. *& ex alijs innumeris relatis per Mar. Giurb.d.deciſio.*31. *num.*4.ſed in proprijs terminis, quod filius grauatus, rem ſubiectam reſtitutioni poſſit filiæ in dotem dare, & pro dote alienare, decidunt *Bart.& Bald. in d. auth.res quæ, & in d.l.à filia quos ſequitur Salyc.Paul.de Caſtr.num.*8.*Iaſ.num.* 13.*in d.Auth.res quæ, vbi * communem dixerunt Padill.num.*58. *Petr.Plaz.de fideicommiſſ.prohib. q.*8. *num.* 36. *Menocch. de Arbitr. lib.* 2. *cent.*2. *caſ.*182. *num.*66. *& plur.ſeq.* vbi reiectis contrarijs ex multis firmat nè dum in conſtitu-

16 tione, † ſed etiam in reſtitutione dotis, & in alijs caſibus bona fideicommiſſo ſubiecta in dotem, & alienari poſſe firmat, in d.caſu per tot 1m, & cum bona libera

17 prò congrua dotatione filiæ grauatus † non habet bona omnia fideicommiſſaria alienare, vel in dotis cauſam marito aſſignare poteſt, ſicuti deciſiuè ſcriptum reliquerunt *Bald.in d.Auth.res quæ num.* 4. *Caſtrenſ. num.*5. *Iaſ.colum.*3.*Padill. num.* 109. *Cuman. & Alexan. num.* 3.*in d.*§.*cum proponeretur Fulgoſ.conſ.*32 *in fin.*1.*colum.Rolan.conſ.*16.*num.*3. *lib.* 2.*& conſil.*29.*colum.vlt.lib.*4.*& reiecta opinione contraria, firmat Peregr. de fidei*

18 *commiſſ.artic.*42.*nu.*26. quæ alienatio † permictitur etiam pro feſtiuitatibus, & nuptijs fieri ſolitis, quia ſunt de appendicijs, & connexis *l.ad rem mobilem l.ad legatum* ff. *de procurat. l. oratio de ſponſal. cum ſimilibus à Salyc.in d. auth.res quæ, Pereg.d.art.*42.*num.*8.etiam ſi bona pro

19 hibentur † alienari ex cauſa dotis, vt remotis contrarijs firmat *Peregr.d.art.*42. *num.*6.*& ſeq. vſque ad num.* 10. vbi dicit quare apud me nulla eſt dubitatio, an teſtator fideicommittens prohibuerit vel non prohibuerit bona alienari ex cauſa dotis, & in fortioribus terminis in nepte ex filio Iudicatum per omnes de parlamento firmat *Guid.Pap.deciſio.* 96. *refert, & ex alijs comprobat Peregr.d.artic.*42.*num.*32. *Aym. conſ.* 291. etiam ſi pater legitimam, & trebellianicam con

20 ſumpſiſſet, immò, & ſi Auus † certam ſummam Nepti reliquiſſet, filius de re ſubiecta reſtitutioni augere poteſt, ex alijs

ſijs *Peregr. d. art. 42. num. 33.* & ex his Domina Duciſſa ritè, & rectè domos ipſas in dotem á Patre habuit, & ei reſtitui debent.

Veniendo ad contraria, quoad primum dico non obſtare, quia contra *Bart.* de* communi, & veriori opinione teſtantur *Duen. reg. 216. verſic. eſt tamen notandũ, & Roderic. Xuares in repet. l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtamen. 8. q. princ.* contra Bart. tenent, *& in ſua alleg. 19. num. 176. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 14. num. 8. & alij innumeri per prædictos adducti*, & dum ſupra num. 7. 8. 9. valde fundauimus ex prima donatione pro paragio fœminarum, & domo pro eo vendenda eis fuiſſe irreuocabile ius quæſitum ita, quod Paſchalis Auus, & Ioannes Baptiſta filius tollere, & mutare non poterant, quamuis ex eorum ſtipula-

21 tione defenderint, quia aſcendens ius † ſemel quæſitum deſcendentibus tollere, & mutare non valet etiam ex ſua ſtipulatione quæſitum, vltra ſupra dicta * communem eſſe opinionem firmat *Iaſ. conſil. 113. lib. 1. & in l. 2. C. de iur. emphit. num. 188. & 211. vſque ad finem.*

Quoad ſecundum oppoſitum, quod tempore quo Duciſſa petijt paragium erat nuptui tradita, & ſic conditione pro ſe maritanda non exiſtente, ſupplementum paragij habere non poteſt. Dico quod pars in hoc valde decipitur, quia non ſumus in petitione paragij pro nubenda, ſed Duciſſa petit ipſas domos pro ducatis vndecim mille ſupplementi ſui paragij per patrem in dotem ei aſſignatas, quod facere potuit, vt prædiximus, & per non exiſtentiam aliorum bonorum venit neceſſitas, & conditio, per eius patrem ipſam maritandi, & de dicta domo dotandi, ſecundum Aui voluntatem, & iuris diſpoſitionem, iam fuit adimpleta, & ſumus in conditione purificata, & non è contra, ſtante etiam iure quæſito de ſupplemento paragij ſuper domibus, & prò eo alienari poſſe ei irreuocabiliter fuit quæſita actio, nè dum perſonalis, ſed realis, & dominium, ac poſſeſſio per conſtitutum, & præcarium, in prima donatione, & in ſuis capitulis matrimo-

22 nialibus: quod † præcarium habet vim traditionis, vt per *Afflict. deciſio. 40. nu. 5* & operatur ſicut vera traditio, *Guid. Papa deciſio. 112. Iaſ. in l. 3. §. incertam ff. de acquir. poſſ. nu. 16.* *communem dicit, quam latè ſequitur Tiraquell. de conſtit. part. 2. ampl. 32. num. 1.* & dum pars petijt condemnari quondam D. Diomedem Caraſam, & ipſam Duciſſam coniuges, ad ipſas domos relaxandum, fatentur poſſeſſionem ipſarum in ipſos coniuges fuiſſe, & etiam eſſe ſaltim de iure, ſi non de facto, & ſic cõditionẽ effectiuè eſſe adimpletam, licet poſtea per Regium Fiſcum domus ipſæ fuerint ſequeſtratæ, in ſui beneficium diſſequeſtrari, & reſtitui debent, & ex his ſecundum contrarium reſolutum remanet.

Circa tertium oppoſitum dico nec minus obſtare ex pluribus.

Primò, quia dicta *Auth.* res quæ, & a-

23 lia ſupra dicta iura, pro dote † bona reſtitutioni ſubiecta poſſe diſtrahi, habere locum in quocumque fideicommiſſo vniuerſali, particulari, puro, aut conditionali, vt per *Peregr. d. artic. 42. num. 54.* & in quocunque ſubſtituto *Idem ibidem num.*

24 *56.* in vltima † voluntate diſpoſito non autem in contractu, dico quod in contractibus fideicommitti poteſt, contra aljos *Marzar. de fideicommiſſ. q. 2. Petra de fideicommiſſ. q. 4. num. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 488. num. 8. part. 1. Honded. conſil. 42. nu. 1. 44. lib. 2. Menocch. conſ. 85. num. 28. conſ. 325. num. 1. 8. conſil. 1146. nu. 16. & conſ. 1154. num. 12. Intrigl. q. 51. num. 295 Burſat. conſ. 239. num. 37. 38. Sforz. conſ. 39. num. 14. Gratian. diſcept. 247. num. 8. Surd. conſ. 247. nu. 3. & deciſ. 144. num. 22 Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. nu. 9. & cap. 12. num. 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 51. per tot. & conſi. 65. nu. 16. lib. 1. Viu. deciſio. 407. num. 16. Mar. Giurb. deciſio. 108.*

25 *num. 16.* & ex ſubſtitutione † valida in contractu, ſubſtituto quæritur obligatio, & actio perſonalis, realis, & dominium irreuocabile, ſine ſtipulatione, traditione, vel ceſſione, quod parificatur in conditione cum ſubſtitutione in vltima volunta-

luntate, purificata conditione, vt diximus, Ducissa quæ pro ſupplemento ſui paragij, & pro eo vendenda domo videtur ad domum ipſam ſubſtituta poteſt reiuendicatione agere, *Aym.conſil.*19.*num.*8. *& ſeq.* Couar.*var.reſol.lib.*1. *cap.*14. *num.* 2. *Octau.Oſaſch.deciſ.*Pedem.85.*num.* 6. *& ſeq.& latiſſimè* Pereg.*de fideicomm.art.*1. *num.*16.*& artic.*42.*num.*16.17.ſtante dicta æqualitate in contractu, ſicut in vltima voluntate *d. Auth.* in noſtro caſu locum habere debet.

Vltra iam dicta *Opiz. in repet. l. filius familias* §.*diui nu.*141.ex alijs, & rationibus firmat.

Secundò, ſumus in prohibitione alie-
26 nationis † in contractu donationis, & ſic ex cauſa lucratiua, ſicut in re prohibita alienari in vltima voluntate, ex paritate cauſarum, dict. *Auth.res qua* vigere debet in prohibitione per contractum, quia prohibitio alienationis per contractum, & ex teſtamento parificantur *l.fin. C.de reb. alien. vel non alien.* quod & ſi tergiuerſatur, non poteſt eſſe dubium in caſu noſtro, cum talis donatio fuerit contemplatione matrimonij, & ſic ex cauſa onerosa, quo caſu eſt * communis traditio quod ſit indubitabilis dict. *Auth.* extendi, vt per Peregr. *d. artic.* 42. *num.* 58. *poſt verſic. contra tamen* Item, & quia ſit actum per contractum donationis ex cauſa fauorabili, vt
27 dixi, licita eſt extenſio, † ex rationis idemtitate de caſu ad caſum ſecundum *Bart.in l.ſi coſtante in 9. q. prima partis ff.ſolut.matrim. & poſt eum latè Alexan. & Iaſ. num.* 62. *&* 67. *& eſt caſus in l. non ſine* C.*de bon. qua lib. & in cap. dilecta* §. *nos igitur, extra de confirm. vtil. vel inutil.& ibi notat Abb. &* Peregr. *d. art.*42. *num.*59.licet relinquat cogitandum, ex prædictis non eſt dubium.

28 Tertiò, in ſubſtitutum † donatarium ex lege tranſit dominium, etiam contra rei traditionem, ad *l. quoties de don. qua ſub mod.* prout in ſubſtitutum vltimæ voluntatis. Item tacita conditio ſi ſine filijs ſubintellecta in fideicommiſſo, vt in *l.cum Auus ff.de condit.& demonſtra.* ſub intelligitur etiam in donationibus *l.ſi vnquam* C.*de reuoc. donat.* & proinde parificata natura cauſæ, in prohibitione in contractu, ſicut in vltima voluntate *d.Auth.* in caſu de quo agitur locum habere debet.

29 Quartò, pro dotibus † mulierum bona reſtitutioni ſubiecta capi, & alienari poſſunt per rationem à *Iuſtiniano* in *d.Auth.* aductam, cum ea quæ communiter omnibus proſunt ijs quę ſpecialiter aliquibus iuuant præponi debeant commune autem, & publicum intereſſe eſt, dotes mulieribus ſaluas eſſe, vt nubere poſſint, & liberis hominibus ciuitas repleatur, vt in *l.*1. *ſolut. matrim. & in* §. *rurſus in auth.de reſtit.* ideoque præponitur priuato, fideicommiſſarij præiudicio, & licet publicè interſit, ſupremas hominum voluntates exequi *l. vel negare ff.quemadmod.teſtam. aper.* attamen publicum iſtud intereſſe priuatorum commodum concernit, quàm ſanè rationem, dotium fauore, ex * communi aliorum intentione probarunt *Menocch.conſ.*33 *num.*15.*&* 19.*Eugen.conſ.*54. *nu.* 23.*& Peregr.d.art.*42.*num.*5. & cum eadem videatur eſſe dotis ratio per ſubſtitutionem per contractum, ſicut per vltimam voluntatem, ideò ex vi dictæ rationis expreſſè licita videtur extenſio ad caſum ſubſtitutionis ex contractu. Nam in exorbitantibus, præſertim vbi materia
30 eſt † fauorabilis, vt in caſu noſtro per viam donationis licita eſt extenſio ex rationis idemtitate, de caſu ad caſum, ex *Bart.in d.l.ſi coſtante in 9.q. prima partis* ff.*ſolut. matrim.* & ex alijs, vt prædiximus.

Vltimò *d.gloſ. in d. l. nulla* C. *de iur. dot.* loquitur, nullo alio ſubſtituto dato, vt ex eius lecturà, in terminis *l.ſi ita quis* §.*ea lege ff.de verb.oblig.& in l.ea lege C.de condit. ob cauſ. & firmat Peregr. d. artic.*42.*num.*61.*in fine*, quod non eſt in caſu noſtro, vbi plures ſunt ſubſtituti, & gradus ſubſtitutionis, & expreſſè ordinatum paragium dari fœminis, & pro conuenienter maritandis ipſas domos vendi, & ex generalitate *d. Auth. res*

*qua*

*qua*, aliorumque iurium res ſubiectæ reſtitutioni in dotem dari, & ex cauſa dotis alienari poſſe tam ſi per contractum quam ſi per vltimam voluntatem prohibitio de non alienando ſit facta ſaltim per generalitatem dictorum iurium, vt eſt dictum.

Ad quartum contrarium reſpondetur quod licet ſit notum pretium officij Theſaurarij generalis Regni fuiſſe Regiæ Cameræ ſolutum, & tunc temporis alia bona prò Duciſſa nubenda non extabant, & patet ex ſequeſtro ipſarum domorum ſtatim per Regiam Curiam facta graduatione creditorum, & aſſecuratione dotium petita per vxorem Domini Ioannis Baptiſtæ Duciſſæ patris; Tamen Duciſſa ipſa per ſuam dotationem de dictis domibus, habet ſuam intentionem fundatam, alia bona libera non extitiſſe per *tex. in l. cum de lege de probat. vbi gloſ. in verſic. hæredis probatio* dicit *ſi enim legatarij dicunt tantum remanet pœnes hæredem, ipſi debent probare*) allegat *text. in l. fin. §. licentia C. de iur. delib. & in terminis tradit Det. conſil. 519. num. 7 Alexand. Raudenſ. ex multis in deciſ. Piſan. 31. num. 271. 274. & deciſi. 29. num. 177. Afflict. deciſio. 377. num. 2. 3. vbi Vrſill. num. 3. ex alijs comprobat Alex. conſi. 55. num. 6. vbi add. lib. 1. Pereg. d. art. 42. num. 73.* & ex his quartum contrarium reiectum remanet.

Progrediendo ad quintum oppoſitum dico, Duciſſam ad Albaranum prætenſum faciendum, & ſua iura Domino Fräciſco Caracciolo eius Patruo cedendum fuit inducta dolo, & perſuaſionibus, & proinde reſcindi debere ex pluribus.

31 Primò, dolus † præſumitur in eo, qui loquitur id quod nocere poteſt *gloſ. in l. nemo C. de Summ. Trin. & Fid. Capt.* & eam perſuadendo cauſa inducendi ad renuntiandum ſua iura, & pro ſe domos acquirendi ipſi Duciſſæ in dotem datas, faciendo contra iuſtitiam, fuit etiam in dolo *l. qui ætatem ff. de dol. except. Luc. de Pen. in l. quemadmodum col. 2. C. de agric.*

32 *& cenſ. lib. 10.* immò ex perſuaſionibus † fuit etiam in dolo ex propoſito *l. cum quis vbi Bart. l. ſi quis affirmauerit §. ſi autem ff. de dol. gloſ. 2. in l. apud celſum ff. de dol. except. Angel. in l. 1. C. ſi quis aliq. teſtar. probib. Afflict. deciſio. 69. prope num. 8. & alij innumeri cum fortioribus caſibus relati per Aym. conſ. 192. num. 2. & ſequ. per colum. integram*, vbi

33 ille dicitur † perſuaſor doloſus, qui perſuadit aliquid ad ſui commodum, vt in caſu noſtro ex doctrina *Bart. in l. ſi forte §. ſi mandato colum. 2. ff. de iniur.* & per-

34 ſuaſio † per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco compulſionis *l. eum qui ff. de Apoſtat. l. 1. ante finem C. de rapt. virg.* immò perſuaſio eſt plus quam violenta coertio *Cyn. in l. 1. eodem titul. per tex. in l. 1. §. perſuadere de ſeru. corrup. & ex alijs Neuizz. in Syl. nupt. lib. 4. nu. 39.*

Secundò, Dominus Franciſcus Caracciolus promiſit ſoluere Dominæ Duciſſæ ducatos mille quingentos ipſis domibus recuperatis, & alios ducatos mille quingentos habitis penſionibus ipſarum à Regia Curia, & cum pacto, quod ſi venirēt creditores, ipſa Domina ſolueret totam prædictam ſummam, & quia domus erant propriæ dotales per quondam eius patrē ſibi, & eius quondam viro in dotem datæ pro ducatis vndecim mille, vt ex capitulis matrimonialibus, & penſiones à die mortis dicti ſui viri, ad eam ſpectabant, & ſpectant, & ne dum domini, ſed poſſeſſores dictarum domorum erant, vt idem Dominus Franciſcus fatetur, dum petijt ipſos coniuges ad eas relaxandum

35 & dos † eſt proprium patrimonium mulieris *l. 3. §. denique ff. de minor. Præſid. de Franch. deciſio. 161. num. 50.* & Dominus Franciſcus nihil de ſuo promittebat, neque dabat, & cedendo d. Duciſſa omnia ſua iura, aut paragium ducat. duodecim mille, vt eſt probatum, aut dictas domos prò ducatis vndecim mille ſibi in dotem datas, etiam ſi de proprio Franciſcus quantitatem promiſſam ſolueret, læſio non ſolum eſt vltra dimidiam, & ſatis longè, ſed in totum, & cum dicto onere ſoluendi debita omnia de dictis ducatis tribus mille, & ipſe in tuto cum aliena iactura



Digitized by Google

ctura volebat domos proprias ipſius Dominæ Duciſſæ, talis contractus, nec inter inimicos initus fuiſſet, & ſic prò infecto
36 haberi debet, cum læſio † vltra dimidiã tantum dicatur ænormiſſima *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 4. num. 5. Burſat. conſ. 168 num. 32. Cancer. in 2. reſolut. cap. 1. de minor. nu. 220. Gam. deciſio. 95. num. 3. & deciſio. 198. in fin. Oſaſc. deciſio. 77. num. 13. Barz. deciſio. 86. num. 51. & ex alijs Mar. Giurb. deciſio. 110. num. 5.* & Læſio
37 † ænormiſſima, vt tollatur, nulla poteſt, dari cauthela *Ann. alleg. 17. num. 5. & 6* ex multis dicens, quod quando quis eſt
38 læſus, dicitur dolus initus, qui † cum ſit re ipſa, æquiparatur dolo ex propoſito *l. ſi ſuperſtite C. de dolo, Rebuff. ex multis in tract. de reſciſ. contract. art. 8. gloſ. 15. Anto. Gabr. in commun. opin. lib. 2. de arb.*
39 *concl. 3. num. 49.* dicit † dolo renuntiari non poſſe, & hæc opinio videtur magis * communis *Rom. conſil. 48. num. 3. vbi Mandoſ.* ex multis comprobat, & ſi quan
40 do adeſt læſio † vltra dimidiam, tranſactio reſcinditur, ſecundum * communem in *l. 2. C. de reſcindend. vend. quam declarat Corn. conſil. 166. litera E. & infra quem ſequitur Det. conſil. 215. deciſum firmat de Ann. Pater alleg. 9. num. 20. & in ſing. 53. vbi ex plurib. & de * communi firmat Conſil. Fab. de Ann. filius, per colum. ibi addens:* quanto fortius in caſu noſtro? vbi læſio nè dum eſt vltra dimidiam ſed in totum, & cum periculo ſoluendi debita, & nihil habere, vt prædiximus, vnde tale prætenſum Albaranum reſcindi debere, & de eo nullam haberi rationem concludo.

Ad ſextum, & vltimum contrarium de contractu anni 1608. dico, quod Dominus Franciſcus Caracciolus, & Paſchalis eius filius ſimiliter doloſè, blandis verbis & perſuaſionibus ad talem contractum d. Duciſſam induxerunt pro eorum abundantiori cauthela cum clauſulis ſuperfluis, & inſolitis vnde dolus affertur *Bal.*
41 *in l. teſtamentum C. de teſtam.* & vbi † abundans cauthela ineſt, ibi eſt fraus, cum clauſulæ inſolitæ fraudem arguant *Curt. Iun. conſil. 17. num. 18.* & quia dicti pater, & filius vſi ſunt eorum peritia ex cauſa eorum lucri, in eis præſumitur dolus *l. eleganter §. fin. cum l. ſeq. ff. de dol.* & ipſi perſuaderunt Dominę Duciſſę, quod ſecunda donatio ei erat magis vtilis, quia in caſu decedẽtiæ d. Franciſci, & ſuorum filiorum ſine filijs ipſa in dictis domibus ſuccederet; Dum quatuor erant ſui filij mares, & ſecundum qualitatem temporis prætenſi contractus erat impoſſibile talem ſucceſſionem ei deferri, ſimiliter fuerunt in dolo *Aym. conſil. 35. nu. 11.* & domus erant propriè dotales, & numquam à ſuo dominio abdicatæ, perſuadendo Dominæ Duciſſæ, quod nullum ius in domibus habebat, dicti Pater
42 & filius vſi ſunt mendatio † etiam fuerunt in dolo ex propoſito *Aym. d. conſil. 192. num. 13. per text. in l. ſi ſine C. ad Vellian.* & ex eorum taciturnitate iuriũ d. Duciſſæ ſimiliter fuerunt in dolo per *l. quæritur §. ſi videtur ff. de ædil. edic. & ex alijs idem Aym. conſil. 142. num. 20.* Diximus in Albarano adfuiſſe fraudem
43 & dolum, † ex propoſito, qui commiſſi in Albarano cenſentur repetiti in dicto contractu anni 1608. tẽdente ad eius cõfirmationem *Paul. de Caſtr. conſil. 162. viſis & ponderatis omnibus colu. 1. lib. 2. Aym. d. conſil. 142. num. 13.* ergo dictum Albaranum, eiuſque ratificatio ceſſionis iurium d. Duciſſæ, ab ea, dolo, & fraude extortæ, non valent *l. in ſumma de condit. indeb. vbi Bart. 2. oppoſ. Bald. & alij in l. ſub prætextu C. de tranſact.* maxime, quia
44 ſexus † mulierum adeo fragilis eſt, quod de facili decipitur, flectitur, & appræhenditur *cap. forus de verb. ſig. gloſ. 1. de clan deſt. diſpoſ. 24. q. 6. c. quam propoſuiſti, & q. 11. cap. addam, & cap. mulier,* & cum Albaranum, & contractus doloſè proceſſerint, de eis nulla eſt habenda ratio, ſtante etiam læſione ne dum ęnormiſſima, ſed in totum, & plus, vt diximus, & in mu
45 lierum † renuntiationibus ſolum earum aſſertione præſumitur læſio, *gloſ. in l. cum poſtea, de pact. Bald. in margar. verſic. dolus num. 13.* probatur etiam eoipſo, quod mulier, aſſertioni aduerſarij credit *d. l. ſi quis affirmauerit l. cum te l. ſi legatarij l. bare-*

Digitized by Google

*hæredibus in fine, & l. ſeq. ff. de dol. l. 3. ff. ad Maced. Aym. latè pro genero num. 253. verſ. quo circa*, & etiam ſi læſio non adeſſet, ſtantibus tot dolis dantibus cauſam Albarano, & contractui, non eſt de eis diſcutiendum, quia ipſo iure non tenent, vltra ſupradicta firmatur 12. *q.* 2. *cap. quis quis Epiſcopus cap. cum vniuerſorum de rerum permut. gloſ. in cap. cum dilectus de empt. & vend. vbi Doctor. Canoniſtæ, & d. l. eleganter ff. de dol. l. 3. ff. pro ſoc. l. dolo C. de inutil. ſtipul. Cyn. in l. 2. C. de reſcind. vend. num. 16. & * communiter Doctores relati per Bened. Capr. in reg. 87. nu 85.*

Vnde ex prædictis cõcludo, reſciſſis Albarano, & contractu, dictas domos Dominæ Duciſſæ proprias dotales reſtitui debere, cum penſionibus à die mortis d. D. Diomedis Carafæ ſui primi quondam viri ſaltim prò paragio, & dote ſua, maximè, quod ſumus in tali ſupremo Tribunali, vbi ſola facti veritate inſpecta iudicatur, iuxta *cap. Regni deteſtantes ibique Doctores, & Afflict. in deciſ. 250. num. 3. in fine*, & non obſtante ſequeſtro per Regium Fiſcum facto, & alijs per Dominum Paſchalem Caracciolum prætenſis ita iuris eſſe conſulo, & iudicandum puto die 10. Ianuarij 1617.

*Die 21. Ianuarij 1617. Referente Domino D. Petro Iordano Vrſino Regiæ Cameræ Summariæ Præſidente, & cauſæ Commiſſario fuit deciſum tranſactionem, inſtrumẽtum, & alia in actis deducta eſſe reſcindenda, prout præſenti decreto reſcindi mandatur, & proinde petitum paragium pro parte Donnæ Portiæ Caracciolæ eidem deberi, ſuper domibus in actis deducti. per Regiam Cameram liquidandis, vt in proceſſu inter Regium Fiſcum, & dictas partes, pœnes Longum Actuarium dictæ Regiæ Cameræ fol.* 399.

Et hoc, quia non erat copilatus proceſſus ſuper petitione ipſarum domorum, ſed ſperatur quod in liquidatione erit cõpilatus proceſſus auocationis domorum liquidabiles in ipſis domibus iuxta patris diſpoſitionem, & ita, &c.

*Camillus de Laratha.*

*SVMMARIVM.*

1 *Tertius in iudicio comparens auditur in terminis in quibus cauſa reperitur.*

2 *Intereſſe in cauſa non habens non auditur.*

3 *Scientia iudicij nocet tertio comparere volenti.*

3 *Tertius comparens ad excludendum omnes, non impedit iudicium, ſed conſulitur ei per cautionem, & nu. 5*

6 *Legatarius, liti per hæredem motæ poteſt aſſiſtere nè colludatur.*

7 *Cohæres, liti motæ per alium cohæredem, aſſiſtere poteſt.*

8 *Tertius in cauſa aſſiſtens ad ſingulos actus citari debet.*

9 *Tertius pro ſuo intereſſe, & iure allegare poteſt omnia, quæ principalis, aut non allegauit, aut non probauit.*

10 *Tertius inuito principali ab eo ignorata declarare poteſt.*

11 *Tertius pro ſuo intereſſe, poteſt Iudicem recuſare.*

12 *Tertius comparens adcoadiuuandum victoriam alicuius ex litigantibus poteſt liti aſſiſtere, & tenetur cauſam in ſtatu repertam defendere.*

13 *Tertij cauſa ad coadiuuandum vnum tantum, eſt connexa cum cauſa principali, & vna cenſetur inſtantia, & eadem debet determinari ſententia.*

14 *Tertius eſt audiendus quando ad ſe litem aſſumit, ut author laudatus, vel alias ad ſe principaliter ſpectat.*

15 *Tertius eiſdem obligatur terminis, quibus principalis, cui ſi præcluſa ſit via, erit, & ipſi tertio.*

16 *Tertius Author laudatus nec ope reſtitutionis in integrum ad pinguius probandum admittitur.*

17 *Tertius in iudicio, vt author laudatus poteſt petere compromiſſum.*

18 *Tertius pro ſuo intereſſe poteſt appellare.*

19 *Tertius auditur aduerſus exequutionem ſententiæ, ſi in promptu de ſuo dominio, & poſſeſſione per acta publica doceat.*

20 *Tertius ſuam poſſeſſionem validam oſten-*

Digitized by Google

*oſtendere debet.*

21 *Tertius comparens ad infringendum iura omnium, dicens rem ad ſe ſpectare, ab initio agendum ad cauſam admittitur.*

22 *Tertius comparens ad infringendum iura competitorum expeditionem cauſæ impedit, non obſtantibus contrarijs quãdo venit eodem iure.*

23 *Fideicommiſſarius ex cauſa neceſſitatis poteſt filiæ rem reſtitutioni ſubiectam in dotem dare.*

24 *Scientia non nocet mulieri, & minori, & nè dum debet audiri, ſed per reſtitutionem in integrum poſſunt de ſuo intereſſe docere.*

25 *Principali priuilegiato ſi fuerint conceſſa beneficia, alia tertio priuilegiato comparenti non competunt, per rationem, vt ibi.*

26 *Concluſione non obſtante in cauſa, priuilegiatis dantur beneficia.*

27 *Cauſa relata, introducta, & diſcuſſa an dentur beneficia.*

Pro eadem D. Duciſſa.

## ARGVMENTVM.

*Tertius comparens in iudicio inter alios moto, quando, & quomodo admittatur, & an ei competant beneficia.*

## CONSILIVM CXIII.

Dominus Paſchalis Caracciolus ſuum Iudicium auocationis domorum per Regium Fiſcum ſequeſtratorum, prætendit poſſe expediri abſque quod Domina Donna Portia Caracciola Duciſſa Cerciæ Maioris audiatur ex pluribus.

Primò, quia tertius in iudicio compa-
1 rens auditur † in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur, cum in dicto iudicio ſit facta concluſio, & in limine expeditionis repetiatur, non poſſet teſtes producere, quos Principalis non valeret, vt per *Ancar. conſ.* 183. *Præſid. de Franch. dec.* 261. *n.* 9.

Secundò, Dominam Duciſſam in hoc
2 iudicio nullum † habere intereſſe, quia diſpoſitio ipſarum domorum per quondam Dominum Paſchalem Caracciolum amborum Auum Paternum fuit facta in beneficium maſculorum primogenitorũ, vt ex contractu donationis ipſarum domorum patet.

Tertiò, Dominus Paſchalis dicit, quod Domina Duciſſa habuit ſcientiam dicti
3 iudicij, quæ ſcientia † ei tamquam tertio obſtat, vt per *Abb. Felyn. & alios in c. veniens il ſecondo extra de teſt. Boer. de ciſ.* 79. *col.* 1. & ſic audiri non debet.

Quartò, quando tertius non accedit ad coadiuuandum aliquem ex litigan-
4 tibus, ſed ad † excludendum aliquem, vel omnes de iudicio, vt Domina Duciſſa domos pro ſe obtinere prætendit, iudicium tunc non impeditur, & ipſi venienti poſſet eſſe conſultum per cautionem iuxta *l. is à quo C. de reiuendic. Præſid. de Franch. deciſ.* 261. *num.* 8. *& deciſ.* 491 *num.* 2.

Quintò, & vltimò, Domina Duciſſa prætendit de ſuis dotibus ſuper dictis domibus habere hypothecam, & ſuper eis ſatisfieri iuxta *text. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus verſic. ſi res fuerit pignorata ff. de re iud. Natt. conſ.* 552. *mouet num.* 1. Dum ſi feratur ſententia in fauorem ipſius Domini Paſchalis, & eſſet exequenda ſuper eiſdem domibus per dictam Dominam Duciſſam minime impediri
5 poſſet † per *text. in l. ſtiecco ff. de re iudic. Bart. in d. §. ſi ſuper rebus num.* 2. dummodo ei de indemnitate caueat. *per dictam l. is à quo* ergo nec audienda.

His non obſtantibus Dominam Duciſſam nè dum audiri, ſed iura, & probationes ſuas producere poſſe, quia liti inter alios agitatæ tertius multipliciter audiri poteſt.

Primò, quia quando hæres litigat cum debitoribus, vel bona hæreditaria deti-
6 nentibus, tertius legatarius † poteſt liti aſſiſtere nè colludatur, ita determinat *text. in authent. nunc. ſi hæres vbi gloſ. & Doctor.*

Doctor.C.de litig.Paul.de Caſtr.in l ſæpè num.3.ff de re iudic.dicit,quod ſi legatarij velint aſſiſtere hæredi ſcripto,& auxilium impartiri in iudicio per eum moto, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint,tenētur aſſumere cauſam in eo ſtatu in quo reperitur,& aſſiſtere;& text.in d.auth.ex idētitate rationis ampliari poteſt in cohære-
7 de,† qui in iudicio moto per alium cohęredem contra debitores, vel bona hæreditaria detinentes, & ſimiliter aſſiſtere poteſt,nè colludatur per d. auth. nunc ſi
8 hæres, qui tertius † in cauſa aſſiſtens ad ſingulos actus citari debet Menoch.conſ. 746. num. 15. Cartar. deciſ.46.nu.6.& ſeq.Mar.Giurb. deciſ.1. num. 13.& pro
9 ſuo iure,& intereſse allegare, & † probare poteſt omnia quæ principalis aut non allegauit, aut non probauit iuxta gloſ. in l.non ſuſpecta ff.de inoffic.teſtam. quam ſingularem inquit, & remiſſiuè ſequitur Maſull. ad Capyc. deciſ.107.ſub num.4. Bart.in l.ſi perluſorio §.1.num.2.ff. de appell.Oldr.conſ. 255. Gabr.titul. de teſt. concluſ.21.num.46.47.Couar.pract. qq. cap.13.num.1.verſic.primum ex his,Tuſch.tom.8.littera T. concluſ.83. num.6. Tepat.lib.1.var.tit.de teſt.extran.in fin. Conſil.Fab.de Anna conſ.97.num.4. Viu. deciſ.291.num.7. Monter. deciſio. Arag. 32.Menocch.conſil.488. num. 5. Gaball. milleloq.983.num.1.Scacc.de appell.q.17 lib.6.memb.4.num.50.Gail. lib. 1. obſeruat.71.num.14.& principali etiam inui-
10 to,† quæ ignorata ab eo ſunt declarare poteſt tertius,ſicuti poſt Bart.Crauet. Caſſan.& alios docuit Menocch.conſ. 28. num.28.conſ.746.num. 13. Regens de Ponte conſ.6.num.37.39.40.43. Caualc. deciſ.5.nu.25.42.par.4. Rebuff. ad Reg. Conſtit.Gall.titul. de arreſt.art.1.gloſ.1. num.17. Tuſch. d. concluſ.83.num.5. 9. Mar.Giurb.d.deciſ.1.num. 1.2. & po-
11 teſt pro ſuo intereſse iudicem † recuſare,vt in cap.cum ſuper de offic.deleg.ibique Doctor. Affl.dec.15.nu.3. Maſull. ad Capyc.dec.107. nu.4.

12 Secundo,ſi tertius † comparet,vt cauſam adiuuet ad victoriam alterius ex litigantibus aſſiſtere etiam poteſt,& tenetur cauſam in eo ſtatu in quo erat tempore quo comparuit eam defendere, per text.in cap.fin. vt lit. pend. in 6. Couar.d.c.13.nu.1.& cap.14.num.1. 2. 3. Præſid.de Franch.d.deciſ.261.& deciſio. 492.Honded.conſ.25.num.10.12.lib. 1. Anguiſ. conſ.62. lib. 2.Conſil. Fab.de Ann.conſil.97. num.1. conſ.89. num.1. Menoch. conſ. 39. num. 54. conſ. 488. num.5.Coſt.de re integr.diſt. 95.num.4. 13.14.& de ſcient.& ignorant.centur.1. diſtint.57.num.13.Couar.d.cap.13. de tertio oppoſitore num. 5. Put. deciſ. 84. num. 6. lib. 2. Surd. deciſ. 60. num. 6. deciſ. 147. num. 6. Caball. d. milleloq. 983. Natt. conſil. 99. num. 3. conſil. 453. num. 1. Crauett. conſil. 14. num. 4. Cæphal. conſ.202.num. 10. Ruginel.de appell.§.2.cap.1.num.47.Alexa. conſ.82.num.6.lib.1. Franc. Marc. deciſio 33.num.4.deciſio.164.num.8. deciſ. 161.part.2.Caſſiodor. deciſio.1.tit.de except.Caualc.deciſio. 5. num.32. deciſio.6. num.6.part.4.Rebuff.ad Reg.Conſtit.titu. de arreſt.art.1.gloſ.1.num. 9. Scacc. de appell.q.17.lib.2.membr.4.num.50.Facchin.lib.11.controuerſ.iur.cap.5. Petr. de Gregor.de appell.lib.5.cap.1.num.21.Magon. deciſ. Lucenſ. 96. num. 2.Cornazz. deciſio.215.num.8. Mar.Giurb.d.deciſ.1. num. 24.

Tertiò, cauſa tertij comparentis non
13 ad † infringendum iura competitorum, ſed ad coadiuuandum vnum tantum adeo connexa eſt cum cauſa principalis, quod eadem eſt principalis, & tertij comparentis inſtantia Butr.conſ.44. Tuſch.tom.4.litera I.concluſ.211. & tom.8. litera T.concluſ.83.num. 20. & idem eſt vtriuſq; iudicium,& eadem regulatur inſtantia,quod nec diuerſa, aut ſeparatim, ſed eadem debet determinari ſententia, nè continentia cauſæ,&c. Gail.lib. 1. obſerua.70.num.3.Menocch.conſil.488.nu. 5.conſ.421.num.66.Caualc.deciſ.5.num. 7.26.57.part.4.Franc.Marc.deciſio.76. num.4.part. 1.Conſil.Fab.de Ann. d.conſ. 97.num.5.conſ.98.num.3.4. ideo res inter alios acta nocet tertio ius connexum habenti cum quo fuit actum, vt ex Tira



Digitized by Google

*quell. & Alex. firmat Surd. deciſ.* 103. *num.*10.*Mar. Giurb. d.deciſio.* 1.*ſub numero* 30.

Quartò,audiendus eſt tertius quando aſſumere vult in ſe litem,quæ ad eum, vt
14 ad † authorem laudatum,vel alias principaliter ſpectat,*Gaball.d. milleloq.* 983. *Gail.d.Obſeru.*70 *num.*19.*Benintend.deciſ.*75.*Rebuff.in conſtit.Reg.Gall.tit.de Arreſt.artic.*1.*gloſ.*1.*num:*3.*Caſſan. in conſuetud. Burgund.tit.des Rentes rub.*5. §.3.*gloſ.*3.*Tepat.d.tit.de tert.extran.in princip.Ioſeph.Ludouic.deciſ.*26. *num.*25. *Mar.Giurb.d.deciſ.*1.*num.*23.qui tertius
15 eiſdem † terminis obligatur, quibus & principalis, cui ſi præcluſa ſit via vlterius probandi, erit etiam præcluſa ipſi tertio pro ſuo intereſſe comparenti *Bald. in l. eo tempore C. de remiſſ. pign. Bart. in l. ſi perluſorio ff. de appell. Felyn. in cap.cum ſuper num.*7.*de re iudic. Ang. in l. ſi ſuſpecta colum.*2.*ff.de inoffic. teſtame. Natt.conſ.*457.*num.*1.*Marzar.conſ.*24 *Honded.d.conſ.*25.*num.* 12.*&* 17.*lib.* 1. *Tuſch.tom.*8.*litera* T.*concluſ.*83.*num.*11. *Cancer.d.cap.*16.*de tertio oppoſit.num.*5.9 *&* 10.*Franc:*Marc.*deciſ.*161.*nu.*4.*part.*2 *Gratian.deciſ.*149.*num.* 6. *& ſeq. Vant. de null.tit.quis poſſ.dic.de nullit.num.*15. *Bott.conſ.*16.*num.*67.*Bertaz. conſ. crim.* 4. 28. *Gaball. d. milleloq.* 983. alias ſi reſtitutiones concederentur, ſtatus cauſæ mutaretur, quod non permictitur *Put.deciſ.*71.*lib.*3.*Gratian.d.deciſ.* 149. *num.* 7. *Lancellot. de actent. appell. pend.*
16 *ampliat.*14.*num.*22. immo nec ope † reſtitutionis in integrum ad pinguius probandum iſte tertius admittendus eſt, ſi nec conuentum poſſeſſorem defenſurus ſi pro ſuo iure, ſuoque intereſſe poſt concluſum in cauſa ad iudicium venerit *Barboſ. in l. ſi alienam*, *num.*15.*ff.ſolut.matrim.Præſid. de Franch.d.deciſ.*261.*num.*9.*Conſil.Fab de Ann. d.conſ.*97.*num.*6.ex alijs comprobat, &
17 † tertius author laudatus poteſt petere compromiſſum vigore Regiæ Pragmaticæ,vt *Paul.de Caſtro* multis rationibus firmat *in l.*1.*C.vbi in rem actio,& vt per cap.cum ſuper & ibi Doctores de offic.deleg.dicit Afflict.d.deciſio.*15.*num.*3. *vbi Vrſill.num.*5.& etiam tertius habens in-
18 tereſſe in iudicio poteſt † appellare, vt indubitati iuris eſſe dicit *Mar. Giurb. in deciſio.* 8. *num.* 9.*per text.in l.ſi parentes C. de euict.l. ab exequutore §.alio l. à ſententia de appell. d.cap. cum ſuper de offic. deleg.notant Doctores in l.à diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud.& Canoniſtæ in cap.veniens* 2. *de teſt. & ex alijs ibi per Mar.Giurb.d.nu.*9. *& ſeq.*

Quintò,tertius auditur, & admittitur etiam aduerſus exequutionem ſententiæ ſi rei fortè exequendæ dominium
19 † & poſſeſſionem oſtendit in promptu per acta publica,& interloqui debet, vt videtur in dies decidi in terminis ex *tex. in d. l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus, vbi Alex. num.* 24. *Iaſ. num.*16. *& reliqui claſſici ff.de re iud. Doctores in d.cap.cum ſuper,& cap.veniens,Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.*26.*Couar.pract.qq. cap.*16. *num.*3 *verſic.tertius ſolet,Duen.reg.*274. *Amat. deciſ.*48.*num.*9. Milanenſ.*deciſio.*12. *nu.* 117. *lib.* 2. *Ann. alleg.* 120.*& ex alijs Mar.Giurb.deciſ.*62.*num.*2. alias ſi in promptu non docuerit, exequutionem non impedit,vt prædixit ex multis *Mar. Giurb.num.*1.ſed ſub *d.num.*2.firmat eſſe verum, ſi tertius citatus,vel ſciens de re ſua tractari ad iudicium venerit *Bald. in l.ob meritorum num.*14. *in fine C. ne vxor pro marito,Intrigliol.deciſio.*46.*nu.* 49.*& ſing.*173.*num.* 17. *Cartar. deciſio.* 47.*per totam, Milanenſ.d. deciſio.* 12. *nu.*65.*Mar.Giurb.d. in loco* ſubdens etiã ſi tertius minus iuſte poſſideat *l. final. C.ſi per vim &c. cap. licet Epiſcopus de præbend.in* 6.*Ruin.conſil.*128.*lib.*5.*Præſid.de Franch.deciſio.*545.*num.*10.& poſtea *idem Giurb.ibidẽ* dicit, quod tertius impedire volens exequutionem iuſtam
20 debet ſuam † poſſeſſionem oſtendere nè alienatio ſit rei litigioſæ, vel in fraudem,aut dolo facta,quę omnia ex multis *Mar.Giurb.* diſcutit *in deciſio.*62.*nu.*3. 4. *& ſeq.*

Sextò, audiendus eſt tertius quando
21 venit ad infringendum iura † litigantium,dicens rem ad ſe ſpectare, actorem

& reum

& reum vtrumque excludendum, & hic eſt caſus noſter, dum Domina Duciſſa dicit domos ad ipſam pertinere,& obtinere excluſis omnibus, ideoque ad cauſam ab initio agendam admittitur, ita quod hæc Domina cauſam in eo ſtatu aſſumere poteſt in quo inter dictum D. Paſchalem, & Regium Fiſcum reperitur ad *text. in l. Titia ff. ſolut. matrim. vbi Barboſ. Couar. pract. quæſt. cap.* 13. *ante num.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. *verſic. hactenus de tertio,* Coſta *de ſcient. & ignor. diſt.* 53. *num.* 13. *de re integr. diſt.* 96. *num.* 14. *Gail. lib.* 1. *obſeruat.* 71. *num.* 14. *Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 53. *num.* 55. Marzar. *conſ.* 24. *Cancer. d. cap.* 16. *de tert. oppoſit. num.* 7. *Lancellot. de attentat. cap.* 12. *ampl.* 14. hinc eſt vt comparens ad infringendum iura competitorum cauſę expeditio-
22 nem † inter actorem, & reum impedit, ex Bald. *in cap. ſi duo de pac. tenen. vbi Afflict. num* 16. *Alex. ad Bart. in l. ſiquis libertatem num.* 2. *ff. de pet. hæred. Anguiſ. conſil.* 61. *lib.* 2. *Caualc. deciſ.* 5. *num.* 19. *part.* 4. *Scacc. de appell. q.* 17. *num.* 6. *membr.* 4. *num.* 50. *de Ann. Pater alleg.* 76. *num.* 9. *Conſil. de Anna filius conſil.* 97. *nu.* 13. *&* 14. *Et ſi contrarium firment Couar. d. cap.* 14. *num.* 4. *Præſid. de Franch. d. deciſ.* 261. *&* 492. *Honded. d. conſ.* 25. *num.* 2. tamen hoc non procedit quando eodem iure tertius venit, vt iſta Domina ex eodem contractu donationis factæ per quondam Paſchalem ſeniorem in ſui beneficium pro paragio, ex quo contractu venit, & ipſe Paſchalis præſens litigans *Anna Pater alleg.* 76. *de Anna Conſil. filius d. conſ.* 97. *nu.* 13. 14. firmat ſic in Regia Camera Summarię deciſũ, ac tradit *Monald. conſil.* 49. & ex his Domina Duciſſa obtinere debet, & primum, quartum, & quintum contrarium reſolutum remanet.

Non obſtat ſecundum contrarium, quia donatio iſta ſi eſt facta in beneficium maſculorum primogenitorum, in eadem dicitur, quod in caſu neceſſitatis pro fœminis deſcendentibus conuenienter maritandis, ſuper eiſdem domibus ſupplementum paragij daretur, & pro eo domus ipſæ venderentur, & cum Dominus Ioannes Baptiſta Caracciolus tamquam primogenitus dictarum domorum poſſeſſor non habens alia bona pro dicta Domina Duciſſa maritanda, de ipſis domibus eam dotando nuptui tradidit Domino D. Diomedi Carafæ, quod ex lege eiuſdem contractus rectè fecit,
23 cum pro dote filiæ conſtituenda † cauſa neceſſitatis ſit, iuxta *l. qui liberos alias capite trigeſimo quinto ff. de rit. nupt. vbi gloſ. & Doctor. Molin. de primogen. hiſpa. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. *Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 47. *num.* 7. *& ex alijs Mar. Giurb. deciſ.* 31. *num.* 4. & de iure res ſubiecta reſtitutioni per grauatum pro dote dari, & alienari poteſt ad *text. in l. mulier § cum proponeretur, & in l. filia ff. ad Trebell. & in authen. res quæ C. comm. de leg. Molin. de primogen. hiſpan. lib.* 4. *cap.* 6 *num.* 2. *& ex alijs in præcedenti meo Conſilio pro eademmet Domina Duciſſa num.* 7. 10. & ſic dicta Domina in omnibus debet audiri, & tanto magis, quia per eandem Regiam Cameram eſt deciſum eidem Dominæ ſuper dictis domibus deberi paragium, ſed ipſa ſperat integras dictas domos iuxta paternam dotationem obtinere, vt in *præcedenti Conſilio* fundauimus.

Nec minus tertium obſtat contrarium quod ſciens aliquod iudicium in quo intereſſe habet, tacens ſibi præiudicat, quia ſi hoc eſſe poteſt in caſu *Abb. & Felyn. in d. cap. veniens,* non autem in caſu Dominæ Duciſſæ, quæ etiam quod de tali
24 iudicio ſcientiam habuiſſet, † ei non noceret, quia mulieris, & minoris, qui à pari procedunt ſcientia, ipſis non obſtat, & iſta Domina in dicto iudicio comparens, nè dum debet audiri, ſed poſt lapſum termini, media reſtitutione in integrum de ſuo intereſſe docere poteſt *Afflict. deciſio.* 15. *Couar. pract. quæſtionib. cap.* 14 *num.* 1. *&* 2. *in fine, Apoſtil. ad Bart. in l. ſi perluſorio litera B. ff. de appell. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 26. *num.* 5. & eſt generale aduerſus omiſſas probationes in iudicio minorum, & mulierum, reſtitui per *Conſtit. Reg. obſcuritatem in*



Digitized by Google

*titul.de in integr.reſtit. mulie. lib. 2. vbi Iſern. Afflict. & Dominus Tapia* Marchio *Belmontis, & apud ſuam* Maieſtatem *in Supremo Italiæ Conſilio Regens lib. 3. titul.de reſtit.minor.Farinac.q.75.num. 444. vbi ex alijs teſtatur de * communi Petr.de Gregor. de iudi. cauſ. feud. q. 3. Sforz.Odd.de in integr.reſtit.q.36.num. 61.62.63.q. 65. num.*80.*Carauit.Rit.* Mag.Cur.*71.152.Menocch. de arbitr.q. 34. num. 11. Oſaſc. deciſio. Pedemont.86. num.2.3.Macerat.lib.1.reſol 54.num.4.* Bene verum eſt, quod ſi principalis in iudicio exiſtens eſt perſona priuilegiata, & habuiſſet beneficia, † tertio poſtea comparenti alia beneficia non competunt, ſecundum *Iſern. in d.conſtit.obſcuritatē col.3.verſ.nunquid ergo Intrigl.lib.2 ſing.211. Petr. de Gregor. de iudic. cauſ. feud. q. 30. nu.7.verſic.& ſi forte* Cum. *in Rit.39.nu.58.* quia præcluſa via principali intelligitur præcluſa incidenter venienti *Bald in l. ſi eo tempore de remiſſ. pignor. Marzar.d. conſil.24.* Conſil.*Fab. de Ann.d.conſil.97.num.7* ſed quia in hac cauſa, non ſunt data beneficia, & ipſi Dominæ Duciſſæ tamquam priuilegia
26 tæ † competunt, ne dum debet audiri, vt prædiximus, ſed non obſtante concluſione cauſæ, reſtitutiones, ſiue beneficia concedi debent iuxta *gloſ. in l. fin. C. ſi ſep.reſtit.poſtul.Iſern.Afflict.&* Marchio *& Regens Tapia loco citato, Afflict.deciſ. 25. vbi Vrſill. alias deciſum affirmat. Cum. Rit.77.per tot. Marant. conſil. 25. num.3.& plur.ſeq.Petr.de Gregor.d.q.3. num.8.Odd.Sforz.d.tract.q.65. num.41. Signor. de Homed in l.nam, & poſtea §.ſi minor. num. 9.ff.de iur.iuran.Farin.d.q. 75. per tot.capud.25.quod incipit à num. 431.& ſeq.Ancar.in cap.auditis num. 7. de reſtit.in integr.Intrigl.deciſ.25. num. 3. & hanc* communem ſimiliter profitetur* Caldas *in l.ſi curatorem gloſ. vel aduerſarij dolo num.20.C. de reſtit. in integr.Mar.Giurb.d.deciſ.1. num.*3. 4. 5. & dum *Præſid.de Franch.in d.ſua deciſ.261*
27 dicit cauſam fuiſſe relatam, † introductam, & diſcuſſam, quo caſu beneficia non conceduntur perſonis priuilegiatis, quia dū hæc fiunt merita cauſæ panduntur *Præſid.* ipſe non videtur negare poſt cōcluſionē in cauſa beneficia priuilegiatis cōcedi, & licet aliquando Sacrū Conſiliū aſſolet cū aliquali cognitione viſis articulis ſi ſint releuantes ne beneficia petantur ad dilatandū, vt per *Vrſill. ad Afflict.d.deciſ.15.nu.1.*tñ per idem Sacrum Conſilium deciſum eſt ſorori petenti maius paragium, deberi petita beneficia, non obſtante, quod in cauſa publicatio facta fuerit, & ſic in terminis noſtri proprij caſus, vt firmat *Vrſill. ad Afflict. deciſ.235.nu.4.*

Et ex his iuris eſſe conſulo, & iudicari debere Dominam Duciſſam in dicto iudicio audiri, & ſi opus fuerit beneficia ei concedi die 10. Ianuarij 1617.

*Die vltima Ianuarij 1617. facta relatione per Dominum Don Petrum Iordanum Vrſinum Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium per eandem Regiā Camerā fuit prouiſum, quod dicta Domina* D.Portia Caracciola *audiatur in terminis in quibus cauſa reperitur, & die 9.Februarij eiuſdem anni 1617. relata dicta cauſa per eundem Dominum cauſa Commiſſarium in Collaterali Conſilio fuit ſimiliter prouiſum, quod dicta Domina audiatur, vt eſt prædictū, & patet ex decretis in proceſſu inter dictum Regium Fiſcum, & dictas partes pœnes Franciſcum Antonium Longum dictæ Regiæ Cameræ Actitantem.*

*Camillus de Laratha.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtis vnus non probat, & quando de facto proprio deponit probat num. 29. vſque ad nu.32.*

2 *Proxeneta, ſiue mediator non eſt teſtis idoneus.*

3 *Proxenetæ dictum ſemiplenam tantum facit probationem.*

4 *Proxeneta, & mediator ad ambarum partium inſtantiam deponere cogitur.*

5 *Teſtes ſingulares contra Officiales debent eſſe quinque.*

6 *Teſtis*

Digitized by Google

6 *Teſtis deponẽs dediſſe quid Officiali efficitur criminoſus, & nõ eſt idoneus teſtis.*

7 *Teſtis dicens dediſſe Officiali ꝙ ſibi aſſignatum fuit dicit ad exonerandum, & non probat.*

8 *Probationes euidentes requiruntur contra Officialem.*

9 *Corruptelæ crimen inter magnas, & capitales cauſas reputatum.*

10 *Corruptelæ crimen Maieſtatis læſæ crimini aſſimilatur, & nu. 44.*

11 *Maieſtatis criminis pœna habet locum etiam ſi Iudex accepit, vt ferat iuſtam, vel iniuſtam ſententiam, & ſi capit, vt Iudicet, vel vt non Iudicet, & aliquid ad eius officium maius, vel minus faciat nu. ſeq.*

13 *Maieſtatis in crimine teſtes infames, & criminoſi admittũtur, & ſic in crimine Baractariæ quilibet teſtis num. 14. & 15.*

16 *Simoniacus eſt, qui Iudicem corrumpit.*

17 *Simoniæ crimini mediatores, proxenetæ, criminoſi, mulieres, & infames admittuntur in teſtes.*

18 *Proxenetæ, & mediatoris depoſitio ſuppletur, vel ex integritate conteſtis, vel ex numero, vel ex præſumptionibus num. 19.*

20 *Teſtis vnus inhabilis, & alius pluſquam habilis ſufficit, cum dictum vnius ſuppleatur per integritatem alterius circa perſonas, & dicta nu. 21.*

22 *Teſtis conualidatio per alium teſtem, debet conſiſtere in actibus non in tempore, & loco quando ſunt de ſubſtantia.*

23 *Teſtium numerus ſupplens defectum alterius qualis eſſe debet.*

24 *Teſtium habilitas, & inhabilitas arbitrio Iudicis ſuppletur.*

25 *Baractariæ, vel corruptelæ crimen fit occultè, & in occultis quilibet teſtis recipitur, & dicitur omni exceptione maior.*

26 *Proxeneta ſi eſt perſona digna, integra, & legalis, & nihil cæpit de lucro magis ei creditur, alias ſecus nu. ſeq.*

28 *Proxenetæ quãta fides ſit adhibenda arbitrio Iudicis relinquitur & nu. 55.*

32 *Teſtis vnicus de facto proprio deponens cum adminiculis probat.*

33 *Teſti vnico deponenti ſtatur Iudicis arbitrio ſi plenam fidem faciat.*

34 *Teſti vnico ſtatur quando veritas aliter haberi non poteſt, & talis depoſitio dicitur ſubſidiaria.*

35 *Proxeneta, ſiuè mediator qui corrumpit Iudicem ſi in triduo non denunciat, punitur.*

36 *Sententia per corruptelam lata, eſt nulla.*

37 *Mediator, quia puniri poteſt deponit de facto proprio, & ideo ei creditur.*

38 *Corruptelæ crimen quod ſecretè committitur impoſſibile eſt habere plures teſtes in eo.*

39 *Teſtis vnicus vbi alij haberi non poſſunt probat.*

40 *Teſtis vnicus ad faciendum indicium, & præſumptionem ſufficit & nu. 41.*

42 *Teſtis vnicus de veritate deponens ſufficit, & de iure Regni etiam ad condemnationem.*

43 *Teſtis vnus de viſu cum adminiculis probat.*

45 *Patris delictum nocet filijs.*

46 *Simoniæ, & Maieſtatis in crimine admittũtur ſocij criminis, infames, & inhabiles, & nu. ſeq. & 48.*

49 *Corruptelæ crimen quod fit ſecretè, probatur per proxenetam, vel mediatorem, & quemcunq; teſtem etiam nõ admittendum nu. 52. & 59.*

50 *Proxeneta inuitus cogitur ad deponendum.*

51 *Tractator, ſiue parlator admittitur in teſtem.*

53 *Natura facti facit admittere teſtes non admittendos.*

54 *Negotium nemo melius ſcire poteſt, quã qui tractauit.*

56 *Teſti, ſiue mediatori de cuius commodo tractatur non concurrentibus alijs adminiculis non creditur, & nu. 62.*

57 *Teſtis mediatoris depoſitioni cum adminiculis magis creditur, et talis depoſitio potentior eſt.*

58 *Caſus expreſſi ex idemtitate rationis ad alios extenduntur.*

60 *Teſti deponenti ſe voluiſſe corrumpi ad falſum deponendum creditur.*

61 *Proxenetæ, ſiue mediatoris depoſitio va-*



Digitized by Google

*lida quando ſit.*

63 *Mediatorem commodum non habere quando intelligatur.*

64 *Mediator, ſiue proxeneta vna parte inſtante deponere cogitur, & ei creditur.*

65 *Officialis per depoſitionem mediatoris cũ adminiculis torqueri poteſt, & an condemnari etiam de iure Regni nu. 66.*

67 *Delicta difficilis probationis qualem probationem de iure requirant, & num. 72. & 73.*

68 *Coniuratio probari poteſt per coniuratos, & quare.*

69 *Teſtes quando in aliorum locum ſubrogari poſſunt.*

70 *Teſtes contra inſtrumentum omni exceptione maiores eſſe debent.*

71 *Proxeneta quando compellitur teſtificare.*

74 *Coniecturæ ſunt probationes manifeſtæ in delictis ſecretis.*

75 *Fama bona iuuat in Officiale, & quæ requiratur de iure Regni.*

76 *Præſumptiones duæ plenam faciunt probationem.*

77 *Lex ſiuè ſtatutum ad beneplacitum ſtatuentis emanatum, morte ſtatuentis expirat.*

78 *Iudex in delictis occultis debet eſſe facilis ad liberandum.*

79 *Iudex quando poſſit iura tranſgredi.*

80 *Torturæ inditia Iudici ſunt arbitraria.*

81 *Arbitrium Iudicis debet ſecundum leges regulari.*

82 *Opinio minor in criminalibus attendẽda.*

83 *Arbitrium ſecundum leges eſſe debet, & ſecundum eas iudicandum.*

84 *Iudex voluntati ſuæ obtemperare non debet.*

85 *Iudex etiam ordine Imperatoris non niſi ſecundum leges iudicare debet.*

86 *Iudex non ex priuata conſcientia, & ſcientia iudicare debet, ſed ſecundum allegata, & probata.*

87 *Sententiam iniuſtam ferens odio, metu, precibus, vel alia de cauſa peccat mortaliter, cum obligatione reficiendi omne damnum & intereſſe, & ſi eſt Eccleſiaſticus ipſo facto eſt ſuſpenſus, & efficitur irregularis.*

88 *Iudicium octo peruertitur modis.*

89 *Officialibus munera prohibentur per decem iura, & nu. ſeq. vſq; ad nu. 95.*

96 *Officiales nihil vltra prouiſiones taxatas recipiant ſub pœna, vt ibi.*

97 *Officiales nec eorum vxores aut filij, & qui ſub eorum poteſtate ſunt per ſe, nec per interpoſitam perſonam nil recipiant etiam mutuo ſub pœna reſtitutionis dupli, & alijs ibi.*

98 *Gubernatores Prouintiarum nil recipiant à Prouintialibus.*

99 *Corruptela Officialis debet probari per quinque teſtes licet ſingulares.*

100 *Officiales res parui momenti accipere poſſunt, vt ſunt volatilia, & fructus, & à quibus.*

101 *Volatilia & fructus recipiendi, & à quibus declarantur ibi.*

102 *Officiales quid accipere à litigantibus, & à non litigantibus, nec à Prorege diſpenſari poteſt, & eſt ei per Regem prohibitum.*

103 *Officiales tenentur de corruptela.*

104 *Officiales iure perfectionis munera accipere non debent.*

105 *Aurum qui diligit non iuſtificabitur.*

106 *Munera qui libenter recipiunt ignis deuorabit tabernacula eorum, & multa mala de eis.*

107 *Munera qui non recipit, & manum ſuam ab omni munere abſtinuit, iſte in Eccleſijs habitabit.*

108 *Mutuans accipiens aliquid pro mutuo vſuram committit.*

109 *Recipiens ſẽper obligatur ad antidota.*

110 *Sacrificans in iuſtitia ſperet in Domino, & non dubitet.*

111 *Liberans pauperem à potente dominabit, & alia bona.*

112 *Iuſtum nunquam vidi derelictum, nec ſemen eius quærens panem, ſed impios & paulo poſt non inuenitur locus eorũ.*

113 *Munera excæcant oculos.*

114 *Mandatum Dei propter traditiones tranſgredi non debet.*

115 *Officialis ex dicto vnius teſtis proxenetæ, ſiue mediatoris cum adminiculis torqueri, & condemnari poteſt.*

Pro

Digitized by Google

Pro quodam Fiſci Patrono meo amico, petente taliter, vt denegare, non potuerim.

## ARGVMENTVM.

*Depoſitio vnius teſtis, vel mediatoris, ſiue proxenetæ, aut coniecturæ quando probent, vel inditium faciant contra Officialem, vt torqueri, vel condemnari poſſit.*

## CONSILIVM CXIV.

CIRCA rogatam quæſtionem, cum pro negatiua, & affirmatiua ſententia, variæ adſint opiniones, diſtinctè de vtraq; loquendo, & primo de negatiua dico ipſam ſubſcriptis medijs, & authoritatibus roborari.

1 Primo nemo negare poteſt quod vnicus † teſtis non probat, quia dictum vnius, dictũ nullius eſt, per *tex. in c. licet vniuerſitas c. veniens, c. iure iurando, & c. in omni negotio extra de teſt. l. iuriſiurandum C. eod.* quam regulam ex multis non ſolũ *communiter receptam, ſed apud omnes indubitatam eſſe, aſſerere poſſumus dicit *Farinac. in tract. de teſt. quæſt. 63. nu.* 1. firmans eſſe veram de iure diuino, canonico, & ciuili, & quod nec ſtatuto, nec conſtitutione, nec conſuetudine, nec minus à Principe fieri poteſt, vt vnico teſti plena adhibeatur fides, vt per *Farin. ibidem nu.* 2.

2 Secũdo Proxeneta † in negotio in quo fuit mediator, teſtis † eſſe non pôt, ſecũdũ *gloſ. in* §. *in bis verſ. ad muneratorem in autb. de inſtr. fid. & caut. & in cap. ſi quis Episcopus verſ. mediator.* 1. *q.* 1. *in cap.* 1. *& verſ. ciuiliter de teſt. in* 6. *& ex alijs Tiraquell. de retract. in præfat. num.* 26. *Ant. Gabr. in tit. de teſt. concluſ.* 20. *nu.* 1. *lib.* 1. *vbi plures refert, & nu.* 2. *in fine de veriori, & magis * communi, Viu. in ſuis commun. opin. verſ. teſtis eſſe non poteſt Aduocatus, verſ. item mediator, & verſ. item proxeneta, referens alios relatos per Monticell. in ſuo repertor. teſtium verſ proxeneta fol.* 60. *col.* 2. *verſ.* 3. *&* 4. *& latè Farin. in dicto tract. de teſt. quæſt.* 60. *nu.* 406. *& ſeq.*

3 Tertio Proxenetæ examen, ſiue dictũ, non facit niſi ſemiplenã † probationẽ, & ideò per Iudicem, nec per iuramentum ſuppletorium deferri poteſt, vt poſt alios bene tenet *Maſcard. de prob. lib.* 2. *concluſ.* 1038. *nu.* 27. *Farin. d. q.* 60. *nu.* 13.

4 Quarto Proxeneta, & ſi ad inſtantiam ambarũ partiũ cogi poteſt † teſtimoniũ dicere ſi vterq; producere vult, *iux. tex. in c. delictorum de teſt.* vno ipſorum reluctante deponere non poteſt, ſecũdum *Bal. in l. omnibus nu.* 4. *verſ. caue tamen tibi C. de teſt. Odofred. in l. fin. col.* 2. *verſ. nam dicit ipſa ff. eod. Bart. in l. deferre* §. *idem decreuerunt nu.* 2. *in fin. verſ. ſicut diximus de proxeneta ff. de iur. fiſc. Felin. in c. cum à nobis in fine num.* 16. *verſ. vel niſi conſenſu partium extra de teſt. Ant. de Butr. in c. dilectorum num.* 4. *verſ. niſi ambæ partes conſentiant, vbi etiam Henric. Boicb. nu.* 3. *verſ. aut agitur de contractibus illis de teſt. cogend. & de * communi ex alijs teſtatur Farinac. d. q.* 60. *num.* 415. cum hic conſenſus ambarum partium non adeſt; mediator, ſiue proxeneta deponere non poteſt.

5 Quinto per diſpoſitionẽ *Regiæ Pragmaticæ Imperatoris Caroli V. fęlicis recordationis, quæ eſt* 4. *in tit. de muner. renouata per* Principem Petræ Perſiæ, *huius Regni Proregem de anno* 1580. *& eſt Sexta in eodem titulo* mandatur quod teſtes ſingulares † deponentes contra Iudicem, vel alium Officialem debent eſſe quinque etiam de diuerſis factis deponentes probent, ſi in caſu de quo agitur ſunt minus quinque, proxenetę, ſiue mediatores, aut teſtes non probant.

6 Sexto ſi quis proxeneta, aut mediator, vel alius deponit pecuniam † ſiue aliã rem dediſſe Iudici, ſiue Officiali, reddit ſe criminoſum, & à teſtimonio repellitur, ex quo ex illo crimine quis à teſtificando repellitur, quia ſi condemnaretur ex eo incur-

Digitized by Google

incurreret infamiam, dixit *Innoc. in c. teſtimonium extra de teſt.* & *probat bene tex. in d. cap. ſuper eo extra eodem tit.* vbi Summus Pontifex reſpondẽdo quæſtioni propoſitæ dicit quod crimina obiecta teſtibus, ipſos repellunt, etiam ſi antea non ſint conuicti, vel confeſſi, idem ſequitur *Abb. in d. c. teſtimoniũ,* & concludendo poſt multa probat ꝙ teſtis repellitur à teſtificando, quando criminaliter poteſt accuſari, & puniri, & dicit facere *tex. in d. cap. 1. de teſt. Gramatic. in conſ. crimin. 35. nu. 29.*

Septimo qui dicit ſe dediſſe id ꝙ ſibi
7 aſſignatum aſſerit tractat de ſe † exonerando, & liberando de eo quod recepit, quia ſi non diceret conſignaſſe teneretur reſtituere, & vbi teſtis tractat de ſe exonerando, & liberando non probat voluit *Imol. in cap. ex literis extra de tranſact. Gemin. in cap fin. de iur. iur. in 6.* & *in cap. fin. extra de teſtibus in 6. Alberic. in l. nullus de teſt. Ant. de Butr. in c. cum à nobis extra eod. tit. Alex. conſ. 44. col. 3. in fin. lib. 2.* & *in terminis tenet Bart. in l. deferre §. idem decreuerunt ff. de iur. fiſc. ſequitur Alber. in ſuo tract. ſub rub. quando teſtes repelluntur ratione affectionis col. 3.* & rectè intuenti videtur *Bart.* loqui in proprijs terminis dum dicit, quod ſi peto à te centum ex cauſa mutui quę tibi per Titium meum procuratorem conſignaui, non potero ipſum Titium producere in teſtem, quoniam verſatur commodum ipſius Titij, quia nõ poterit ipſemet de ſe teſtificari, *Gram. d. conſ. 35. nu. 32.* & *ſeq.*

Octauo cõtra Officiales in crimine cor
8 ruptelę requiruntur probationes † valdè euidentes, ſm̃ *Bald. in repet. l. obſeruare §. proficiſci 9. quæſt. ff. de offic. proconſ.* cum pro eis ſatis iura præſumant, vt in *l. ſi quis alias la 2. C. de offic. ciuil. iud.* ita quod ab Officiali ſemper præſumitur abeſſe dolum, & fraudẽ *l. 1. C. de præd. curia lib. 10.* & *in l. ſi quis, C. de decur. Bal. in l. pacta nouiſſima ff. de pact. ita dicit Paris de Put. in tract. ſind. de offic. ſindic. col. 2.* & *plenius in c. contra Officiales in verſ. probatio, facit l. Herennius §. gagia C. de euict.* & *plus ſubdit in d. verſ. probatio quod ideo Conſtitutio Regni corruptelæ ſub rub. de pęn. iud. qui malè iud. in verſ. conſtiterent,* curiales legitimis probationibus conuinci, *l. Iudices C. de dign. lib. 12. l. fin.* & *in auth. ibi poſita C. de pęn. iud. qui mal. iud. c. primates 52. quæſt. 1.* & per duos, aut tres teſtes *cap. quoniam 48. diſtint. vt per Par. de put. in d. c. contra Officiales vlt. col.* & *ante eum eſt tex. in cap. Regni vulgaris famæ præloquium* per quod cauetur crimen ipſum eſſe probandum per duos, aut tres teſtes cõditionis electæ, & ſic legitimæ, & optimæ famæ, quæ eſt articulanda, alias non poſſit quis obtinere ex alijs firmat *Grammat. d. conſ. 35. nu 36.* & *ſeq.*

His, & ſimilibus aduerſantibus nõ obſtantibus, contrariam ſententiam veriorẽ eſſe, comprobatur ex pluribus.

Primo corruptelæ crimen reputatur in
9 ter magnas, & capitales† cauſas, ſecundũ *Bal. ſatis notabiliter in d. l. obſeruare §. proficiſci quæſt. 9. ff. de offic. proconſ.* licet etiã in minimo committatur *iuxta notata per eũdẽ Bal. in l. furti §. ſi pactus ff. de his qui not. infam.* & *tenet Paris de Put. in tractatu ſindic. in verſ. Baractaria,* & *in verſ. fideiuſſor ſecunda col.* & in pluribus
10 aſſimilatur crimini † leſæ Maieſtatis ſecundum eundem *Parid. de Put. ibidem in verſ. corruptio in princ.* & *in verſ. teſtes cap. fui ſemel interrogatus col. 1. verſ. in contrarium fortiter facit,* & habet locum
11 pęna dicti Maieſtatis criminis, etiam ſi Iudex cępit pęcuniam, vt ferat iuſtam ſententiam, ſiue iniuſtam, *l. 2. in fin. cum ſeq. ff. de condit. ob turp. cauſ. cum ibi notatis per gloſ.* & *DD. Paris de Put. in d. tract. verſ. corruptio 3. col.* & habet locum
12 pœna criminis † præfati, ſi Iudex capiat, vt Iudicet, ſiue vt non Iudicet, vel aliquid ad eius officium pertinens maius, vel minus faciat, *l. 3. cum l. ſeq.* & *l. lex Iulia in fin. ff. ad l. Iul. repet.* & *in l. 1. ff. de calumn.* ſiue etiam principaliter capiat nihil promictendo, *l. 1. ff. ad l. Iul. repet. Paris de Put. in d. verſ. corruptio col. 2. in fin. verſ. ſi quid datur Iudici Gram. d. conſ. 35. nu. 2.* & *plur. ſeq.*

cum

Digitized by Google

cũ in crimine læſæ Maieſtatis, etiã teſtis
13 † infamis ad teſtimonium ferendum admittatur per *tex. in l. ſi famoſi ff. ad l. Iul. Maieſtatis vbi notant DD. maximè Bart. & in l. quæſtionem ff. eod. vbi ex tex. clar. Io. And. & Abb. in c. fin. de teſt. Specul. in tit. de excuſat. tut. in §. 1. in fin. Io. Crot. in tract. de teſt. col. 9. n. 43.* & in hoc crimine Maieſtatis admittuntur etiam
14 teſtes criminoſi † & idem in crimine hæreſis, & ſimoniæ *cap. non debet extra de teſt. & voluit Alber. in d. l. famoſi ff. ad l. Iul. Maieſt. & idem tenuit Anton. de Butr. in cap. fin. de teſt. per tex. in cap. in fidei fauorem de hæret. in 6. & Crot. in tract. de teſt. num. 103. verſ. limitatur tamen* quia propter criminis atrocitatem multa cõceduntur quę alias denegaren-
15 tur, ſic in hoc crimine barattariæ † quilibet teſtis admitti debet, ex ſuperius dictis.

Secũdo hoc Barattariæ crimen ęquiparatur ſimoniæ crimini: Nam, & ſimonia-
16 cus † eſt, quia mediante pecunia, aut aliquo alio temporali, Iudicem, aut teſtem corrumpit ſecundum *Abb. in cap. tuæ nos extra de ſimon. arg. cap. nemo eod.* & in
17 hoc crimine admittũtur teſtes † mediatores, proxenetę, criminoſi, mulieres, & infames *cap. ſi peccauerit 2. quæſt. 1. cap. nouit de iudic. & probat tex. in cap. 1. & ibi poſt gloſ. verſ. mediatores, DD. omnes de de teſt. in 6. Felin. in cap. cum à nobis nu. 16. verſ. niſi in crimine ſimoniæ extra de teſt. Campeg. de teſt. reg. 86. num 10. Stracha in tit. de proxenet. par. 4. in q. incip. illa enim quæſtio nu. 27. & ſeq. Benintend. deciſ. Bonon. 61. num 1. verſ. nam ſi ſpeciale eſt, Io. Mar. Monticell. in ſuo repert. teſt. verſ. proxeneta col. 2. verſ. 3. fol. 60. Corrad. in praxi §. 2. tit. de teſt. rub. perſonas teſtium agrediendo, verſ. proxeneta nu. 62. fol. 98. Maſcard. de prob. lib. 2. concluſ. 1038. num. 23.* Immo iſto caſu mediatorẽ nedum admitti, ſed etiã cogi ad teſtimonium ferendum, dixit *Franch. poſt Anchar. quem allegat in d. c. 1. num. 7. de teſt. in 6. Farin. in d. tract. de teſt. quæſt. 60. illat. 16. nu. 420. & 421.* & licet *ibidem nu. 422.* dicat hoc procedere, quando ciuiliter agitur, proxenetã, ſiue mediatorem in teſtem recipi poſſe, tamen *nu. 424.* dicit quod etiam in criminalibus proxeneta adducitur in teſtẽ,
18 & eius depoſitio † ſuppletur, vel ex integritate conteſtis, vel ex numero, quia quando ſunt plures teſtes inhabiles, eorum numerus ſupplet defectum & inhabilitatem, vt per *gloſ. l. teſtium fides in verſ. numerus ff. de teſt. Iaſ. in auth. ſi vero contigerit, in 3. not. C. de iudic. Corn. in l. 1. num. 35. C. de teſt. Prob. ad* Io. *Monac. in c. 1. num. 7. verſ. item idem operatur numerus de teſt. in 6. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1359. num. 14. vbi alios citat, Cæſar de Graſſ. deciſ. 10. nu. 10. & deciſ. 175. num. 8.* ex quibus, & alijs hanc opinionem fuiſſe * communiter receptam à *Doctoribus* nemo dubitare poteſt dicit *Farin. d. tract. de teſt. quæſt. 62. lim. 13. num. 309.* & in proxeneta firmat quod ſuppletur, vel ex præſump-
19 tionibus † vt per *Gabriel. concluſ. 20. num. 4.* vel ex habilitate alterius teſtis ex *Benintend. Bonon. in deciſ. 61. poſt nu. 5. verſ. & tanto magis, Maſcard. qui alios adducit in concl. 1038. n. 28. Farin. d. quæſt. 60. n. 438.* & ſufficit quod vnus
20 teſtis ſit inhabilis, & alter pluſquam habilis, quia tunc inter eos fit compenſatio, & vnius habilitas, ac defectus, ſuppletur ex integritate alterius, ſic * cõmuniter tradunt *Doctores omnes in l. ſi quis ex argentarijs per illum tex. verſ. quid enim ff. de edendo Prob. ad Io. Monac. in d. cap. 1. num. 6. in fine litera D. & nu. 7. de teſt. in 6. Iaſ. in l. ſi conſtante, in princ. nu. 43. ff. ſolut. matrim. & in auth. ſi vero nu. 3. C. de iudic. & in l. ſi emancipati nu. 15. C. de coll. Det. in cap. cauſam quæ in princ. extra de offic. deleg.* Ioan. *de Amic. conſ. 119. num. 13. & conſ. 120 num. 9. & ſeq. Gabr. tit. de teſt. lib. 1. concluſ. 5. num. 1. vbi etiam plures alios refert, & quod ita * communiter dicunt DD. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1359. num. 13.* vbi alios refert, ſubdẽs, ex quibus ſine dubio ita * communiter à *Doctoribus* receptũ eſſe affirmare poſſumus, & ſi contrarium, & non bene ſenſerint *Fulgoſ. & alij relati*

*lati per Tiraq. in tract. de pœn. temp. cauſ. 51. num. 122. & per Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de teſt. rub. dicta teſt. aſſum. in princ. num. 6. verſ. ſed tñ hanc doctrinam*, *& per Gabr. concluſ. 5. num. 2. in fine* non tñ eſt recedendum à pluribus *communibus opinionibus præcedentia firmantibus, & ex alijs per *Farin. d. quæſt. 62. num.* 328. & inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex habilitate alterius non ſolum quando conſiſtit circa

21 perſonas, † ſed etiam quando conſiſtit circa dicta, adhuc dictum teſtis non plene concludentis recipit ſupplementum ex dictis aliorum, ſecundũ *communem de qua, alijs relatis teſtatur *Gabr. de teſt. lib. 1. concluſ. 6. num.* 10. *& ſeq.* & varietas quæ poteſt conualidari per dictum

22 alterius teſtis debet conſiſtere † in actibus non autem in tempore, & loco quando ſunt de ſubſtantia, vt per *Gabr. d. concluſ. 6. nu. 12. & per Farin. in d. quæſt. 62. num. 333. & latius in quæſt. 65. nu. 315.*

23 *& 319.* & numerus † teſtium ſupplens defectum teſtium quantum eſſe debeat *DD.* non conueniunt: vna enim fuit opinio, quod duo teſtes inhabiles, ſeu potius non omni exceptione maiores loco vnius idonei habentur: *Prob. ad Io. Monac. in d. cap. 1. num. 3. de teſt. in 6. Calcan. conſ. 110. num. 5. & 6. & ex alijs Farin. d. quæſt. 62. num.* 273. & ſecundũ hanc opinionem ad hoc vt teſtes inhabiles plene probarent quantum duo, deberent eſſe quatuor ſicut affirmarunt quamplures *DD.* relati per *Gabr. in tit. de teſt. concluſ. 6. num. 3. verſ. & contra iſtam ampliationem lib.* 1. altera fuit opinio eorum qui dixerunt ſufficere tres in totum teſtes, qui, & ſi inhabiles ſint tantum probant quantum duo habiles, & hanc opinionem tenuerunt *Felin. & alij relati per Gabr. d. concluſ. 6. num. 3. in princ.* quibus etiam addi poſſunt *Alciat. & Soccin. relati per Cæſar. de Graſſ. d. deciſ. 173. ſub num. 9. Bertazz. conſ. 474. num. 3.* tertia, & verior quod totum Iudi-

24 cis † arbitrio relinquitur, qui iuxta inhabilitatis qualitatem id bene, & prudenter diiudicet, vt per eoſdem *Felin. Aret. & Iacob. de Sancto Georg. relatos à Gabr. d. concl. 6. nu. 2. verſ. contrarium probat,* quã ſequitur *Cęſar de Graſſ. d. deciſ. 173. num.* 10. quod & antea affirmauerat *in deciſ. 10. num.* 10. & tenet *Farin. d. quæſt. 62. num.* 317. & ex his concluditur quod ſi proxeneta eſſet aliquantulum inhabilis (prout non eſt) ad deponendum contra officialem, vt ex ſuperius dictis, & alijs infradicendis per numerum aliorum teſtium, vel per alterius conteſtis qualitatem, teſtimonium ferre poteſt.

Tertio ſumus in crimine corruptelæ, ſiue barattariæ per Iudicem commiſſæ q ſecretè, & occultè fit, & ſic quilibet te-

25 ſtis dicitur omni † exceptione maior, ita *Det. in conſ. 342. num.* 3. ſicq; domeſtici, & affines ad probandum quæ in domo fiunt, & ſunt difficilis probationis, vt in caſu noſtro mediator, & proxeneta admittuntur pro idoneis ſicuti tradidit *Bald. in l. 1. in l. parentes C. de prob. Paul. Grillan. de relaxat. carcer. quæſt. 3. nume. 3. Ioan. de Amic. conſ. 53. colum 4. Crot. in tract. de teſt. num. 126. Berta. in tract. de Epiſc. lib. 4. num. 60. Hypol. in l. ſi quando num. 241. C. vnde vi, Franc. Viu. dec. 157.*

26 *nu.* 13. & tanto magis creditur † quando eſſet perſona digna, bonę qualitatis ex congeſtis per *Gram. in conſ. 13. num. 15. quem refert, & ſequitur Ant. Gabr. vbi ſupra in 2. limit. num.* 43. quia quando proxeneta eſt perſona integra, & legalis: ceſſat ratio communis, quod propter infirmum eorum ſtatum, & vtilitatem, & vt aliquid lucri capiant, eſt admittendus, voluit *Abb. in cap. ſuper num. 11. de teſt. Farin. d. quæſt. 60. num.* 436. Nam quando mediator, ſiue proxeneta non fuit particeps muneris, vel emolu-

27 menti, admittitur in teſtem, & ſecus † ſi & ipſe aliquod fuerit conſecutus emolumentum, quia ſic nullatenus admittitur, vt aperte probat *tex. in d. cap. 1. in illis verbis, & emolumentum non fuerint ex inde aſſequuti, & ibi gloſ. in verſ. mediatores, Archid. in princ. & num. 1. in verbo emolumentum, & in verbo aſſequuti, & ibidem in add. litera B. in verbo particeps, Io. Andr. ante num. 1. verſ. magis enim infectus*

fectus eſt, Ioannes Monac.num.6.& ibi Prob.in addit.num.13.litera G. in verbo emolumentum,Gemin.nu.4. & 5. Franc. num.1.de teſt.in 6.Campeg.reg.96. in 4. Fallen.Stracc.de proxenet.par.4.in quæſt. incip.illa enim quæſt.num.27.& ſeq.Maſcard.d.concluſ.1038.num.23. Farin. d. quæſt.60.num.427. qui,& multos alios caſus in quibus proxeneta in teſtem recipi poteſt, ponit in d.quæſt.60. à num. 414.vſque ad num.449. & quanta fides
28 ſit ei adhibenda, circumſtantijs,& qualitate perſonarum, & cauſæ Iudicis arbitrio remiſſum eſt, affirmarunt Abb. in cap.dilectorum nu.3. verſ. ideo dicerem de teſt.cog.Prob.ad Io.Monac.in cap.1. num.1.verſ.pro concordia dic de teſt.in 6.Alex.conſ.127.num.10.verſ. tamen reducit d.Abb.lib.7.Francb.in d.cap.1.poſt num.7. verſ. dicit tamen quod quanta fides, de teſt.in 6.Franc.Curt.Pap.in tract. de teſt.concl.43.nu.89.verſ.quod limitat Alexan. &c. in fine verſ. tertia in propoſito Corrad.in pract.rub.de teſt.verſ.proxeneta num.62.in fin.fol.98.Maſcard. de probat. d. concluſ.1038.num.5. lib. 2. & ex his patet proxenetam, ſiue mediatorem etiam cogi poſſe ad teſtimonium ferendum,& probare contra Officialem; reſtat reſpondere contrarijs, & ſic dico.

Primo non obſtare primum contrarium quod vnicus teſtis non probet,quia hoc non procedit quando vnus teſtis
29 de facto † proprio deponit; Nam tunc plene probat prout ita ſingulariter habetur ex reg. tex.in l. quæro in fine de ædil.edic.vbi gloſ.in verſ.credendum allegat tex.in l.cum probatio ff. de probat. & in l.ſerui 1.reſponſ.ff.de teſt.Soccin.in reg. 422.Det. conſ.342.nu.1.conſ.363. conſ. 650.num.9.Tiraquell.de retract.tit.1.§. 1.gloſ.14 nu.46.& tradit Paul.de Caſtr. in l.quicunque ff.de ſeru.fug.& in l.ſi debitori ff. de probat. & in conſ.109.lib. 2. Salic.in l ſi quis decurio in 4.oppoſitione C. de falſ. Afflict.deciſ.369.num.7.ſingulariter Det.in conſ.56.num.4. qui loquitur ad propoſitum noſtræ quæſtionis dum fundat vnum teſtem deponentem
30 de facto proprio † ſuper traditione poſſeſſionis plene probare, & latiſſimè vt nil addi poſſit, ſcribit Anton.Gabr.in lib. 1. com. concluſ. in tit. de teſt. 1. concluſ.
31 lim.3.num.18. quinimmo teſti † infami, & inhabili deponenti de facto proprio plene creditur,ſecundũ Paul.de Caſtr. in l.2.§.ſi abſens ff.ſi ex noxal. cauſ. Det. d. conſ.363.Ant.Gabr.in d.1.concluſ.nu.21.
32 & 22.& ſic concurrentibus † adminiculis,& præſumptionibus vnicus teſtis de facto proprio deponẽs, plenè probat vt firmat Paul.de Caſtr. in d. l. quicumq; in fin.ff.de ſeru.fug.Bar.conſ.29.in quæſt. propoſita num.4.lib.2.Soccin.reg.422.nu. 3.& reg.423.in lim 2.Crot.de teſt.num. 209.Socc.Iun.conſ.61.in fin.lib.1.Blanc. de comprom.quæſt.8.num.35.in fin.Boer. deciſ.221.num.17.Cefal.conſ.438.num. 38.lib.3.vbi quod ita omnes reſpõdent, & conſ.452.num.31.lib.4.vbi quod eſt clarũ Hercul. de negat. nu. 213 & 216. vbi alios refert concordantes Menocch.de arbit. lib.2.caſ. 99.num.16 in fin.& nu. 17.in princ.per tot. Hipol. Rimin. conſil. 204.nu.16.lib.2.& conſ.414.num.7. & conſ.625.num.36.lib.6.Decian.conſ. 62. num.38.lib.3. Monticell.in ſuo tract.de teſt.rub.impugnatio teſtis,quia vnicus teſtis fol.187.col.2.verſ pen.Maſcard.de probat. lib.3.concluſ.1223.nu.10. Farin. in d.tract.de teſt.quæſt.63.num. 221. & de iſtis adminiculis, coniecturis, & præſumptionibus ſupplentibus plenam fidẽ
33 teſti de facto proprio deponenti,† ſtatur Iudicis arbitrio, vt per Tiraquell. de retract.§.1.gloſ.14.num.47.in fin. Hercul. de negat.d.num.213.Menocch.d.conſ.99. num.1.iuncto num.18.fol.150.at.col.2.et verſ. verum ſuperior opinio &c. & de communi teſtatur Farinac. vbi ſupra
34 num.222.& quando veritas † aliter haberi non poteſt ſaltim in ſubſidium vnico teſti deponenti ſuper facto proprio,& à ſe geſto in quæſtione inter alios vertente, & vbi haberi non poteſt alia probatio: quia eius teſtimoniũ dicitur ſubſidiarium, nec per hoc dicitur deponere in cauſa propria licet deponat in facto proprio ideſt à ſe geſto bene probat, firmat Monticell.in ſuo Repert.teſt. in rub.

impu-

Digitized by Google

*impugnatio teſtis, quia eſt vnicus fol.* 187. *col.* 2. *verſ.* 3. *ex Ant. de Butrio quem ſic allegat in cap. cum dilectis num.* 25. *de electio. & in cap. cum olim num.* 10. *de dol. & contum. Farin. d. quaeſt.* 63. *n.* 226.
35 & quia mediator † qui Officialem corrumpit, vt pro ſe, ſuoque amico, vel coniuncto ſententiam ferat, ſi intra triduum Curiæ non denunciat, punitur, vt per *Conſtit. Regni corruptelæ, & ibi Afflict.*
36 *nu.* 6. & merito, quia ſententia † per corruptelam lata, eſt nulla, *iux. tex. in l.* 1. *C. de pœn. iud. qui mal. iud.* & lata per corruptionem pecuniæ, vel alterius rei, dicitur venalis *l. quoniam ff. de calumn.* & ſic quia mediator ſiue proxeneta de hoc puniri poteſt dicitur de facto † proprio de-
37 ponere ideo eſt ei credendum per prædicta iura, & authoritates, ex quibus habetur, quod vnico teſti de facto proprio deponẽti ei creditur ꝙ non controuertitur à *Doctoribus* cũ alijs adminiculis, vt per *Ruyn. conſ.* 65. *lib.* 5. *& de communi opinione teſtatur, Boer. d. deciſ.* 221. *circa finem*; ſed quid in hoc vagamus nonnè verum eſt quod ſumus in corrup-
38 telæ † crimine, quod ſecretè committitur, & impoſſibile, vel difficile eſt, plures teſtes habere quo caſu vnicus teſtis plene probat per *tex. in l.* 1. *§. fin. ff. de verb. oblig. Hipol. de Marſil. in l. ſi quis ne quaeſtio num.* 184. *ff. de quaeſt. Ant. Gabr. lib.* 1. *com. concluſ. tit. de teſt. concluſ.* 1. *num.* 27. *Bertazz. conſ.* 106. *num.* 8. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *in præfat. quaeſt.* 11. *num.* 18. *Farin. de teſt. d. quaeſt.* 63. *num.* 38. *lim.* 7. & tale crimen committitur ſecretè in vna camera Officialis, vt dixit *Bart. in l. qui ea mente ff. de furt.* & in delictis occultis vnus teſtis de viſu probat, voluerunt *Hoſt. & Abb. in cap. præterea de*
39 *teſt. in fin.* & vbi alij teſtes † haberi non poſſunt vnicus teſtis plene probat, *Ant. de Butr. in cap. cum dilectis de elect. & in cap. cum à nobis, col. vlt. de teſt. Mill. in ſuo repert. in verſic. teſtis antepen. colum. Corn. conſ.* 63. *lib.* 2. *in fine col.* 1. *Hipol. de Marſil. ſing.* 533. *& in l. ſi quis verſic. reſpondet dictis, de quaeſt. Ant. Gabr. in d. tit. de teſt. concluſ.* 20. *quæ incipit proxeneta verſic.* 4. *limita. DD. in l.* 1. *§. final. ff. de verb. oblig.* & ad faciendum indicium
40 † in quocunque delicto teſtes ſingulares ſufficiunt *Alex. conſ.* 77. *in fine lib.* 2.
41 & ad faciendam præſumptionem † vnicus teſtis ſufficit *Aim. conſ.* 73. *Bald. in d. l. ſi quis num.* 4. *circa medium de quaeſt.*
42 dicit ꝙ in criminalibus, † ſufficit vnus teſtis deponens de veritate, & indiuiduo contra Officialem corruptum, expreſſe mandat *cap. Regni vulgaris famæ* vbi legitur. (*Si vero per vnum teſtem tantummodo, bonæ famæ, intentionis, & vitæ, contra delatum, probatur, & deferens, aut inquiſitionem inſtruens, eidem delato dediſſe ſe iurat, maxime ſi data quantitas non ſit magna, & dans ſit honeſta perſona, indubitanter ſequi condennationem.*) *firmat Foller. in pract. crimin. in fragmentis de crimine corruptelæ mum.* 182. *Bar. in l.* 1. *§. idem Cornelio ff. de quaeſt.* dicit
43 generaliter, quod vnus † teſtis de viſu cum alijs adminiculis probationem plenam facit in delictis per *tex. ibi in l.* 2. *§.* 1. *ff. de excuſat. tut. ibique gloſ. iuncta l. inſtrumenta C. de probat. Franc. Brunus, in tract. de indit. & tortu. quaeſt.* 4. *pri. part. num.* 20. & ex his primum contrarium quod vnico teſti non credatur, reſolutũ remanet, & firmatum, quod vnicus teſtis bene probat.

Circa ſecundum contrariũ, quod proxeneta, ſiue mediator teſtis eſſe non poſ-
44 ſit: diximus quod hoc corruptelæ † ſeu baractariæ crimen Maieſtatis læſæ crimini æquiparatur; vt etiam habetur in *gloſ. verſ. confiſcatis, auth. ſed nouo iure, C. de pœn. iud. qui mal. iudic.* quam *gloſ. Bal.* dixit mirabilem eſſe, quod delictum
45 patris nocet filijs, quia bona confiſcantur, & iſtud eſt etiam crimen ſimoniæ, ſeu ambitus, *l.* 1. *C. ad l. Iul. de Amb.* in omnibus iſtis criminibus admittuntur prohibiti, & inhabiles ad teſtificandum, vltra ſuperius dicta per *c. licet Aeli de Simon. cap. tanta cap. præterea, & cap. veniens de*
46 *teſt.* vbi in crimine † ſimoniæ admittuntur ſocij criminis, & ſimiliter in crimi-
47 ne † læſæ Maieſtatis *l. in quaeſtionibus ff. ad l. Iul. Maieſtatis & in l. nullus C. eodem.*

Digitized by Google

48 dem, vbi teſtes infames † inhabiles, & minus idonei admittũtur, & creditur etiã vni teſti, vt ex Specul. & alijs dicit *Paris de Put. in tract de ſyndic. in c. teſtis verſ. fui ſemel rogatus nu.* 2. ſic poſtquam hoc crimen corruptelæ, Maieſtatis, & ſimoniç crimini ęquiparatur, quilibet teſtis admitti debet, & probat: & in propoſito cri-
49 mine † quod ſecretè fit, & veritas aliter haberi non poteſt, teſtimonium proxenetæ admittitur, *Abb. in c. inſuper nu.* 11. *verſ & maximè in defectu aliorum teſtium, extra de teſt. Archid. in c.* 1. *nu.* 1. *vbi Franc. n.* 5. 6. *de teſt. & ibi Franch.* dixit, iſto caſu proxenetam non ſolum admitti in teſtem ſi voluerit, ſed etiam,
50 & † inuitus poteſt cogi, idem *Franch. in cap. Romana in fine eodem tit. Marſil. poſt Anan. & Nic. de Milis quos allegat in ſingul.* 533. *verſ. tamen talis proxeneta, Ant. Gabr. tit. de teſtibus concl.* 20. *nũ.* 7. *lib.* 1. *Monticell. in ſuo Repert. teſt. verſ. proxeneta fol.* 60. *col.* 2. *verſ.* 3. *& verſ. teſtes inhabiles f.* 74. *col.* 2. *uerſ* 2. *Maſcard. de probat. lib.* 2. *d. concl.* 1038. *nu.* 16. *Farinac. d. quæſt.* 60 *nu* 417. & mediator, &
51 etiam parlator, † ſiue tractator admittitur in teſtem, ex *Floriano, & alijs firmat Neuizz. conſ* 47. *nu.* 27. amplius quando ex natura rei, vel actus, aut habitus aliquid aliter probari non poteſt, vt tale cri-
52 men † corruptelæ quod ſecretè committitur, de Iure admittuntur ad teſtificandum, qui alias non admitterẽtur *cap. veniens il* 2. *vbi DD. tenet Ant. de Butr. in c. tertio loco, de probat. quẽ ſequitur Alex. conſ.* 64. *verſ. & hoc eſſe lib.* 1. *Socc conſ.* 54. *col.* 3. *lib.* 3. concludentes in effectu,
53 quod quando ex natura facti, † & negotij veriſimiliter alij teſtes occurrere non potuerunt etiam minus idonei ſufficiunt, late plura refert, & declarat *Hipol. de Marſil. in ſingul.* 73. & ſic ha-
54 bemus rationem, quod † nemo negotium melius ſcire poteſt, quam qui tractauit, vt expreſsè dicit *tex. in cap. ſuper prudentia* 14. *quæſt.* 2. *per Luc. de Pen. adductum in l. quicumq; la* 2. *C. de fund. patrim. lib.* 11. *dicens (Hi namq; potiſſimè sũt ad teſtimonium admittendi, qui negotia tractauerũt) & tex. in c.* 3. *qui accuſ. poſſ. dicit, (Qui enim melius recipi debent, quã illi, qui melius ſciunt, & illis magis quam alijs credendum,)* & ex his ſecundũ contrariũ reſolutum remanet, & fundatum ꝙ proxenetæ, mediatores, & ſimiles negotia tractantes in teſtes recipi debent.

Quoad tertium contrarium, quod proxeneta nõ probet, vel ſemiplenam faciet probationem, dico quod dum ex aduerſo dicitur ſemiplenam facit probationẽ, non in totum à teſtificando repellitur, &
55 ſic quanta fides † ſit ei adhibenda circumſtantijs, & qualitate perſonarum, & cauſæ Iudicis arbitrio remiſſum eſſe affirmarunt, *Abb. in c. dilectorũ. n.* 3. *verſ. ideo dicerem de teſt. cog. Prob. ad Io. Monac. in c.* 1. *nu.* 1. *verſ. pro concordia dic, de teſt. in* 6. *Alex. conſ.* 127. *nu.* 10 *verſ. tamen reducit d. Abb. lib.* 7. *Franc Curt. in tract. de teſt. concl.* 43. *num* 89. *verſ quod limitat Alex &c. alios refert Stracch. in tit. de proxeneta par.* 4. *in concl. incip. illa enim quæſtio n.* 6. *in fine verſ. tertia in propoſito Corrad. in pract. rub. de teſt. verſ. proxeneta nu.* 62. *in fine fol.* 98. *Maſcard. d. concl.* 1038. *nu.* 5 *lib.* 2. *Farin. de teſt. q.* 60 *nu* 414 *verſ. non tamen*, & in ſpecie de fide proxenetis, & mediatoribus adhibẽda aliqui *DD.* affirmant fidem eis adhibendã eſſe, & alij cõtradicunt, & vtroſq; ponit *Benintend. in. dec. Bonon.* 61. cum diſtinctione, quod ſi tractatur de intereſ-
56 ſe, ſiue commodo ipſius teſtis † deponentis de geſtis per eum, vel in eo conſideratur aliqua cauſa affectionis, vel qualitatis diminuentis integritatẽ ipſius teſtis, vel de præiudicio tertij concludit, ꝙ tali teſti non concurrentibus alijs adminiculis, vel coniecturis fides non adhibeatur, & ſic concludere videtur, ꝙ cum adminiculis, vel coniecturis probat, & de
57 inde ſequitur, ſed bene † teſti mediatori magis credatur, & eius probatio potẽtior eſt, quia mediator, ſiue proxeneta eſt melius informatus, & ita intelligitur prima opinio, & in hoc concurrunt *DD.* maximè *Ruin. conſ.* 34. *n.* 4. *&* 7. *lib.* 4. *& DD.* allegati, qui *Ruin.* d. in loco reprobatis contrarijs firmat proxenetã in cri-



Digitized by Google

mine ſimonię idoneum teſtem eſſe, per *d. c. 1. de teſt. in 6.* ex idemptitate rationis
58 † poſſe ad alios caſus extendi, ſecundũ *gloſ. notabilem in l. 1. C. de condit. indeb.* quam etiã ad hoc allegat *Abb. in c. quoniã frequenter, vt lite non conteſt. & alibi Alex. conſ. 130. lib. 4.* ſicut ergo in odium ſimoniæ admittitur mediator, *d. cap. 1. de teſt. in 6.* ſic, & in odium corruptelæ, & ſuperius etiã diximus, inſuper ſumus in delictis occultis, vt ſępius diximus, ad cu
59 ius probationẽ admittuntur, teſtes † inhabiles, mediatores, proxenetę, & alij quicumq; alias non recipiendi, & etiã domeſtici, & affines ad probandũ, quæ in domo fiunt, & ſunt difficilis probationis, vt in caſu noſtro, mediator, & proxeneta admittuntur pro idoneis, ſic tradidit *Bal. in l. 1. in l. parentes C. de prob. Paul. Grilland. de relax carcerat. q. 3. nu. 3. Io. de Amic. conſ. 53. col. 4. Crot. in tract. de teſt. n. 126 Bertach. in tract. de Epiſc. lib. 4. n. 60. Hipol. de Marſil. in l. ſi qñ n. 241. C. vnde vi Franc. Viu. dec. 157. nu. 13.* & ad hoc adduco, quod volens corrumpere teſtem, vt
60 falſum deponat, ſi ille teſtis † id aſſerat probat corruptionẽ, *Felin. in c. licet causã de prob. Hipol. de Marſil. ſingul. 112. &*
61 *conſ. 61.* & proxenetæ, † ſiue mediatoris depoſitionẽ eſſe validã clarè habetur ex *tex. in cap. 3. qui accuſ. poſſ. ibi, (Qui enim melius recipi debent quam illi, qui melius ſciunt, & illis magis quam alijs credendũ) & ibi gloſ. & DD.* & clariſſimè habetur etiam ex diſpoſitione *tex. in d. §. quoniã Auth. de teſt. quod firmatur ex alijs copioſè congeſtis per eũdem Ant. Gabr. in d. tit. de teſt. concl. 2. col. 1. verſ. contrariũ nu. 2.* licet non alleget dictum *§. quoniam*, & ex his tertium contrarium nullatenus obſtare apertè videtur.

Quartum contrarium, ꝙ proxeneta ab vtraq; parte in teſtẽ produci, & cogi poteſt, alias ſecus, nec obſtat, quia rationẽ quã afferunt aliqui *Doct. per auth. de teſt. §. quoniam vero col. 7. & in c. 1. de teſt. in 6.* eſt quia habuerũt ęmolumentũ de eorum tractatu, ſed ceſſante ęmolumento
62 ꝙ intelligitur, quando † non habuerunt partẽ pecuniæ pro corruptione datę nedum ijdem *Doctores* affirmant mediatores in teſtes admitti, ſed habetur expreſsè in *in d. c. 1. de teſt. in 6. vbi Io. Monac. & Philip. Prob. ad eum. ibidẽ addens n. 13. lit. G. qui allegat Alex. conſ. 127. n. 3. lib. 7* ex cuius dicto reſultat, ꝙ quando ceſſat
63 cõmodum † potius talibus ſtatur quam alijs, per *l. ſi quis decurio, vbi Salic. in 4. oppoſ. C. de falſ.* & ſic mediator, ſiue proxeneta ſi ab altera, ideſt vna parte tantum producatur, teſtimoniũ reddere poteſt, per *gloſ. in §. quoniã vero, quã allegat Bal. et dicit iſtã opinionẽ eſſe verã in l. omnibus C. de teſt. reprobã. Bar. ibi et Bal. ſequitur Salic. ibi. & in l. nullũ ff. eod. tit. dicẽs hanc *cõmunem eſſe opinionẽ, quã ex alijs firmat Ant. Gabr. d. tit. de teſt. concl. 2. nu. 2. idem tenet Iacob. de Bellouiſ. & Ang. in §. penul in auth. de teſt. concl. 43. & hanc partẽ tenet Alber. de Maletis in tract. de teſt. n. 63. Nepos à monte Alban. in tract. de teſt. n. 120. Alber. ſimil. in tract. de teſt. par. 4. col. 10. verſ. videndũ eſt aſſerit hanc etiã *cõmunẽ eſſe opinionẽ, ſequitur Barb. cõſ. 40. ab Ioue principiũ 10. col. verſ. 8. licet iſta lib. 3. Alex. conſ. 43 nu. 4. & conſ. 186 lib. 7. Corn. conſ. 33. viſa copia proceſſus col. 5. lib. 2. Aret. in §. pater n. 15. inſt. de teſtam. Soc. Iun. conſ. 29. nu. 16.* & iſtæ opiniones concordari poſſunt ſecundum *Abb. in c. dilectorũ de teſt. cog.* vt ſcilicet ꝙ
64 mediator, ſiue proxeneta volẽs vna † parte tantũ inſtãte, & alia contradicente teſtificari poſſe, & eius dicto, ſicut, & alterius teſtis credendum eſt, & hanc *cõmunem, & verã opinionẽ eſſe firmat ex multis *Socc. conſ. 31. n. 19. & Menoch qui alios refert conſ. 92.* quam concordiã probabilem eſſe dicit *Alex. conſ. 127. nu. 9. lib. 7.* & notabiliter *cõmunem eſſe dicit in fine, & *DD.* citato loco refert, & ſequitur *Curt. Sen. in alleg. tract. de teſt. concl. 44.* ergo ex tot *cõmunibus, & veris opinionibus quartũ contrarium reiectum videtur, adeò ꝙ nulli dubiũ eſſe debet, & abſq; contradictione concludi poteſt, per
65 depoſitionẽ † mediatoris, vel proxenetę cũ alijs adminiculis Officialem torqueri poſſe, vt in fortioribus dicit *Bal. in l. 1. C. de ſumm. Trin. & fid. capt.* quod licet infames

Digitized by Google

fames infamia Iuris, vel facti non ſint habiles ad teſtimonia ferenda ad condẽnationem, tamen erunt habiles ad inquiſitionem, & ſic quoad torturã quod dixit fuiſſe dictũ *Odofredi*, & videtur tenere *Bar. in l. 1. §. 1. ff. de quaeſt.* ſed ſecus in hoc
66 Regno per *c. Regni vulgaris fama* † ex depoſitione mediatoris, vel proxenetæ poſſe etiã cõdẽnari, vt prædiximus *n. 42.*

Quintũ contrariũ in quo habetur per diſpoſitionẽ *Regia pragmatica* volentis, ꝙ teſtes ſingulares deponentes cõtra Officiales debent eſſe quinq; nec obſtare videtur: quia in eadẽ *pragmatica* ſequitur, verum ſi minus quinq; fuerint, ꝙ in probatione ipſa ſeruetur id ꝙ Iura, & leges diſponunt: & cũ ex prædictis, & alijs ſequentibus habetur, ꝙ depoſitio vnius teſtis mediatoris, ſiue proxenetæ cũ adminiculis, & etiã ſine, corruptelę crimen pro
67 batur, & dũ eſt crimen † difficilis probationis lex admittit tales, quales probationes ſecundũ ſubiectã materiã, *l. conſenſu §. ſeruus C. de repud. Bart. in l. ſi qñ in fine C. vnde vi, Det. conſ. 18. Alex. conſ. 64. & 288. lib. 3. Calcan. conſ. 26. prima facie n. 21.* ꝙ in hoc caſu non ſint quinq; teſtes, vt in dicta *pragmatica* de ea non curandũ poſtquam per eandẽ talis caſus iuri communi remittitur, & etiã Regni, vt dictum eſt, ergo ſunt attẽdendæ prædictæ, & infraſcriptæ leges, & authoritates, ex quibus habetur teſtẽ vnicũ, vel mediatorem cũ adminiculis, vel ſine contra Officialẽ probare, & ſic torqueri, & cõdẽnari poſſe.

Sextũ oppoſitũ ꝙ ſi proxeneta, vel mediator dicit ipſũ dediſſe pecuniã, vel aliã rẽ Officiali, reddit ſe criminoſũ, & à teſtimonio repellitur: nec minus obſtat, quia vltra ꝙ hoc corruptelæ crimen aſſimilatur Maieſtatis, & ſimoniæ crimini, immo talia crimina cõmittere cẽſentur, qui corruptelæ crimen cõmittũt, & etiã quia ſecretè fit difficilis eſt probationis in quolibet ipſorũ omnis teſtis admittitur, & vnus tale crimen probat, regula ꝙ criminoſi, & ſocij criminis nõ recipiãtur in teſtes, vt in *l. fin. C. de accuſ. & ibi Salyc.* talis regula non habet locũ in caſu de quo agitur, vbi alij teſtes haberi non poſſunt, vt notat *Bal. in l. quoniã in verſ. quaero igi*
68 *tur C. de teſt.* vbi concludit ꝙ † coniuratio facta inter aliquos poteſt probari per ipſos cõplices, & ſocios criminis, per *tex. in c. fin. de teſt. cog. vbi gloſ. & Abb.* dicunt ꝙ admittitur: quia ex natura negotij, & criminis, per alios probari non poteſt, & eſt cõmunis regula, ꝙ quando ex natura facti, alij teſtes veriſimiliter haberi non poſſunt, admittuntur teſtes, qui alias prohibentur *l. conſenſu C. de repud. c. veniens il 2. in fine de teſt. & in c. ſi Chriſtus circa fin. de iur. iur. & notat Ant. de Butr. in cõſ. 24. circa finẽ Imol. & idẽ Ant. de Butr. in c. tertio loco de probat. Alex. conſ. 64. Viſo Themate lib. 1. & in conſ. 152. Viſo proceſſu lib. 5.* & certè negari non poteſt, quin corruptio Iudicis ſit de illis caſibus, in quibus alij, qui nõ ſunt participes criminis negotiũ bene ſcire nõ poſſunt, & ideò ab illis participibus tale delictũ probari poteſt, vt eſt dictũ, & iſta cõcluſio in tantum procedere videtur, ꝙ teſtes mediatores, vel proxenetæ, propter naturam negotij in defectũ aliorũ admittũtur, & tali caſu integri teſtes videntur, & omni exceptione maiores: per *d. c. tertio loco de*
69 *prob.* vbi † teſtes, qui in defectũ aliorum recipiuntur, etiã ad probandũ inſtrumentum admittuntur, ergo reputantur teſtes
70 omni exceptione maiores, quia † ad reprobationẽ inſtrumẽti, teſtes omni exceptione maiores requiruntur *l. optimã C. de contrahend. & comm. ſtipul. ibi (idoneos, & omni exceptione maiores, Det. in d. cõſ. 342. & n. 3. & in d. c. tertio loco in vltimo notabili*, & ſic dictum ſextum obiectum omnino ſublatum cenſetur.

Septimũ oppoſitum ꝙ proxeneta, vel mediator, qui dedit Officiali pecuniã, ſiue aliã rem cum tractat de ſe exonerãdo in teſtẽ recipi non debet, dico ꝙ ex ſuperius
71 dictis patet, ꝙ † proxeneta idoneus eſt teſtis, ſiue ab vtraq; parte, ſiue ab vna parte tantum producatur cum diuerſitate, quia ſi ab vtraq; parte velit produci, poteſt compelli ad teſtificandũ, ſi ab vna parte tantum non poteſt compelli, vt notat *Gloſ. in d. §. quoniã verò in auth. de teſt. & hæc eſt veritas ſecundum Iac.*



Digitized by Google

*de Beluiſ.& communiter DD.* & ſi ſumus in procuratore ad negotia, dic latius, aut producitur vtraque parte volente, & poteſt: vt ſupra, aut altera inuita, & tunc aut producitur ab aduerſa parte, cuius mandato non geſſit, & teſtificari poteſt, & nedum pro producente, ſed etiam pro eo, cuius negotium geſſit contra quem producitur: vt notatur in *gloſ.2.in fine ff.eod.arg.ſupr.de Epiſc.& cler. auth.ſed Iudex*: aut producitur ab eo, cuius mandato geſſit, & ſi aliter depoſuiſſet, remaneret obligatus, & nõ poteſt, aut ad nihilum teneretur, & tunc admittitur, vt per *Salic.in d.l.omnibus*, & quando famulus, vel is, qui pecuniam, aut aliam rem ſibi conſignatam alteri portauit, haberet à conſignante quietationem de conſignatis per eum, ita quod eſſet tutus quod nõ poſſet amplius moleſtari ex huiuſmodi occaſione: tunc enim non dicitur agi de illius exoneratione, & propterea illius teſtimonio ſtandũ erit, ſic enim pro cautela tradidit *Thomas de Ploua.in add. ad Bart.in l.deferre §.item decreuerant litt. D.in verbo remanet obligatus, qui tamen loquitur per verbum fortè ff. de iur.fiſc. Farin.in tract.de teſt.quaeſt.60.num.25.* idem eſſet in hoc caſu etiam quod à conſignante quietationem expreſſam non habuiſſet, quia conſignatio ipſa ſolet, & neceſſe eſt fieri ſecretè, & abſq; teſtibus alijs, ex quo mediator à conſignante moleſtari non poteſt ex idemptitate rationis nè vexaretur, erit idem, & ſic cum obligatus non remanet, teſtimonium ferre poteſt, & eius dictum probat, inſuper propoſitum contrarium non procedit in illis perſonis, qui faciunt particularem artem portandi bona diuerſis perſonis: tamen iſtis eſto, quod de eos exonerando tractaretur videantur, plenè tñ creditur, ex quo viuunt de huiuſmodi arte, & cõſueti ſunt talia facere, fuit originalis doctrina *Papienſ.in forma oppoſ.contra teſtes poſt publicatũ gl.in facto eorũ proprio col. fin.n.7.verſ.deniq; quaero Io.de Amic.cõſ. 41.nu.8.Campeg.de teſt.reg.63.in.7.Fallent.Caualc.in dec.37.n.42. Maſcard.de prob.lib.3.concl.1357.num.61.Farin. ex alijs d.quaeſt.60.num.26.* cum Officiales quando quid recipiunt non recipiunt ab omnibus, nec omnibus confidunt, ſed ab aliqua perſona confidenti ad hoc deputata, cui eſt valde credẽdũ per praedicta Iura, & authoritates, ex quibus ſeptimũ cõtrariũ ſimiliter reſolutũ remanet.

Progrediendo ad octauum, & vltimum oppoſitum, quod probationes cõtra Officiales luce meridiana debent eſſe clarę, quia pro eis valdè pręſumitur, dico quod tale crimen cum fiat occultè, & ſecretè in vna camera Officialis nè dum ad eius probationem admittuntur teſtes ſingulares inhabiles, mediatores, & proxenetae, vt diximus, quinimmo in talibus
72 delictis occultis, fama † cum adminiculis ſufficit ad condemnationẽ *c. praeterea de teſt.Alex.conſ.66.in fin.lib.3.Iaſ.conſ. 141.n.4.lib.4.* quae fama ſola ſtante difficultate probationis, procul dubio facit plenã probationem, vt per *Alex.conſ.53. lib.2.Iaſ.Curt.Sen.& alij in l.admonendi ff.de iur.iur.Neuizz.conſ.54.nu.13. Decian.conſ.29.nu.39.* vbi loquitur in furto ex ſui natura occulto: *Franc.Viu.deciſ. 157.nu.6.* & quod ex ſolis argumẽtis, ex ſola fama, ex coniecturis, vel ex vehementi opinione in iſtis occultis, ad cõdẽnationẽ deueniatur, poſt *Bart.in d.l.3.firmat Bal.in auth.C.de Sacroſant.Eccl.Butr.in d.c.praeterea de teſt.Iaſ.in l.cũ ea col.fin. C.de trãſact.Hip.de Marſil.in ſua pract. crimin.in princ.nu.13.& ſeq.Campeg.in tract.de teſt.reg.398.Viu.in d.dec.nu.7.*
73 *& per totam* ponit multa, & ad † probãdũ delictũ occultum, ſufficiunt cõiecturę, iux.*tex.in l.licet ff.de leg.1.* vbi cõiecturę clarae manifeſtae probationes dicuntur, *Afflict.ex multis in dec.13.n.23.vbi Gram. add.* licet loquatur in factis antiquis, tãto magis in factis occultis, & difficilis proba-
74 tionis, vt in caſu de quo agitur, quia † in his quae cõmuniter conſueuerunt fieri in ſecreto, proceditur ex cõiecturis, & praeſũptionibus per notata in *l. fin. C. de periculo tut. Bal.in rub.de prob. Paris de Put. vbi ſupra de ſyndic. num. 7.* quod abſolutum extat per *Alex.conſ.98. quoniam num.6.lib.3. Iacob. Mandell.conſ.83.licet*

*num.*

Digitized by Google

*nu.11.Surd.conſ.1.num.39.& ſeq. Hipol. Rimin.conſ.433.annis elapſis nu.7. cum alijs ſeq.lib.4. Neuizz.conſ.25. quoniam ſaluis num.12.*cum coniecturæ in præſenti caſu difficilis probationis multum operentur *l. non omnes* §.1.*de teſtam. milit.* immò in caſu ſuſpecto,tunc inducunt maiorem ſuſpitionem, vt per *Bal.in l.2.per illum tex.C.de colluſ.deteg.Paul.*Emil. *Verall.deciſ.253.nu.6.& ſeq.in 1.par.Viu. d.deciſ.157.nu.15.*& in Regno *per dictũ c. vulgaris famæ,* expreſsè mandatur ibi (*ſi delatus ſit malæ famæ compertus, & aliqua contra eum mouentia rationabiliter, ſeù præſumptiuè probentur, vtpotè, dantis, captio, & abſolutio ſine cauſa, vel tractatus, ſiue pactiones cum Officiali habitæ pro liberatione, vel condemnationis ceſſatione concuſſis, vel quod fama, probetur concuſſum, ſeu impreſſione, vexatum, captum illicitè, & calumnioſè pro redemptione commertio fatigatum, vel quod res conceſſi, aut redentis, vt puta equus, fundus, & his ſimilium inueniantur, viſibiliter apud ipſum, vel quod alia veriſimiles coniecturæ contra eum probentur, quas poteſtis ex motu veſtro prudenter, & diſtinctè colligere cum non poſſit præſens deliberatio explicare, maxime, vbi eſt honeſta perſona, qui dediſſe ſe dicit, & res, vel quantitas non eſt magna, per Sacramentum dantis poterit veſtra religio con-*
75 *demnare.*) Et ſi dicatur quod † Officiali bona fama iuuat, reſpondetur, quod poſſit operare, vt non condemnetur per pręſumptiones,vel indicia leuis perſonæ iuxta dictum *c.Regni vulgaris famæ*,vbi ſequitur (*At ſi Officialis fuerit bonæ famæ,& approbatæ opinionis inuentus:quãtumcunque probentur præſumptiones, vel inditia contra eum præcipuè,vbi deferens, vel inquiſitionem inſtruens, leuis comperitur perſona ad condemnationem partis, non ſufficiat Sacramẽtum: ſed ſi fortè deferens,vel inquiſitionem inſtruens,eſt honeſta, & approbata contra delatum, violenta probentur inditia quantumcunque ſit bonæ famæ repertus maxime vbi rẽs, quæ data dicitur non eſt magna, procul dubio condemnatione plectatur;* ex quibus verbis clarè determinatur quod bona fama Officialis non iuuat, niſi quando deferens,vel querulans eſt leuis perſona cum iuramento partis non procedit condemnatio, & quando delator eſt perſona honeſta cum iuramento, & violentis inditijs bona fama non obſtante condẽnatur, volunt *Hoſtienſ.in d.cap.præterea in fine, ibi vtique bene debet ſufficere talis præſumptio violenta per c. dixit Dominus 32.q.1.*& etiam bona fama non tollit probationes, quales quales, nec coniecturas,& præſumptiones,ex quibus talia occulta crimina puniuntur, vt dixi-
76 mus, & ſi † duæ adſint præſumptiones plenam faciunt probationem, *per tex.in l.2.§. remittitur verſic.legitimas ff. de excuſat.tutor.*

Nec dici poteſt *d. cap. vulgaris famæ* hodie locum non habere, quia fuit editum ad beneplacitum Regis Roberti, vt
77 in *tex.* ipſius, & † beneplacitum morte fuit extinctum, vt late ſcribit *Bart. in l. centeſimis ff. de verb.oblig. Bald.in l.1. C. de poſtul.* Nam reſpondetur, quod *d. cap.* fuit incorporatũ in volumine Conſtitutionum, & Capitulorum Regni, & tamquam in ipſis incorporatũ pro lege habetur ad *tex. in l. cum prolatis ff. de re iudic.cum ibi notatis,* & quia deinde fuit in Regno allegatum, & obſeruatum ſpatio longiſſimi temporis, ideò dicitur nunc vigere, & debet obſeruari per notata in *l. ſi quis diuturno, & in l.de quibus ff. de leg. & in l.1.in repet.C. quæ ſit longa Conſuet.per Bald.& ex alijs,Paris de Put.de ſyndic.in d.cap. teſtis verſic. fui ſemel rogatus num.7.circa medium,* & conformis eſt rationi, quia in ſimilibus caſibus à communiter accidentibus difficilis probationis veriſimiles coniecturæ faciunt probationem, ex reg.*text. in l.non omni.§.à Barbaris ff.de re milit. & in l.conſenſu C.de repud.Iaſ. qui plura cumulat in l.cum ea C.de tranſact.Grammat. vot. 3. num. 3. ex alijs firmat,* & ſi in propoſito caſu probationes, vt prædictum adſunt ad torturam, vel ad condemnationem deueniri poſſe, ex regu-
78 la generali quod † in delictis occultis



Digitized by Google

Iudex debet eſſe facilior, & promptior ad torturã, & condemnationem, vt poſt *Bald. in l. 3. C. de Epiſc. audien.* *firmat Alex. in conſ. 77. num. 5. lib. 1.* exemplificando hoc in adulterio, venenatione, falſificatione monetę, & ſimilibus, in quibus etiam quod indicia non ſint ita plena prout in alijs delictis exiguntur, cum
79 † tali caſu licitum ſit, Iura tranſgredi, vt etiam tradit *Roland. à Vall. conſ. 7. in cauſa Antonij Brunelli num. 5 6. & 7. lib. 1. Brun. à Sole in eius conſil crim. 46. nu. 1. verſ. de ſecundo poſſet, & latius in 8. verſ. 5 patet, & Cacher. deciſ. 79. num. 10. licet ex eodem Rol. ibidem n. 38. 39. 40. 41. & ex eod. Cacher. in d. dec. n. 56. verſ. nec obſtat*, videtur colligi, torturam inferri non debere, niſi legitimis indicijs extantibus
80 quãuis † indicia ad torquendum in quocunque Iudice ſint arbitraria, ſecundũ *Bart. in l. fin. nu. 5. ff. de quæſt. Bal. conſ. 95. regula Iuris eſt num. 6. lib. 1. & alij relati per Brunor. à Sole vbi ſupra nu. 9. in fine, & per Caball. caſu 200. num. 43.*
81 *vbi in fine* ſubdit quod † dictum Iudicis arbitrium, debet regulari ſecundum leges, & Iuri, & æquitati eſſe conſonum, ex *Roman. conſ. 370. quæſtio eſt num. 7. Alex. conſ. 217. viſis verbis num. 5. lib. 2. & in terminis Hipol. de Marſil. conſ. 15. num. 17. & conſ. 20. num. 54. & 55. Brunor. à Sole d. conſ. 46. nu. 130. & pluribus ſequentibus verſ. præterea licet, Oſaſcb. deciſ. 79. num. 57. & 58.* & in dubio Iudex arbitrari debet indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, *Cacher. d. deciſ. num. 58. & 59. Boſſ. in pract. crim. tit. de indit. &*
82 *conſid. ante torturam num. 72.* quia † in criminalibus ea eſt tenenda opinio, quæ in mitiorem, & benigniorem partem tendit, *l. interpretatione ff. de pęn. l. factum cuique ſuum §. in pęnalibus ff. de reg. iur. Iaſ. in l. 2. num. 40. in fin. ff. ſi quis voc. in ius non ier. Cacher. deciſ. 80. nu. 8. Cabal. vbi ſupra num. 144.* ſed omnia ſecundũ
83 leges † arbitrari, & iudicari debent, & non aliter vltra iam dicta, determinat *tex. in cap. iudicet ille 3 quæſt. 7. ibi (bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronunciat, ſtatutis Iuris obtemperet, non indulget propriæ volun-*
84 *tati, & qui iudicat † voluntati ſuæ obtemperare non debet) tex. in cap. paratus 23. quæſt. 1. §. neque Paulus vbi gloſ. verſ. ſecundum leges:* & expreſsè mandat Imperator *in l. nemo Iudex in fine C. de ſent. & interl.* ibi *(omnes Iudices veritatem, & legum, & iuſtitię ſequi veſtigia ſancimus.)* Imo nec ordine ipſiuſ-
85 met † Imperatoris, & legiſlatoris, ſiue alterius eius nomine, non niſi ſecundum leges iudicari debet, vt habetur *ex tex. in auth. ne quid in med. lit. &c.* ibi *(Et propterea ſancimus, vt dum lis examinatur, ſiue in pecuniarijs, ſiue in criminalibus, aut alijs quibuſcumque emergentibus, cauſas apud Iudices, ſiue hic, ſiue in Prouincijs, neque pragmaticum typum, neque aliam præſcriptionem, neque ſacrã noſtram quamlibet, ex ſcripto, aut non ſcripto iuſſionem, aut diſpoſitionem, in hac Regia Ciuitate ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuslibet diſponentem, eos quomodo deces inconſuetam examinare, aut iudicare negotium: inſinuare iudicibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundum generales noſtras leges cautus examinari, & decidi: quod enim in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua extrinſecus diſpoſitione.)* Et prædicta fimãt etiam *Luc. de Penna in l. qui numerarij in fine C. de numerat. lib. 12. & in l. cunctis prope finem C. de medic. Val. lib. 11. Afflict. in Conſtit. vniuerſis nu. 32. verſ. nota ex tex. & num. 51. & 61. Paris de ſyndic. in verſ. arbiter nu. 2. cap. 1. Paul. de Caſtr. in l. placuit C. de iudic. & in l. continuus §. cum ita nu. 4. ff de verb. oblig. Gandin. in tract. de maleſic. tit. de quæſt. num. 41 Oſaſcb. Pedemont. deciſ. 71. n. 53. Anton. Theſaur. in præfat. deciſ. nu. 32. Iul. Clar. in § fin. quæſt. 31. nu. 66. qui alios adducunt: ad quæ valde conferunt, quæ dicit Iſern. in titul. de controu. inter Dom. & emptor. in addit. per totam, & latè Menocb. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 7. num. 37. vſque in fine*, & in tantum Iudex de ſuo arbitrio iudicare non debet, ſed abſolutè ſecundum leges, quod ſi ex ſua

Digitized by Google

86 ſua conſcientia † per priuatam ſcientiam iudicaret, & abſolueret quem ſcit certò innocentem, Iuris ordine non ſeruato, & ſecundum allegata, & probata eſſet morti adiudicandus, peccat, quia debet ſententiam ferre ſecundum allegata, & probata, *Diu. Thom. 2. 2. quaſt. 67. art. 2. ad primum, & quartum, & clarius Gaiet. ibidē, & in ſumm verſ. homicida, & eſt* *cōmunis *Sot. de iuſtit. & iur. quaſt. 4. art. 2. lib. 5.* debet enim facere quod potuit, pro veritate indaganda, & nè de illo caſu iudicaret diuerſis vtendo ſubterfugijs, quibus non iuuantibus debet innocentem condemnare, vt etiam dixit *Nauarr. in ſuo manuali cap. 25. nu. 9. Graff. in 1. par. ſuarum deciſ. lib. 3. cap. 6. num. 5.* & ſi ſciens, aut ſcire debēs in-
87 iuſtam ſententiam † ferens, aut iuſtam ferre negligit, odio, precibus, metu, vel alia de cauſa peccat mortaliter, *cap. ſi quis dixerit, cap. quatuor 11. quaſt. 3.* cum obligatione reſtituendi non ſolum principale, ſed omnes impenſas, damnum, & intereſſe, quæ ex ea conſequutæ fuerint, *c. fin. de iniur.* ſiue appellet, ſiue non, *gloſ. in cap. paſtoralis § quia vero de offic. deleg.* *communiter recepta, niſi cōſentiat animo remittendi debitum, de quo intelligi poteſt, *Medin. in Cod. de reſt. quaſt. 3. cauſ 7. in fine*, & ſi eſt Eccleſiaſticus qui tulit eam, etiam contra conſcientiam, ipſo facto eſt ſuſpenſus, & irregularis, ſi antequam abſoluatur ab ea celebrat, *cap. 1 de re iudic. in 6. Nauarr. vbi ſupra in d. cap. 25. nu. 12. & Graff. dicto in loc num. 13.* & proinde Imperatores, & legiſlatores mandant, ſecundum leges iudicari, & ſint coſtan-
88 tes, quia iudiciū † octo peruertitur modis. Primo timore, Secundo cupiditate, Tertio odio, Quarto amore, vt in *capit. quatuor 11. q. 3.* Quinto quando pauperibus in iudicio nō miſeretur, *cap. eſt iniuſta 24. quaſt. 4. & Exod. cap. 7.* 8. Sexto nimia ſeueritate, & nimia remiſſione, *cap. diſciplina 45. diſtinct.* Septimo igno rantia *d. cap quatuor, & Inſtit. de obligat. qua ex quaſi contractu naſcuntur in princ.* Octauo muneribus, vnde dicitur, quod officialis non debet aſſumere magiſtratum, vt quæſtui, & pecuniæ lucro deſeruiat, *l. ad ſplēdidioris C. de diuerſ. offic. lib. 12.* & proinde omni Iure Officia-
89 libus munera prohibentur. † Primo Iure Digeſtorū *per l. ſolet. ff de offic. proconſ.* ibi (*Nō vero in totū xenijs abſtinere debebit Procōſ. ſed modū adijcere, vt neq; moroſè, in totum abſtineat, neque auarè xeniorū excedat*) & in § *fin. ſubdit rationem*, (*Nam valde inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia auariſſimum,*) & iſto Iure non eſt ex-
90 preſſa quantitas xeniorum. † Secundo per Senatusconſultum plebiſcitum, *l. prebiſcito ff. de offic. Præſ.* quod exculentum, & poculentum permittit, quod infra dies proximos prodigatur, & iſtud ius non exprimit numerum dierum.
91 † Tertio Iure *l. Iuliæ repetund.* quæ permittebat poſſe recipi ab omnibus proximioribus, cognatis, in infinitum, dummodo non ratione officij, quia ratio ſanguinis tollit ſuſpitionem, ab alijs vero extraneis licitū erat accipere inter omnes vſque ad centum aureos per annum, & nō ratione officij *l. 1. in fin. iuxta glo. ff.*
92 *ad l. Iul. repetū. l.* † Quarto Iure Codicis omnino prohibetur receptio xeniorum, *l. m. circa princ. cum gl. C. de ratiocin. oper.*
93 *publ.* † Quinto Iure Auth. quo diſtinguebatur: quod ſi Officialis erat ſalariatus de publico, nihil recipere poſſet, nec oſculenta, nec poculenta, nec xeniola, *gloſ. in d. l. plebiſcito, Sebaſt. de Neap. in cap. Reg. hac edictali, & eſt tex. in §. cogitatio, & in § ſic igitur, in auth. vt iud. ſin. quoq. ſuffr. §. oportet in auth. de mand. princ.* ſi vero non habent ſalarium à publico, poſſunt accipere quantum ſufficit ad mediocrem gubernationem etiam à litigantibus, & ſi nihil habent gratis iudicare debent, vt in *d. §. ſic igitur, & in*
94 *§. ſit tibi eo. tit. de mandat. Princ.* † Sexto Iure Conſtit. Regni, quo ſimiliter diſtinguitur, aut à litigantibus, & non eſt licitum accipere, nec exulentum, nec poculentum, vt in *Conſtit. apud iuſtitiarios, vbi Afflict. notat nu. 4.* aut ab extraneis, & poſſunt recipere oſculenta, & pocu-

Digitized by Google

poculenta, dummodo infra biduum conſumi poſſint, & ſemel in anno, vt in
95 *Conſt. Capitaneorum §. prædictis.* †Septimo Iure capitulorum Regni prohibentur exculenta, & poculenta recipi ab vniuerſitate, ab alijs vero non denegatur, illudmet quod ius commune permittit, vt in *cap. item quod Iuſtitiarij, vbi notat Anton. de Nigr. num.* 7. Octauo Iure Ritus Mag. Cur. Vic. incipi. *Item quod Iudices ipſarum Curiarum num.* 14. quo Iure permittitur trigeſima cauſarum, & aliquid, pro teſtium examine, ſed *Carau.* ibi dicit quod ille *Rit.* non obſeruatur. Nono Iure Pragmaticarũ Reg. per *prag.* 1. *Regis Ferdinandi anni* 1493. *de mu-*
96 *ner.* vbi mandatur, quod † Officiales nihil recipiãt vltra prouiſiones taxatas ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & vnciarũ quinquaginta, & in *pragm.* 2. *eod. tit. de muner. edita per Imperatorem Carolum Quintum fœlicis recordationis de anno*
97 1540. *legitur* († *Officiales nec eorũ vxores, aut filij, alijque eorundem poteſtati ſubditi, neque per ſe ipſos, neque per interpoſitam perſonam, vllo modo, aut vllo tẽpore, poſſint accipere aurum, argentum, aut res aliquas, cuiuſcumque generis etiã comeſtibiles, ſiue magni, ſiue parui valoris, quantitatiſuè ſint, ſub pœna reſtitutionis donata cum duplo, atque ſuſpenſionis officij prima vice qua contrafecerint, ſecunda vero totalis priuationis ipſius, & à litigãtibus coram eis, vel coram Tribunalibus nullam pecuniarum quantitatem per eos, vel per alios mutuo accipiant,*) & tale corruptionis crimen probari poſſit per tres teſtes ſingulares, qui ſint bonæ famæ, & conditionis, vt ibidem habetur. Et in *pragm.* 3. *legitur* (*Gubernato-*
98 *res* † *Prouinciarum, neque donatiuum, hactenus ipſis dari conſuetum, à Ciuitatibus neque munera cuiuſcumque generis, aut qualitatis etiam rerum comeſtibiliũ, à ſuis Prouincialibus, etiam ſponte offerentibus, accipiant, neq; per eos, neque per interpoſitas perſonas, neq; eos ad portandũ bona per Prouinciam diſcurrunt viſitando Prouinciam, ad aliud aſtringant quã ad ea quæ per Regiam pragmaticam eis accipere licet,* & *per pragmaticam quartam,* quæ eſt in confirmationem præcedẽtis ſecundæ *pragmaticæ,* ampliat (*quod in probanda corruptela Officialis, non*
99 † *tres teſtes, ſed quinque ſimiliter ſingulares eſſe debent, & ab alijs perſonis hic nõ expreſſis, nec compræhenſis, ſi aliquid acceperint, ſit cum omni temperantia, & mode*
100 *ratione, & tantummodo, in* † *rebus parui momenti, veluti ſunt volatilia, feræ, fructus, & ſimilia paucis tamen vicibus, ita vt ex hoc non gereretur vſus,*) & in *quinta pragmatica Regis Philippi Secundi recolendæ memoriæ de anno* 1580. in qua recenſentur prædictæ, & aliæ *pragmaticæ,* & prohibitiones munerũ officialibus declarando verba fructus, & volatilia permiſſa in dicta præcedenti *pragmatica,* in dicta *pragmatica quinta* vulgari ſermo-
101 ne legitur. (*Declarando* † *quella parola poſta in eſſa volatili, non s'includa Polli, Caponi, viui ò morti, tanto delli naturali del Regno, quanto de quelli che volgarmente chiamano d'india: & ſimilmente declaramo che quella parola che dice frutti, non includa frutti poſti in conſerua, che communemente ſe dicono ſciroppati, ne tampoco includano quelle perſone che nelli proprij giardini, & luochi, non hanno de quelli frutti che preſentano, li quali è veriſimile che li comprano per preſentarli, & coſſi anco declaramo che quella parola, & coſe ſimili, non includa zuccari, ſpetiarie, lauori de cere, beuende, oglio, caſi, & altre coſe che ſogliono conſeruarſi in deſpenſa, le quali coſe ordinamo, che s'includano ſotto la prohibitione de non douerſe riceuere, nè accettare, declarando ancora, che trà le dette perſone, dalle quali è prohibito de riceuere non s'includano parenti, & tutti altri, nelle cauſe delli quali per diſpoſitione di ragione li detti Officiali non poſſono eſſer Giudici, non includendo nella prohibitione predetta l'Officiali, li quali frà eſſi poſſano preſentarſe coſe che non ſiano de momento. Ordinando, & comandando à tutti li ſopradetti Officiali, & perſone, & ciaſcuno d'eſſi inſolidum vnicuique in ſua iuriſdittione, che debbiano, & ciaſcuno d'eſſi debbia oſſeruare, & eſequire, & fare eſequire,*

Digitized by Google

*exequire, & oſſeruare quanto di ſopra ſtà dechiarato ſotto le pene ſopradette, le quali ſe eſequiranno, & ordinamo che s'eſequano contro li tranſgreſſori, ſenza eccettione de perſona alcuna,)* & in tantum
102 eſt prohibitum † Officialibus munera accipere, quod de anno 1593. per Regem Philippum II. eſt prohibitum ViceRegibus diſpenſare, quod Officiales aliquid doni recipiant, vt in *pragm.* 10. *de Official. & quæ ijs prohibentur* §. 13. vbi legitur. (*Porque dè la viſita reſuelta que eſtando como eſtà por pragmaticas del Emperador mi Señor, que Dios tiene, y mias expreſſamente mandado, que mis miniſtros, y officiales nò reciban dineros, joyas, ni otras dadiuas, ò preſentes qualeſquieras de litigantes, ò nò litigantes aunque ſe han dado de sù propria voluntad: mis ViſoRey que es, por tiempo fuere nò de licencia à ninguno Conſejero, ni otros miniſtros mios, para recebir coſa alguna da ninguna perſona por qualquiera delegacion, ò coſa ſemejante, ni ſobre eſto pueda deſpenſar contra lo deſpueſto por las dichas pragmaticas, y ſi deſpenſerà, la tal diſpenſacion aunque ſe haya data motu proprio, y ſin inſtancia de partes ſea de ningun valor, y effecto, come ſe non s'hauieſſe concedido:* & idem prohibetur per *pragm.* 11 §. 9. *eiuſdem tit. de Official.* per eadẽ præcedentia verba, & ſic per plures, & geminatas Regias prohibitiones, & declarationes habetur Officiales nihil accipere poſſe, nec à litigantibus, nec à non litigantibus per clariſſima verba, vt prædiximus, ipſis prohibitionibus, & ſanctionibus ſub pœnis in eis expreſſis, & puniri debent de pœnis contentis in dictis Iuribus communibus, & Regni: qui
103 prædicta tràſgrediũtur, & amplius † de corruptela tenentur, cuius pœnam latè proſequitur *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *caſu* 342. Decimo de Iure perfectionis, quod diuino dici poteſt, ex quo *Ambroſ. de offic.* dicit quod munera à Iudicibus affectari inſiduè miſerrimis animis conſueuit, & in *l. properandum* §. *ſin au-*
106 *tem vtraq; de iudic.* & qui † aurum diligit non iuſtificabitur, *Eccleſiaſt. cap.* 31.
vbi ſatis de hoc, & poſtremo ibi habetur,
106 quod ignis † deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera recipiunt, ibi quidem imperat aurum iudicat argentum remouet paſſio, promouet affectio ſilent leges, & Canones, ratio, & æquitas præſcribũtur, ibi nulla integritas, nulla fides, ibi ad iuſtitiam redendam, vnde Iudices magis potentibus, quam iuſtitiã poſtulantibus deferunt, vt in *auth. vt iudic. ſine quoq; ſuffrag.* §. *ſi vero, Paris de ſyndic. cap. ſindicatur Iudex per totum,* &
107 qui abſtinuit † manum ſuam ab omni munere, iſte in Eccleſijs habitabit, *cap. rectè in fine* 11. *quæſt.* 3. & qui munera ſuper innocentem non accepit, habitabit in tabernaculo Domini, vt in *Pſal.* 14. & *Iob* contra iſtos loquens in *cap.* 15. dixit ignis quippe deuorabit tabernacula eorum, qui munera accipiunt, vade ergo, & comede, in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia ſic Deo placebis; *Eccleſ. cap.* 9. & ſi exculenta, & poculenta accipienda eſſent, à quo ſe-
108 curius quam ab eo, cui tuam † mutuaſti pecuniam: & nihilominus accipere vſura eſt, vt dixit *Luc. de Penn. in l. in ſacris* 2. *num.* 30. *C. de prox. ſac. ſcrin.* qui etiam dicit, quod iſta exenia, & dona excæcant oculos Iudicum, quaſi mutus in ore auertit corruptiones eorũ, & iſtud ſemper commodius mihi viſum fuit, quia
109 negari non poteſt, quin recipiens † nõ obligetur conditionaliter: quæ, & ſi nullam habet efficaciam, nec in agendo, nec in excipiendo, *l. ſed ſi* §. *conſuluit ff. de pet. hæred.* tamen aliquos parit effectus, decem, & octo enumerat *Iaſ. in l. ſi non ſortem* §. *libertus ff. de cond. indeb.* nec dicant Officiales, quod abſque iſtis muneribus non poſſent viuere, & quod ſi mundi erunt, creſcat egeſtas: nam ipſis reſpondet *Dauid Pſalm.* 4. Sacrifi-
110 cate † ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino, & reſpondet illis, qui dicunt, quis dabit nobis bona, ſi erimus incorruptibiles dicens, multi dicunt, qui oſtẽdit nobis bona ſignatum eſt ſuper nos lumen Domini quarè dubitant? iuſtè iudi-
111 cent, & liberent † pauperẽ à potente,



Digitized by Google

quia hæc omnia adijcientur ſibi, dominabitur à mare vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum, dabitur ei de auro Arabiæ,& omnes gẽtes magnificabunt eum: vt in Pſalm. 21.
112 & nunquam vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem, impios plures vidi ſuperexaltatos,& paulo poſt redij, & non eſt inuentus locus eorum: melius enim eſt modicum iuſto ſuper delitias peccatorum multas non confundetur, in tempore malo, & in diebus famis ſaturabitur,expecta ergo Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram, hæc, & alia iuſtis Iudicibus promittit Deus in Pſalm. 35. & ſi Deus dixit *Deuteron. cap. 16.* in fine non accipimus perſonam, nec mu-
113 nera, quia † munera excecant oculos ſapientium, & mutant verba iſtorum,
114 cur tranſgredimini mandatũ † Dei propter traditiones noſtras: & redeundo ad noſtram propoſitam reſolutionem, ex iam dictis reiectis contrarijs concludo
115 Officialem † ex vnius teſtis mediatoris, ſiue proxenetæ depoſitione cum aliquibus admininulis, & coniecturis, ac ex forma publica cum præſumptionibus, & vehementibus indicijs, nèdum torqueri poſſe, verum etiam, & condemnari, & ita pro amico Iuris eſſe conſulo.

*Camillus de Laratha.*

## SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo noui vſus Capuana, & Nidi ſunt contractus,& non vera conſuetudo*
2 *Succeſſio deſcendentium eſt prima cauſa, Aſcendentium ſecunda,& Collateraliũ tertia.*
3 *Auia tamquã aſcendens præfertur alijs.*
4 *Proximior ex parte matris ſuccedit in bonis maternis, & noui vſus tenor.*
5 *Pater dupliciter excluditur, per alienationem,& per renunciationem.*
6 *Proximiorũ appellatione, veniunt agnati, & cognati.*
7 *Conſuetudo Capuana, & Nidi noui vſus, eſt vera conſuetudo, & continet illud idem, quod cõſuetudo ſi quis,vel ſi qua, & eadem eſt num. 10.*
8 *Ratio quare Notarij ſpecificè dicunt ſecundum nouum vſum, cum renunciatione, & num. 20.*
9 *Contractus non à nomine, ſed ab effectu regulantur.*
11 *Socrus eſt affinis,& affinitas cauſa momentanea eſt.*
12 *Affinis ab inteſtato non ſuccedit.*
13 *Affinitas per mortem viri diſſoluitur.*
14 *Affinitas per viduitatem diſſoluitur.*
15 *Matri, & non filio ſucceditur in caſu conſuetudinis.*
16 *Auia tamquam filij imago venit.*
17 *Filio excluſo, cenſetur excluſa mater, ſiuè auia.*
18 *Nouus vſus,eſt conſuetudo,& ita appellatur, & requiſita vera conſuetudinis habet.*
19 *Matrimonia nobilium,ſecundum dictũ nouuum vſum contracta cenſentur.*
21 *Requiſita veræ conſuetudinis,& ſecundũ eam matrimonia contracta cenſentur.*
22 *Contractus à patriæ conſuetudine interpretantur.*
23 *Stipulatio etiam quod ſit ſecundum iſtã conſuetudinem, & vſum nouum, ſecundum eum ſtipulatum cenſetur.*
24 *Quid communiter fieri ſolet, factum eſſe iudicandum.*
25 *Quilibet in re ſua eſt moderator,& arbiter.*
26 *Succedãt,uerbum ſignificat poſt mortem.*
27 *Proximiores matris per fideicommiſſum vocati.*
28 *Pater pactione ſe excludit, & eius perſona non conſideratur, nec ab inteſtato, nec ex teſtamento, & habetur pro mortuo.*
29 *Statutum excludens* Patrem, *excludit, & auum paternum.*
30 Excluſo *vno cẽſentur excluſi omnes,qui excluſo coniunguntur.*
31 Renunciatio *in matrimonijs eſt extinctiua, & per eam eſt quaſitum ius proximioribus num. ſeq. & eſt vera abſtẽtio, & repudiatio nu. 33. 34.*



Digitized by Google

35 Auiam nepti non ſuccedere pluries deciſū, et ex pluribus deciſionibus fuit inducta conſuetudo, ita decedendi num. 36.

37 Patre, vel matre exiſtente in medio, an habeat locum conſuetudo.

38 Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua quid diſponit circa ſucceſſionem filiorum.

39 A verborum proprietate non recedendū.

40 Succedi alteri non poteſt, niſi poſt mortē quo tempore cōſtat, quis eſt proximior.

41 Subſtitutio poſt mortem eſt fideicommiſſaria expreſſa, & fideicommiſſum expreſſum inducit nu. 42.

43 Fideicommiſſario ex fideicommiſſo acquiritur actio realis perſonalis, & poteſt reiuendicare adimpleta conditione.

44 Proximiori ius quæſitum per conſuetudinem, vti vocato, à nemine tolli poteſt.

45 Conſuetudinis vigore quod habetur per fideicommiſſum datur.

46 Pater ſicut pupillariter filio ſubſtituere poteſt, de quo conqueri non poteſt, ita per conſuetudinem idem fieri poteſt.

47 Conſuetudo, vel ſtatutum omnia poteſt leges imitatur, & vincit.

48 Conſuetudo, vel ſtatutum quod in feudalibus ſuccedat primogenitus eſt tutum in foro poli, & fori.

49 Pater, & mater excluduntur à Iure petēdi legitimam, vbi pater filio fecit ſubſtitutionem.

50 Subſtitutio pupillaris non eſt teſtamentum filij, ex quo pater conqueri non poteſt.

51 Proximiores prò vtraque parte vocati cum diſtintione bonorum vocati cenſendum.

52 Filius fideicommiſſarius moriendo ab inteſtato cenſetur omnia agnatis alienaſſe.

53 Filius fideicommiſſarius pubes decedens videtur facere ſubſtitutionem dirutam quæ vocatur legalis, ſiue conſuetudinaria.

54 Subſtitutio ſtatutaria, ſiue cōſuetudinaria potentior eſt ſubſtitutionis hominis.

55 Succeſſiones ſunt de Iure poſitiuo.

56 Conſuetudo, ſiue ſtatutum maiora poteſt facere in ſucceſſionibus quam lex.

57 Pater, & mater per conſuetudinem excludūtar à ſucceſſione filiorum ex cauſa publica vtilitatis.

58 Exhæredatis nulla legitima debetur, & pro mortuis habentur.

59 Pater, & mater conqueri non poſſunt de filio, qui eos legitima priuauit, quia non filius, ſed conſuetudo fecit.

60 Bona fortiori vinculo, quæ debentur per conſuetudinem, quam quæ Iure communi.

61 Statuentium poteſtas maior eſt quam teſtatoris, & conſuetudo potens, & lege potentior, & Rex omnium dicitur.

62 Incluſio aliquorum excluſio aliorum eſt.

63 Verba in ablatiuis important conditionem.

64 Conditione conceſſum quod eſt ſub eadē non exiſtente dicitur ademptum.

65 Conditio nihil ponit in eſſe.

66 Diſpoſitio conditionalis non eſt irreuocabilis.

67 Conditione pendente diſpoſitio ſtat in ſuſpenſo.

68 Pater ſicut ſuccedit in bonis omnibus filij, ita excluditur à maternis.

69 Maritus, & vxor ſunt affines, & inter affines nulla datur ſucceſſio.

70 Maritus non ſuccedit vxori, & quando.

71 Mors omnia ſoluit.

72 Succeditur matri defuncto filio ſine filijs & ab inteſtato.

73 Conſuetudo, ſi quis, vel ſi aliqua eſt vnū, & idem.

74 Conſuetudines inductæ ſunt, vt bona cōſeruentur in familia.

75 Honeſtas familiarum conſeruatur per diuitias, quæ per inopiam perit.

76 Renunciatio ſi ponitur in nouo vſu eſt prò maiori cauthela.

77 Ratio ſi eadē militat, idem determinat.

78 Pater ſi ſuccedit in bonis maternis, & mater in paternis eſſet contra mentem ſtatuentium.

79 Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

80 Verbum præterquam ponitur excluſiuè, quando præcedit oratio affirmatiua, & ſequatur oratio ſpecialis.

81 Proximior dicitur ille, quem nemo præcedit.

82 Pater

Digitized by Google

82 Patri, & matri præterire poteſt, qui ſunt proximiores filij.
83 Conſuetudo vltra ius commune aliquid operare debet.
84 Conſuetudo excludit proximiores ex parte patris à bonis maternis, & è contra proximiores ex parte matris.
85 Conditionem diſpoſitionis ſufficit de facto adimpleri.
86 Conſuetudo non excludit patrem, & proximiores, quia adſunt proximiores matris, ſed quia filia deceſſit ſine filijs, & ab inteſtato.
87 Conſuetudinis mens eſt conſeruare bona in familia.
88 Patre, vel matre exiſtente in medio non habere locum conſuetudinẽ ſumpſit originem ab Iſern. & Luc. de Penn.
89 Conſuetudo poteſt ſtatuere, quod pater nõ ſuccedat filio.
90 Iſern. determinat patrem non ſuccedere filio in bonis maternis.
91 Pater non ſuccedit libertis filij emptis de peculio, ſed in bonis quæ fuerunt patris, & dicitur reuerti.
92 Parentibus tam naturalibus, quam legitimis vna reuerentia debetur, & Lucæ de Penna opinio.
93 Filius non tenetur inſtituere patrem in bonis maternis.
94 Lucas de Penna pro noſtra opinione.
95 Feudo materno pater non ſuccedit filio.
96 Bona materna delata filio non mutant earum naturam.
97 Legitima, an poſſit per ſtatutum, ſiue conſuetudinem à filijs auferri.
98 Legitima parentum in bonis filiorum an poſſit per ſtatutum, & conſuetudinem tolli.
99 Legitima parentum in bonis filiorum nõ eſt de Iure naturali.
100 Filius quod præmoriatur patri eſt turbare ordinem naturæ.
101 Ordo à quo remouetur, & prouidentia ordinis etiam.
102 Legitima debita patri; vel alio aſcendenti eſt de Iure ciuili poſitiuo.
103 Legitima cum ſit ius agnationis matri non debetur.
104 Ius naturale non ordinauit legitimam deberi aſcendentibus.
105 Ius naturale interpretationem non recipit extintiuam.
106 Proximiores ex parte partis excludũtur à legitima.
107 Legitima ſi conceditur, conceditur in bonis filij, & non in bonis maternis conditionaliter obuentis.
108 Napodani contrarietas.
109 Conſuetudo in diſtinctione bonorum diſfert à Iure communi.
110 Prerogatiua bonorum eſt magis attendenda.
111 Pater non poteſt de bonis maternis filij diſponere in preiudicium proximiorum ex parte matris.
112 Ant. de Alex. opinio repellitur cum ſuis allegatis, & nu. 113.
114 Patris ex parte, idest ex ſtirpe, vel progenie, vel ex linea paterna.
115 Genitiuus patris coniunctus cum dictione, ex, ſignificat originem.
116 Pater eſt principium, & caput paternæ lineæ, & mater maternæ.
117 Doctores contrarij reijciuntur.
118 Conſuetudo non ſolum conſiderat gradus proximitatem, ſed, & bonorum diſtinctionem.
119 Filiusfamilias de bonis maternis relinquere patri non tenetur, ſi non vult, ſaluo debito bonorum ſubſidio.
120 Iura communia obſeruantur in alijs bonis aduentitijs.
121 Conſuetudinẽ Patre, vel matre exiſtente in medio locum habere interpretatũ fuiſſe per multos Doctores, & nu. ſeq.
123 Matrem non ſuccedere filio ſtantibus agnatis, & è contra patrem ſtantibus cognatis eſſe de conſuetudine totius Italię, & ita Luc. ab alijs interpretatur.
124 Pupilli infantes, & alij, qui non poſſunt teſtamentum facere dicuntur inteſtati decedere, & tunc pater, & mater repelluntur. deciſum.
125 Paterna bona paternis proximioribus, & materna maternis debentur.
126 Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua introduxit nouum vſum ſuccedendi, quàm de Iure conſtitutionis, & communi.
127 Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua eſt ipſe

nouus

Digitized by Google

*nouus vſus.*

128 *Napodanus determinat, matre, vel patre exiſtente in medio conſuetudinem locũ habere dando ſucceſſionem bonorum matris ſuis proximioribus viuo patre.*

129 *Stephani de Gayeta opinio reijcitur.*

130 *Opinione in contrarium adductorum, & contrarijs reiectis concluditur conſuetudinem locum habere patre, vel matre in medio exiſtente.*

## Pro Domino Io. Baptiſta Porta contra D. Iſabellam Gironem.

### ARGVMENTVM.

*De ſucceſſione filiorum in pupillari ætate, vel ab inteſtato, quandocumque decedentium, in bonis omnibus in beneficium proximiorum ex parte patris, præter quam in bonis maternis, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte matris, & an conſuetudo habeat locum, patre, vel matre exiſtente in medio, & quod nouus vſus eſt eadem conſuetudo, & de renunciatione particulari ſucceſſionis filiorum non neceſſaria.*

### CONSILIVM CXV.

IOANNES Baptiſta Porta ille Philoſophiæ, & aliarũ ſcientiarum inſignis, ob mortem D. Liuiæ Siciliæ Marſeg'ia quondam D. Franciſci Marſeglia, & quon. Lauræ Silueſtrę filiæ petit per S. C. declarari bona, quæ fuerũt dictæ quon. Lauræ ad ipſum eius auunculum proximiorem ſpectare cum fructibus, & intereſſe, D. Iſabella Girona dictæ D. Liuiæ Siciliæ Auia paterna, alijſquè excluſis, vt ex ſupplicatione fol. 49. & videtur obtinere non poſſe.

Primo ſi dictus D. Franciſcus matrimonium contraxit ſecundum conſuetudi
1 nem † noui vſus Sedilium Capuanę, & Nidi, cum ſpecifica renunciatione ad inuicem ſucceſſioni filiorum, in pupillari ętate ſine filijs, & ab inteſtato, quandocũque decedentium, ſunt contractus à partibus celebrati, & non vera conſuetudo per ea quæ nouiſſimè adducit *Reu. Pater Molfeſ. in Comm. Conſuet. huius Neapolit. Ciuitatis in par. 1. c. 4. n. 6. & par. 2. q. 24. nu. 7.* & ſic tales renunciationes afficere ipſos contrahentes, & non Auiam.

Secundo prima cauſa ſucceſſionis eſt
2 deſcendentium, ſecunda aſcendentium, tertia collateralium, vt in §. *ſi igitur auth. de hæred. qual. in auth. defuncto ad Senat. Conſult. Tertul. & in §. 1. de hæred. ab inteſt. ven. Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua nu. 125. & Molfeſ. in d Com. Conſuet. par. 4 q. 45. nu. 57.* D. Iſabella tanquam
3 Auia † paterna aſcendens dictę D. Liuiæ Siciliæ, dicto Io. Baptiſtæ de tranſuerſali, ſiue collaterali linea licet materna, præferri debet, vt per *Molfeſ. in d. q. 45. nu. 4. 5. & per totam.*

His, & ſimilibus non obſtantibus contrarium eſt de Iure verius, & Ioannes Baptiſta obtinere debet.

Primo eſt verum in facto dictam Lauram Silueſtram dicti Io. Baptiſtæ Neptẽ ex ſorore vtrinq; coniuncta mortuo Io. Vincentio Scalaleone, eius primo viro matrimonium ſecundo loco contraxiſſe cũ dicto D. Franciſco Marſeglia: ex quibus licet nati fuerint D. Philippus, D. Anna, & D. Liuia Sicilia, omnes in pupillari ętate, & ab inteſtato ab hac vita migrarunt, & ſic dictæ vltimę defunctę, ipſe
4 Ioan. Baptiſta ex parte matris † proximior, in omnibus ſuis bonis maternis ſuccedere debet, iuxta dictę Conſuetudinis, & noui vſus ſtipulationẽ, & renunciationem fol. 16. ex quo Io. Baptiſta tamquã proximior, claram intentionem, & deciſionem pro ſe habet, per *tex. in d. Conſuet.* & nouo vſu prædicto fol. 131. ibi (*Mater omnino excluditur à ſucceſſione filiorũ quandocumq; morientium ab inteſtato, & ſine liberis in bonis paternis, & quæ prouenerunt filijs à linea paterna, in quibus ſuccedunt proximiores ex parte patris: & è contra pater excluditur à ſucceſſione filiorum etiam quandocumq; decedentium ab*



Digitized by Google

*inteſtato, & ſine liberis in bonis maternis, vel quæ peruenerunt à linea materna, in quibus ſuccedant proximiores ex parte matris.)* & *Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua n.* 194. *verſ. præterquam in verſ. pa ctione autem* dicit. (*Pactione autem ex-*
5 *cluditur pater* † *de medio dupliciter ſcilicet per formam renunciationis, vel per formam alienationis faciendo ſe alienum à Iure ſibi competente, vel in alium transferēdo, vt l. cum oportet § pen. C. de bon. quæ liber. ibi, ſed niſi ſpecialiter in emancipatione huic primo renunciauerit, vel donatione, ſe huiuſmodi beneficiū alienauerit,) vbi Addētes ex alijs firmāt, & Affl in deciſ.* 237. *Præſ. de Franch. in dec.* 537. *n.* 3. iam dictam conſuetudinem, ſiue nouum vſum nobilium referunt, & cum proxi-
6 morum † appellatione veniant agnati, & cognati *l. quamuis lx* 2. *C. de adulter. & ex Conſuetudin. & ſi teſtator, & ſi quis, vel ſi qua de ſucceſſ. ab inteſt. vbi Napod. in verſ. proximiores nu.* 158. Io. Baptiſta Auunculus, & proximior in bonis omnibus dictæ Donnæ Liuiæ Siciliæ ex dotibus, & ſucceſſione materna peruentis ſuccedere debet, dicta Auia excluſa per prædictam conſuetudinem, & nouum vſum in patre loquētem, & ſic in fortiori quā in Auia, & ex alijs ſequentibus iuſtitia Io. Baptiſtæ prædicti demonſtratur.

7 Secundo cōſuetudo † Capuanę, & Nidi dicta nouus vſus, eſt vera conſuetudo In ſcriptis redapta dum cōtinet illud idē quod conſuetudo ſi quis, vel ſi qua, quod decedente filio ſine filijs ab inteſtato mater, & proximiores ex parte matris excluduntur ab eorum ſucceſſione in bonis paternis, & è contra pater, & proximiores ex parte patris excluduntur à bonis maternis, vt ex earum lecturis patet, quamuis de excluſione patris, & matris per *Doctores* aliquos ſit tergiuerſatum, explicabimus infra finito noſtro caſu ad quem
8 redeundo, dico quod † ratio, quæ induxit notarios, & contrahentes aliquando ſpecificè loqui, ſecundum dictum nouum vſum, ſiue morem Capuanæ, & Nidi, fuit quia plures erant cōſuetudines, prędicta ſi quis, vel ſi qua, quæ excludit parentes à ſucceſſione filiorum ſicut, & per dictū nouum vſum excluduntur, & aderat conſuetudo alia quæ mos magnatū vocatur, & ſic in capitulis matrimonialibus ſpecificè dicere neceſſe erat ſecundum quam dictarum conſuetudinū contrahere volebant, & non ex hoc dici poteſt, eſſe diuer
9 ſitatem, quia contractus † non à nomine eiuſque titulo, ſed ab effectu regulantur *Magon. deciſio. Luccenſ.* 24. *nu.* 16. *Eugen. conſ.* 81. *num.* 82. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt. præſumpt.* 105. *num.* 9. 11. *præſumpt.* 104. *nu.* 28. *Barz. deciſ.* 63. *nu.* 13. *dec.* 110. *nu.* 21. *Lanar. conſ.* 47. *nu.* 4. *conſ.* 61. *nu.* 12. *conſ.* 98. *nu.* 1. *& ex alijs Mar. Giurb. dec.* 111. *nu.* 5. & non poteſt prætendi, quod nouus vſus conſuetudo non ſit ex quo contrahentes voluerūt addere renunciationem ſucceſſioni filiorum ſpecificè, quę in *d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua* ineſt, dum parentum exiſtentia non obſtante ſuccedunt proximiores vtriuſq; cum bonorum diſtinctione, vt infra fundatur, quia con-
10 ſuetudo † noui vſus continet illud idem, quod Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua etiā quia ex pactis potius quam ex cōtractu, & nomine, cognoſcitur cōtractus ſpecies *de Ponte conſ.* 30. *nu.* 3. *conſ.* 95. *nu.* 6. *Det. conſ.* 160. *Menoch. conſil.* 27. *Becc. conſil.* 35. *Surd. conſ.* 366. & ſic talis nouus vſus conſuetudo eſt, & attendi debet ad excluſionem Auiæ paternæ à bonis maternis, in quibus dictus Ioannes Baptiſta proximior ex parte matris ſuccedere debet.

Tertio Domnæ Iſabellā Auia dictæ
11 Liuiæ Siciliæ defunctæ erat † ſocrus dictæ Lauræ Silueſtræ matris dictæ defunctæ, & ſic affinis iuxta *textum in l. non facile* §. *affinis ff. de grad.* & affinitas eſt cauſa momentanea, non ſucceſſiua, ſecundum *Bald. in l. prædia C.*
12 *de fideicommiſſ.* & affinis † ab inteſtato non ſuccedit *l. affinitatis, vbi Bart. & Bald. in princip. C. commun. de ſucceſſ.* vbi legitur (*Affinitatis Iure nulla ſucceſſio permittitur,)* & *Napodan. in dicta Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua num.* 150. dicit (*item inter affines non eſt ſucceſſio, quia affinitas eſt regularitas perſonarum*

Digitized by Google

*narum ex nuptijs coniunctarum omni carens parentela, vt notatur in d.* §. *affi-*
13 *nitatis)* ſtante maxime † morte dicti D. Franciſci viri Lauræ, & dictæ defunctæ patris, & morte ipſius Donnæ Liuiæ Siciliæ, & aliorum filiorum: Affinitas quæ cauſa erat inter Lauram nurum, & D. Iſabellam ſocrum ceſſauit, & ſic affinitatis cauſa ceſſante, ipſa affinitas ceſſat, *tex. eſt in l. cui eorum* §. *affinitatis ff. de poſtul.* ibi *(Affinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, ſed præſentes,)* vbi *Gloſ. & Napodan. in dicta Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua num. 163. & alij Scrib.* ibi, & latiſſimè *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa in princip. à num. 27. vſque ad num. 40. & Baldus ad text. in dicta l. cui eorum* dicit, quod
14 ſtante † viduitate, affinitas eſt ſoluta quanto fortius ſtante morte D. Franciſci, Lauræ vxoris, & filiorum omnium qui affinitatis cauſa fuerant, dicta Auia ceſſante affinitate, vt ceſſauit eſt extranea, ex quo in bonis Lauræ quondam
15 nurus non ſuccedit, cum tali caſu † ſuccedatur matri, & non filiæ, vt deciſum firmat *Præſid. de Franch. in deciſio. 92. num. 5.*

Quarto ſi dicatur ex quo Don Franciſcus fuit præmortuus ante mortem ſuorũ filiorum Auia ex eius perſona ſuccedere poteſt ſecundum *Bald. & Doctores in l. pactum quod dotali C. de collat. & Canon. in capit. quamuis de pact. in 6.*
16 Reſpondetur quod dicta Auia † non poteſt venire, niſi tamquam eius filij imago *l. illam* §. *penult. C. de collation.*
17 & excluſo † filio per dictam renunciationem, & ex alijs, vt infra, cenſetur excluſa, & mater, *Paul. de Caſtr. conſil. 341. incip. præſuppoſito quod dictum ſtatutum, & in conſil. ſeq. incip. hæreditas prædicta ſecundum primam impreſſionem*, vbi dicit quod iſta determinatio eſt *communis, & illud quod ſtatuitur in cauſa proxima, cenſetur ſtatutum, & in cauſa remota, quæ per illam, & ex illa prouenit, & hæc ratio fuit *Bal. in d. l. illam* in auia loquentis, idem *Paul. de Caſtr. in alio conſil.* 418. *incip. quod iſta mater, & in conſ.* 217. *primo videndum in antiquis*, & omiſſis alijs adhoc allegatis hanc *communem dixit eſſe opinionem *Aſtenſ. in tractatu de ſtat. in 6. membro principali colum.* 22. reiecta opinione *Angel. Barbat. & aliorum* aliter tenentium, & conſuluit idem *Barbat. in conſil. 16. circa conſultationem col. 4. lib. 1.*

Non obſtat primum contrarium dictum nouum vſum conſuetudinem non eſſe, ſed pactiones contrahentiũ, ipſoſq; tantum afficere.

Primo quia talis nouus vſus licet ex ſuperius dictis appareat, quod ſit con-
18 ſuetudo, ipſam † Conſuetudinem appellant *Afflictus in deciſione 237. & prius in deciſione 202. Præſid. de Franch. in deciſ. 92. in princip. Regens de Ponte conſil. 61. num. 13. verſic. ex quo fit nu. 18. 19. 20. 48. 50. 51. 52. 54. 73. in fine Frecc. in addit. in dicta Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua ſub num. 65. verſic. ad conſuetudinem fol. 130. & ſub num. 182. verſic. nota iſta, & præcedentia fol. 125. Moderni in differentijs collectis inter Conſuetudinem* Capuanæ, *& Nidi, & Moris magnatum fol. 131. Piſanell. ibidem ſub num. 224. verſic. tenet Napodanus fol. 136. Minad. in Conſtitut. in aliquibus in 4. notab. num. 5. fol. 129.* maxime quod longiſſimo tempore ſecundum eam fuit iudicatum, & de tali conſuetudine, & vſu facta mentio in iudicijs, adeò quod habet omnia requiſita conſuetudinis, vt per *Doctores in l. de quibus ff. de leg. & in capit. final. extra de Conſuet.* vbi *latiſſimè Rocc. de Curt.* & adeo eſt vera conſuetudo, quod
19 ſi nobiles † ſimpliciter contrahunt matrimonia, ſecundum talem Conſuetudinem, & nouũ vſum contrahere cenſentur, vt alias fuit diſcuſſum, & allegatũ in cauſa Donnæ Mariæ d'Aualos cum Domino Marchione Sancti Luciti, & ratio eſt manifeſta, quia communiter omnes viri nobiles ita contrahunt, teſtatur *Minad. in d. not. 4. num. 5. fol. 129. Conſiliarius Fabius de Anna conſil. 92.* & dum ſecundum talem conſuetu-



Digitized by Google

dinem, ſiue nouum vſum omnia fere matrimonia contrahuntur ſi in aliquo contractu expreſsè non eſt conuentū adhuc taliter ſtipulatū eſſe cenſetur per *tex. in c. de Francia, vbi notat Abb. & DD. de ſponſal. Caſſan. in Cōſuet. Burg. rub. 4. §. 2. verſ. ſolet la general Conſtit. nu. 1. Mantic. de taci. & ambig. lib. 3. tit. 9. num. 60. Valaſc. dec. 138. per totam, Seſſ. dec. 37. n. 3. 20. Mar. Giurb. dec. 111. nu. 6.*

Secundo licet aliqui nobiles Capua-
20 næ, & Nidi dum aderat dictum † mos Magnatum, & conſuetudo ſi quis, vel ſi qua, quæ eſt, & continet idem ꝙ nouus vſus ad euitandam æquiuocationē ſecundū quam contrahere volebant, ſpecificè ſecundū conſuetudinem dicti noui vſus, & cum renunciatione expreſſa contrahebāt, tamen quia dicta cōſuetudo, ſi quis, vel ſi qua, & nouus vſus, vnū, & idē continebant, ꝙ pater in bonis maternis filio defuncto ſine filijs, & ab inteſtato, & ſic mater è contra non ſuccedunt in bonis alterius, & etiā infra, & à multis annis ta-
21 lis nouus † vſus requiſita veræ conſuetudinis habet, licet ſit eadē, vt prædiximus, eſtq; effecta huius Ciuitatis vera cōſuetudo omnia matrimonia ſecundū talem conſuetudinē, & nouum vſum con-
22 tracta videntur, quia † contractus à patriæ cōſuetudine interpretari debent per *tex. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. l. in lege C. loc.* ſecundum ipſam conſuetudinem, ſiue nouum vſum contraxiſſe coniuges quoad ſolemnitatem contractus, aut ſolutionem adhibēdam dicit *Caſſan. in conſ. 7. nu. 2. Ceſal. conſ. 598. nu. 59. Reg. de Pont. conſ. 53. nu. 17. Magon. dec. Lucenſ. 7. nu. 18. deciſ. 24. nu. 13. Floren. dec. 56. nu. 3. Molin. diſput. 260. nu. 1. Barz. deciſ. 39. nu. 8. Mart. vot. 1. num. 4. vot. 5. nu. 8. Honded. conſ. 52. nu. 26. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. nu. 16. Surd. deciſ. 478. nu. 5. & ex alijs Giurb. d. deciſ. 111. nu. 7. & ſeq.* & ſi partes
23 † iuxta dictam conſuetudinem, & nouū vſum non ſtipulaſſent, vt ſtipularunt adhuc ſecundum eum ſtipulaſſe videntur,
24 quia in dubio id quod † communiter fieri ſolet factum eſſe iudicandū eſt *Bald. in rub. C. de fide inſtr. col. 3. per tex. in l. vlt. C. de fideiuſſ. Afflict. deciſ. 58. num. 7. Rimin. Iun. in l. ſi emancipati num. 52. C. de collat. Iacob. Menoch. qui alios congerit de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 14. num. 16. Conſil. de Anna. conſ. 92. nu. 3. 4. 5. & 6.* & ex his dictum nouum vſum veram cōſuetudinē eſſe, & ſecundum eum generaliter contrahi matrimonia aperte videtur.

Secundum contrarium quod Auia paterna quia aſcendens in bonis maternis defunctæ ſuccedere debeat, nec obſtat.

Primo dicta Laura Silueſtra antequā nuptui ſe traderet d. Don Franciſco ſuorum bonorum erat Domina, & in eis legem quam voluerat imponere poterat,
25 cum quilibet † in re ſua ſit moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mand.* vnde in contractu ſui matrimonij conſuetudini noui vſus licitè, & ſpecificè ſe ſubmiſit, & adinuicem cum dicto ſuo viro, ſucceſſioni filiorum in pupillari ætate, vel quandocumq; ab inteſtato decedentium reūnciauit, & ſic in bonis paternis ſuccedant proximiores ex parte patris, & in maternis proximiores ex parte ma-
26 tris: quod verbum, ſuccedant, † ſignificat ſequuta morte, vt ex *Bart. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. vbi Angel. Iaſ. & alij, & Peregr. ex alijs in tract. de fideicom. art. 19. num. 18.* per mortem dictæ Donnæ Liuiæ Siciliæ vltimæ defunctæ ſine filijs, & ab inteſtato
27 proximiores † matris ſunt per fideicommiſſum vocati, vt per *gloſ. in l. in teſtamento verſ. ſucceſſerit C. de impub. & alijs ſubſtit. Peregr. de fideicom. art. 19.* iuxta dictā conſuetudinem, & nouum vſum ſecundū
28 quem pater † pactione, & renunciatione ſe excludit tam à ſucceſſione quam à legitima in iſtis bonis maternis de quibus agitur, & ab eis abſtulit ſe de medio: immo ꝙ habetur pro mortuo, & eius perſona non conſideratur, nec ex teſtamēto, nec ab inteſtato, vt authoritate *Napod. Ant. de Alex. Colut. Coppula, Capyc. Frecc. Piſanell. & aliorū firmat Præſ. de Franch. in deciſ. 552. per tot. & in fine poſt num. 22.* declaratum, & deciſum, teſtamentū

filij

Digitized by Google

filij cum præteritione patris de bonis in quibus pater ex pactione nõ ſuccedebat, fuiſſe,& eſſe validũ,& cõſuetudo,ſiue ſta
29 tutum † excludens patrem ſtantibus co gnatis, & è contra matrẽ agnatis extantibus,excludit etiã auũ paternũ,ſiue maternũ, *Bart.latè in l.2.§.videndũ nu.1.ff. ad tertull.* & licet ſit opinio controuerſa tñ eſt magis *communis, vt per *Brun. de ſtat.exclud.fæm.art.6.num.*100.*vſq; ad* 108. *& nu.*106. magis *cõmunem,& in Auia loquitur *Bal.in l.illam n.2.C.de col lat.vbi Fulgoſ.nu.2.latè Forſter.in tract. de ſucceſſ.lib.3.c.16.nu.14.Panorm.conſ. 75.n.6.lib.1.Iaſ.conſ.80.nu.3.& ſeq.lib. 3.conſ.221.nu.19.& ſeq.lib.*2.dicit *cõmunem *Ioan. Arelatan. in l. generaliter nu.59.C.de ſecund.nupt.Michael Craſſ.in tract.de ſucceß.§.ſucceſſio ab inteſtato q. 22.n.3.latiſſimè Surd.conſ.85.nu.23.lib. 1. qui alios citat,Caſal. omnino videndus conſ.470.lib.5.Alex.Raudenſ.conſ. 4.nu. 22.lib.1.* qui alios citat, & ex alijs reiectis cõtrarijs firmat *Conſ.Fab.de Ann.cõſ. 92.n.25.& ſeq.qui n.31.*dicit,& qñ perſona,quæ non eſt expreſſa à ſtatuto coniungitur defuncto per mediũ perſonæ excluſæ, tunc ſine dubio procedit opinio
30 *Bart.* ꝙ excluſo † vno cenſentur excluſi omnes,qui cõiunguntur defuncto per me diũ perſonę excluſę:ita diſtinguendo cõcludit *Caſtren.in d.l.illam nu.8.& 9.*ponens exẽplũ in auia materna,ſiue paterna,& fratre,ſiue ſorore ex latere ipſorum *Alex.ibidẽ nu.7.Det.* loquens in vterinis *n.16.*vbi *Menoch.in add.* dicit eſſe cõcluſionẽ indubitatã,& eſſe magis *communem opinionẽ tradit *Brun.poſt alios in d. 6.art.nu.*106.*Ruin.conſ.18.nu.10.lib.3. & ex alijs Conſil.Fab.de Ann. d.conſ.92. etiam reiectis contrarijs.*

Secundo ex ſola ſtipulatione sm̃ conſuetudinẽ dicti noui vſus,cum mutua renunciatione ſucceſſioni filiorũ ſine filijs, & ab inteſtato decedentiũ abſque dubio ipſe Io.Baptiſta ex parte matris dictæ de functæ proximior in omnibus bonis maternis ſuccedere debet, auia paterna, & alijs quibuſcumq; ex parte patris exclu-
31 ſis,quia † renunciatio prædicta eſt extintiua excludendo ſe de medio, & extinxit ius ſuum excludẽdo ſe à Iure ſuccedendi filijs decedentibus ſine filijs,& ab inteſtato ,vt latè per *Conſiliar. Fab. de Ann.conſ.45.Pereg. in tract.de fideicom. art.52.Reg.de Ponte conſ.39.& 40. Reg. Lanar.conſ.49.Purpur.conſ.372.& 486. lib.2.Molfeſ.in tit.de renunt.q.6.n.16.*& cum dicta renunciatio,quia tractatur de hęreditate deuoluenda quãuis dirigatur in beneficiũ proximorũ,& ſic aliorum eſt extintiua,vt ex prædictis,& alijs per *Mol feſ.vbi ſupra,*& renunciatio eſt directa in beneficiũ alicuius,qui,vel eſt vnus ex fratribus,vel vnus ex cohæredibus,& nõ apparet,vt vnius tantũ contemplatione ſit
32 renunciatũ,& tunc etiã repudiatio † pręſumitur eſſe, & eſſet acquiſitũ ius omnibus in eodẽ gradu exiſtentibus, & omnibus cohæredibus , & ſic omnibus proximioribus,vt probat *Conſ.de Ann.in d.cõſ. 45.à nu.9.vſq; ad nu.15.Pereg.d.art.52 Surd.conſ.133.n.22.& Molfeſ.d.q.6.nu. 21.& 22.*& cum talis renunciatio ſit de mera hęreditate deuoluenda,& clarũ eſt, ꝙ ſit extintiua quamuis dirigatur in be-
33 neficium alicuius eſt mera † abſtentio,& repudiatio,vt firmat *Paul. de Caſtr. in l. plane §.ſi duobus nu.9.ff.de leg. 1.& Mol feſ.de renunt.q.14.num.4.* ſi per dictam renunciationẽ , & repudiationem omne ius patris eſt extinctum,quomodo,& qua ratione auia ad ius repudiatum, & extinctum venire poteſt : certè non videtur , maxime quod pater renuncians habetur pro mortuo , vt diximus , & per *Molfeſ. in d.quæſt.14.nu.12.* iura ſuccedendi filijs decedentibus ſine filijs,& ab inteſtato extincta per ipſam renunciationem acquiſita proximioribus matris , & per mortẽ ipſius filij, & filiorũ affinitas, quæ erat cum auia paterna fuit extincta,& ſic
34 dicta auia eſt extranea, cũ † ſuccedatur matri,vt iudicatũ firmat *Praſ.de Franch.*
35 *d.deciſ.92.nu5.*ipſa † auia ei non ſuccedit , ſed excludi debet , vltra ſupradictas authoritates,& opiniones *communes, etiam contrarijs reiectis de *communi opinione teſtatur *Conſiliarius Alonſ. Ximen. in d. Conſil. Fab. de Anna 92.*



Digitized by Google

*nu.* 75. *&* 76. *qui Conſ. de Anna ibidem nu.* 39. firmat ſecundum hanc opinionē fuiſſe deciſum in anno 1514. in cauſa Vannellæ Monforte, in qua cauſa auia materna fuit excluſa tamquam de linea matris, iuxta notata per *Bart. in d. §. videndũ, & DD. in d. l. illam, dictamq; deciſ. refert Capyc in d. Cõſuet. ſi quis, vel ſi quã fol.* 127. *in gloſ. præter quam verſ. in hac gl. poſt num.* 185. *Reg. de Pont. conſil.* 61. *nu.* 75. & in cauſa Fabij de Gatta fuit deciſũ, & excluſa linea paterna, in cauſa D. Camilli Pignatelli Comitis Burrelli, cũ Ill. Duce Montis Alti ſimiliter fuit deciſũ contra auiam, firmat *Præſ. de Frãcb. in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua f.* 115. *nu.* 137. quũ deciſionem latè cõprobat *Reg. Reuer*
36 *terius in fine conſuet.* & poſtquam † per Collaterale, & pluries per Sacr. Conſ. ſit contra auiam iudicatũ poſſet dici eſſe inductã conſuetudinē ita iudicandi, vt per *Iſern. in c* 1. *col.* 2. *verſ. vnde ſi bis de bis, qui feud. dar poſſ. gl. in l.* 3. *C. de Epiſc. aud. & Præſ. de Francb. in dec.* 91. *nu.* 6. ita, & prò dicto Io. Baptiſta iudicari debere bona materna dictæ quond. Donnæ Liuiæ Siciliæ ipſi ſpectare cum fructibus, & intereſſe, dicta Donna Iſabella Girona auia paterna excluſa.

Ex his patet, patre, matre, vel alijs aſcendentibus, in medio exiſtentibus cõſuetudinem noui vſus Capuanæ, & Nidi locũ habere, ſed quid in conſuetudine in ſcriptis redapta ſi quis, vel ſi qua, an abſque expreſſa renunciatione futuræ ſucceſſionis filiorũ ſine filijs, & ab inteſtato decedentiũ, quæ, & ſi eſt eadē cum dicto nouo vſu, an ipſo circumſcripto patre,
37 † vel matre exiſtente in medio, cõſuetudo ipſa locũ habeat, & videtur dicendũ q non, ex *gl. Napod. ad eam nu.* 132. *Vrſill. add. ad Affl in dec.* 38. *nu.* 2. *Conſ. Fab. de Ann. conſ.* 2. *& conſ.* 119. *nu.* 3. *Minad. dec.* 38. *n.* 1. *Reg. de Pont conſ.* 61. *n.* 62. *& ſeq. Frecc. Ant. de Alex. Gaſp. de Leo Præſ. de Franch. & alij Add. in d. Conſuet f.* 114. *Camill. Salern. in Conſuet. & ſi teſtator n.* 34 *fol.* 182. *in apoſtill. incip. ſi cõſuetudo habet locũ, Reg. Reuert. in d. ſuo diſcurſu poſt Conſuet. f.* 394. *Præſ. de Franch. dec.* 486. *& deciſ.* 606. *nu.* 4. *& ſeq.* & alibi paſſim, & ſit axioma commune in ore omnium dicit *Molfeſ. in d. comm. Conſuetud. par.* 4. *q.* 44. *nu.* 1. talem q; opinionem originem ſumpſiſſe ab *Iſern. in. c.* 1. *nu.* 6. *verſ. & ſi ſtatutũ de nat. ſucc. feud. & à Luc. de Pen. in l.* 1. *col* 5. *in princ. verſ poſt gloſ. C. de impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. *Molfeſius in d. par.* 4. *quæſt.* 45. *num.* 16. ſed parcat mihi tantorum virorum authoritas, ſi contrarium verius eſſe fundatur ex pluribus.

Primo ex lectura *dictæ Conſuetudinis*
38 dicentis *(ſi quis,* † *vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit filijs, ſeu liberis legitimis non extãtibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus defuncti, præterquam in bonis, quæ obuenerunt eidē defuncto à matre, vel ab aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris ſuccedant,)* pater, & mater in tali caſu ſunt excluſi, & ipſis exiſtentibus in medio cõſuetudo locum habet. Secundo cõſuetudo ipſa loquitur per verbũ ſucce-
39 dant à proprietate verborum † non recedendo, vt in *l. non aliter ff. de leg.* 3. viuens non habet hæredem *l. fin. C. de actio. vel hæred. vend.* & de Iure non po-
40 teſt dici aliquem † ſuccedere alteri, niſi poſt mortem, quo tempore conſtat, *quis* eſt proximior in ſucceſſione, vt per *Bar. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. vbi idem tenent Angel. Iaſ. & alij, & Soccin. in eadem l. Gallus §. ſi parente. & in conſil.* 12. *num.* 15. *lib.* 3. *Fulgoſ. conſil.* 17. *Ruin conſil.* 174. *num.* 13. *conſil.* 4. *colum.* 1. *lib.* 3. *Crauet. conſil.* 131. *num.* 10. *Couar. in cap. Raynutius §.* 2. *num.* 5. *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 19. *num.* 18. poſt mortem filij decedentis ſine filijs, & ab inteſtato in bonis omnibus ſunt vocati proximiores ex parte patris, præter quam in bonis maternis, in quibus ſunt vocati proximiores ex parte matris,
41 & talis † ſubſtitutio poſt mortem iudicatur fideicommiſſaria expreſſa, ex dicta lege conſuetudinis tradita, vt habetur ex *gloſ. in d. l. in teſtamento, verſ. ſenſerit*, loquens de ſubſtitutione tacita, vel expreſſa dicit *(expreſſa ſubſti-*

Digitized by Google

*ſubſtitutio eſt, per hæc verba, ſi Lutius ſucceſſerit Sempronius hæres eſto*) allegat *l. miles ita* §. 1. *& in princ. & l. in fraudem* §. *pen. ff eod. quam gloſ. ponderat Raphael Cuman. in d. l. in teſtamento C. de impub. & alijs ſubſtit.* & quod ſecundum illam ſępius conſuluit *Det. in l. precibus nu.* 16 *C. de impub. & in conſ.* 227. *colum.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 86. *col.* 2. *& conſ.* 172. *in princip. Pariſ. conſil.* 41. *num.* 3. *lib.* 2. *Soccin. Iun. conſ.* 180. *num.* 20. *lib.* 2. *Hieron. Gab. conſ.* 104. *in princ. Peregrin. de fideicom. art.* 1. *nu.* 19. *faciunt notata per Bart. in ſimili in l. Lutius in pen. quæſt. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Soccin. in d. conſil.* 12. *num.* 15. *Piſanell. ad Afflict. in deciſ.* 237. & ex
42 tali † vocatione, & ſubſtitutione in dicta conſuetudine, ſine dubio fideicommiſſum expreſſum, in proximiores vtriuſque inductum fuit, eique fuit quæſita
43 actio, & obligatio perſonalis, & realis, ac dominium irreuocabile, etiam ſine ſtipulatione, ceſſione, & traditione, adeo quod per mortem filiæ vltimæ defunctæ ſine filijs, & ab inteſtato, purificata conditione proximiores ex parte matris, à vocatis, & ſubſtitutis, reiuēdicare poſsūt bona materna dictæ defunctæ, licet illæ res traditæ vnquā fuerint, ita firmat *Det. poſt Specul. in conſ.* 238. *ſiue* 239. *num.* 8. *verſ. concludit tamen. & in l. in traditionibus col. pen. in fin. C. de pact. & ex alijs Aym. Crauet. conſ.* 19. *num.* 8. *&* 9. *Couar. var. reſol. lib.* 1. *c.* 14. *nu.* 2. *Oſaſch. deciſ. Pedemōt.* 85. *nu.* 6. *& ſeq. & latiſſimè Pereg. de fideicom. art.* 1. *nu.* 16. *& art.* 42. *nu.* 16
44 *&* 17. & à dictis † proximioribus ſubſtitutis per dictam conſuetudinem à nemine tolli poſſunt, iuxta *tex. in l. quodcumq;* §. *ſi quis ita ff. de verb. oblig. vbi DD. & notat. Bal. in l. ſi conſtante in vlt. not. C. de donat. ant. nupt.* dicens quod ius quæſitū tertio, etiam in ſpe non tollitur, facit *tex. in l. fin. ff. de pact. & in regula id, quod noſtrum ff. de reg. Iur.* & reiectis contrarijs firmat *Det. in d. conſ.* 238. *ſiue* 239. *nu.* 5. *verſ. ſed breuiter his*, maxime, quia illud
45 quod † ex conſuetudine habetur per fideicommiſſum defertur, vt per *Piſanell. ex alijs in add. ad Affl. deciſ.* 237. Nam
46 ſicut pater, † vel mater poteſt pro filio teſtari, & poteſt filio pupillariter ſubſtituendo matrem, & è contra patrem à quibuſcumque bonis excludit, ita quod habentur velut præteriti, vel exhæredati, nec de hoc con queri poſſunt, per *tex. in l. Papinianus* §. *ſed nec impuberis ff. de inoffic. teſtam.* ſimiliter hoc poteſt ſtatu-
47 tum, † vel conſuetudo, qui omnia poſſunt, qui legem imitantur, eamque interdum vincunt, §. *ex non ſcripto inſtit. de Iure natur.* & conſuetudinem ſucceſſionē filio primogenito deferentem valere, & obſeruari, plenè habetur in *c. licet de vot. in c. grandi de ſupplend. negli. prælat. in* 6. *Bal. in l. cum antiquioribus C. de Iure de-*
48 *lib.* & tales † conſuetudines, & ſtatuta eſſe tuta nè dum in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ, ſecundū *Alex. in l. quoties* 15. *col. & Iaſ.* 12. *col. C. de rei uend.* prout clare conſuluit *Diuus ille Bernardus* quem refert, & ſequitur *Panorm. in d. c. licet* quæ quidem conſuetudines primo vocatos liberos non ſolum à paterna, ſiue materna ſucceſſione, ſed etiam à Iure petendi legitimā excludunt quāuis de legitima expreſſa nihil dicāt: cum eo tunc tota paterna hæreditas ſit legitima primogeniti, igitur pari ratione, & faciliori, cōſuetudo ſucceſſionē bonorum ex parte patris cognatis deferens patre excluſo etiam à legitima, & ſucceſſionem bonorū ex parte matris agnatis deferens excluſa matre, & videmus paren-
49 tes † à ſucceſſione filij eſſe omnino excluſos, etiā à Iure petendi legitimam, vbi pater filio impuberi fecit ſubſtitutionem pupillarē, quāuis de legitima, vel aliquo ex parentibus excludendo mentionē fecerit *l. ex tribus, vbi omnes DD. ita cōcludunt C. de inoffic. teſt.* & rationē ponit *tex. in d. l. Papinianus* §. *ſed nec impuberis ff.*
50 *de inoff. teſt.* quia ſubſtitutio † pupillaris hoc caſu nō cēſetur teſtamētū filij, vt de illo poſt ipſius mortem pater, ſiue mater conqueri poſſit, quaſi eos pręterierit, vel exhæredauerit. Ergo à ſimili immò fortiori, ſtatutum eos expreſsè pp agnatos, ſiue cognatos à filij inteſtati ſucceſſione excludens, ſatis dicitur eos à legitima



Digitized by Google

51 excludere, cùm vocando † proximiores
ex parte patris in bonis paternis proxi-
miores ex parte matris excluſiſſe vide-
tur,& in bonis maternis vocando proxi-
miores ex parte matris,illos ex parte pa-
52 tris excluſiſſe,& filius † moriendo ab in
teſtato cenſetur omnia in agnatos,ſiue
cognatos, (vt caſus acciderit) alienaſſe
ſecundum *Bald.per illum tex.in l.codicil-*
53 *lis* §.*matre ff.de leg.*2.& ſi filius † pubes
deceſſerit videtur facere quandam ſub-
ſtitutionem directam, quæ vocatur lega-
lis, ſeu ſtatutaria, vel conſuetudinaria
ſubſtitutio, quaſi filio etiam puberi, &
minori 25. annis ab inteſtato ſine liberis
defuncto directè in bonis paternis ſubſti-
tuerit proximiores ex parte patris; &
in bonis maternis proximiores ex parte
matris; quod lex,ſtatutum, vel conſue-
tudo facere poteſt cõtra naturam pupil-
laris ſubſtitutionis, & quemadmodum
hoc fieri poteſt per militarem ſubſtitutio-
nem *l.centurio ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.*
ſic etiam fieri poteſt ſtatuto, ſiue conſue-
54 tudine per hanc † ſtatutariam,& conſue
tudinariam ſubſtitutionem: quæ fortior,
atque potentior cenſetur,quam ſubſtitu-
tio hominis,conſiderato maxime, quod
55 † ſucceſſiones de Iure poſitiuo ſunt; ſe-
cundum *Bald. in l. mancipatis C. de leg.*
*hæred.& ex alijs per Bened.in cap. Ray-*
*nutius in verſ. vxorem nomine Adela-*
*ſiam.num.*47.*fol.*46.& ſtatutum, ſiue
56 † conſuetudo in ſucceſſionibus maiora
facere poteſt, quam lex,ſecundum *Bart.*
*in d.l.centurio* 4.*colum.& Alex.ibi col.*19
*& clarè idem Alex.& Iaſ.in l.moribus in*
*princ.eodem tit.*ſtante ergo dicta conſue-
tudine ad bona paterna vocante proxi-
miores ex parte patris, & ad materna
57 proximiores ex parte matris, † pater, &
mater à filiorum ſucceſſione per legem
hanc conſuetudinariam exhæredari cen-
ſentur, ex iuſta,& legitima cauſa, ſcilicet
publicæ vtilitatis,ac proximiores ex vtro
que latere de bonis, vnde proceſſerunt
alius dicitur p *l. cũ oportet C.de bon. quæ*
*liber.* ibi,*& nõ lugebant,quæ ex ſuis labo*
*ribus ſibi poſſeſſa ſunt ad alios transferen*
58 *da extraneos &c.* & certum eſt † exhę-
redatis nullam legitimam deberi,nec ex-
hęredatos inter legitimos hæredes com-
putari; imo pro mortuis haberi, ſecundũ
*Bal.& alios in Auth.nouiſſima C.de inof-*
59 *fic.teſtam.* nec habent † pater, & mater
in caſu dictæ conſuetudinis, de quo con-
querantur contra filiũ, qui eos legitima
priuauit,quia non ipſe filius, ſed conſue-
tudo fecit, quod pro filio impubere, aut
pubere teſtamentum fecit,ei proximiores
ex parte patris in bonis paternis ſubſti-
tuendo, & in maternis proximiores ex
parte matris,vt *d.§.ſed nec puberis*,nam
ſi per ſubſtitutionem pupillarem ab ho-
mine factam moribus introductam, *l.* 1.
*in princ.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* hoc
fieri potuit,fortius fieri poteſt per conſue
tudinem,vt prędiximus,latius per *Bened.*
*vbi ſupra num.* 51.*& ſeq.fol.* 46. *alter.*
60 † & fortiori vinculo debentur bona
quæ per conſuetudinem obuenire de-
bent,quàm quę de Iure communi, *Bart.*
*in l.viros C.de diuerſ.offic.lib.*12.& vbi te
ſtator voluit bona ad alios veniri, non
poſſunt priuari, quanto fortius ex parte
61 matris proximiores:cum maior ſit † ſta-
tuentium poteſtas,quam teſtatoris, imo
conſuetudo potens, & lege potentior, &
Rex omnium dicitur, vt ex alijs firmat
*Hipol.Rimin.conſ.*51.*num.*3.*&* 4. & ſic
dotes, & bona materna conſuetudinario
Iure ad proximiores matris defunctę,vti
fideicommiſſum peruenire debent, & à
nemine priuari poſſunt,vt prædictum eſt,
& ex alijs etiam infra.

Tertio dicta cõſuetudo vult bona ma-
terna permanere filijs filiorum, ſi ſine fi-
lijs, vel ab inteſtato ipſi filij deceſſerint,
vnde ſi incluſit filios, nepotes, & hære-
des ex teſtamento, excluſit alios, quia
62 † incluſio aliquorum excluſio aliorum
eſt,*l.cum prætor ff.de iudic.l.Ritus C. de*
*procur.* & quod vult conſuetudo, vt filijs
in pupillari ętate, vel ab inteſtato quan-
documque ſine liberis decedentibus bo-
na materna ad proximiores matris reuer
63 tere, dicta verba velut in ablatiuis † ab-
ſolutis poſita, ſine dubio faciunt condi-
tionem *l. à teſtatore,vbi Bart.Imol. Cu-*
*man.& omnes ff.de condit.& demonſtr.*

ſic in

Digitized by Google

ſic in terminis reſoluit *Peguer. in dec.* 181. *num.* 3. *ad tex. in l. fideicommiſſa* §. *cum eſſet ff. de leg.* 3. *l. euictis ff. de euictio. l. ab emptione ff. de pact. Præſ. de Franch. deciſ.* 620. *num.* 4. *Oſaſch. deciſ.* 165. *nu.* 12. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 29. *nu.* 20. *& alij per Giurb. in deciſ.* 60. *num.* 12. *idemque notant Scrib. in rub ff. ſolut. matrim. Det. conſil.* 466. *num.* 18 *& conſ.* 532. *num.* 4. *Gozad. conſ.* 182. *num.* 19. *late Rip. lib.* 2. *reſponſ. cap.* 9. *Roland. à Vall. conſ.* 65. *nu.* 23. *lib* 3. *Berous conſ.* 176. *nu.* 178. *lib.* 1. *Ceſal. conſ.* 197. *num.* 4. *& conſ.* 192. *num.* 60. *Pariſ. conſ.* 81. *num.* 7. *conſ.* 87. *nu.* 86. *lib.* 1. *Natt. conſil.* 374. *num.* 29. Neuizz. *conſ.* 50. *num.* 5. vbi quod expreſſam faciunt conditionem *Hipol. Rimin. conſ.* 52.
64 *num.* 6. & quod ſub dicta † conditione conceſſum eſt, ſub eadem non exiſtente dicitur ademptum, per *tex. in l. quod procurator ff. quand. dies leg. ced. l. aliquando*
65 *de condit. & demōſtr.* et quia † conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. is damnum* §. *quod pendet ff. de reg. iur. Det. in l.* 2. *nu.* 20. *in fine C. de edend. Ceſal. conſ.* 251. *nu.* 7. *Hipol. Rimin. conſ.* 42. *num.* 127. *lib.* 1. & vis conditionis eſt, vt non acquiratur, niſi adueniente conditione, ſi filij ſine filijs, & ab inteſtato decedebant, & bona materna non acquirebantur eis niſi mortuis cum filijs, vel cum teſtamento; ergo
66 nō eſt facta † diſpoſitio irreuocabilis, & ſic nō eſt extincta actio cognatorū bona ipſa habendi, & deficiente conditione habetur, ac ſi diſpoſitio facta non eſſet *l. quoniam ff. ſi cert. pet. l. verum de peric.*
67 *& com. rei vend.* & pendente dicta † cōditione ſi filij decedunt ſine filijs, & ab inteſtato, bona materna, eorum dominiū, & diſpoſitio ſteterunt in ſuſpenſo *l. cedere diem ff. de verb. ſign. l. qui hæredi* §. *fin. ff. de cōdit. & demōſtr. Conſil. de Georg. alleg.* 31. *nu.* 5. ergo per mortem filij ſine filijs, & ab inteſtato eius bona materna iuxta conditionem in *d. conſuetudine ſi quis, vel ſi qua* proximiori ex parte
68 matris debetur, & pater † ſicut ſuccedit in bonis omnibus filij præter quam in bonis maternis, ita ab eis excluditur, ex regula, & claris verbis dictę conſuetudinis, quod tergiuerſari non poteſt.

Nec dicatur proximiores ex parte patris in bonis paternis filij viuente patre non poſſe ſuccedere, dum filius familias bona paterna non habet, quia nō obſtat.

Primo quia poſſet habere bona à patre ſibi donata, vel cōtemplatione patris ab alijs ſibi peruenta, quod in dies accidit, & pater, & alij donant filijs familias, & ſuccedit filio in bonis, quæ ipſius patris fuerunt, & in quibus ius habuerat, & non in bonis à matre peruentis, vt ex *Iſern. & alijs* fundatur.

69 Secundo Maritus, † ex vxor propriè dicuntur affines ex multis *Tiraquell. de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 20. & inter affines nulla datur ſucceſſio per *tex. in l. affinitatis, vbi Bart. & Bald. in princ. C. commun. de ſucceſſ. & in l.* 1. *C. vnde vir*
70 *& vxor dicit*, (*quod † maritus non ſuccedat vxori, niſi quando deficit omnis parentum, liberorumuè, ſeu propinquorum, vel naturalium ſucceſſio, Fiſco excluſo*) quod eſt in caſu, quando aliquis in gradu ſucceſſibili adeſt, & mortuis filijs ſine filijs, & matris, ſiue patris omne affinita-
71 tis vinculum fuit reſolutū, quia † mors omnia ſoluit, & ſucceſſionem, & deſideria, ac omnem aliam cogitationem, iuxta *tex. in* §. *deinceps auth. de nupt. & ait Pſalm. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum*, & cum bona materna etiā filio delata eorum naturam, & conditionem non mutant, & dum ſunt materna, marito poſt mortem vxoris, & mortuis filijs ſine filijs, nulla competit actio, nec ſucceſſio, & vigore ſubſtitutionis in fauorem proximorum ex parte matris per ſuperius dicta, & etiam infra ipſi proximiores ſuccedunt etiam authoritate cōtrariū tenentiū, patre, vel matre exiſtente in medio, conſuetudo locū habet, ma-
72 ximè quod nō † ſucceditur filio, ſed matri, vt deciſum firmat *Præſ. de Franch. deciſ.* 91. *num.* 5. Nec dicatur deciſionem procedere, quādo expreſsè eſt ſtipulatū, iuxta conſuetudinem noui vſus, quia, &
73 ſi dictus † nouus vſus, & conſuetudo, ſi quis, vel ſi qua eſt vnum, & idem, vt prędiximus,

Digitized by Google

74 diximus,& etiam infra, & † conſuetudines inductæ ſunt, vt bona conſeruentur in familia,& vnde exierunt, redeant, vt ſalua ſit dignitas, iuxta *tex. in l.* 1.§. *ſed,& ſeru.de ventr.inſpic.*quia per diui-
75 tias † familiarum conſeruatur honeſtas, quæ per inopiam perit §. *ſancimus in autb.de teſt.l.*1.*ff.de cuſtod.reor.*& de cõſeruatione bonorum in familia, in ſimili conſiderat *Soccin.conſil.*30.*col.*4.*verſ.circa quartum lib.*1.*& in conſ.ſeq.col.*1.*plene Curt.Iun.conſ.*150.*Sacratiſſimi lib.*1. & ſi *in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua* non eſt expreſſa renunciatio patris, & matris ad inuicem futuræ ſucceſſionis filiorum, in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocumque morientium, ex quo poſſet dici, ideò deciſum fuit ſuccedere matri;repli-
76 catur, quod talis † renunciatio ſi exprimitur in conſuetudine noui vſus, eſt pro maiori cauthela conſeruationis bonorũ in familia, & in tali caſu bona redirent, vnde exierunt, & non ex neceſſitate, &
77 ipſa † ratio cum vnica ſit renũciatio habetur pro expreſſa in *d.Conſuetud.ſi quis, vel ſi qua* iuxta *gloſ.in l.final.C. de fideicomm.* & ſi talis renunciatio in dicta cõſuetudine expreſſa non eſſet,vt expreſſiſſima videtur per diſpoſitionẽ in ipſo cõtentã,& facile inheret adhuc prò expreſſa habetur, iuxta *tex.in l. venditores ff. de verb.oblig.l.cum proponas, & ibi Bal. C.de naut.fen.Hipol.*Rimin.*conſ.*89.*nu.*7 & expreſſius bona conſeruantur in familia, & vnde exierunt reuertantur in caſu filij decedunt ſine filijs, & ab inteſtato, & proinde ſucceditur matri,vt deciſũ per *Præſid. de Francb.* diximus; & ſi aliqui dubitarent de reuerſione bonorũ
78 vnde peruenerunt in tali caſu,ſi in † bonis maternis ſuccederet pater, & in paternis mater,eſſet contra mentem ſtatuẽtium,vt bona conſeruentur,vnde exierũt nam ſi conſuetudinum factores,& ipſarũ interpretes fuiſſent interrogat, quod patre mortuo,& inde filio,viuente matre bona paterna irent ad matrem, & è contra an velint habere locum conſuetudinem, certè dixiſſent, quod ſic tale argumentum in iſta materia procedere debet per *gloſ.in l.tale pactum.*§.*fin.ff. de pact.dixit Det. in conſ.*325.*conſuluit nono ad idem,Præſid. de Francb. deciſ.* 91. *num.*10.

Quarto ipſa conſuetudo dicit, proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis filij præterquam in bonis maternis, & quæ obuenerunt eidem filio à matre, vel ab aliquo ex linea materna, & vbi
79 † lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *l.de pretio ff. de publ. in rem*
80 *act.* & dictum verbum † præterquam ponitur excluſiuè cum præcedat oratio vniuerſalis affirmatiua, & ſequatur oratio ſpecialis,ſiue proferatur à lege *l.tutor reipublicæ* §*ſi ff.de tut.& rat.diſ.*ſiue proferatur à teſtatore *l.nam quod* §.*fin. ff.de penu leg.* & ratio eſt,quia ex genere eximitur ſpecies *l. alimenta* §. *baſilica ff. de aliment.Napod.in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua in d.verſ.præter quam nu.*178. & infra quod verbum dum eſt excluſiuũ proximorũ ex parte patris in bonis ma-
81 ternis, & † proximior dicitur ille, quem nemo præcedit in gradu, iuxta *tex. in l. proximi,& in l.in vulg.ff.de verb.& rer.*
82 *ſign.*cum † patri,& matri nemo præterire poteſt pater tamquam proximior à bonis filio ex parte matris peruentis excluditur,& mater ſimiliter proximior à bonis filio ex parte patris peruentis exclu-
83 ditur,etiam,quia † conſuetudo vltra ius commune aliquid operare debet,vt dicit *Bart.in l. omnes populi ff.de iuſtit.& iur. & in l.*4.§.*præter verſ.quæro quid ſit ſtatutum ff. de damn. infect.Iaſ.in l.*1.*col.*3. *ff.ſi cert.pet. Alex.conſil.*49.*in fine lib.*1. *conſ.*8.*col.*3.*conſ.*94.*col.*2.*lib.*4.*Barbat. conſ.*71.*col.pen.lib.* 1.quatenus dicta conſuetudo patrem,& matrem non comprehenderet, ſicut comprehendit,vt aliquid Iuri communi addat patre,vel matre exiſtente in medio conſuetudo ipſa locum habet.

84 Quinto dicta † conſuetudo excludit proximiores ex parte patris à bonis maternis ſub iſta conditione,ſi filij deceſſerint ſine filijs, & ab inteſtato: quæ conditio extitit: quando filius nullum filium relinquens, & ſine teſtamento decedit,igitur

tur diſpoſitio dictæ conſuetudinis per exiſtentiam patris, & aliorum proximorum ex ſui parte excluſiuam à bonis maternis
85 locum ſibi vendicat, quia ſufficit † conditionem diſpoſitionis de facto impleri adhoc, vt ipſa diſpoſitio effectum ſumat *l. meuius ff. de condit. & demonſtrat.* Nec videtur requiri, quod extent alij, & ſufficit quod extet dictus Io. Baptiſta proximior ex parte matris, qui admittitur ad id à quo pater, & alij excluduntur, vt in *l. filius § cum qui ff. de*
86 *leg. 1.* & † conſuetudo non excludit patrem, & proximiores ex parte patris, quia extant proximiores matris, ſed ſolum, quia non extant filij, & ab inteſtato deceſſit, ita firmat *Paul. de Caſtr. in conſil. 421. incip. quod iſta mater* in ſtatuto loquens, & ſic in proprio noſtro caſu, quibus proximioribus ex parte matris extantibus; proximiores ex parte patris excluſi cenſentur, & hoc in ſimili caſu *Doctores* *communiter dixerunt, & in ſtatuto dicit *Det. conſ. 507. num. 1. in fine*.

Sexto dicta excluſio patris, vltra quod eſt clara, vt prædiximus tamen eſt in fauorem proximorum ex parte patris, &
87 matris, ſecundum verba, & † mentem ipſius conſuetudinis, quæ fuit conſeruare bona in familia patris, ſiue matris, vnde exierunt *l. 1 § pen. ff. de ventr. inſpic. Cyn. in l. 1. C. de adulter. Io. And. in add. ad Speculat. in rub. de ſucceſſ. ab inteſt. verſic. eſt ſciendum, Bald. conſ. 68. inter Conſil. Angel. Martinus, Io. de Florentia vt tradit Alex. in ſimili conſil. 20. viſo proceſſu lib. 1. conſil. 85. Animaduerſis lib. 2. conſ. 102. ſuper eo lib. 3. Bald. in l. maximum vitium C. de liber. præter.* dicit quod tali ratione argui poteſt, tanquam à cauſa finali, *Det. conſ. 507. num. 4.* ex alijs firmat.

Septimo *Molfeſ. in d. ſua 4. part. comm. Conſuet. quæſt. 45. num. 3.* dicit Patre,
88 † vel matre exiſtente in medio non habere locum conſuetudinem ſumpſit originem ab *Iſern. in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud nu. 6. verſ. & ſic statutum, & à Luca de Penn. in l. 1. col. 5. in princ. verſ. poſt gl. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 11.* dico quod ſi *Iſern.* refert ibi dictam conſuetudinem tamen videtur concludere patrem debere ſuccedere in bonis proprijs filij, &
89 quod cõſuetudo † poteſt ſtatuere, vt pater non ſuccedat in bonis filio ab extraneo peruentis, vt ibi (*in his quæ ab extraneo relinquuntur filio poteſt adijcere, vt non ſuccedat pater, arg. in auth. vt liceat matr. & Au. § 1. C de inſtit. & ſubſtit. l. 3. in hoc valeret lex, & conſuetudo, quia lex, & contrahentes æquiparantur l. fin. in fin. C. de fideiuſſ.*) & paulo infra de feudo paterno loquens dicit, (*quod pater ſuccedit filio: & tunc non dicitur ſuccedere, ſed potius reuerti ad eum ff. de liber. & poſthum l. filio quem, & l. filius § 1. in fine, & arg. C. de adopt. l. pen. § ſed hæc omnia,*) & dũ ex dictis verbis *Iſern.* habemus, quod in bonis, quæ ab ipſo patre peruenerunt non dicitur ſuccedere, ſed potius reuerti ad eum non poteſt reuertere, quod prius pater non habuerat: cum bona materna, vti propria pater nun
90 quam habuit, † *Iſern.* determinat patrẽ non ſuccedere filio, niſi in bonis proprijs, & non in bonis maternis. Et licet poſtea dicat talem conſuetudinem ſtatuentem patrem filio non ſuccedere, niſi, vt dictũ eſt, ex quo bona materna peruenerunt ad filium deſierunt eſſe materna, ſed filij tamen *num. 8.* concludendo quod in feudo materno non ſuccedat pater, pro ſua intentione fundanda, & in rationem di-
91 cit (*pater † enim non ſuccedit libertis filij, emptis de Caſtrenſi peculio, quia non fuit patris per tex. in l in eo ff. de rit. nuptiarũ, in fine, & in l licet § 1. ff de verb. ſig. ſecus ſi ex alia pecunia, quæ patris fuerat, vt ſic reuerti potius dicitur ad eum, qui ius habuerat, ſic intelligitur ff. qui, & à quibus l. ſi quis hac lege § 1.*) ex quibus verbis, & iuribus *Iſern.* clarè habemus, quod pater non ſuccedit filio, niſi in bonis filij, in quibus pater ius habuerat: & ſic non in bonis maternis, & ex linea materna filio obuentis, iuxta *dictam Conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua.*

Et veniendo ad dictum *Lucæ de Penn.* dicto in loco poſt aliquas rationes pro, &
92 contra dicit, *vnde omnibus † parentibus,*

*tam*

Digitized by Google

*tam naturalibus, quàm legitimis vna reuerentia debetur ff. de in ius voca. l. parentes, & facit apertè, in auth. de trib. & ſeq.* §. 1. *&* §. *hoc ſeruando, vnde ſicut hodie non ſufficit ad filios quocumque relicti titulo, portionem legitimam peruenire: ſed oportet, vt Iure institutionis prae. tit. vt cũ de appell. cog.* §. *aliud. quoq;, ita etiã parentibus neceſſe eſt Iure institutionis relinqui, ſecundum* Iacob. *de Bellouiſ. qui hoc notat,*) per quæ verba videtur *Luc.* loqui quando filius faciendo teſtamentum, in eo patrem non inſtituit, ſaltim, vt & in legititima vt. & pater tenetur inſtituere, vel exhæredare filiũ ex cauſis, & hoc, & ſi non eſt in caſu noſtro, adhuc poſſet re-
93 ſponderi, quod † filius non tenetur inſtituere patrem in bonis, quæ à matre, & linea materna conditionaliter, ſi decedebat ſine filijs, & ab inteſtato bona materna ad proximiores ex parte matris reuerterent, vel à patre, vel linea paterna
94 non habuerat, & ſic dictum † *Lucæ* nobis non obſtat, immò *infra in verſ. ſed ex eo, quod ſuperius &c.* concludere volens,
95 quod in feudo † materno non ſuccedat pater dicit, (*quia tale feudum licet tranſlatum in filium; adhuc tamen in ipſo durare videtur qualitas, & conditio matris arg. 60. ff. de iure dotiũ etiam directo, et in autb. de non elig. ſecundo nubent.* §. *proſpeſſimus, &* §. *ante nuptiali,*) & dum adducit dicta Iura non loquentia in feudo, ſed genericè, & ex dictis Iuribus habe-
96 tur † bona materna delata filio non mutare bonorum conditionem prò nobis concludere videtur, & quod bona paterna, & materna non mutant conditionem vltra *Luc. de Penn.* dicit *Præſ. de Franch. in deciſ. 87. nu. 6.* vbi dicit (*Nec per hoc, quod bona dicuntur hæredis, vt in d.* §. *veteres l. 1. ff. de acquir. poſſ. mutant naturã, quin dicatur paterna, vel materna, reſpectu lineæ à qua obuenerunt: vt eſt tex. in l. de emancipatis* C. *de leg. hæred. & in l. quod ſcitis C. de bon. quæ liber.*) ergo ex hac alia ratione tantum, quod bona non mutant conditionem à linea, à qua peruenerunt pater à bonis maternis excludi debet: & è contra mater à bonis paternis ſimiliter excluditur, & ratio *Iſern. & Lucæ de Penna* patre, vel matre exiſtente in medio conſuetudinem locum non habere, fuit, quia bona filij de Iure naturæ debentur patri, quod ius eſt immutabile; non obſtat, immò, & legitima etiam à bonis filij excludi poteſt, nam eſt aduertendum, quod licet in hoc antiqua fuerit du-
97 bitatio, an per † ſtatutum, vel conſuetudinem poſſit à filijs legitimis auferri, de qua per *Dominos de Rota in nouiſ. in deciſione* 18. & eſt *tex. in l. ſancimus C. de nupt. Bart. in l. Titio centum ff. de condit. & demonſtr. & Canon. in cap. Raynutius extra de teſtam.* tamen
98 † an per ſtatutum poſſit tolli legitima parentibus debita ex bonis filij: Hoc nõ eſt dubitabile, quod poſſit, ita decidit *Bald.* & neminem habet contradictorem in *l. ius naturale ff. de iuſtit. & iur. Angel. conſ. 105. ſtatuto cauetur col. 1. Abb. conſ. 75. primo eſt videndum in ſecundo dubio Ioan. de Anan. conſ. 4. viſis ſtatutis, vbi etiam addit Bologn. Bened. Capr. conſ. 15. pro pleniori ante finem conſ. 151. ſubſcripſi in primo dubio, Corn. conſ. 100. non caret num. 6. lib. 3. Det. in l. iura ſanguinis ante finem ff. de reg. iur. conſ. 372. viſis, & diligenter num. 4. Alciat. de præſumpt. par. 3. reg. 1. præſumpt. 8. Curt. Iun. conſ. 153. circa controuerſiam num. 15.* quorum ſententia *communem eſſe teſtatur *Alex. conſ. 3. circa præmiſſam num. 8. lib. 7. Rip. reſponſ. 7. ſuper præmiſſo lib. 1. Grat. reſp. 21 in cauſa Illuſtrium nu. 21. Rom. conſ. 32. num. 10. vbi Mandoſ. prædictos adducit*
99 *litera V.* eo quia † legitima patri, vel alteri aſcendenti de bonis filij debita non eſt de Iure naturali; nec ei debetur prouidentia legis naturæ, vt *Iſern. Lucas, &*
100 *alij* eos ſequẽtes dicunt, quia quod † filius præmoriatur, & pater, ſiue mater ſuperuiuat, eſt turbare ordinem naturæ, vt in *l. nam, & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto ff. vnde liber.* & natura ni-
101 hil inordinatũ facit: & ſic à quo † remouetur ordo, remouetur prouidentia ordinantis, *l. qui Romæ* §. *Flauius ff. de*
102 *verb. oblig.* ſed talis † legitima matri, vel alteri aſcendenti eſt debita de Iure

ciuili

ciuili poſitiuo, & ſic variabili ſtatuto, vel conſuetudine ſecundũ *Bald in d.l.emancipatis C de legi.hared.& clarius in l.* 1. §. *ius naturale in fine ff. de iuſtit. & iur.*
103 quia cum † legitima ſit ius Agnationis matri non debetur ſecundum eum
104 ibi: † naturale enim ius hoc non ordinauit, ſcilicet quod matri, vel aſcendenti legitima debeatur in bonis, & hæreditate deſcendentis, vnde caſus omiſſus à
105 natura ſuppleri non poteſt, & ſic † ius naturale interpretationem non recipiet extenſiuam: ſed ius artificiale, ideſt ciuile, & poſitiuum ſic: quæ ſi eſſet de Iure naturali non poſſet, *inſtit. de leg. Agnat. ſucceſſ. & de iur. natur.* §. *ſed naturalia ff. de vſufruct.ear.rer.l.* 2. *cum ſimil.* Cum ergo conſuetudo dicit, quod extantibus proximioribus ex parte patris, ipſi ſuccedant in bonis omnibus filij, præterquam in bonis maternis, & ex linea materna peruenetis in quibus ſucce-
106 dant proximiores ex parte matris † proximiores ex parte patris debere excludi etiam à legitima, vt latè per *Gulielm. Bened. in cap. Raynutius, in verſ. vxorem nomine Adelaſiam nu.* 46. *&* 47. & etiam reiectis contrarijs ita concludit *Roman. in d. conſil.* 32. *& latius Tiraquell. de iur. primogen. quæſt.* 55. *nu.*8.
107 *& ſequent.* & ſi † concedebitur legitima prout concedi non debet, vt eſt fundatum, non poſſet obtineri, niſi in proprijs bonis filij, & non in bonis maternis conditionaliter ipſi filio obuentis à quibus pater eſt excluſus, & ſic è contra mater à bonis paternis, per ſubſtitutionem in beneficium proximorum in caſu conditionis a lege conſuetudinaria purificatæ, quo caſu parentes ipſi habentur pro mortuis, vt prædiximus.
108 Octauo & ſi *Napodan* † *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua num.*132. *& in verſic. præterquam num.* 181. *& in Conſuetud. filius familias in verſic. ſaluo num.*18.21. 24. *& in Conſuetud. & ſi teſtator in gloſ. proximiores* dicat patre, vel matre exiſtente in medio conſuetudinem locum non habere, ſed attendi ius commune tamen in *dicto verſic. præterquam* poſt multa in fine diſputando ſi parentes deberent excludi *n.*225. *&* 226. concludit ipſos parentes debere admitti ſaltim Iure communi, ergo non bene ſentit parentes admitti de Iure conſuetudinario, & fratres vterini, de hoc Iure conſuetudinario in quo non attenditur vinculũ,
109 prout eſt de Iure communi, & † conſuetudo in diſtinctione bonorũ differt à Iure communi, immò prærogatiua bonorum eſt magis attendenda quam prærogatiua gradus, vt vtrumq; firmat *Napodan. in dicta Conſuetud. ſi quis, vel ſi*
110 *qua nu.*151. ibi (*ſed quæro, quæ* † *prærogatiua eſt potentior, & magis attendenda, bonorum an gradus? reſpondeo bonorum: Nam in bonis maternis præferuntur coniuncti ex parte matris, etiam ſi ſint remotiores quam coniuncti ex parte patris, & è contra*) inſuper *Napodan. in Conſuetud. filius familias num.* 11. tractando ſi pater poteſt facere ſubſtitutionem in bonis filij minoris dicit. (*At in caſu noſtro bona materna erant ipſius pupilli, & ipſorum ſpes erat quæſita proximioribus ex parte matris vigore conſuetudinis, in caſu quo de ipſis non diſponeret*
111 *iuxta velle, ergo* † *pater non potuit de ipſis bonis maternis diſponere in præiudicium proximorum, ad quos ipſa bona peruenire debebant virtute conſuetudinis, vt eſt dictum*) ergo ex prædictis *Napodan.* à ſua prima opinione patre, vel matre exiſtente in medio conſuetudinem locum non habere receſſiſſe videtur, & quod in bonis paternis ſuccedant proximiores ex parte patris, & in maternis proximiores ex parte matris, ipſis etiam in medio exiſtentibus, dum pater de ipſis bonis nõ diſponit ſtante Iure quæſito proximioribus ex parte matris, & è contra.
112 Sexto ſi *Ant. de Alex.* † *in dicta Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in additione ſi ergo quis moritur* dicat: & ſic auus, ſiue auia etiam materna excludãt patruũ, & amitam in bonis paternis, & in linea paterna obuentis defuncto, vt voluit *gloſ.* iſta *infra in verſ. item quære, quid ſi eſſet cõtrouerſia, in verſ. ſi nolit, & in verbo ſaluo, in conſuetudine filius familias, in tit.*

*de filio*

Digitized by Google

*de filio famil. vol. teſta. & in conſuet. & ſi teſtatqr infra de ſucceſſ. mor. ſine filijs ex teſt. in gloſ. in verſ. proximiores.*

Tamen in *gloſ.* per eum allegata in *dicto verſ. ſi nolit nu.* 18. legitur. (*Exiſten*
113 *tia* † *ergo parentum excludit proximos Collaterales à bonis maternis deſcendentis teſtati, ſicut exiſtentia liberorum,*) *vt in dicto allegato verbo ſaluo num.* 24. legitur (*Item quid ſi haberet parentes maternos, & filios, ſeu nepotes, & deinceps, reſpondeo, quod ipſi deſcendentes excludunt ipſos parentes maternos, nedum à tota hæreditate, vt dicta Conſuetudine ſi moriatur, & conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, & d.* §. 1. ſed etiam ab vſufructu, qui quæritur ratione poteſtatis, & *eodem* §. 1. & *dictus Anton. de Alex. in dictis verbis gloſæ Napod.* & per dicta verba patet totum contrarium, quia loquitur, quando deſcendentes ſuccedunt, & per eos facto teſtamento decedunt, quod non eſt in caſu noſtro, & ſic contra illud, quod *Anton. de Alex.* dicit contra nos de ſuo dicto non curãdum in *verſ. proximiores.*

Nono ſi dicatur ex quo in dicta Conſuetudine vocantur proximiores ex parte patris ipſum patrem non compræhendere, & ſic hoc remanere in diſpoſitione Iuris communis non obſtat, quia
114 illud verbũ ex parte † patris, nihil aliud vult dicere quam proximiores ex ſtirpe, vel progenie patris, iſta enim ſunt paria, vt 1. *Reg. cap.* 17. *in fine* vel ideſt ex linea paterna, vt patet in 10. *coll. de nat. ſucc. feud. cap. ſucceſſionis feudi in fine*, & hoc innuit ſequens litera in eadem *Conſuet.* ibi, (*vel aliquo ex linea materna,*) & intellige de linea aſcendenti, deſcendenti, & collaterali, dicit *Napodan. in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua in verbo ex parte*
115 *patris*, & † genitiuus patris coniunctus cum dictione, ex, ſignificat originẽ, *arg. l.* 1. §. *nūc videamus ff. de coniug. cũ emanc. liber. & Bal. in conſ.* 321. *lib.* 1. & ſic con-
116 ſuetudo ipſa, quia † pater erat principium, & caput paternæ lineæ, ideo dixit, & vocauit proximiores ex parte patris in bonis paternis excludendo eos à bonis maternis, & quia mater erat caput ſuorũ proximorũ vocauit proximiores ex parte matris, & alijs verbis loqui non poterat, vt includeret omnem lineam deſcendentem, aſcendendem, & collateralem, quæ comprehenduntur ſub vnico verbo patris, vel matris, vt *Napod. in dicto verbo ex parte patris* explicat, nam ſi dicebat ex parte Aui includebat tãtummodo lineam aſcendentem, ſi ex parte filij ſolum deſcendentes, & ſi ex parte fratris tantummodo collaterales. Sed ideo dixit ex parte patris, & matris, vt omnes lineas comprehenderet, & quia erant capita linearum, & proinde vtroque parente exiſtẽte in medio proximiores ex parte vtriuſque ſuccedent, & ſi contrarium prætendatur ex *Vrſillo ad Afflict. in dec.* 38. *nu.* 2. *vt per Molfeſ. in d.* 4. *par. quæſt.* 44. *nu.* 1. rogo legatur *Vrſill. dicto in lo-*
117 *co nu.* 3. *& ſeq.* † vbi reiectis contrarijs pluribus rationibus comprobat, patre, vel matre exiſtente in medio conſuetudinem locum habere, nec curandum de *Capyc. in deciſ.* 210. *Conſil. Fab. de Anna conſ.* 2. *nu.* 16. *& in conſ.* 129. *n.* 3. *Minad. in deciſ.* 38. *nu.* 1. *&* 3. *Frecc. & Gaſpar. de Leo, Præſ. de Franch. & alijs add. in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua poſt Napodan. num.* 132. *fol.* 114. *& ſeq. ac Camill. Saler. in Cõſuet. & ſi teſtator n.* 34. *& eodem Præſ. de Franch. deciſ.* 91. 486. 606. *Reg. Reuer ter. in ſuo diſcurſu in fine Conſuet. Reg. de Ponte conſ.* 61. *nu.* 61. *& alijs alibi*, quia omnes mouentur ex dicto *Napodan. in d. nu.* 132. *d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua Iſer. & Luc. de Pen.* qui contrarium dicunt, & *Napod.* à d. ſua opinione receſſit, & idem *Molfeſ. in d.* 4. *par. quæſt.* 46. *nu.* 13. dicit (*Seruatur ſecundum hoc ius conſuetudinarium, in hoc alio, quia licet de Iure communi, parentes excludunt fratres ex vno latere coniunctos à ſucceſſione communis fratris, vt habetur in Auth. defuncto, tamen de hoc Iure conſuetudinario ſecus eſt,*
118 *quia* † *conſuetudo non ſolum conſiderat gradus proximitatem, ſed etiam bonorum diſtinctionem,*) & ſic *idem Molfeſ.* dũm dicit conſiderat gradus proximitatem, & bonorũ diſtinctionẽ, per iſtam rationẽ videtur approbare noſtrã opinionem.

Decimo

Digitized by Google

Decimo quid in hoc vagandum, ſi vltra quod dicta *Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua*, ſit clara, quod patre, vel matre exiſtente in medio locum habeat, exprexius declaratur per eoſdem ſtatuentes per aliã *Conſuetudinem de filijs familias*, cuius
119 verba ſunt (*Filius † familias, & filia familias poſſunt de bonis aduentitijs tantũ ſibi à matre præmortua, & alijs ex linea materna obuentis teſtari, & ſi pater, vel mater familias eſſent, ita quod non tenean tur aliquid patri, vel Auo paterno relinquere, ſi nolũt. ſaluo debito bonorũ ſubſidio,*
120 *in † alijs bonis aduẽtitijs Iura communia obſeruentur*) ex dicto enim *tex.* duo colliguntur, primum eſſe in arbitrium filij in teſtamento relinquere aliquid patri vltra bonorum ſubſidium, Secundum, quod bona materna relinquuntur in diſpoſitione conſuetudinis, dum vult quod in alijs bonis obſeruentur Iura communia, vnde dum dicta *Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua*, vult quod in bonis paternis ſuccedant proximiores ex parte patris, & in maternis proximiores ex parte matris, & pater de eis diſpo nere, nec pupillariter poteſt, & adeſſe diſtinctionẽ bonorũ ex dicto *tex.* & authoritate *Napodan. & ex alijs ſuperius dictis*
121 clarã habemus deciſionem, patre, † vel matre exiſtente in medio conſuetudinẽ locum habere, & ita dictam *Conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua* interpretari *Affl. in cap. 1. de nat. ſucc. feud. num. 9. Minad. de mente Napodan. in deciſ. 26. num. 3. verſic. tertio idem*, & in proprijs terminis *Conſuet.* firmat *Caſſan. in Conſuet. Burgundiæ in rub. 7. §. 6. in verſic. Auleurs fruis verſic. videtur tamen dicendum fol.* 251. *Gulielm. Bened. in c. Raynutius de teſtament. verſ. vxorem nomine Adelaſiam num.* 74. ſimiliter in Conſuetudine lo-
122 quens dicit (*Quia in † bonis quæ à patre tantum, vel eius linea habuerat, vel ad eum peruenerant ſolus pater ſuccedit, matre excluſa, & idem e contra: quia in bonis ex matre, & eius linea acquiſitis, & ad filium peruentis, ſola mater ſuccedit, patre excluſo per text. notabilem in l. quod ſcitis §. final. ſecundum intellectum Bartol. ibi C. de bon. quæ liber.*) *idem Boer. in Conſuetud. Burdegal. in titul. des coſtumbr. concernent, les teſtam. §. 4. fol. mihi* 130. *ex Ioan-*
123 *ne And. & alijs*, dicit † quod per totam Italiam ſunt ſtatuta, & Conſuetudines, quod mater non ſuccedat filio ſtantibus Agnatis, & inter alios allegat *Lucam de Penna in dicta l.* 1. *C. de imponend. lucr. deſcript.* dicentem ſimilem Conſuetudinem eſſe Neapolitanam, & *Boer. interpretatus fuit Lucam de Penna* prò mea opinione dicere, vbi ex
124 alijs etiam firmat, † pupillos infantes, & alios, qui non poſſunt teſtamentum facere inteſtatos decedere dicantur, & hinc pater, & mater repelluntur, & ita deciſum firmat *Benedict. in dict. verſic. vxorem Adelaſiam num.* 16,
125 iuxta regulam † paterna bona paternis proximioribus, & materna proximioribus maternis deferuntur, iuxta dictum *text. in dicta l. quod ſcitis*, & ita ipſum *textum* intelligunt *Bartol. Angel. Paul. de Caſtr. & Alexan. in addit. ad Bald. ibidem Bart. & Angel. in Auth. itaque C. comm. de ſucceſſ.* & ex alijs multis firmat *Tiraquell. de retract. §. 14. gloſ. 2. num. 12. & num. 14. & in fine*; & ſtante *Conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus* de Iure Romano frater vtrinque coniunctus, excludebat vterinum, & conſanguineum, & occupabat
126 omnia bona, ſuperuenit † *Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua*, & induxit nouum modum ſuccedendi cum diſtinctione bonorum, vt per *Conſil. de Georg. allegat.* 21.
127 *num.* 48. Ergo dicta † *Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua* eſt ipſe nouus vſus excludens patrem, auum, auiam, aliosq; aſcendentes paternos à ſucceſſione filiorum decedentium ſine filijs, & ab inteſtato in bonis maternis, & ſic è contra matrem alterosque aſcendentes maternos à ſucceſſione filiorum, vt prædicitur decedentium in bonis paternis, & apertis verbis ex profeſſo firmat *Napodan. in eadem Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua num.* 222.
128 *fol.* 236. per hæc verba. (*Mortuis igitur, communibus filijs inteſtatis ſine prole*

Digitized by Google

*prole legitima ſoluto matrimonio per mortem matris eorum, proximiores eis, ex parte matris ſuccedent in dotibus, tanquam in bonis maternis, & proinde agent contra patrem cõditione ex hac lege noua, ſi quis, vel ſi qua. Et ſi pater opponeret paternitatem replicabitur, quod non cenſetur eſſe in medio, ex quo ſe excluſit, & per illam excluſionem confeſſus quodammodo fuit ſe non habere ius in dotibus, & ſic videtur per excluſionem ſuam approbare opinionem illorum Ciuium, & Iuriſtarum, qui dicunt, quod dos redire debet, vnde proceſſit, etiam fratre exiſtente viuo.)* & ſi *Stephanus de Gaieta ibidem in add. incip. nota* dicit *(Nota quia ſecundum Napod. hic haberet locum opinio illorum, quando pater dotans renunciauit ſucceſſioni dotis*
129 *alias ſecus)* nõ obſtat. Primo quia † *Stephanus ipſe* loquitur in patre dotante, ibi *(Pater dotans renunciauit ſucceſſioni dotis)* quod differt à renunciatione mariti, vel vxoris futuræ ſucceſſioni filiorum decedentium, vt ſupra, & ſic non loquitur in caſu *Napodani*. Secundo verba *Napod.* ſunt clara dum dicit, *(Proximiores ex parte matris ſuccedere in dotibus maternis, & agent contra patrem conditione ex hac lege noua ſi quis, vel ſi qua,)* & hæc eſt deciſio *Napodani* ad literam, vn-
130 de nedum reiectis † contrarijs, ſed ipſorummet authoritate, & ſignanter *Iſer. Luc. de Pen. Ant. de. Alex. Molfeſij, & omnium ſcribentium,* qui ſecundum opinionem prædictorum in contrariũ, ad quod allegantur tenentium; & ſic etiam circumſcripta particulari ſtipulatione cum expreſſa renunciatione ſucceſſionis filiorum pro maiori cauthela forſan adhibita. Concludo patre, matre, auo, auia, alioque aſcendente exiſtente in medio conſuetudinem locum habere, & ſic decedente filio ſine filijs in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocumq; in bonis omnibus ſuccedant proximiores ex parte patris, præterquam in bonis maternis, in quibus ſuccedant proximiores ex parte matris, & ex his facilius decidi debet pro dicto Io. Baptiſta Porta proximiore ex parte matris vltimę defunctæ de bonis maternis contra Auiam paternam, & ita Iuris eſſe conſulo.

*Camillus de Laratha.*

FINIS.

*Laus Deo, Beatiſſimæq; ſemper Virgini Mariæ.*

Digitized by Google

# CAMILLI DE LARATHA
# CONSILIORVM
# INDEX
## Rerum, verborumq; omnium fideliſſimus, atque locupletiſſimus.

A


ABolitio generalis non includit maieſtatis delictum conſ.106.nu.25.fol.399.

Abſenti, & ignoranti non adimitur conſ.87.nu.44.fol.316. An quæratur ius irreuocabile conſil.112.nu.10.fol.423.

Abſurdum eſſet, ſi lex poſterior anteriorem corrigeret conſ.18.nu 23.fol.109.

Acceſſorium ſui principalis naturā ſequitur conſ.7.nu.65.fol.67. Non regulat principale, ſed è contra nu.66.conſ.68.num.20.fol.246.conſ.91.num.17.fol.357. Venit Iure actoris conſ.54 nu.5.fol.222.

Actio perſonalis non datur contra tertium, ſed in rem conſ.11.num.14.fol.94. Vbi non eſt, nemo auditur conſ.27.num.3.fol.137.conſ.108.num.18.fol.405.& conſ.109 num.59.fol.413. Inofficioſę donationis ad inſtar inofficioſi teſtamenti conſtituta eſt conſ.29.nu.13.fol.147. Dicendi teſtamentum nullum, vel donationem quinquennio perimitur ibid.nu.14.& 22.fol.148. Hypothecaria ad feudum eſt feudalis conſ.38.nu.35.fol.178. Iudicatur vt de feudo ibid.num.36. Competit primogenito in viuentibus Iure Francorum ibid.nu.37: Si competit ſuper feudo prò dote materna, ſolus primogenitus agit ibid.num.38. Reuocatoria contra tertium datur, quando frater non eſt ſoluendo conſ.38.nu.53.fol.180. Cum dominio rei depoſitæ conſeruatur cum deponente conſ.39.nu.5.fol.181. Multiplex quando vnico libello cumulari poſſit, conſ.40.nu 17.fol.184. Semel extincta amplius non reuiuiſcit conſ.42.num.9 fol.187. Quæ tertio abſenti acquiritur eſt perſonalis conſ.47.nu.17.fol.202. Quæ datur ex priuilegio, vel ficta traditione in re non datur contra tertium poſſeſſorem ibidem nu.18. Datur prælegato ex teſtamento conſ.54.nu 2.fol.222. Datur pro re deuicta ibid.nu.3. Ex teſtamento eſt bonæ fidei ibid.num 6. Competens ex legato in codicillo dicitur ex teſtamento competere conſ.79 nu.5.fol.284. Directa remanens penes cedentem, poteſt cum alijs tranſigi conſ.82.num.23 fol.295. Perſonalis oritur ex venditione non tranſlato dominio conſ.82.num.6.fol.293. Perſonalis nullam habet temporis prioritatem ibid.nu.7. Ex reſcripto oritur à data conſ.106.nu.6.fol.397. Criminalis 20. annorum ſpatio præſcribitur conſ.108.num.7.fol.404. Quando ad hæredes tranſeat ibid.nu.9.

Actor ſi non probet reus abſoluitur conſ.82.nu.13.fol.294. Et reus ad imparia non iudicantur conſil.85.nu.18.fol.304.

Actus vnicus in poſſeſſorio præcedentiæ ſufficit conſ.2.num.30.fol.17. Qui ſuperioris conſenſum expectat, nullum habet effectum, non ſequuto conſenſu conſ.5.nu.46.fol.40. Tunc perficitur, quādo ratificatur conſ.5.nu.54 fol.41. Alterius nomine geſtus, nunquam roboratur, niſi ratificatione ſequuta conſ.5.nu.56.fol.41. A quolibet minimo dicitur motu proprio factus conſ.5.num.89 fol.44. An perficiatur, ſi modus, & ſcientia ſit ommiſſus conſ.5.nu.3 fol.35. Dicitur in dubio factus, prout de Iure fieri potuit, conſ.33.nu.2.fol.165. Nullus nullam actionem parit conſ.88.nu.51.fol.338. Quando compenſandi animo factus videtur conſil.90.num.63.fol.353. Videtur eo in loco celebratus, vbi eſt exequendus conſil.102.num.32.fol.387.

Adiectio inutilis ſe ipſam tantum vitiat conſ.16.nu.10.fol.105.

Adminiſtrator non poteſt bona principalis donare conſ.5.nu.14 fol.36. Quantumcunq; liberam habeat adminiſtrationem ibid.num.15. Si ceſſit, & redeat præfertur conſ.87.nu 66.fol.329.

Adohæ, & ſubuentiones authoritatem Regis, & publicā ſubſtinent vtilitatem conſ.3.nu.17.fol.25. Solutio ſufficit prò ſeruitio perſonali conſ.5.nu.150.fol.51.

Aduerbium diſpoſitionem in futurum ſuſpendens conditionem facit conſ.5.nu.45 fol.40.

Aduocatus in eadem cauſa non iudicat conſ.32.num.1.fol.161. Effectus Iudex nec de partium conſenſu poteſt interuenire de Iure Regni ibid.nu.4. Iudici coniunctus in tertio gradu repellit Iudicem ibid.num.5. In ſimili articulo non prohibetur iudicare inter diuerſos ibid.nu.6. Fiſcalis quando recuſari poſſit ibid.nu.12.fol.163.

Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt conſ.85.num.19.fol.304. Bonam auget fidem conſ.90.nu.6 fol.346.

Affectio charitatis cadit inter ſuccedentes ab inteſtato conſ.49.nu.14.fol.209. Cadens in re maiorum potens eſt, multumque operatur conſ.50.num.4 fol.211. Operi nomen imponit conſ.105.nu.7.fol.395.




Digitized by Google

# INDEX.


*Affectus non punitur in tota Italia, niſi ſequuto effectu conſ.19.num.22.fol.112. Quando ſit ſecus conſ.110. nu.22.fol.418.*

*Affinis ab inteſtato non ſuccedit conſ.115.nu.12.f.468.*

*Affinitas per mortem viri diſſoluitur conſ.115. nu. 13. 14.fol.457.*

*Affirmatiua, vel negatiua in ſcriptura poſita probatur per ſcripturam conſ.5.nu.101.fol.45.*

*Agens ex propria perſona non tenetur ſtare facto authoris conſ.51.nu.10.fol.214.*

*Agnati vocantur ad hæreditatem, & ad tutelam ex extenſione legis conſ.10.num.28.fol.89. Qua ratione in Iure retractus Domino præferantur conſil.86. nu.78. fol.315.*

*Agnationis & cognationis differentia Iure nouo ſublata eſt conſ.8.nu. 14.fol.72.*

*Alendi filios onus tranſit ad hæredes hæreditario nomine conſ.25.nu.60.fol.136.*

*Alienatio rei emphyteuticæ ex quibus reddatur neceſſaria conſ.1.nu.27.fol.7. Quæ fit ob delictum an dicatur ex cauſa neceſſaria ibid.nu.38.fol.8. Si à lege, & homine prohibeatur non valet, etiam in caſu à lege permiſſo ibid. nu.46.fol.8. Rei particularis ſubfeudi omnino requirit aſſenſum conſ. 3. nu.4. fol.24. & nu. 35.fol.26. Subfeudi requirit aſſenſum Regis non Baronis conſ.3.num.2.fol.23. Facta poſt litem motam non impedit exequutionem, ex eodem proceſſu, etiam ſi per mille manus ambulet conſ.28 num.38.fol.144. Rei Eccleſiæ quo Iure prohibita conſ.37. nu.1.f.172. Non valet, niſi ſeruata forma Iuris ibid.nu.2. Prohibetur niſi tria concurrant ibid.num.3. Feudorum etiam cum aſſenſu Proregis prohibetur exteris conſ. 38.nu.29.fol.177. Si ſubhaſta fiat præfertur, qui maiorem oblationem facit conſ.40.nu.14.fol.184. Largè intelligitur conſ.68. num.4.fol.245. Rei Eccleſiæ fit cum decreto Epiſcopi Diœceſis, idem in iudice loci rei ſitæ conſ.71.nu.9.10.fol.258. Prohibita præſumitur fauore inſtituti, conſ.76.nu.2.fol.268. Prohibita hæredibus, & eorum hæredibus nihil operatur ibid.nu.8.fol.269. Neceſſaria numquam includitur in ſimplici prohibitione ibid.nu.11. Prohibita per quam teſtandi facultas adimitur non valet ibid. nu. 12. Subditorum inuitorum facit alienantem proprietate priuari conſ.86. num. 36.fol.312. Si ſit prohibita, prohibita erit conſiſcatio conſ.109.nu.35.f.411.*

*Alimentorum præſtatio inter parentes, & filios mutua eſt conſ.15.nu.9.fol.103. Cauſæ cognitionem requirit ibid.num.10. In cauſis proceditur ſummariè, & de plano conſ.21.nu.8.fol.116. Idem in dote ibid. nu.9. Actionem non habet concubina conſ.108. nu. 22. fol. 405. Repetitionem quando Dominus habeat contra ſeruam ibid.nu.23.*

*Amicus amici facta ſcire præſumitur conſ. 98. num. 1. fol.374.*

*Anima omnibus rebus præferenda conſil. 70. num. 44. fol.257.*

*Animalia ab exequutionibus capta licet rehabere, nè macerentur conſ.19.nu. 11.fol.111.*

*Animus præſumitur ex conſuetis conſ.19.nu. 24.f.113.*

*Antiquior recentiori præfertur conſ.31. num.34.f.159.*

*Antonij de Alexandro opinio confutatur conſ. 115.nu. 112.fol.467.*

*Annua præſtatio certum debet habere corpus ſuppoſitū, & quid plura, vt valeat conſ.90.nu.7.fol.346.*

*Annus vtendi reſcripto computatur à die poſſibilitatis non datæ conſ.2.num.49.fol.19. Trigeſimus rei mutat conditionem, facit præſumi inueſtituram, & vaſſallagium acquirit conſ.34.nu.4.fol.167.*

*Appellatio ab vno capite ſententiæ quando non impediat exequutionem in alio conſ.16.num.3. fol.101. & nu. 6. Reducit cauſam ad ea, quæ fieri poterant ante litem conteſtatam conſ.92.nu. 15.fol.361. Debet gradatim fieri ibid. num. 16. Eſt acceſſoria ad cauſam principalem ibid.nu.34.*

*Appellatione inſtrumentorum venit ſcriptura priuata conſ.22.nu.6.fol.119. Pendente ſi ad primum Iudicem redditur cenſetur appellationi renunciatū conſ. 88.num.33.fol.334. Interpoſita Iudex debet iudicare iuſtè, vel iniuſtè pronunciatum fuiſſe conſ. 92. num. 28.fol.363.*

*Appretia quando ſunt varia coadunatis tribus annis, capitur tertia pars conſ.78.nu.24.fol.282.*

*Arbitrij liberi poteſtatē nemo à ſe poteſt abdicare conſ. 103.nu.29.fol.391.*

*Arbitrium Iudicis debet ſecundum leges regulari conſ.114.nu.81.83.fol.448.*

*Argumentum ab antiquitate non valet, quando accidētia maioris ſunt ponderis conſ.2.nu.24.fol.16. De contractibus ad vltimas voluntates valet conſ.7.nu. 52.fol.66. & conſ.14.num.7.fol.100. De dote ad alimenta procedit conſ.8.num.13. fol.71. De feudo ad emphiteuſim, & è contra valet conſ.33.nu.9.fol.165. Eſt validum de re ad perſonam conſ.38.num.26.fol. 177. De pia cauſa, ad liberos conſ.69.nu.6.fol.248.*

*Aſſaliens Caſtrum, vt ex eo rebellionem committat, quæ requirantur conſ.5.nu.156.fol.53.*

*Aſſaſſinium vt dicatur, quæ requirantur conſ. 105.nu. 4.8.9.fol.395.*

*Aſcendentes ius deſcendentibus acquiſitum mutare non poſſunt conſ.112.nu.21.fol.423.*

*Aſſenſus in Regno non præſumitur conſ. 12. nu.14.fol. 96. Spiritualis requiritur in qualibet feudi alienatione conſ.33.nu.1.fol.165. Et quare nu.22.fol.166. Intelligitur prout ius intelligit ibid.nu.3.5. Aſſumit naturam actus ſuper quo interponitur ibid. num. 4. Et vires conſ.43.n.3. fol.189. Strictiſſimè interpretatur ibid. num.13. Nouus quando ſit neceſſarius conſ. 33. nu.12.fol.166. Nihil operatur, quando actus eſt ipſo Iure nullus ob defectum ſolemnitatis conſ. 38.nu.23. fol. 177. Vendendi feudum in totum non operatur in alienatione partis, ibid. nu.27. Conceſſus vt tres cedant, non valet ſi duo cedant ibid. num.28. Quando actum inualidum conualidet conſ.43.num.2.fol. 189. Requiritur in ceſſione litis, & cauſæ ſuper feudo conſ. 83.num.2.fol.296. Facit acquiri ius, & dominium conſ.86 num.95.fol.316. Regulatur à contractu conſ. 94.nu.10.fol.370.*

*Aſſertiones ſine cauſæ cognitione factæ non probant, nec nocent conſ.5.nu.112.fol.46.*

*Aſſiſtentiæ iudicium, quæ ſubſtantialia requirat, conſ. 93.nu.1.fol.365.*

*Auia tanquam aſcendens præfertur alijs conſ. 115. nu. 3.fol.455. Eſt filij imago ibid.num.16. Nepti non ſuccedit ibid nu 35.*

B

*BAnnum ignoratum non ligat conſ.103.nu.3.f.389 Niſi à tempore notitiæ ibid. nu.4. Tenetur ſucceſſor renouare vt liget, ibid.nu.5.6.7.*

*Baraptaria probatur per teſtes inhabiles, & quare conſ.*


114

Digitized by Google

114.numer. 25.fol.440.

Baro ſua m repreſentat Baroniam, & feudum conſ. 34. nu.12.fol 168. Iudicatur ad paria cum vaſallo conſ. 35. nu.11.fol.170. Etiam poſt paſcuorum locationem poteſt pro ſe retinere,& reuocare conſ.41.nu.9 f.185. Tenetur terras ſuas concedere potius vaſallis,quam exteris ibid.nu.11.12. Num poſſit, quæ ſua ſunt, cui vult dare ibid.nu.15.

Bartoli opinio Bertrandi præferenda conſ. 9. nu.42. fol. 80. Non eſt ſibi contradicere ibid.nu.19.

Beneficium de Iure quæſitum, Princeps non tollit conſil. 109. nu.47.fol. 412. Conceditur non obſtante concluſione conſ.113.nu.26 fol.434. Et cauſa etiam diſcuſſa ibid. nu. 27. Et quando nouiter comparenti debeatur ibid.nu.25. Recipiens tenetur ad antidota conſ. 114. nu.109.fol.451.

Beneplacitum facit actum conditionalem conſ. 5.nu. 38. fol. 39. Si non ſequatur actus remanet eluſorius ibid. nu.59.fol.41. Poſt mortem non impetratur ibid.n.67.

Bona perueniunt à fato conſ.5.num.39 fol.39. Vita facit præſumi, quem non demandare minas exequutioni conſ.19.nu.23.fol.112. Vita tollit ſuſpitionem delicti, & facit ceſſare dolum conſ. 19.nu.26.27.fol.113. Donata transferunt de dominio à die cōtractus conſ. 51. nu.15.fol.214. Fideicommiſſo ſubiecta tranſeunt ad grauatum, cum onere conſ.59.nu. 8.fol.230. Cedentis decreto Iudicis debēt adiudicari conſ.64.nu.2.fol. 238. Materna,antiqua, & legitima habentur pro ære alieno conſ.77.nu.33.fol.279. Antiqua probata medietate diſponuntur in præiudicium agnatorum de Iure conſuetudinis conſ.109.nu.69.fol.415. De nouo quæſita alienari poſſunt ibid. nu.70. Fortiori vinculo debentur Iure conſuetudinis, quam communi, conſil. 115.num.60.fol.462. Materna delata filio eorum naturam non mutant ibid.nu.96.

C

Caducitas, ſeu deuolutio quibus in caſibus committatur conſ.1.nu.1.fol.3.

Capitulum Regni bona proditorū, & nuper apud Tranum intelliguntur in proditore manifeſto amittente bonorum dominium ipſo Iure conſ. 5. num. 126. fol. 48.

Capitulum ſede vacante quæ poſſit conſ.5.nu.11.fol.36.

Capitulorum Regni remedium, quia maius facit ceſſare ordinarium, quia minus conſ.31.nu.21 fol.157. Habent locum pro Clerico contra laicum ibid. num. 41. fol.159.

Caput eſt principium rei animatæ conſ.3.num.24.fol.25. Feudi an per Baronem concedi poſſit ibid.nu.25.

Carcerati dicuntur ſub protectione Curiæ,& non poſſunt impune occidi conſ.110.nu.3.fol.417.

Caſus quilibet de per ſe iudicandus, nec eſt facienda illatio conſ.25.nu.6.fol.127.Ommiſſi habentur pro ommiſſis, & non includuntur, etiam ſi in eis maior ratio ineſſet, conſ.53.num.13.fol.219. Ommiſſus cenſetur in diſpoſitione Iuris conſ.12.nu.13.fol.96.& conſ. 10.nu.35.fol.89. Expreſſi ex idemptitate rationis ad alios extenduntur conſ.114.nu.58.fol.444.

Cauſa criminalis,ciuili præiudicat, quia maior conſ.31. nu.20.fol.157. Finalis attēditur in contractibus conſ. 68.nu.24.fol.254. Eius obligationem ſequitur conſ.1. nu.17.fol.5. Cenſetur expedita ex qualitate propoſita conſ.1.nu.19.fol.6. Prima ſemper ſpectatur ibid. nu. 28.fol.7. Non cauſatus attenditur ibid.nu.53. Finalis eſt, ex qua oritur contractus conſ.6.num.4.fol.56. Et mens contrahentium ſemper attenditur ibid.nu 6. Reducta ad non cauſam reſoluit contractum ibid. nu. 8. Finali ceſſante ceſſat promiſſio ibid. nu. 12.fol. 57. Attenditur ibid. nu. 5. In matrimonio contrahendo debet eſſe finalis conſ.9. nu.34.fol.80. Si alteri committatur propter ſuſpitionem vnius,ſucceſſor recuſati non procedit,ſed ille,cui commiſſa erat conſ.89.nu.9. fol.342. Eſt agitanda ſecundum modum iudicij, vbi agitatur conſ.96.nu.5. fol.373. In primis attenditur conſ.107.num.23.24.fol.402. Ciuilis an poſſit decidi lege feudali conſ.109.nu.20.fol.409.

Cauſæ cognitio de Iure diuino eſt conſ.27.nu.7.fol.137.

Cautio facit extare fructus conſ.73.nu.14.fol.262.

Cedens Iura ſua non eſt poſtea audiendus conſ. 28.nu. 22. fol. 142. Vni non poteſt, illud idem, poſtea alteri cedere, conſ.44.nu.3. fol.190. Ius ſuum alteri, facit in illo præſumi acquiſitionem conſ. 12.nu.17.fol.96.

Cenſus materia,ſecundum Papæ bullas tractanda conſ. 90.nu.13.fol.346.

Centurio qui aquilæ præerat,& cohorti, Primipilus dicebatur conſ.80,nu.9.fol.288.

Ceſarea Maieſtas habilitauit etiam maſculos filios rebellium inuaſionis Lautrecchi, ad ſucceſſionem matris conſ.101.nu.14 fol.382.

Ceſſio in augmentum feudi an valeat ſine aſſenſu conſil. 83.nu.6 fol.297.

Circuitus eſt euitandus conſ.23.nu.15.fol.121.

Citatio eſt neceſſaria ante ſententiam conſ.5. num. 102. fol.45. Eſt de Iure naturali conſ.100.nu.10.fol.379.

Ciues compelli poſſunt ad victualia vendenda conſ. 45. nu.7.fol.192.

Ciuitas quælibet Ciuibus ſuis præſtat præſidium conſ.45 nu.70.fol 193. Alteri quando ſe ſubijcere poſſit conſ. 86.nu.33.fol.312.

Clauſula feudi natura non mutata, qualiter intelligatur conſ.33.nu.15.fol.166. Ex nunc pro tunc, quid operetur conſ.70.num.18.fol.254. Pro ſe,hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcumque, facit rem alienabilem ſine aſſenſu conſ.4.nu.22.fol.30. Derogatoria facit voluntatem ceſſare conſ.5.num.84.fol. 43. Ex mera voluntate quid operetur ibib.nu.86. Motu proprio ſolus Princeps vtitur ibid.nu.88.fol.43.& num.91.fol.44. Deficiente concedentis voluntate, nihil operatur ibid. nu.90. Poſita à ſuperiorem non recognoſcente diuerſos effectus, producit quam ſi ab inferiore ibid.n.92. Quibuſcumque priuilegijs non obſtantibus, quid profint conſ.7.nu.43.fol.65. Quid derogatoria,vel ad futura ibid.nu.48.vſque 55.fol.65.66. Derogatoria præcedentiū quid importet ibid.nu.54. Ex certa ſciētia operatur ſilentij impoſitionem conſ.10.nu.53.f.91. Sine figura iudicij,quid importet conſ.88.n.8.f.333. Sequens ad proxima præcedentia refertur conſil. 9 . num.3.fol.355. Omni meliori modo, & in perpetuum quid operentur conſ.94.nu.13.fol.370.

Clericus vtens ſtatuto pro ſe, debet etiam contra ſe, vti conſ.46.nu.21 f.198. In laicum Iudicē conſentire nō pōt conſ.61.nu.13 f.234. Nō gaudet priuilegio,ſi non incedat in habitu ibid.n.14. Venit Ciuis appellatione conſ.95.nu.1.f.371. Eſt perſona miſerabilis conſ.96. n.2.fol.373. Habet fori electionem,quoad bona Eccleſiaſtica ibid.num. 3. Quoad feudalia ſubditur laicis ibid.nu.7. Adiens Regia Tribunalia tenetur illorum leges implere ibid.nu.8.15. Malè incuſando contra

4 2 laicum

Digitized by Google

*laicum tenetur ad pœnam ibid.nu.18. Poſt delictum effectus quãdo cognoſcatur per Iudicem laicum conſ. 105.nu.12 fol.394.*

*Coitus cum moniali non includitur in generali indultu conſ.106.nu.23.fol.398. Et quare ibid.nu.27. Cum ancilla reuerſa non punitur conſ.108 nu.3 fol.403.*

*Commendator eſt ſimplex depoſitarius conſ. 5. num.68. fol. 42.*

*Comitatus, & Baroniæ nomine quod geritur alio feudo non præiudicat, conſ.34.nu.13.fol. 168. Conceſſio cũ Iuribus, & pertinentijs tertio non præiudicat ibidem num.14.*

*Compenſare eſt ſoluere conſ.39.num.2.fol. 181. Nemo poteſt in depoſito ibid.num.4. Nec contra tertium ibid. num. 6. Non fit cum debito alterius illo inuito conſ.55.nu.4 fol.223.*

*Compenſatio ipſo Iure debitum extinguit conſ. 78. num. 22.fol.282. Habet locum etiam in perſonalibus actionibus ibid. num. 23. Speciei ad quantitatem non fit ibid. num.18. Conceditur aduerſus debitum coram Præſide petitum conſ 90 num.56.fol.353. Ipſo Iure quando fiat ibid.nu.57. Ipſo Iure extinguit actiones, & obligationes ibid. num. 60. Opponitur etiam contra inſtrumentum dotale ibid. num.61. Eſt ficta ſolutio ibid nu.64. Renunciari non poteſt.ibid.nu.65.*

*Compoſitio eſt pœna corporalis commutatio conſil. 109. num.48 fol 412. Non fit niſi de delicto conſtet ibid. num.49. An ſit reſtitutio ibid nu.4..*

*Compulſus dicitur qui timet ne compellatur conſil. 24. nu.9 fol.124.*

*Conceſſio teſtandi liberè intelligitur ſeruata forma Iuris conſ.33.num.7 fol 165. Dandi in feudum intelligitur præuio aſſenſu ibid. num 8. Iuris quod antea competebat etiam in tertij præiudicium valet conſil.2. num.51.fol.20. Vnica vnicum facit ſubfeudum conſ. 3.n 32.fol. 26. A Principe facta qñ ſit nulla conſ. 5. num 21. fol.37. In tertij voluntatem collata, in ſuſpenſo eſt, donec voluntas ſuperueniat, ibid num.36. fol.39. Sine aſſenſu eſt nulla ibidem num.66. fol.42. Caſtri non poteſt illud propria authoritate inuadere, ibid.nu.77. fol. 43. Iniuſta præſumitur ex tedioſa poſtulatione orta ibid.nu.82. Nec ita de facili conceditur ibid. num. 87. Feudi quod vacat ex vna cauſa, ſi vacet ex alia, non valet, ibid. num.134.fol. 49. Quantitatis ſuper pluribus corporibus quando fiat deductio ibid. num.162. Facta præuia informatione, & decreto præſumitur ſolemnis conſ. 7. nu. 3. fol. 63. mediante pecunia tranſit in contractum.conſ. 10.num.7 fol. 87. Ex plenitudine poteſtatis inficiari non poteſt conſ.10. nu.51 fol.91. Aufert dominium etiam ſine cauſa ibid.nu.52.*

*Condictio, & vendicatio ciuiles ſunt actiones, & ex contractu naſcuntur conſ 108.nu.13 fol.405.*

*Conditio inducitur ex relatiuo ad futura conſ. 47.nu. 8. fol.200. Per dictionem, quidquid ibid.nu.11. Deficiens vitiat diſpoſitionem etiam piam ibid:nu.10. Impleri debet in forma ſpecifica conſ.70.num.3.fol.252. Rei legatæ adueniens facit ſtatim dominiũ ad legatarium tranſire conſ.73. nu.11.fol. 261. Priuati non mutatur Fiſco hærede, vel legatario conſ.75. nu. 22. fol.266. Si cum, vel ſine filijs deceſſerit, comprehendit etiam fœminas conſ.77.nu 2. fol. 274. Si naſcantur filij, impletur ſtatim natis quamuis deceſſerint ibid.nu.28. 29. Eſt indiuidua conſ. 1.nu.1.fol.3. Fit per ablatiuum abſolutum conſ.5.nu.29.fol.38. Si non impleatur omnia, quæ ſequuntur ſunt nulla ibid.num. 30. Debet impleri in forma ſpecifica ibid. nu.31. Si non ſeruatur actus eſt nullus ibid.num.32. Eam habet naturam, vt implenda ſit, antequam emolumentũ perueniat conſ.5.nu.44 fol.40 Duplex eſt ibid.num. 48. Donec impleatur non dicitur contracta obligatio ibidem num 49. Reſoluens.donec fiat reſolutio actus eſt purus ibid.nu.50 Quando ſit ſuſpenſiua, vel reſolutiua ibid.nu.51.63.6. Donec impleatur, impeditur dominij tranſlatio nu.65. Impoſſibilis vitiatur ex defectu voluntatis conſ.5.nu. 41 fol 39. Poteſtatiua quando actum ſuſpendat conſ.78.nu 17.fol.281. Declaratur ſecundum voluntatem teſtatoris conſ.79.nu. 20 fol.286. Dum pendet contractus non poteſt reuocari conſ.86.nu.118 fol.319. Simulata inducit fraudis ſuſpitionem conſ.97.nu.6.7 fol.373. Diſpoſitionis ſufficit, quod de facto impleatur conſ.115.nu.85.fol.465.*

*Conductor fiſci quando ad refirmandum cogatur conſil. 17.nu.4. fol. 108. Primus præfertur ſecundo in re fiſci ibid.nu.5. Non priuati ibid. nu 6.7. Vltimus facit ceſſare reliquias primæ locationis conſ.17.num.3. fol. 110.*

*Conductor primus quæſtionem prælationis inferre non poteſt, niſi reconductionem habeat in ſcriptis conſ.18. nu.1.fol.108.*

*Confeſſio per bancum ſi numeratio non apparet, non præiudicat conſ.38.nu.1 fol 175 Mandato non adimpleto non nocet ibid.nu.2. Relatiua quando ex relato non apparet, nõ probat ibid.nu.3. Quando maioris, vel minoris quantitatis attendatur ibid.nu 9. Creditoris nõ præiudicat in ſuſpectis conſ 64.nu 6.fol.239. Debitoris abſente creditore an probet debitũ conſ.70. nu.41. fol.256. Erronea, falſa, & per vim, & metum non valet conſ. 5.nu.133.fol.48. Extraiudicialis quando probat, vel inditium faciat conſ.107.nu. 14.15.17.f.401.*

*Connexorum idem eſt iudicium conſ.16 nu.1.fol.104.*

*Conſanguineus, vel alius ſucceſſor præmaturè vocari nõ poteſt, conſ.50.nu.8 fol.212.*

*Conſenſus perficit contractum, & deceptus non dicitur conſentire conſ.99.nu.7 fol.377.*

*Conſequens qui vult, antecedẽs velle neceſsè habet conſ. 78.nu.5.fol.281. & conſ.79.nu. 16.fol.285.*

*Conſeruator tenetur actione depoſiti conſ.39.nu.3.f.181.*

*Conſiliarij S. C. Iudices ſunt delegati, ideò non tractant, niſi cauſas eis commiſſas conſ 28.nu.6.fol.139. Quando, etſi ſuſpecti interueniunt de partium conſenſu requiritur decretum, in Præſide ordo ſuæ Excellentiæ ibid. nu.8. Non poſſunt eſſe arbitri ſine diſpenſatione S.E. ibid.nu.9. Vltimo creati vltimo loco ſedent conſ. 87.nu.20.77.fol.330.*

*Conſilium Collaterale vacante Prorege, quæ ſunt iuſtitiæ tantum facit conſ.5.nu.10 fol.36.*

*Conſolidatio vſusfructus cum proprietate, quando ſtat in ſuſpenſo conſ.25.nu.8 fol.127.*

*Conſtitutio pœnam eorum qualiter intelligatur conſil. 110.nu.1.fol.416.*

*Conſtitutũ adiunctum diſpoſitioni incertæ nullam transfert neque fictam poſſeſſionem conſ. 47.nu.5. fol. 200. Cum precario operatur tranſlationem dominij conſ.9. num.69.fol.84.*

*Conſuetudo ciuium eſt attendenda conſ.26.num 13.fol. 131. Et præciſè in dote ibid.nu 14. Lex eſt loci, vbi viget conſ.46.num.12.fol.197. Veritati æquipollet, & facit de non licito licitum ibid.num.13. Attenditur in præcedentijs conſ.2.num.27.fol.16. Decennio*

*inducitur*

Digitized by Google

inducitur ibid. num. 28. Sufficit aliquando obſeruata num 29. Pro iuriſdictione acquirenda, eſt ſeruanda conſ. 5. nu. 6. fol. 36. Et nouus vſus Capuani, & Nidi, an ſit contractus vel vera conſuetudo conſ. 115. nu. 1. 7. f. 455. Si quis, vel ſi qua, declaratur n. 38. ibid. Quod facit deberi, dicitur ex fideicōmiſſo deberi ibid. n. 45. Vincit, & imitatur legē ibid. n. 47. Quod in feudis ſuccedat primogenitus facit quē tutū in vtroq; foro ibid. n. 48. Maiora concedere poteſt, quam lex ibid. n. 56. Si quis, vel ſi qua, ad quid inducta ibid. nu. 74. Vltra ius commune aliquid operari debet, ibid. num. 83. Excludit proximiores ex parte patris à bonis paternis, idēque ex parte matris ibid. num. 84. Quare patrem, & proximiores excludat ibid. nu. 86. Conſeruat bona in familia, ibid. nu. 87. Poteſt iubere, vt pater non ſuccedat filio num. 89. In diſtinctione bonorum differt à Iure communi ibid. nu. 109. Conſiderat gradum, & bonorum diſtinctionem nu. 118. Si quis, vel ſi qua, quid introduxerit nu. 126. 127. Vt patre, vel matre exiſtente in medio locum habeat à multis notatur ibid. num. 121.

Conſultatio Reg. Cam. parte inaudita non valet conſ. 84. num. 17. fol. 301.

Conſultor effectus Iudex recuſatur conſil. 32. num. 3. fol. 162.

Contractus mutui incontinenti factus cenſetur correſpectiuus ad contractum dotis conſ. 38. nu. 5. fol. 175. Vltimus attenditur ibid. nu. 7. In alium transfuſus gaudet priuilegiis eius in quem ibid. nu. 43. fol. 179. Pro Iure congrui vitando eſt inualidus conſ. 40. num. 2. fol. 183. In teſtamēto factus qualiter ſubſtineatur conſ. 58. nu. 2. 3. fol. 226. Ad gaudimentum ob fructuum incertitudinem validus conſ. 62. num. 1. fol. 235. Ex conuentione legem accipit conſ. 71. num. 14. fol. 259. Primus quoad Iuris effectum dicitur voluntarius conſ. 1. nu. 30. fol. 7. Regis ligat Regem etiam cum ſubdito conſ. 2. nu. 62. fol. 21. Nullus nec naturalem, nec ciuilem parit obligationem conſ. 3. nu. 37. fol. 26. Saluo aſſenſu celebratus in ſuſpenſo eſt, donec aſſenſus fiat conſ. 5. num. 47. fol. 40. Legem accipit à conuentione conſ. 7. num. 6. fol. 62. Non niſi expreſſa complectitur conſ. 9. nu. 75. fol. 84. Sine aſſenſu reuocatur conſil. 12. nu. 16. fol. 96. Dolo factus non eſt ipſo Iure nullus, ſed ope exceptionis conſ. 14. nu. 15. fol. 101. Si reuocetur omnia reducūtur ad priſtinum conſ. 15. nu. 7 fol. 102. Eſt de Iure gentiū conſ. 86. nu. 110. f. 317. Contra legē eſt nullus, conſ. 90. nu. 67. 68. 69. fol. 354. Iudicatur ab effectu conſ. 91. nu. 18. fol. 357. Et conſ. 115. num. 9. fol. 458. A patriæ conſuetudinis interpretatur ibid. num. 22.

Contrahentium æqualis debet eſſe conditio conſ. 90. nu. 5. fol. 346. Voluntas ex verbis colligitur conſ. 91. nu. 21. 22. 24. fol. 351.

Cor Imperator eſt linguæ conſ. 70. nu. 24. fol. 254.

Correctio Iuris communis non præſumitur, ideò euitanda eſt conſ. 102. nu. 35 fol. 387.

Corruptelæ crimen capitale eſt, conſ. 114. nu. 9. fol. 438. Eſt ſimile læſæ Maieſtatis ibid. nu. 10. Quare probatur per mediatorem num. 38. 49. 52. 59. Officialis debent probari per quinque teſtes licet ſingulares conſil. 114. nu. 99. fol. 450.

Creditor quando agit à principio contra fideiuſſorē indemnitatis conſ. 67. num. 1. 2. fol. 243. Semper præfertur honorato in teſtamento conſ. 75. num. 1 fol. 264. Si ſuccedat debitori quando actiones confunduntur ibid. num. 16. Quando auocet pecuniam exactam à Fiſco ibid. num. 20. 21. Hypothecariam intentans ſaltim ciuiliter poſſidere debet conſ. 11. num. 10. fol. 93. Non habet recurſum contra emptorem rei, ſed contra creditores poſteriores, quibus fuit liberata pecunia conſ. 11. num. 17. 18. fol. 94. Prior tempore præfertur, & quid ſi ſit ad rem emendam poſterior conſ. 82. num. 1. 2. fol. 292. Anterior quando præferatur venditoribus bonorum extantium conſil. 98. num. 15. fol. 375.

Culpa cum voluntariè ineſt, nulla ratio excuſat conſ. 1. num. 35. fol. 7. Ommiſſionis, & commiſſionis differunt conſ. 5. num. 147. fol. 51. In patre non placitata an placitetur cum filio ſucceſſore conſil. 108. num. 10 fol. 404.

Curator ad lites non datur minori, niſi quando tutorem non habet, vel ſi habet, inuentarium non confecit conſ. 22. num 1. fol. 117. Qualiter detur conſ. 28. num. 13. fol. 140. Datur hæreditati iacenti ibidem num. 14. & 33.

Curia hoſtilia prophanus locus, templū dicebatur apud antiquos conſ. 17. nu. 16. fol. 109.

D

Damnatorum bona quando fiſco applicentur conſil. 109. nu 34 fol. 411.

Data priuilegij anterior facit præcedere conſil. 2. num. 32 fol. 17. & num. 33. 34. Et quare num. 39. 40. Inueſtituræ feudi vacaturi attenditur non tempus num. 41.

Debitum quodlibet à principio eſt voluntariū, ex poſt facto neceſſarium conſ. 10. num. 42. fol. 8. Deſcendens ex aliquo contractu ſumit naturam contractus à quo deſcendit conſ. 14. num. 12. fol. 100. Maximè in dote ibid. num. 11. Retinetur quouſque is qui debet non cōſequitur quod à ſuo creditore ſibi debetur conſ. 30. num. 23. fol. 153. Defuncti non exequitur contra hæredem, niſi ſaltim ſummariè auditum ibid. num. 26. Neceſſarium compenſatur cum legato, ſecus in voluntario conſ. 55. num. 1. fol. 223. Licitè ſoluitur à debitore qui non habuit mandatum, tametſi ſciente ſoluente eſſet alteri ceſſum conſ. 82. nu. 20. fol. 295. Quando plenam liberationem producat ſi ſit ſolutum ibid. num. 22.

Deciſiones in exemplum non obſtant, & quare conſ. 7. num. 56. fol. 66.

Decretum loquens de debito intelligitur de neceſſario conſ. 1. num 34. fol. 7. Latum contra maiorem, & minorem citatos quando ſit inualidum reſpectu omnium conſ. 17. num. 6. fol. 106. Sine termino, & iuris ordine non ſeruato rei iudicatæ authoritatem non habet conſ. 77. nu. 33. fol. 278. Proregis, & Collateralis Conſilij nullitatibus nō obſtantibus exequitur conſ. 88. nu. 13. fol. 334.

Defendere qui me tenetur non poteſt in me impugnare conſ. 82. nu. 25. fol. 142. Me poſſum incontinenti, & cum moderamine conſ. 109. nu. 38. fol. 411. Me poſſum ſine delicto ibid. nu. 3. fol. 408.

Defenſio eſt omni Iure permiſſa conſ. 5. nu. 159. fol. 53. Non poteſt remitti per Principem, quia Iuris naturalis ibid. nu. 111. & conſ. 84. num. 24. fol. 302. & conſ. 85. nu. 1. 13. fol. 303.

Defuncti memoria lapſo quinquennio damnari non poteſt conſ. 5. nu. 144. fol. 50.



Digitized by Google

*Delegatio inuito debitore fieri non poteſt conſ.86.nu.26. fol.311.*

*Delegatus an recuſetur conſ.32.nu.2.fol. 162. Ad vnã cauſam poteſt procedere ad omnes appendices conſil. 92.num.21.fol.362.*

*Delictum in dubio ſemper excluditur conſ. 5. num.105. fol. 46. Vt puniatur pœna ordinaria requiritur conſummatio conſ.19.nu.20.fol.112. In genere ſi non cõſtet corruit inquiſitio ibid.nu.13. Si non probatur reus abſoluitur conſ.102.nu.4.fol. 384. Alterius alterum tenere, ſatis durum eſt, conſ.103.nu.18.19.fol. 391. Non dicitur quod lege permittente fit num.33. Non præſumitur in actu, quod ſine delicto fit ibid.num.34. Graue interpretatur, prout deterius conſ.106.nu.29. fol.399. Difficilis probationis qualem probationem requirat conſ 114.nu.67.fol.445.*

*Delinquens dicitur quaſi contrahere cum Fiſco conſ. 1. num.37.fol.8.*

*Demanij cauſa habetur, ac ſi cauſa libertatis eſſet conſ. 84.nu.4.fol.300. Omnes tangit ibid. num.10. Quando alienari poſſint conſ.86. nu.21.fol.311.*

*Demõſtratio fit ſuper certo corpore, taxatio ſuper incerto conſ.47.num. 15 fol.201. Fit de præſenti, taxatio de futuro ibid.num.16.*

*Depoſitio à querelantibus approbata probat conſ.95. nu. 7. fol. 372. Inueriſimilis non attenditur conſil. 107. num. 5 fol.400.*

*Depoſitum faciendi prò nullitatibus à quo traxit originẽ conſ.30.nu.1.fol.150. Recepiße dicitur qui in conmendã recepit conſ.39.n.8.fol. 181. Promptam habet exequutionem conſ.61.nu.2.fol.233. Per fidem banci eſt notorium ibid. nu. 3. Realem numerationẽ probat ibid.nu. 7. In mutuũ tranſlatum fit Iure ſpeciali ibid. nu.10. Nullam recipit exceptionem conſ.8. nu. 2. fol. 288. Eſt pœnes deponentem quoad poſſeſſionem conſ. 5.num.69.fol.42.*

*Detemptor de facto priuari non debet conſ. 100. num.4. fol.379.*

*Determinatio plura determinabilia recipiens omnia debet determinare conſ.92.nu.36.fol.364.*

*Deus ſi Principi ſubiecit leges, nõ tamen cõtractus cõſ. 2.nu.64.fol.21. Ex promiſſione obligatur conſ.7.nu.9. fol. 62. & conſ.10.num.9.fol.87. & conſ.86.num.115. fol.118. Non habet in factis redargutorem conſ. 2. nu. 8.fol. 22.*

*Dicta in vno loco quandò præſumantur in alio repetita conſ.53.num.4.fol.218.*

*Dictio, ad, quando inducat conditionem conſ.5. num.37. fol.39. Tamen, eſt reſtrictiua, & limitatiua ibid.nu.61. Excedẽtia eſt modificatiua conſ.7.nu.57.fol.67. Quæcumq; eſt vniuerſale ibid.nu.58. Etiam, de ſui natura adiungit caſui magis dubitabili, & implicat minus dubitabile ibid.nu.62. Autem, venit continuatiuè, & repetit præcedentium qualitatem conſ.10. nu.22.fol. 88. Aliquid, verificatur in modico ibid.n.45. Nec, copulat, & cõiungit ibid.nu.48. Qualibet, eſt vniuerſalis conſ.20. nu.1.fol.113. Quodcunq; importat omnimodam generalitatem ibid. nu. 2. Omnis, nihil excludit conſ.31.nu.37.fol.159. Quatenus, facit conditionem conſ.38.nu.24.fol.177. Ritè, & rectè denotat Iuris ordinem, & ſolemnitatem ibid. num. 25. Vt ſupra, habet naturam repetendi conſ.53.nu.2.fol.218. Et multoties ponitur diſiunctiuè conſ. 60.nu.2.fol.231. Cum denotat cauſam finalem conſ.69.num.16.fol.249. Vt ſupra, quid importet conſ.70.nu.9.fol.252. Item, quid operetur ibid. nu.29. Tantũ, cuius ſit naturæ conſ.77. nu.5.f.274. Vt ſupra, eſt repetitiua omniũ qualitatũ conſ.79.nu.18.fol.286. Et, quid importet conſ.87.nu. 57.fol.328. Eo plus, eo amplius conſ.91.nu.7.fol.356. Vt ſupra, ibidem num. 10.15. Semper conſ.93.num.9. fol. 367.*

*Dies interpellat prò homine conſ.66.n.6.fol.244. Etiam legalis conſ.1.nu.7.fol.4.*

*Diffida indultu remittitur conſ.102.nu.6.fol.384.*

*Dignitatem prior adeptus præfertur poſterioribus conſ. 2.nu.17.fol.16. & nu.38.fol.18. Parem habentes quis preferatur conſ.87.n.3.fol.323. Finitam habere effectus dignitatis ibid.nu.7. Quos habere ordines ibid. num. 14.*

*Diſcuſſa non præſumuntur non deducta conſ.1.num.20. fol. 6.*

*Diſpoſitio à ratificante non à ratificationem promittente facta cenſetur conſ.5.nu.53.fol. 41. Secũdum qualitatem perſonarum præſumitur conſ.6.nu.32.fol.59. Incerta fauore piæ cauſæ quando vitiatur conſ.47.num. 7. fol.200. Taxatiua qñ corruat ibid.nu.12. Quando dicatur demõſtratiua ibid.n.13. Quãdo deficiat ibid. nu.14. Prior per poſteriorem non inficiatur conſ. 47. nu.20.fol.202. Legis, & teſtatoris procedũt ad paria conſ.50.nu.5.fol.211. De præſenti nõ trahitur ad futura conſ.79.nu.1.2.fol.284. Conditionalis non eſt irreuocabilis conſ.115.nu.66.fol.463.*

*Diſputare de factis Regis nemo debet conſil.2.num. 76. fol. 22.*

*Diuerſitas reſponſionis vitiat conſ.11.nu.8.fol.93.*

*Diuinare nemo tenetur conſ.106.nu.2.fol.397. Non admittitur in teſtamentis conſ.53.nu.15.fol.219.*

*Diuiſio feudorum per Proregem concedi non poteſt cõſ. 3.num.36.fol.26.*

*Doctor præcedit licẽtiatum conſ.87.nu.4.fol.323. & nu. 67. ibid. Secundum Doctorem quem allegat intelligitur conſ.92. num.13.fol.361. Imitatur oues ibid. nu. 40.fol. 364.*

*Dolus dans cauſã cõtractui reddit illum ipſo Iure nullũ conſ.14.num.13.fol.100. Quando poſſit remitti ibid. nu.16. Quid ſit nu.17. Ex quibus probetur n.18. Præſumitur in faciente probibita nu. 19. Præſumitur ex magna læſione conſ.24.num.17.fol.124. Eſt in eo, qui petit quod reſtiturus eſt conſ. 72.num.7. fol. 260. Et fraus idem ſunt conſ.98.nu.5.6.fol. 375. Quis propriè dicatur ibid.nu. 9. 17. Facit præſumi emendi animũ abeße ibid.nu. 13. Impedit dominij tranſlationẽ ibid. nu.14. Eſt contra ſubſtantiam contractus ibid.nu. 16. Inualidat contractum ibid.nu. 18.21. Malus quis ſit conſ.99.num.1.fol.376. Per quæ percipiatur num. 3. Annullat actum nu.4.5. Excludit conſenſum num. 6. Ex propoſito, & re ipſa æquiparãtur nu.8. Requiritur in pœnis ſtatuti, non ſufficit culpa conſ.103.nu.20.fol. 391. Quando præſumatur conſ. 112. nu.31.fol.477. Quando æquiparetur cum dolo ex propoſito num.38. Renunciari non poteſt nu.39. In primo contractu adhibitus transfertur in ſecundum ortum habens à primo num.43.*

*Dominium vtile vnicum præſupponit poſſeſſionem naturalem vnicã conſ.3.nu. 33.fol.26. Totius feudi ſemper reſidet penes ſubfeudatarium legitimè inueſtitum conſ.3.num.34.fol.26. Rei particularis ſubfeudi ſine aſſenſu alienatæ non abdicatur à Domino num. 38. Et poſſeſſio depoſiti pœnes deponentem eſt, conſil. 5. nu.59.fol.42. Eodem Iure transfertur quo conceditur*


conſ.

Digitized by Google

conſ.5.num.95.fol.44.Per quæ verba tranſeat conſ.9.nu.10.fol.76. Qualiter ex conceſſione Regia conſ. 10. nu.5.fol.86.Qualiter amittatur conſ.44.nu.4.fol. 190. Rei donatæ tranſit à die donationis conſ.51.num.15. fol. 214. Solutione pendente reſeruatum quare non tranſeat conſ.82.nu.5.fol.293.

Dominus directus præfertur vicino retrahere volenti conſ.1. num.61.fol. 10. Purgat moram duorum menſium ſi vult præferri nu. 62.Præfertur etiam in alienationibus ſubhaſta nu. 63. Poteſt rem capere eo inſcio alienatam, vel ob canonis non ſolutionem etiam ſine ſententia nu. 66.Etiam cum meliorationibus nu. 74. Rem ſibi deuolutam poteſt alijs concedere num. 76. Non fieri conditionis deterioris debet ex inopia vaſalli nu.80.fol.13.Vnum non plures habere deſiderat feudatarios conſ.3.num.13.fol.24.Vnus cum alio quando permittatur conſ. 45.nu.16.fol.193.Tenetur vaſallis auxilium præſtare etiam reſpectu rerum conſ. 86.nu.31.fol.312.Quando poſſit vaſallos vendere nu. 34.35.Malus cui ſit ſimilis n.52.fol.313. Infra annũ poteſt vaſallos retrahere ibid.nu.79.fol.315. Directus non transfert feudum, ſed vaſallos conſ. 94. num. 11. fol. 370.

Domus communis propter ſocij delictum non debet deſtrui niſi refecta parte non delinquentis, conſ. 86. nu. 133.fol.320.

Donans an poſſit ante acceptationem reuocare conſ.112. nu.1.fol.422.& nu.21 fol.425.

Donare qui poſſit conſ.5.nu.16.fol.37.

Donatarius quando poteſt auocare bona donata conſ.51. nu.16.fol. 214. Quis præferatur ex duobus re tradita conſ.58.nu.21.fol.228.

Donatio contemplatione matrimonij an filijs acquiratur, vti filijs conſ.9.nu.8. 9. fol.76.Facta Titio, & ſuis intelligitur de hæredibus, idem ſi dicatur Titio, & filijs conſ.9.nu.37.fol.80.Si ſit facta patri, & demum filijs, non veniunt filij, niſi ſint hæredes patris, conſ.9.num. 43.fol.81. Præſumitur facta contemplatione notorum nu. 48.Facta filio quando eius, vel patris contemplatione facta cẽſetur nu.55. 57.58. Facta ſpõte à cõſanguineis viri, viro facta cẽſetur nu.56. Facta filio contemplatione matrimonij debet conferri conſ. 13.nu.8, fol.98.Facta ob cauſam, cauſa non ſequuta reſcinditur conſ.14.nu.1.fol.99.Contractus eſt bonæ fidei nu. 14. Omnium bonorum quando ſit valida conſ.29. nu.24. 25.fol.148. Confunditur cum matrimonio nu.26. Et conſ.112.nu.12.fol. 423.Ob merita quare non reuocetur conſ.35.nu.4.fol.169.Cauſa mortis requirit donatarij cõſenſum conſ.36.nu.12.fol.172. Quando ſit valida conſ.50.nu.9.fol.212. Eſt cõtractus conſ.58.nu.1. fol.226.Rei legatæ in teſtamento facta, nõ valet nu.9. 14.Sine acceptatione non transfertur etiam in pium locum nu.19. 20. Per filiorum ſuperueniẽtiam reuocatur conſ.66.num. 1. fol.241.Quando reuocari poſſit nu.2.7.12. Omnium bonorum quãdo prohibita nu.3. 14.Inofficioſa qualiter reuocetur n.4. Propter merita quãdo ſubſiſtat nu.10.Facta in teſtamento morte confirmatur conſ.70.nu.16.fol.253.

Dos in reſtitutione facit cauſam ſummariã conſ.21.nu.1. fol.116.A pari procedit cum alimentis num.7. Non habet reconuentionem cõtra nu.11. Non minus legitima eſſe poteſt conſ.24.num.4 fol. 112. Succedit loco alimentorum, quibus renunciare non poſſumus, & quare nu.7.Quando dicatur indiſcreta nu. 12.Debetur etiam in vita patris conſ. 26.nu.5.fol.131.Vt dicatur congrua quæ requirantur num.16.Minus legitima eſſe non debet nu. 27.Qualiter arbitretur nu.45. Quando habet intereſſe annexum conſ. 28.nu. 15.fol. 141. Eſt quid vniuerſale conſ.29.nu.8.fol.149.Denotat effectum Iuris conſ.33.nu.48.fol.179. Non debet minui conſ. 53.nu.27.fol.220. Habet actionem contra maritum conſ.55.nu.3.fol. 223.Filiæ tradita quando cõfertur conſ.56.nu.3.fol.224. Si diſſipetur cui imputandum conſ.59.nu.4.fol.229. Non eſt propriè in bonis mariti conſ.68.nu.2.fol.245. Nec computatur in bonis viri nu.3.Quãdo acquiratur filiæ quoad dominium, & poſſeſſionem nu.8.Aſſignari poteſt ea ſub lege, qua contrahentes dixerunt conſ.71.nu.13.fol.259 Reſtituitur ſecundum pacta contractus, non conſuetudinis loci nu. 15. Non dicitur ſine matrimonio conſ. 82.nu.19.fol.295. Quãdo poſſit augeri de bonis fideicommiſſi conſ.112. nu. 20.fol.424.Proprium eſt mulieris patrimonium num.35. Vt detur fœminis publicè intereſt conſ.112.nu.29.fol.426.

Dux quando alteri Duci præferatur conſ. 2.nu.26. fol. 16.Belli ſola mobilia inter milites diſtribuit conſil. 5. num.4.fol. 35.

E

ECcleſia iuſtitiæ eſt cultrix conſ.7.num.17.fol. 63. Semper eſt minor conſ.29.num.19 fol.148. Elapſo quadriennio nùm reſtitutionem habeat num. 20. Proprietaria debet Iura ſua fouere conſ.86. num. 60. fol. 314.

Electus ab electo à conſilio dicitur electus à conſilio conſ. 35.nu.8.fol. 170.Dicitur qui durat nu.9.

Emphiteuſis alienari prohibita non tranſit in fiſcum, & pro hæredibus quibuſcumque conceſſa conſ. 1.nu.39. & 41.fol.8.Pleno Iure ſpectat ad directum Dominum num.44.

Emphiteuta non alienat ſine conſenſu directi Domini cumq; debet per menſes duos expectare conſ. 1. nu. 2. fol.3.& nu.60.fol.10. Deficiẽs in parte canonis, cadit à tota re n.8.Et etiam à meliorationibus nu.12. Alienam partem, cadit à tota nu.24. fol. 6.Quid ſi alienet prò franca num. 25 Si vendat pro allodiali an præſumatur in fraudem nu.26.Qui contrauenit ciuiliter, & naturaliter deſinit poſſidere nu.67.fol 11.Et quare nu. 68..Ad ius extinctum nõ poteſt redire nu.69. Cadit à Iure etiam ſine pacto, vel interpellatione conſ.1.nu.5. 6 fol.4. Vendens quare debeatur laudemium nu. 77. fol.12.Quis dicatur conſ.6.n.13.fol.57.Habet remiſſionem quando non poteſt vti ad rem deſtinatam num. 15.& nu.21. Habet remiſſionẽ pro parte, ſi pro parte pereat nu.17.fol.57. Vt per deteriorationem priuetur quæ requiruntur conſ.22.num.9.fol.119.

Emptor lite non denunciata non agit de euictione conſil. 42.nu.14 fol.188.Debet oſtendere venditori libellum in forma publica conſ.62.nu.5.fol.235.

Epiſcopus Doctor præcedit Epiſcopum non doctorem conſ.2.nu.21.fol.16.Conſecratus præcedit primo promotum conſ.87.nu. 5.fol. 323. Ante conſecrationem nõ dicitur Epiſcopus nu. 68.fol.329.Nec poteſt Iura Epiſcopalia exercere nu.70.

Eripiens per vim animalia à loco, vbi paſcere poſſunt qualiter puniantur conſ.95.nu.2.fol.371.

Error præſumitur potius, quam dolus conſ.19. num.14. fol.112.Veritati non præiudicat conſ. 28.num.29.fol. 143. Quando toleretur in cauſa propria conſil.90.

num.

Digitized by Google

num.55.fol.353.
Ætas quæ minor de Iure Longobarbo conſ.53.nu.32.fol. 220. Completa requirit exceſſum conſil.97.num. 3. fol. 373.
Euentus triſtis non eſt attendendus conſ.9.nu.65.fol.83. Attenditur in delictis conſ.110.nu.23.fol.419.
Euictio ſequuta ſuper re tradita creditori dat actionem ad primeua Iura conſil.38.num.51.fol.180. Excludit agentem conſ.52.nu.10.fol.216. Non venit non facta denunciatione conſ.62.num.2.fol.235. Non debetur, niſi ſequuta ſit exequutio num.7.9.10.
Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, quæ requirantur conſ. 1. num.13.fol.5.& nu.55.fol. 9. Quando non obſtet nu. 16.18. Quando actum impugnat conſ.12.num.2.fol. 95. Pragmaticæ editæ Thori, quando locum habeat num.3. Rei traditæ impedit litis ingreſſum conſ.28. num.23. fol. 142. Euictionis excludit agentem num. 24. Periurij impedit litis ingreſſum nu. 26. Tranſactionis impedit ingreſſum conſ. 28. nu.18. fol. 142. Rei iudicatæ quando obſtet conſ.29.num.1.9.11.fol. 147. Solutionis impedit exequutionem conſ.30.num. 31.fol.154. Firmat regulam in non exceptuatis conſ. 45.nu.22.fol.194. Euictionis excludit agentem conſ. 52.nu.10.fol.216. Non numeratæ pecuniæ habet locum in ſolo mutuo conſ.61.nu.8.fol.233. Rei competit fideiuſſori conſ.67.nu.10.fol.244. Firmat regulam in non exceptuatis conſ.70.nu.31.fol.255. Quæ obſtat in interdicto recuperandæ, obſtat in retinendæ conſil. 87.nu.81.fol.330. Iuris defectus quid operetur conſ. 108 nu.17.fol.405.
Excluſus à toto dicitur à parte totius conſ. 3. nu.23.fol. 25. Qui eſt, facit deſcendentes ex eo excluſos conſil. 109.nu.65.fol.414. Item omnes qui excluſo coniunguntur conſ.115.nu.30.fol.459.
Excuſatur qui non fecit quod non potuit conſ.5. nu.151. fol. 52.
Excuſſio quando locum non habet conſ.67. n. 3 fol.243.
Exequenti plus debito poteſt reſiſti conſil. 95.num. 9. fol.372.
Exequi an poſſint iuſſa Principis parte non citata conſil. 84.nu.26.fol.302.
Exequutor teſtamenti an poſſit ſibi legata propria authoritate capere conſ.72.nu.1.fol.259.
Exhæredatio requirit cauſam in patre conſ.56.nu.5.fol. 224. Filiorum qualiter facienda ſit conſ.77.num.7. fol.275. Odioſa eſt conſ.101.nu.4.fol.382. Poſthumi quare irrationabilis nu.5. An exhæredatis debeatur legitima conſ.115.nu.58.fol.462.
Extentio non fit in correctorijs conſ.10. num.25.fol.88. Ceſſat in [illegible] nu.30.
Extimatio rei fit ſecundum redditus conſ.6.n.26.fol.58.

F

Facere quiſquis præſumitur in dubio, quod ſibi licet conſ.95.nu.4.fol.371.
Faciens per aliū videtur per ſeipſum facere conſ. 5. nu.72.fol.42.
Facta à maiori parte in tangentibus omnes, vt ſingulos, non valent vno contradicente conſil. 84.num.11. 14. fol.301.
Facti quæ ſunt probari debent conſ.15.nu.8.fol. 103.
Facti veritate inſpecta proceditur in Regno conſ. 104. nu.11.fol.393.
Factum præcedentis non præiudicat ſubſequenti conſil. 51.num.11. fol.214.
Falſa dicere ſolito non creditur conſ.107.nu.21.f. 402.
Falſitas eſt mutatio veritatis conſ.14.nu.20.fol.100.
Falſitas, & occupatio in actu nullo, & ſine damno an puniatur conſ.19.nu.12.fol.112.
Fama bona iuuat in officiali, & quæ requiratur de Iure Regni conſ.114.nu.75 fol.447.
Familiares mandare Domino inueriſimile eſt conſ.107. nu.13.fol.401.
Fauorabilia ſunt iudicanda, vt cæteris nulla fiat iniuſtitia conſ.53.nu.30.fol.220.
Fœminæ in Regno excludūtur à maſculis, & quid in uterina tantum conſ.8.nu.3.fol.69. Vt non ſuccedant multis legibus ordinatur ibid.nu.5. fol. eod. De dotibus qualiter, & quando teſtentur ibid.num. 18.fol.72. Excludi propter maſculos intelligitur præter legitimam conſ.26.nu.24.fol.132. Propter paragiū excluduntur à ſucceſſione parentum conſ.38.n.10.fol.176. Quando inſtituuntur non dicitur conſideratum fideicommiſſum fauore agnationis conſil.53.num.10.fol. 219. Duodecimo in anno poſſunt facere teſtamentum conſ.53.nu.31.fol.220. Et ſi non admittātur cum maſculo habet tamen legitimam loco portionis legitimæ conſ.69.nu.10.fol.249.
Fœminis hæreditas matris ſtrictius debetur quam patris conſ.8. nu.20.fol. 73.
Feriata die actus, & citatio coram Principe fieri poſſit conſ.88.nu.16.fol.334.
Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit conſ.90.nu. 19.fol.347.
Feuda, & ſubfeuda æqualiter diuidi prohibentur ibid. nu.14.fol.25. Non differunt teneantur à Rege, vel à Barone ibid. nu.15. Non habent caput, & quid ſi aliqua pars vocetur caput feudi ibid. num.18. Licet diuerſa habeant corpora, & territoria, tamen vniuerſitas eſt facti ibid nu.27.fol.25.
Feudalis res vt dicatur, quæ requirantur conſ.40.nu.6. fol.183. Alienari, permutari, vel minui Conſtitutione Regni prohibetur conſ.83.nu. 7. fol.297. Alia lege qua tenetur non datur ibid.nu. 13. fol. 298. Vti burgenſatica alienata amittitur ibid.nu.14.
Feudatarius reſpectu feudorum diuerſorū diuerſas perſonas repreſentat conſ.34.nu.11.& 15.fol.168.
Feudi, eiuſque partes alienari prohibentur, & quibus iuribus conſ.3.nu.1.fol. 23. In Regno ſecundum ſtatuta regni conceſſa cenſentur conſ.eod.nu.6.fol. 23. Diuiſa non transferuntur ibid.num.8.fol.24. Alienatio ſine aſſenſu nunquam præſcribitur ibid.nu.9. fol. eod. Francorum Iure viuitur in Regno, ideò feuda omnia ad primogenitum ſpectant ibid.nu.5.fol.eod. Francorum Iure ſunt feuda indiuidua ibid.nu.7.fol.eod.
Feudi vacaturi conceſſio prohibita, & quando conſil.5. num.139.fol.49. Priuatio non fit niſi coram paribus nu.145.fol.50. Propter ſeruitia non præſtita, non amittitur ipſo Iure nu.148. fol. 51. Contemplatione patris datum, cenſetur primo patri, deinde filio, vti hæredi conſ.9.nu.68.fol.84. Difficile conceduntur ad manus mortuas venire conſ.12.nu.15.fol.96. In vita alienata, ſeu refutata non remanent in hæreditate patris, & ideò de eis filiæ legitima non debetur conſ.23. nu.7.fol.121. Omnia in Regno ſunt hæreditaria ibid. num.10. Debent concedi vaſallis, quos Rex elexerit conſ. 33.nu.17.fol. 166. Inſcio Domino acquirens dicitur dominium contemnere ibid. nu. 20. Dupliciter diuidi poteſt conſ.34.num.1.2.3.6.fol. 167. Quando



Digitized by Google

alienatur ſpecialis aſſenſus requiritur ibid.nu.5. Tacitè, vt dicatur diuiſum de æquitate, non de rigore procedit conſ.34 nu.7.fol.168. Francorum Iure reguntur in Regno ibid.nu.8. Semel Regio cum aſſenſu diuiſum feudum eſt de per ſe,ſicut feudum diuiſum permiſſu legis ibid nu.9. Semel diuiſum amplius ſine Regis aſſenſu vniri non debet ibid.nu.10. Quaternatum non inconuenit in terra Baronis eſſe ibid. nu.16. Et bona tenens in terra Baronis non iurat Baroni, ſed Regi ibid.num 17. Quando ſeparatur videtur in eo omnis antiqua iuriſdictio tranſlata ibid.nu.78.

Feudi conceſſio intelligitur ſecundum ius loci, vbi ſitum eſt conſ.102.nu.31.fol.387.

Feudo nemo priuatur, niſi de culpa legitimè conuictus conſ.5.nu.128 fol.48. Nemo priuatur, niſi cauſa cognita per ſententiam ibid.nu.129.

Feudo dominanti loquenti an detur facultas ſua membra reintegrandi conſ.86.num.100.fol 317. Reuerſo ad Dominum dicitur annus fertilior ibid. nu. 101. Natura quæ ſit conſil.94.nu.9. fol. 370. De quo ſoluitur quarteria ſine aſſenſu alienatur ibid.num.14.fol. eod. Tranſit ad extraneos quando non præſtatur fidelitas, neque perſonale ſeruitium ibid.nu.17.

Feudum, ſeu fundus vectigalis non diuiditur nè ſolutio confundatur conſ.3.num.30.fol. 25. Eſt homo mutus ibid.nu.39 fol 26. Si vendatur cum iuribus Domini, Dominus non poteſt venditionem impugnare conſ. 4. nu.20 fol.30. Venditum cum pacto de retrouendendo ad inſtãtiam creditorum, cum aſſenſu in eius pretio creditores anteriores etiam ſine aſſenſu præferuntur ibid.nu.33.fol.30. Frecciæ dictum reijcitur conſ. 5.nu.17 fol 37.

Fide recta nihil in Principe ſplendidius conſ. 7. nu.16. fol.63.Seruare debet eam Princeps conſ 86.n.94.fol. 316. Per contractus inobſeruantiam ea fallitur conſ. eod.nu.117.fol.319.

Fideicommiſſa,& legata contraria teſtatoris voluntate ipſo Iure non valent conſ.58 nu.23.fol 228.Conditionalia impleta debentur conſ.59.nu 1.fol.229.Paterna non poteſt alienare filia ibid.num.7.fol. 230. Ex qua quid facti eſt, & onerosum non præſumitur conſ. 70. nu.56.fol.252.

Fideicõmiſſa,& legata nuda voluntate adimuntur ibid. num.27.fol.277. Quando ad hæredes tranſmittuntur ibid.nu.30.

Fideicommiſſaria bona ruinam minantia poſſunt alienari conſ.77.nu.1.fol.274.

Fideicommiſſarius non poteſt, dum hæreditas iacet recuperare bona fideicommiſſo ſubiecta, & ſi fecerit tenetur reſtituere conſ.28.nu.35 fol.144.

Fideicõmiſſarius abſque detractione fideicommiſſi bona capit propria auctoritate conſ.72.nu.3.fol.260. Pro ſua poſſeſſione tuenda poteſt curiam adire conſ.73 nu. 1.fol.261. Si moriatur tranſeunt actiones, & dominium ad ſecundum abſque traditione ibid. nu. 5. Eſt Dominus fructuum pendentium ibid.nu.6.8.

Fideicommiſſarius capit à primo fideicommittente conſ. 78.nu.8.fol.281. Ad onera grauati non tenetur ibid. num.9.

Fideicommiſſarius poteſt rem fideicommiſſo ſubiectam in dotem dare conſ.113.num.23.fol. 433. Et ei, quæ actio oriatur ex fideicõmiſſo conſ.115.nu.47.f.461.

Fideicommiſſo familiæ fauore erecto veniunt prius, meliorationes, maſculi ordine ſucceſſiuo conſil. 110. numer.15.fol. 380.

Fideicommiſſum coniecturis, & voluntate tacita inducitur conſ.48.nu.1.fol.203. Inducitur ſi dicatur rogo prædia cures,vt ad filios perueniant ibid. num.4.fol. 204. Inducitur ex actu, ex quo ſic neceſſario infertur ibid.nu.6. Inducitur quando dicit teſtator, quod bona perueniant ad nepotes ibid.num.7.fol.205. Per quæcumque verba concipitur ibid.num.9. Vt inducatur ſufficit teſtatoris verba non repugnare ibidem numer.11.fol.206. Vnum plura poteſt capita continere conſ.50.num.1.fol.210. Quando ſimplex ſit, & abſolutum ſit ibid.nu.3 fol.211. Quibuſcumque verbis concipitur ibid. nu.10.fol. 212. Quando ſimplex eſt, vel purum conſ.51.nu.2.fol.213. Inducitur per prohibitionem alienationis ibid. num. 3. fol. 214. Primo ordinanti ſucceditur ibid nu. 12.fol.eod.

Fideicommiſſum purum inducitur, quando teſtator voluit bona in familia conſeruari conſ.74.nu.2.fol. 263. Inducitur per verba prolata per modum cauſæ ibid. num. 3, fol. eod. Item per verba in perpetuum ibid. num.5. Simplici prohibitione de non alienando non inducitur,cum nudum præceptum teſtatoris nihil operetur conſ.76.nu.7.fol.269. Reciprocum vt inducatur neceſſe eſt reciprocam ſubſtitutionem ibid. nu. 13. fol.270.

Fideicommiſſum, & maioratus idem ſunt conſ.109.nu. 18.fol.409.

Fideiuſſor obligatur ex contractu ſtricti iuris conſil. 42. nu.1.fol.187. Non tenetur in plus quam ſonant verba ibid.num.2. Qui promiſit pro Officiali Reipublicæ non tenetur ad pœnam maleficij ibid. num 4. Teſtis non extenditur ad vſuras ibid.nu.5. Non tenetur ad quantitatem amiſſam per creditorem, decoctione debitoris ibid.nu.6. Rei certæ non tenetur ad incertam ibid.num.7. De præſentando,præſentatione liberatur ibid nu.12.fol.188. Per nouam cautelam, & nouarũ perſonarum interuentu liberatur ibib.nu.13.

Filiatio qualitas eſt naturalis,& non vincitur ab hæreditaria conſ.9.nu.4.fol.75.

Filia ſi propter pulchritudinẽ nubat pari,non debet legitima defraudari conſ.26.nu.30.fol.132. Si cum legitima condignum virum inuenit æqualis eſt ei danda portio à fructibus ibid. nu. 31. Maritata à patre cum minori dote quam eſt paragium etiam ſi renunciauit ſupplementum petere poteſt ibid. num. 32. Incongrue à patre dotata congruum dotis ſupplementũ petere poteſt, ibid.nu.36. fol. 133. Arbitrio tamen boni viri ibid.nu.43.44.fol.134. Ratione ænormiſſimè læſionis videtur à patre circumducta ibid.num. 46 fol.134. Conſequitur legitimam à iure, non à patre ibid.num.54.fol.135.In vita patris dotata an auctis facultatibus ſupplementum petat inſpecto tempore mortis ibid.nu.56.57.& 58.

Filia quando excluditur propter dotem eſt idem, ac ſi per ſtatutum conſ.38.nu.47.fol.179. Fœmina rebellis ſuccedit extraneis conſ.101.nu.9.fol.382.

Filiæ propter maſculum excluſe debetur paragium conſ. 8.nu.6.fol.70.

Filij appellatione in materia rebellionis,non venit fœmina conſ.101.nu 8.fol.382.

Filij in legato non incipiente à perſona patris veniunt, vti filij conſ.9.nu.20.fol.78.

Filij ſub regimine patris præſumuntur conſ.38.num.16. fol.177.

Filia

Digitized by Google

Filio quando patris occaſione donatum dicitur conſ.9. num.49.fol. 82. Sicuti in anteſat,vti hæredes ſuccedunt, ita in alijs donatis ibid.nu. 66.fol. 83. Paternũ contractum tenetur ſeruare, etiam ſi ſuam tangat legitimam conſ.23.nu.12.13.fol.121.

Filiorum appellatione qui veniant conſ.94.nu.2.fol.369 Maſculi rebellium ab omni hæreditate excluduntur conſ.101.nu.1.fol.381. Naſcituro exhæredato non intelligitur exhæres ſcripta poſthuma conſ. 101.nu.3. fol.382.

Filiorum, & hæredum mentio in contractibus qualiter intelligitur conſ.9.nu.5.fol.75.

Filiorum ſequens nominatio intelligitur ſecundum præcedentem ſtipulationem pro hæredibus conſ.9.nu.27. fol.79. Appellatio regulatur à præcedenti verbo hæredum ibid.nu.44. & 45.fol.81.

Filiorũ appellatione quandoq; veniunt nepotes conſ.48 num.10.fol.206. Inſtituti ex perſona alterius fratris præmortui,& inſtituti venire nõ poſſunt patre viuente conſ.49.nu.12.fol.209. Appellatione veniunt maſculi, & fœminæ conſ.51.nu.4.fol.214.

Filios in conditione poſitos non cenſeri vocatos, ſed ab inteſtato ſuccedere, qualiter intelligatur conſ.48. nu. 2.fol.203.

Filius adeundo ſimpliciter non cenſetur agnouiſſe onus ipſo iure à lege reiectum conſ 77.nu.18.fol.276. Inſtitutus in vſufructu ſubſtantiæ patris videtur in nihilo inſtitutus ibid.nu.19.Per patritiatus dignitatem efficitur ſui Iuris conſ.87.nu.27.fol.325.

Filius de bonis alteri legatis non exigit legitimam conſ. 52.num.11.fol.216. Oportet quod inſtituatur,vel exhæredetur, nec ſufficit, quod in teſtamento nominetur ſolummodo conſ.56.num.4.fol.224. Occiſoris, caret occiſi ſucceſſione,& quid ſi expreſsè ſit vocatus conſ. 109.nu.19.fol.409.

Filius familias, nec delinquendo alienat ibid. num. 57. Spurius ad ſucceſſionẽ ſui patris nõ admittitur ibid. nu.66. Excluſo, cenſetur excluſa mater, ſiue auia conſ.115.nu.17.fol.457. Fideicommiſſarius cenſetur omnia in agnatos alienaſſe cum moritur ab inteſtato ibid. nu. 52. Non tenetur inſtituere patrem in bonis maternis ibidem num.93. Quando patri præmoritur dicitur ordo naturæ perturbatus ibidem num. 100. Quæ teneatur patri relinquere de bonis maternis ibi. num.119.

Finis habens neceſſariam conſequentiam à primo,retrotrahitur ad primum conſ.87.nu.61.fol.328.

Finis, & euentus certum facit de primo conſ.38.nu. 39. fol.179.

Fiſci patronus quando poſſit recuſari conſ.32.nu.12. 13. 14.fol.163.

Fiſcus, & Officiales alterius bona non niſi per ſententiã capere poſſunt conſ.75.nu.8. fol. 265. Si ante tempus agat actio eius perimitur, ſicut in priuato ibid. nu. 9. 10. Et quare nu.11.12. Hæres teneturad onera ibid. nu.15.17.18.fol.266. Priuato ſuccedens vtitur Iure priuati ibid.nu.19.Vt auferat,quæ requirantur conſ. 109.nu.60.62.fol.413.

Flagitium proficiens capite punitur, non proficiens deportatur conſ.110.nu.24.fol.419.

Flumina de facili ad mare redeunt vnde exeunt conſil. 86.nu.99.fol.317.

Forenſes includuntur in ſtatutis, quoad bona loci ſtatuentium conſ.71.nu.5.fol.258. Ratione rei ſitæ ſubduntur illi curiæ,& coguntur reſpondere ibid.nu.7.

Forma quando deficit in actu, agens dicitur delirare conſ.5.num.33.fol. 38. Formæ renunciari non poteſt conſ.90.nu.9.fol.346.

Fortiato fugienti à triremibus duplicatur pœna conſil. 103. numer. 15. fol. 390.

Foſſatum in agro alieno factũ refici debet Domino conſ. 86.nu.132.fol.320.

Frater conſanguineam ſororem excludit ſoluto tamen paragio,& quid in uterino conſ.8.nu.1.fol.69. Vterinam dotare tenetur ibid.nu.16.fol.72. Quando ſorores dotare teneatur conſ. 26. num.61.fol 136. Tenetur dotem dare ſorori etiam caſte viuenti,& non nubenti conſ.69.nu.9.fol.248. Vt ſororem excludat debet illam dotare de bonis paternis, & maternis abſq; onere ibid.nu.11.12.13.14.

Fraus probatur per inditia conſ.98.nu.4.fol.374. Quid ſit ibid.nu.6.7.

Fræcciæ dictum reijcitur conſ.5.nu.17 fol.37.

Fructus pro præterito emphyteuticæ rei deuolutæ debentur conſ.1.nu.56.fol. 10.

Fructus,& damna recuperantur conceſſo remedio capitulorum Regni conſ.31.num.29.fol.158. Diuerſi eadem in territorio poſſunt eſſe diuerſorum.conſ.45.nu. 18.fol.194. Sunt pars ſoli conſ.68.nu.19.fol.240. Dotis oneribus matrimonij deſeruire Reipublicæ intereſt conſ.59.nu.22.& 25. Pendentes poſt mortem grauati ad fideicommiſſarium ſpectant conſil.72.num.5.fol. 260. Et ſunt pars ſoli conſ.73.nu.12.fol.262.

Fructus,& legata augent hæreditatẽ conſ.75.nu 5.f.265. Et iudicio teſtatoris fructus percepti quando compenſantur conſ.77.nu.16.fol.276.& nu. 21. Et ſententia poſt quatuor menſes debentur conſ.78.nu.20.fol. 282. Rei iudicatæ exequuntur non per ſententiam hominis ſed legis ibid.nu. 21. Quando non ſunt correſpectiui ad ſolutionem obligatus non tenetur conſ.90.nu. 4.fol.346.

Fugitiuus debet capi, cuſtodiri, & ad curiam reduci conſ.110.nu.6.fol. 417.

Furata apud quemcumq; inueniantur proprijs Dominis redduntur conſ.59.nu.12.fol.230.

Furtiua res debetur, & pœna pro furto conſ.1.num.58. fol. 10.

Furtum, & damnum diuerſa ſunt conſil. 10. num. 31. fol. 89.

Furtum eſt de alieno largiri conſ.77.nu.12.fol.275. Rei furtiuæ non transfertur dominium conſ. 90. num.19. fol.375.

Futura non veniunt in conceſſione preſentium conſ. 5. nu.136.fol. 49. Solus is concedit, qui ſuperiorem non recognoſcit ibid.nu.139.fol.49.

Futuro, & incerto ab euentu quæ pendent non ſunt in conſideratione ibid.nu.43.fol.40.


## G


Gabellæ exactionis, & immunitatis non eſt eadem ratio conſ.10.num.32.fol. fol. 89. Conditio omnes tangit conſ.63.nu.10.fol.238.

Geminatio habet vim clauſulæ, non obſtante lege, & clauſulæ, ex certa ſcientia conſ.2.nu.59.fol.20.

Gener ſi reſtituit dotem ſocero ignorante filia, non liberatur conſ.68.nu.29.fol.246.

Generaliter dictum generaliter eſt intelligendum conſ. 4 nu.13.fol.29.& conſ.46.nu.9.fol.196. Et indiſtinctè probata trahuntur ad futura conſ.79.nu.3.f.284.


Gene-

Digitized by Google

*Genetiuus adiunctus dictioni, ex, ſignificat originē conſ. 115.nu.115.fol.468.*

*Gloſæ authoritas cæteris præferenda conſ.1.nu.65.fol.11. In l.ſi tibi 10.§.ſi partus ff.de pactis, declaratur conſ. 9.nu.2.fol.75. In cap.eam te, de reſcript. ſoluitur conſ. 87.nu.18.fol.324.*

*Gradus prærogatiua an faciat ſubingreſſionem ceſſare conſ.109.nu.51.fol.413. Fauorem agnationis multiplicari non debet conſ.53.nu.8.fol.218.*

*Gratia facta à Rege ſtatim verbo prolata afficit omnes etiā ignorantes conſ.2.nu.2.fol.15. A die datæ profecta conditionem non recipit num.43.fol.18. Verbo Principis perficitur nu.46. Per verbum fiat ſignata, dicitur ſtatim perfecta conſ.87.nu.40.fol.326. Principis, pleniſſimè interpretanda conſ.102.num.38.fol. 388. Statim voce prolata ſuum conſequitur effectum conſ.106.nu.12.13.fol.397.*

*Grauatus in vno releuandus eſt in alio conſ.94.num.15. fol.370.*

*Gubernatores Prouinciarum nihil accipere poſſunt à Prouincialibus conſ.114.nu.98.fol.450.*

H

*Habere nemo poteſt dicere, quod à ſolo Principe poteſt, conſ.5.nu.42.fol.40.*

*Habitatores propter malignos ſpiritus poſſunt conductionem deſerere, ſoluta ſola mercede temporis quo habitarunt conſ.57.nu.1.fol.225.*

*Hæreditas filij humanius ad matrem, quam ad patrem alterius matrimonij ſpectat conſ.25.num.22.fol.128. Subſtinet perſonam defuncti conſ.28.num.31.fol.143. Iacens ceptam vſucapionē complet, & fructus acquirit nu.32. Libertorum ad patronum defertur conſil. 10.nu.27.fol.58. Infra quantum tempus eſt adeunda conſ.29.num.15.fol.147. Pacto dari non poteſt, conſ.58.num.4.fol.226. Eſt nomen vniuerſale continens actiones actiuas, & paſſiuas conſ.70. nu.34.35. 36.fol.256. Dicitur etiam ſi nulla ſuperſint corpora nu.37. Iacens ſubſtinet vices defuncti conſ.75.nu.3. fol.265. Quod acquirit hæredi adijcitur nu.6. Propter adiunctum non adimitur conſ.77.nu.9.fol.275. Non adita per vnum, alteri conſocio accreſcit, & ad hæredes transmittitur nu.31.fol.278. Auita non adita, an tranſmittatur nu.32.*

*Hæredum appellatione maſculorum ex corpore legitimè, non veniunt deſcendentes, niſi ſint hæredes conſil. 9. nu.33.fol.79. Requirit quod vocatus ſit hæres nu.18. fol.77. In feudo non veniunt filij, niſi ſint hæredes nu. 32.fol.79. In teſtamento veniunt deſcendentes conſ. 76.nu.1.fol.268. Quando prædilecti cenſeantur nu.3. Comprehendit etiam extraneos nu.17.*

*Hæres vendens rem hæreditariam pro ſumma ſoluta creditoribus non moleſtatur conſ.11.nu.19.fol.94. Semel amplius deſinere nō poteſt conſ.23.nu.2.fol.120. Sine inuentario tenetur vltra vires nu.8. Simplex in feudo non poteſt alienationem paternam reuocare nu.11. Per inuentarium non tenetur vltra vires conſ. 29.nu.5.fol.146. Hæredis, venit appellatione hæredis conſ.49.nu.11.fol.209. & conſ.76.nu.18.fol.270. Sine inuentario confundit actiones conſ.52.nu.5.fol. 216. Contra factum patris non venit, etiam in diſpoſitis de re ad filium pertinente nu.6. Adeundo comprobat facta defuncti num.7. Quando duas detrahit quartas nu.9. Quando dicatur adire num.4.fol.215.*

*Scriptus capit ſolus, tametſi teſtator alios nominare velle dicat conſ.53.num.18.fol.219. Grauati qualiter conſtituatur in mora conſ.73.num.2.fol.261. Quando teneatur de damnis fideicommiſſario nu.4.*

*Hypotheca dat ius reale conſ.93.nu.11.fol.367.*

*Hypothecaria, & ſeruiana idem ſunt, conſ.93.num.13. fol.367.*

*Homicida per inſidias poteſt ab Eccleſia extrahi conſil. 102.num.22.fol.386. Quando etiam ſi ſit ſubſtitutus excludatur conſ.109.nu.26.fol.410.*

*Hominis prouiſio facit ceſſare prouiſionem legis conſil. 109.nu.54.fol.413.*

*Honeſtas, & boni mores non minuunt pœnam conſ.108. nu.2.fol.403.*

I

*Ignorantia in facto proprio non præſumitur conſ.29. nu.22.fol.148.*

*Imolæ, & Decij contrarietas reijcitur conſ. 5. num. 62.fol.42.*

*Impeditus loci diſtantia reſtituitur de iuſtitia conſil. 87. nu.43.fol.326.*

*Imperator, Fiſcus, & Reſpubl. habent nedùm propria, & priuata patrimonia, ſed etiam alia ſpectantia ad culmen Imperij conſ.18.nu.15.fol.109. Quem rebellem aſſerens, quando probet conſ.5.num.108.fol.46. Qualiter ſit mundi Dominus conſ.46.nu.10.fol.196. Conſtantinus donauit Romam Papæ Syluestro, cum conſenſu populi conſ.86.nu.3.fol.308.*

*Importunitas ex actuum contrarietate arguitur conſil.5. nu.83.fol.43.*

*Impoſſibile dicitur quod minus valde deſideratur conſ. 3.nu.40.fol.39.*

*Impoſſibilis conditio vitiatur ex defectu voluntatis ibid.nu.41.*

*Immunitas ſpecialiter conceſſa per generalem onerum impoſitionem non tollitur conſ.7.nu.21.fol.63.*

*Incapax omnem ſpem ſuccedendi amittit conſ.109.n.32. & 64.fol.408.*

*Incertitudo vitiat contractum conſ.47.nu.1.fol.200.*

*Incidentia, & emergentia naturam principalis ſequuntur conſ.89.nu.3.fol.341.*

*Incluſio vnius, excluſio alterius conſ. 101.num.19.fol. 382. & conſ.115.nu.62.& conſ.16.nu.16.*

*Indignus ſuccedit, ſed Fiſcus in illius perſonam aufert conſ.109.nu.1.fol.408. Sed donec Fiſcus capiat, remanet pœnes hæredem ibid.nu.2.& 33. Vno exiſtente, capax accipit ibid.nu.23. & nu.29. Quis dicitur ibid.nu.28. Et qui incapax ibid.nu.20.*

*Inditia ſpectantur ad voluntatem percipiendam conſ.1. nu.32.fol.7.*

*Inducta in fauorem non retorquentur in odium conſ.92 num.24.*

*Inimicitia inducit iuſtam cauſam recuſandi etiam Iudicem ordinarium conſ.32.nu.10.fol.162. Debet eſſe magni momenti, vt faciat inditium conſ.105.nu.12.& 13.fol.395. Vt incidat in mandati ſuſpitionem n.16.*

*Inimicus etiam à tergo inimicum offendens, non dicitur proditor conſ.102.num.19.fol.386. Præcauere debet nè incidat in inſidias inimici ibid.nu.20.*

*Iniquitas nemini fit, cum quis ad ſuum ſtatum antiquum reducitur conſ.2.nu.52.fol.20.*

*Iniquum eſt ex vnius facto alium grauare conſ.1.nu.51. fol. 9.*

Iniuria

Digitized by Google

# INDEX.


Iniuria facta viro præſumitur facta vxori conſ. 19. num. 10. fol. 112.

Iniuriandi animus non præſumitur in dubio conſil. 19. num. 5. fol. 111.

Iniuriæ occaſio naſci non debet, vnde Iura naſcuntur conſ. 5. nu. 76. fol. 42.

Innocens ſuccedere poteſt conſ. 109. nu. 5. fol. 408. & nu. 50. fol. 413

Inquiſitio ex cauſa erronea redditur nulla conſ. 19. nu. 17. fol. 112.

Inſtantia ſi perit, non pereunt effectus, iàm conſumati, inter quos eſt vitium litigioſi conſ. 4. num. 10. fol. 29. In cauſis dotalibus non perit ibid. nu. 11. Licet pereat, effectus transmiſſionis ad heredes non perit ibidem. nu. 16. Cauſæ criminalis biennio perimit etiam lite non conteſtata conſ. 19. nu. 1. fol. 111.

Inſtitutio, & ſubſtitutio non comprehendit diuiſa per patrem in vita conſ. 70. nu. 17. fol. 254. Ad proxima præcedentia refertur conſ. 74. nu. 7. fol. 263. Benignè accipienda conſ. 77. nu. 8. fol. 274. In proprietate, & vſufructu facta, ſi poſteà dicatur, quod ſit vſufructuarius proprietatem non minuit conſil. 77. num. 23. fol. 276.

Inſtrumentum eſt probatio probata conſ. 65. nu. 1. f. 139. Facit notorium, ſicut ſententia ibid. nu. 2. Falſum in vno corruit in totum conſ. 100. nu. 3. fol. 393.

Inſultus poſt rixam, præſumitur ad vindictam conſ. 109. nu. 30. fol. 411. & conſ. 73. nu. 9. & 15. fol. 261.

Intellectus ad l. Diuo Marco C. de quæſtion. conſ. 109. num. 68. fol. 404.

Intellectus l. 2. C. vt dignit. ord. ſeruet. conſ. 87. num. 65. fol. 329.

Intereſſe dotium maternarum debetur filijs à die mortis patris, non matris conſ. 15. nu. 11. fol. 104. Pro fructibus rei legatæ debetur conſ. 54. nu. 1. fol. 222. Non debetur, niſi ex mora conſ. 90. nu. 4. fol. 352. Non probato, non debetur ibid. nu. 49. Non debetur, niſi ex mora conſ. 108. num. 29. fol. 406. Non habens in cauſa, non auditur conſ. 113. nu. 2. fol. 430.

Interpellatio non eſt neceſſaria, vbi conſtituta eſt dies conſ. 108. nu. 26. fol. 406.

Interpretatio fit à re, non à perſona conſil. 94. num. 7. fol. 369. Et prout teſtator interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet conſ. 79. nu. 21. fol. 186. Sumitur ſemper in eo, quod principalis interrogatus veriſimiliter replicaſſet conſ. 6. nu. 7. fol. 56.

Introytus Vniuerſitatis ſpectat ad ſingulos, vt ſingulos conſ. 63. nu. 4. fol. 237.

Inueriſimile falſitatis imago eſt conſ. 107. nu. 8. fol. 401.

Inuitus nemo cogitur vti prouidentia ſua conſ. 78. num. 14. fol. 281.

Iſerniæ opinio circa filij ſucceſſionem à patre in bonis maternis conſ. 115. nu. 9. fol. 465.

Iudex ſperet in Dño conſ. 114. n. 110. f. 452. Iuri alterius præiudicare non poteſt conſ. 1. nu. 50. fol. 9. Diuerſa poteſt pro parte confirmare, & prò parte reprobare conſ. 16. nu. 11. fol. 105. Æquitatem ante oculos habere debet conſ. 22. nu. 11. fol. 120. Recuſatus relationi, & votis interuenire non poteſt conſ. 28. nu. 1. fol. 139. Non debet dari ad partis inſtantiam: immò taliter datus remouetur ibid. nu. 3. Vna partium reluctante interuenire non poteſt ibid. nu. 4. Nec ſi omnes conſentiant ſine decreto ibid. nu. 5. Si recuſatus ſit nulliter ibid. nu. 11. fol. 140. Recuſatus operatur iuriſdictionis eradicationẽ conſ. 28. nu. 20. fol. 140. Incompetens reſpectu non ſubditi, tanquam priuatus reputatur, etiam quoad ſententiam conſil. 31. num. 13. fol. 156. In cauſa compatris non iudicat conſil. 33. nu. 7. fol. 162. Peccat ſi in poſſeſſorio aſſignat rem, quam certo ſcit reſtitui debere conſ. 87. nu. 83. fol. 330. Dat tutorem non ſubdito prò bonis in ſua iuriſdictione ſitis conſ. 71. num. 6. fol. 258. Qui vltra petita iudicat falſus eſt conſ. 78. num. 2. fol. 280. Ex defectu poteſtatis non iudicat ibid. num. 4. Non poteſt defenſiones legitimas denegare, etiam ſi liberum haberet arbitrium procedendi conſil. 85. num. 3. fol. 303. Præcedit promotum eodem die non Iudicem conſil. 87. nu. 6. fol. 323. Iudicando fungitur officio ſuo conſ. 89. nu. 1. fol. 341. Si ab vno fuerit electus coram eodẽ procedit reconuentio conſ. 92. num. 17. fol. 362. Qui fuit facilis in iudicando debet eſſe facilis in extramittendo conſ. 100. nu. 7. fol. 379. Ex officio procedere poteſt in ſpolio etiam, vt fructus reſtituantur ibid. nu. 11. Vt votum ſuum accomodet defenſiones omnes voti ſimiles attendere debet conſ. 101. num. 6. fol. 400. Sine actione agentem, vel inefficacem habentem repellit conſ. 108. num. 19. fol. 401. In delictis occultis debet eſſe facilis ad liberandum conſ. 114. num. 78. fol. 447. Et quando poſſit iura tranſgredi ibid. num. 79. Voluntati ſuæ obtemperare non debet ibid. num. 84. Etiam de ordine Imperatoris contra leges iudicare non debet ibid. nu. 85. Iudicare debet ſecundum allegata, & probata ibid. nu. 86. Iudicare debet alios, prout ipſe deſiderat iudicari conſ. 46. nu. 20. fol. 197. Contra legem iudicare, nec Regi debet obedire conſ. 84. num. 27. fol. 302. In authoritate, & decreto de contingentibus non inquirens, nihil facit conſ. 11. nu. 7. fol. 93. Se extendit ad ea, quæ de actionis natura non veniunt ibid. num. 5. Non procedit, niſi in condemnando, iuxta petita ibid. nu. 9.

Iudicatum non cenſetur, quod deductum non eſt conſil. 77. nu. 34. fol. 278.

Iudicium octo modis peruertitur conſil. 114. num. 112. fol. 452.

Iura generaliter loquentia generaliter ſunt intelligenda conſ. 2. nu. 14. fol. 11. Non deducta, an veniãt actitudine actionis intentatæ conſ. 93. nu. 5. fol. 366. Quæſita ſine facto eius, cui ſunt quæſita non auferunt conſ. 51. nu. 13. fol. 214. Quæſita patri, vel matri in fideicommiſſo tranſmittuntur ad filios conſ. 59. num. 6. fol. 230. Semel quæſita aduerſario per comparitionem Clerici non admittuntur conſ. 96. nu. 4. fol. 373. Plura quiſque habere non prohibetur conſ. 85. nu. 3. fol. 303. Quæſita etiam ſpe non tolluntur conſ. 7. nu. 21. fol. 63. Tertij in aſſenſu ſemper cenſentur expreſſa, & eo magis per clauſulam ſaluis Iuribus Curiæ, & alterius conſ. 4. nu. 5. fol. 28. Oriuntur ex facto conſ. 9. nu. 12. fol. 76.

Iuramentum eſt indiuiduum, non obſtante, quod quantitates ſunt diuiduæ conſ. 17. nu. 8. fol. 106. Non obſtat dare enormi læſioni conſ. 74. nu. 13. fol. 124. Seruandum eſt in venditione fundi dotalis per mulierem factã conſ. 28. nu. 17. fol. 141. In litem datur aduerſus eum, qui integra computa non præſentauit conſil. 30. nu. 17. fol. 152. Non obligat, vbi conſenſus deeſt conſ. 38. nu. 18. fol. 177. Nec vbi adeſt læſio enormiſſima, vel dolus ibid. nu. 20. Præſumitur eodem errore factum, quo contractus ibid. nu. 22. In contractu vſurario non obſtat conſ. 90. num. 51. fol. 353. Tres debet habere comites conſ. 88. nu. 52. fol. 339.


Iuriſdictio

Digitized by Google

Iuriſdictio particularis Terræ effectæ de demanio eſt ipſius terræ, licet exercitium ſit penes Officiales per Proreges eligendos conſ.86.nu.129.fol.320. Solo verbo confertur conſ.87.nu.24. fol.324. Sola Regis voluntate transfertur conſ.106.nu.10.fol.397. Pro delictis, & Iuris fidæ, & diffidæ eſt diuerſa conſ.45.nu.17.fol.194.

Ius quod quis habet in alium transferre non poteſt conſ.5.nu.52.fol.41. Imponendi datia præſcribitur immemorabili tempore conſ.20.nu.4.fol.114. Sibi dicere nemo poteſt conſ.28.nu.30 fol.143. Dicendi de nullitate triginta annis præſcribitur conſ.30.nu.10.fol.131. Ex facto oritur conſ.45.nu.1.fol.192. Ex modica facti mutatione mutatur ibid. num. 2. Paſcendi qui habet prohibere poteſt quos vult, & pœnam à cōtrauenientibus exigere ibid.nu.15. Habens paſcendi pro ſe, & cui conceſſerit habet fidam conſ.45.num.13.fol.193. Fidæ dicitur affidatura ibid.num.14. Congrui vt locum habeat, quæ requirantur conſ.40.num.1.fol 182. Habet locum etiā in locatione emphiteutica ibid. nu.12. Habet locum in re ſubhaſta vendita ibid.nu.12. Congrui vnam requirit denunciationem conſ.46.nu.231.fol.198. Congrui à Iure diuino approbatum conſ.46.nu.1 fol.196. Cognitum in ueteri teſtamento ibid. num.2. Procedit de Iure Canonico, Ciuili, & feudali ibid.nu.3. Item de Iure Regni, & totius mundi ibid. num.4. Ligat etiam ſeruos Eccleſię ibid. nu.11. fol.197. Habet locum in ſtabilibus ibid.nu.14. Vbi locum non habet ibid. nu.117. Quare locum habet contra Clericos ibid. nu.18. Non habet locum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ibid. nu.22. Prò Clerico, & contra Clericum datur ibid.nu.23. Habet locum in ceſſione Iurium ibid.nu.26. Qui non petijt infra tempora legitima, ſibi imputet ibid. num.28. Accreſcendi, vel decreſcendi, inter quos locum habet conſ.49 nu.2.fol 208. Longobardorum in iudicando, non attenditur in Regno, ſed Romanorum conſ.53. num.33.fol. 221. Non eſt ſeruandum, niſi in aliquibus partibus, & quoad mundualdum ibid.nu.35. Domini, & vaſalli à pari procedit conſ.86.nu.29 fol.312. Petendi demanium etiam vni ciuium competit ibid.nu.76. Canonicum loquens de ſtupro habet locum in locis Eccleſiæ conſ.108.nu.14.fol.405. Naturale repugnat, vt quis ex alterius facto lædatur conſ.1.num.53.fol.9. Naturale potentius eſt Iure ciuili conſ.68.nu.14.fol.246. Naturale mutari non poteſt conſ.85.nu.14.fol.304. Nec derogari etiam in parte ibid. nu.15. Naturale non ordinauit legitimam deberi aſcendentibus conſ.115.nu.104.fol.467.

Iuſſio ſecunda importat clauſulam motus proprij conſ. 9. nu.55. & nu.60.fol.83.

Iuſtinianus ſolus correxit aliquas leges conſ. 18. nu. 20. fol.109.

Iuſtitia nulla maior, quam quæ ex pacto oritur conſ. 7. nu.19.fol 63. & conſ.86.nu.114.fol.318.

Iuſtus nunquam derelinquitur conſ.114.nu.112.f.452.

## L

Legata ad pias cauſas in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt conſ. 70. nu.43.fol.257. Ab Epiſcopo diſtribuuntur conſ.79.nu.24.fol.287. Ante omnia ſunt deducēda, tanquam æs alienū conſ.70.nu.48.fol.257. Diminuuntur quando patrimonium non ſufficit ibid.nu.47. Domo ad habitandum, vel fundo ad vſumfructū plena proprietas legata videtur conſ.77.nu.24.fol.276. Fiſco relicta tranſeunt cum oneribus conſ.75.nu.2.fol 265. Quando dicantur pia conſ.79.nu.24 fol.287. Si transferuntur intelliguntur cum oneribus primis conſ 91.nu.6.fol.356. Pecuniæ ſi de ea quid ematur an cenſeantur extincta conſ.58.n.16.f.228. Pro eis datur actio in rem conſ.93.n.10.f.367.

Legatarius poteſt liti per hæredem motæ aſſiſtere, nè colludatur conſ.113 nu.6.fol.430.

Legem pati quis debet, qua contra alios vtitur conſ.46.nu.19.fol.297. Nemo ſibi imponit, à qua recedere non poſſit conſ.103.nu.28.fol.391.

Leges adiuuant teſtatoris voluntatem conſ.70. num.10. fol.367. Et ęquitas ſuadent ęqualitatem inter fratres conſ.99.nu.17 fol.377. Attendendæ ſunt magis, quā Doctorum opiniones conſ.114.nu.6. fol.420. Loci vbi cauſa agitatur, quando omnino ſeruandę conſil. 96. nu.16.fol.374. Regni quando ligant Clericos ibid.nu.9. Nouæ diſpoſitio caſus ſpeciales non includit conſ.7.num.39.fol.64. Prohibitiuæ renunciari non poteſt conſ.28.nu.7.fol.140. Prouiſio contra ius commune non extenditur ad ſpecialiter expreſſa conſ.101.num.13.fol.381.

Lex ad beneplacitum emanata per mortem ſtatuentis extinguitur conſ.114.nu.177.fol.447. Aſſiduis declaratur conſ. 111. nu.2. fol. 240. Bene à Zenone C.de quatr. præſcript. Prohibet poſt quatriennium ius reddi conſ.10. nu.36.fol.89. Congruit de locat.præd. an in fiſco ſolo procedat conſ. 18. numer. 3.fol. 108. Non extenditur ad Colonos priuati ſecundum veriorem ſententiam ibidem numer. 18.fol. 109. Dicta lex congruit, & lex ne cui à quibus promulgatæ ibid. num.21. 22. Qualiter limitentur ibid. num.25. Defuncta ff. de vſufruct. Loquitur in mortuo poſt fructus collectos conſil. 73. num.13.fol.262. Domini in cordibus hominum ſcripta eſt contra quam nulla valet iniquitas conſ.85.num.16.fol.304. Ex æquitate procedens an videatur rigoroſam corrigere conſ. 18. num.19.fol.109. De aliquo actu loquens intelligitur de valido conſ.30. num.11.fol.151. Fingit quandoque plus dictum quam ſcriptum conſ.14.nu.9.fol.110. Generalis non intelligitur loqui in caſibus ſpecialibus conſ 7. num.40. fol.64. Generalis occidendi adulterum non comprehendit patronum ibid.nu.41. Generaliter loquens generaliter intelligenda conſ.30.num.15.fol. 151. Hac ædictali C. de ſecund. nupt. Declaratur conſ.8.nu.21.fol.73. In annalibus quando, & quomodo procedat conſ.49 nu.17. fol. 210. Nec emere de Iur. deliber. limit.conſ.45.num.10.fol.195. Ne cui habet locum in conductore Eccleſiæ conſil.18.nu.10.fol.108. Noua ſi tollat veterem, non tamen tollit pactum vetus conſ.7.n.20.fol.63. Noua intelligitur per interpretationē, & declarationem quam recipit ab antiqua conſ.38.nu 31.fol.178. Pacta nouiſſima declaratur conſ.91.nu.25.fol.357. Perfecta de condit. quæ ſub mod. habet locum etiam in Principe, ſiue Rege conſ.2.nu.44.fol.19. Prima §.fin. de quæſt. declaratur conſ.109.num.45.fol.412. Procula de probat. declaratur conſ.65.nu.7.fol.240. Prohibitiua impedit ingreſſum conſ.10.num.50.fol.91. Pupillus ff. quæ in fraud. cred. quando locum habeat conſil. 64. n.1.3.4.fol.238. Quiſquis §. filij vero C. ad l. Iuliam Maieſt. declaratur conſ.101.nu.12.fol.382. Qui ſoluendo l. quoties, & l. cum ita legatum, & l. generaliter declarantur conſ.76.nu.30.fol.271. Regia non



Digitized by Google

ligat Clericos conſ.310.nu.26.fol.158. Sed, & milites §.quæſitum la 2.ff.de excuſat.tut. declaratur conſ. 90.nu.17.f.347. Scire debemus qualiter intelligatur conſ.47.nu.12.fol.107. Si ex pretio C.ſi cert. pet. declaratur conſ.90.nu.17.fol.347. Si vnquam fundatur in præſumpta mente donantis, & quando non obſtat conſ.66.nu.8.fol.241. Vbi non diſtinguit, & nos diſtinguere non debemus conſ.115.nu.79.fol.464.

Legitima eſt quota bonorum conſ.23.nu.4.fol.120. Detrahitur de ſubſtãtia, & corporibus hæreditarijs ibid. num.5. Quota pars ſit bonorum, & an debeatur conſ. 77.num.13.14.17.fol.276. Eſt limitata certa, & ſine perſonarum diſcretione conſ.26.num.2.fol.130. Debetur filijs, ſed poſt mortem patris ibid. nu.4. In bonis patris qñ non debeatur ibid. nu. 7. Prohibita non dicitur, niſi expreſsè ibid. num.25. Diminuta portio appellatur ibid. num. 26. Loco alimentorum eſt ibid. num.34. Debetur cum fructibus, etiam bona fide conſumptis ibid. num. 52. Eſt æs alienum ibid. num.53. Non poteſt habere onus conſ.52.num.8.fol.216. Debetur ſine onere conſ.100.num.17.fol.380. An per ſtatutum auferri poſſit conſ.115.nu.97.98.fol.466. Renunciari non poteſt ibid.num.19.

Leſio reſultat ex renunciatione magnæ ſummæ conſ. 24. nu.11.fol.124. Demonſtratur ex qualitate redditũum conſ 6.num. 25.fol.58. Ex enormiſſima dolus præſumitur conſ.99.num.2.fol.376. Enormiſſima eſt vltra dimidiam conſ.112.num.36.fol.420. Cauthela nulla dari poteſt ibid.num.37. Quando præſumatur in renunciatione mulierum ibid. num. 45. Enormiter leſo ſuccurritur conſ. 6.num. 18.fol.254.

Liberalis nemo eſt in neceſſitate conſ.58. nu.18.fol.228.

Liberans pauperem à potente, dominabitur conſil. 114. num.111.fol.451.

Liberatio Principis correptioni, & freno non ſubeſt conſ.102.nu.39.fol.388.

Liberatus ſemel à patria poteſtate an amplius ad eam redeat conſ.42.nu.10.fol.187.

Liberi hominis non valet contractatio conſ.86.num.18. fol.310.

Liberi cenſentur qui ſub nullius poteſtate ſunt ibidem num. 49.

Liberos non extare, & extare, & decedere ſine liberis idem eſt conſ.25.nu.13.fol.127.

Libertas eſt lumen vitæ noſtræ, ideò pro ea iudicandum, & quare conſ.86.nu.82.f.315. Extimationem non recipit conſ.7.nu.69.fol.68. Dominorum ut liberè locent à Iure fauetur conſ.18.num.5.fol.108. Teſtandi tolli non poteſt conſ.58.nu.5.6.fol.226.& ſeq.

Libertatem nemo bonus debet amittere conſ.86. nu. 71. fol.314.

Libertatis patriæ ob cauſam, licet patrem, matrem, & filios occidere conſ.84.num.5.fol.300. Species eſt ſub Rege viuere ibid.nu.6.

Licentia generalis non ſufficit, vbi ſpecialis eſt neceſſaria conſ.33.num.19.fol.166. Cum inimicis morandi vaſallum excuſat conſ.5.nu.154.fol.52.

Ligata eo ſoluuntur modo quo fuerunt ligata conſil. 86. nu.82.fol.315.

Lingua cedat cordi conſ.70.nu.25.fol.254.& conſil.91. nu.23.fol.357.

Liquidatio inſtrumenti eſt cauſa criminalis propter pœnam conſ.96.nu.19.fol.374.

Lite non narrata aſſenſus corruit, non nocent tertio, & eſt ſubreptitius conſ.4. num. 3.fol.28.

Litem qui ſciuit, litis exequutionem non impedit conſil. 28. nu.39.fol.144.

Lites ſine ſuſpitione eſſe debent conſ.32.nu.8.fol.162.

Litigioſa efficitur res quando de proprietate agitur conſ. 4.num.2.fol.28.

Litis generalis mentio non ſufficit, ſed verus ſtatus cauſæ exprimi debet, vt aſſenſus valeat conſ.4. nu. 9. fol. 29. Conteſtatio fit in cauſa appellationis conſ. 92. nu. 14. fol. 361. Pendentia etiam ſi non doloſè exprimatur impedit vires aſſenſus conſ.4. nu.8. fol.29.

Litera Regis in cauſa poſſeſſorij pro Clerico contra laicum, non dum impreſſa conſ.31.nu.44.fol.160.

Litera quod non dicit, nec nos dicere debemus conſ. 5. nu.142.fol.50.

Literæ Regis vim legis habent conſ.2.nu.73.fol.21.

Locatio eſt contractus bonæ fidei conſ.6.nu. 24.fol.58.

Longi temporis curſus quandoque eſt annorum 40.conſ. 65.nu.8.fol. 24.

Lucra turpia ſunt extirpanda conſ.109.nu.61.fol.417.

Lucrum magnum quando adeſt poteſt augmentum peti conſ.6.nu.35.fol.59.

M

Maieſtatis pœna non coercetur in alium æquè vaſallum delinquens conſ.5. num. 157.fol.53. Reus etiam poſt mortem damnatur cconſ.5.nu. 97.fol.45. Delictum an requirat ſententiam nu. 123. fol. 47. Crimen in generali indultu non includitur conſ.106.nu.24.fol.398. Quando vindicetur in iudice conſ.114.nu.11.fol.438.

Maior dignitate minorem præcedit conſ.2.num.19.23. fol.16. Si in minori ætate fuiſſet læſus reſtituitur, ſed non elapſo quadriennio conſ.29.nu.18.fol.148. Pars quando minori præiudicet conſ.43.nu.1.fol.189. Pars quod agit, omnes facere videntur conſ.45.nu. 26. fol. 195.& conſ.63.nu.1.fol.237. Minori parti non præiudicat in voluntarijs nu.9. In Regno qui ſit conſ.97. num. 1. 2. fol. 373. Infra quadriennium reſtituitur læſus nu. 4.

Maioratus poſſeſſor ob dilationem remoueri poteſt conſ. 81.nu.6.fol.290.

Mala omnimodo repellenda conſ.86.nu.68.fol.314. Semel ſemper præſumuntur mala conſ.99. nu.10.f.377. Voluntate non facta, non merentur pœnam conſ.103. nu.24.fol.391.

Mandatum excedens cadit à Iure ſuo conſ.5.nu.78.fol. 43. Ab incompetenti factum non ligat conſ.31. nu.5. fol. 156. Exequutiuum ſine clauſula iuſtitiæ eſt ipſo Iure nullum nu.6. Curiæ quare requiratur in feudorum tranſactione conſ.83. nu.9.fol.297. Quid ſit nu. 10. Quæ eius praxis nu.11. Præſumitur ex curſu 30. annorum nu. 16. Dei non debet tranſgredi conſ.114. nu.114.fol.452. Ad verberandum non dicitur ad occidendũ, etiam ſi mors ſequatur conſ.105.n.4.f.395.

Marchio præcedit Comitem conſ.2.nu.18.fol.16.

Maritus dotis fructus nec minuere, nec relaxare poteſt in vxoris præiudicium conſ.68.nu.1. fol. 245. & nu. 18.21. Nec ſeruitutem imponere nu.5. Deteriorando fundum dotalem, quando teneatur de dolo num. 6.7. Habet quaſi dominium dotis de Iure Ciuili nu.12.fol. 246. Conditionaliter eſt Dominus fructuum dotis nu. 17. Vxorem occidens lucro dotis priuatur conſ. 109. nu.12.fol.408.& nu.31. Et vxor quando inuicem ſuccedant.conſ.115.nu.69.70.fol.463.

Maſculinum quando concipiat fœmininum conſil. 101. num.2.fol.381.

Mater

*Mater an de Iure conſuetudinis excludatur à ſucceſſione filij conſ.25.nu.14.fol.128. Quare quartam capiat nu. 15. Quæ habeat iura in bonis filij mortui patre exiſtente in medio, vel non nu. 16. Mortuo filio plenam habet quartam nu. 18. Non exiſtente patre à ſucceſſione filij excludit, fratrem ex vno latere tantum nu.21.23. Cum filijs ſuccedit æqualiter alteri filio nu. 24. Lucratur antiphatum, ſtatim quod moritur filius, excluſis filijs alterius matrimonij, nu.28. Viuens poteſt totam dotem alienare, nec filij reuocant, conſ.29. num.29 fol.149. Fauenda eſt in luctuoſa filij hæreditate, conſ.53.num.40 fol.221. Habens filios de Iure conſuetudinis de decima ſola diſponit conſ.77 nu.46. fol.274. Quod filio non ſuccedat ſtantibus agnatis eſt de conſuetudine totius Italiæ conſ.115.n.123.fol.469. Etiam ſi exiſtat in medio, locum habet conſuetudo, idem in patre, ſecundum Napodanum nu.128.*

*Matrimonia nobilium cenſentur contracta ſecundum nouum vſum conſ.115.n.19 fol.457. Dicuntur libera tametſi qui contrahit iure iurando ſit ligatus conſil.1. nu.31.f.7. Non inferunt, vt ſtipulatum videatur pro hæredibus conſ.9.nu.35.f.80. Dum contrahuntur filijs naſcituris prouidetur conſ.29 nu.27.fol.148.*

*Mediatori qñ credatur conſ.114.n.37 f.442. Qñ dicatur habere commodum nu. 63. Tenetur deponere nu. 64. Quando teneatur intra triduum denunciare num.35.*

*Medicorum cura ad omnes ſpectat conſ. 63. nu.7.8. fol. 237. Libros allegare licet conſ.110.nu.17.fol.418.*

*Mendacium quid ſit conſ.14.nu.21.f.100. Facit causã amitti conſ.40.n.18.fol.184. In ore nobili eſt horribile conſ.86.n.120 f.319. Arguit dolũ conſ 112.n.42.f.428*

*Mœnia caſtri poſſunt eſſe vnius, & iuriſdictio alterius conſ.45.nu.19.fol.194.*

*Mens eſt radix, & ſubſtantia prima verborum conſ.70. num.23.fol.254. Teſtatoris præſumitur conſona legi ſcriptæ conſ.79.nu.22.fol.286.*

*Mercibus venditis in illarum pretio præferuntur anteriores conſ.98.nu. 12.fol.375.*

*Minæ ex iracundia nõ attendũtur conſ.19.nu.3 fol.111.*

*Minor, & hæres iuſtam habent cauſam ignorantiæ conſ. 22.nu.7 fol.119. Alienans vt valeat, quæ concurrere debeant conſ.38.nu.12 fol.176.*

*Miſerabiles poſſunt de facto Regem adire conſ.96.nu.1. fol. 373.*

*Miſericordiam non habent, qui inuident patriæ commoda conſ.45.nu.30 fol.195.*

*Modicum, & efficax quodcumque ius tertij in impetrationibus à Principe exprimi debent conſ.4.n.7.f.28.*

*Modus agendi in primis obſeruandus eſt conſ.1.nu.14. f.5. Qñ reſtringat legatum conſ.77.nu.23 fol.276.*

*Mola in Regio demanio, & ſitus conſ.86. Per totũ f.314*

*Mora facit, quod fructus ſpectent ad fideicõmiſſarium, qui non fuit negligens in petendo conſ.73.nu 3.f.261. Sine interpellatione non committitur conſ.108.nu.25. f.405. Non contrahitur à iuſtè litigante conſ.67.nu.8. fol.244. Nec ſine culpa nu. 9. Contrahitur per interpellationem conſ.90.nu.43 fol.352.*

*Mors liberat à citatione ad dicendum conſ.17. num.10. f.107. Omnia ſoluit conſ.60.nu.11.f.232. Mentionata quando non faciat donationem reuocabilem conſ. 66. nu.13.fol.242. Quando ſit vita melior conſ.86.nu.70. f.314. Dum vocatur intelligitur de naturali conſ.109. nu.9.fol.408. Omnia ſoluit conſ.115.nu.71.fol.463.*

*Mulier qualiter diſponat de Iure conſuetudinis conſ. 8. nu.2. fol.69. Vt ſecundo nubat, poteſt paciſci in præiudicium filiorum primi matrimonij, pro filijs ſecundi num. 19. Adeò fragilis, quod propria perturbat commoda conſ.24.num.15. fol.124. Qualiter lucretur quartam viro mortuo conſ.25.nu.1.3.fol.126. Si moriatur antiphatum ſuum cõſolidatur cum proprietate in beneficium filiorum, ex quocumq; alio matrimonio nu.2.9. Diſponit inter viuos, ſecus in morte conſ.29. nu.30 fol.149. Debet habere dotem cum effectu, nec ſufficit ſola promiſſio conſ.38.nu.46 fol.179. Reſtituitur leſa conſ.68.num 9.fol.246. Etiam contra fiſcum nu.10. Fragilitate naturæ in repentinam inopiam redigi non debet nu.23. Si excluditur debet habere paragium conſ.69.nu.18 f.249. Et intra decimum ſextum annum maritari nu.19. De bonis antiquis de ſola medietate diſponit conſ.71.nu.1.fol.258. Viri domicilium ſequitur, & in quibus num. 2. Cum fiſco pari paſſu ambulat, & quando ſecus conſ.75.num.13.fol. 265. Velleyano quando iuuetur conſ. 104. num.10. fol. 393. Quando præferatur creditoribus mariti anterioribus eandem habentibus conſ.111.nu.1.4.f.419. De facili decipitur conſ.112.nu.41 fol.428.*

*Munera Officialem recipere malum eſt conſ.114.nu.106. fol.451.*

N

*NApodani magna eſt authoritas conſ.25.num.17. fol.128.*

*Natura copulæ auget conſ.10.nu.49.fol.91. Debita ciuiliter non minuuntur conſ.26.nu.35.fol.133.*

*Neapolitani quocumque ex delicto non amittunt bona conſ.109.nu.63.fol.414.*

*Neceſſitas quando cõſideretur in alterius præiudicium conſ.1.nu.79 fol. 12.*

*Negatiua qualiter per ſcripturam probetur conſ.5.num. 99.fol.45.& conſ.38 nu.4.fol.175.*

*Negligens quare non ſubueniatur à lege conſ.2. nu. 48. f.19. Qui non eſt, nõ eſt in culpa conſ.87.nu.42.f.326.*

*Negotia melius ſcit, qui tractauit conſ.114.nu.54.f.443*

*Nemo plus Iuris in alium transfert, quam habet conſil. 11.nu.2.fol.92. & conſ.77 num.3.fol.274. Dat quod non habet conſ.46.nu.24.fol.198. & conſ.47.nu.21. fol. 202.*

*Nepotes in aui ſunt poteſtate, ſicut pater conſ.15.nu.5. fol.101. Si à lege non eſſent expreſsè vocati, venirent ex interpretatione conſ.94.nu.6.fol.369.*

*Nepos ex filio præmortuo amitam excludit conſ. 8. nu. 9.fol.70.*

*Nobiles pœna triremium condemnari non debent conſ. 103.nu.16.fol.390. Poſſunt ſeruire per alium nu. 17.*

*Nomen nõ tribuit ius tituli conſ.3.nu.20.f.25. Diſtinctũ non inducit pluralitatem feudorum nu.26. Debitoris venit in obligatione conſ.39.nu.1.fol.181. Regis, vel Domini quid ſignificet conſ.86.nu.50.fol.313.*

*Nominatus prius præcedit in dignitatibus conſ.87.nu. 8.9.fol.323.*

*Notarius eſt perſona digniſſima conſ.19 nu.15.fol.112. Poteſt acquirere pro abſente, & quando abſenti noceat pœnitentia conſ.112.nu.11 fol.423.*

*Notorium iniquũ eſt nullum conſ.19.n.16.f.112. Quod dicatur, & qualiter inducatur conſ.5.nu.113.f.47.& nu.114.115. Debet eſſe verum, quando Deo ſit aliqua diſpoſitio nu.116. Eſſe non poteſt, quod verum non eſt nu.117. Triplex eſt nu.118. Facti permanentis nullum habet Iuris ordinem num.119. Facti tranſeuntis omnino requirit probationẽ nu. 120. Non dicitur quando competit excuſatio nu. 122.*



Digitized by Google

Nouatio fieri debet expreſsè conſ.38.nu.49.fol.180. Et præſente Creditore nu. 50.
Nouus vſus eſt vera conſuetudo conſ. 115.n.18.f.457.
Nullitas reſpectu mortui extenditur ad litis conſortem viuum conſ.17.nu.3.f.106.Quoties committitur toties proponi poteſt conſ.30.n.7.f.151.Qn̄ deuoluat ſuſpendat,vel perimat conſ.52.n.3.f.215. Quos pariat effectus conſ.67.n.4.f.243. In principali contractu inualidat indemnitatē promiſsā n. 5. Dum diſcutitur condēnatus non moleſtatur n.11.De actis ordinatorijs poſt ſententiā non diſcutitur conſ.88.nu.1.24.f.333.Non cōtra expreſsū caſū legis hodie reijcitur n.3.Subſcribi debet ab aduocato, vel procuratore cauſæ nu.4.Non obſtat contra Principis decretum nu.5.36.
Nullū ipſo Iure non præſcribitur tēpore conſ. 30. nu.8. f.151.Ab initio,ſolo tractu tēporis non conualeſcit n.9. Quod eſt,nullū affert præiudiciū conſ.31.n.12.f.156. & conſ.76.n.27.f.271.Quod eſt nullam parit actionē conſ.90.nu.3. f.346. Quod illicitè exactum eſt, reſtituitur,vel in ſortem compenſatur nu.71.fol.354.
Nupta renunciare poteſt hypothecæ ſuper re ſibi obligata, ſuper qua nullum habebit poſtea regreſſum conſil. 82.nu.16.fol.294.

O

Obligatio quando eſt cauſa alienationis, quæ operetur conſ 4 nu.24.f.30.Euaneſcit dempta cauſa finali cōſ.6.n.9.f.56. Penes acta lapſo decēnio nō exequetur, niſi parte citata.conſ.30.nu.30.f. 154. Ex diſpoſitione legis efficacior, quam ex diſpoſitione hominis conſ.93.nu.12.fol.367.
Obſcura interpretatio pro reo eſt conſ.19 nu.6 fol. 111.
Obſeruare verbum quid importet conſ.12.nu.10.fol. 96.
Occaſio malignandi auferenda eſt,conſ.1.nu.45.fol.8.
Occidens ipſe,& filij ſucceſſione priuātur conſ.109.n.16. f.409.& n.21.24.64.71. Idem in tētante occidere n. 27. A Iudice occidendum peccat conſ.110.n.5.f.417
Occulta per coniecturas probantur conſ.98.nu.2.fol.374.
Odia reſtringenda conſ.10.nu.39.40. fol.90.conſ.29.nu. 23. fol. 148. Non comprehenduntur in gratia conſ. 109.nu.11.fol.408.
Officialis quando poſſit Iure exereere conſ.5.nu.8.fol.36 Regij qualiter ſubditis debeant aſſiſtere oppreſſis conſ. 31.nu.30. f. 158. Propriè quando quis dicatur conſ. 87.n.1.f.323. Nemo dicitur qn̄ non adminiſtrat nu. 51.f.327.Quid iurēt obſeruare n.74.f.330.Qn̄ torqueri poſſit conſ.114.nu.65.66.fol.444. Munera recipere multiplici Iure prohibetur, nec in eo poterit Prorex diſpenſare conſ.114.nu.89.97.102.fol.449.
Officium Iudicis quando implorari poſſit conſ.81.nu. 9. fol.291.Tria requirit conſ.87.nu.53.fol.327. Dupliciter recipitur nu.71.
Ommiſſum pro ommiſſo eſt conſ.9.nu.63.fol.83.
Omne qui dicit, nihil excludit conſ.4.num.15.fol.29. & conſ.46.nu.8.fol.196.
Oneratus cēſetur per prius honoratus conſ.50.n.7.f.212.
Opinio communis in iudicando ſeruanda eſt conſ.58. n. 10 f.227.conſ.61.nu.12.f.234. Quæ pro anima eſt in dubio ſequenda conſ.70.n.46.f.257.Dn̄i Regentis de Ponte quod data dilatione, intereſſe taxari poſſit an procedat conſ.90.n.20.fol.348.Couarruuiæ declaratur nu.27. Vna quando ab alia differt, illa attenditur quæ melioribus, eſt rationibus fulcita conſ.92.nu.41. fol.364. Mitior in criminalibus attenditur conſ.114. nu.82.fol.448.
Ordinis S.Benedicti priuilegium conſ.7.nu.68.fol.68.
Ordo duplex in dignitatibus conſideratur conſ.2.nu.12. fol.15.Iudicij ſolitus ſi ommittatur, vel præpoſteretur ſententia eſt nulla conſ.27.n.4.f.137. Iudicij plus inſpicitur quam cauſa n.5. Quando remouetur,& ordinis præuidentia conſ.115.nu.101.fol.466.
Origo actionis inſpicitur conſ.38.nu.42.fol.179.

P

Pactum de ingrediendo cum præcario non exerceatur contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic, nec etiā contra tertium conſ.11.nu.13.fol.93.Inter patrem, & filium,vt parte quadam recepta in alio ſuccedere non poſſit nō valet conſ.56.nu.7.f.224.Patris non nocet filiæ in actione de dote cōnſ.68.nu.11.fol.246. De dote ſoli viro præiudicat ibid. nu.16.
Papa dicente fiat ſtatim gratia dicitur perfecta conſ. 2. n.5.f.15.Et Imperator diuidunt,ille Eccleſias iſte Prouincias conſ.3.nu.11.f.24.Recipiendo penſionem pro cōceſſis priuilegijs videtur priuilegia cōfirmare conſ. 7.nu.3.& 4.f.62. Et Princeps eorum ſucceſſores per contractum obligantur ibid. nu.8. & 10. Et Princeps non ſunt ſoluti lege naturali,nec diuina ibid.num.11. Non ſunt Domini morum ibid.nu.12. Contractui ſuo, nec de plenitudinis poteſtate poteſt contrauenire ibid. nu. 13. Ligatur promiſſione,iuramento, & voto ibid. nu.15.Contractū cum ſubdito ſine iuſta cauſa non reuocat ibid.nu.25. Et quare nu.27.Per generales prouiſiones Iuri tertij non derogat ibid.nu.33.Rem profanam vni conceſsā alteri donando non reuocat conſ. 10.nu.12.f.87.Condemnare ad debita non probata de authoritate ordinaria non poteſt conſ.13.n.5.f.98. Dicitur Diui Petri Apoſtoli ſucceſſor conſ.76.n.21.fol. 270. Et Princeps nihil facere debēt in tertij præiudicium ipſo inaudito conſ.84.n.16.f.301.Tenetur libertates à Populo ſolutas manutenere,& defendere ibid. n.20.f.302. Honorius voluit Regem Siciliæ abſtinere ab alienatione demaniorū, vt euitarētur grauamina vaſallorum conſ.86.nu.59.fol.314. Mandata eius pro correptione ſcelerum ſeruanda ſunt ſub pœna peccati conſ.90.nu.16.fol.347.
Papæ, & Imperatori licet ſubiectæ ſint leges, tamen per pactiones,& contractus obligātur conſ.5.n.130.fol.48.
Par in parem non habet Imperium conſ.102.n.1.f.384.
Paria ſunt nō eſſe,& apparere nō poſſe conſ.5.n.98.f.45.
Paragium non debet eſſe minus legitima conſ.26.nu.23. f.139 Vltra non minus legitima eſſe poteſt ibid.nu.62 Quota pars ſit hereditatis conſ.38.n.11.f.176. Debetur à tempore mortis patris ibid. num.41. Et dos ſunt loco legitimæ conſ.69.nu.7.8.f.249. Tranſmittitur ad heredes ibid.n.20.& 21.Eius actio acquiritur abſenti,& naſcituris conſ.112.n.8.f.422. Debetur filiæ pro dote conſ.26.nu.1.f.130.Quid ſit ibid. nu.3. & 29.& conſ.23.nu.3.f.120.Poteſt officio Iudicis cogi preſtare filiæ ibid.nu.6. Vbi non eſt determinatum officio boni viri ſtatuēdum eſt conſ.24.nu.2.fol.122.Ingreſſarum debet eſſe diuerſum à paragio ſecularium ibid. nu. 1. 6. In nupta minus legitima eſſe non poteſt in capillo poteſt excedere conſ.26.nu.39.fol.133.
Parentes num habeant vſumfructum in bonis filiorum etiam maternis conſ.15. nu.1. fol.102. Et quid in bonis nepotum ibid. Ad hæreditatem filiorum vocātur conſ.25.nu.19 fol.128.Omnibus præferuntur exceptis fratribus ex vtroque latere ibid.nu.20.
Parentibus naturalibus, & legitimis eadem debetur reuerentia conſ.115.nu.92.fol.465.
Pars nō ꝑdicatur ꝑ toto in cōceſſionibus cōſ.3.n.22.f.25
Parte ſubfeudi digniore conceſſa non dicitur totum ſubfeudum conceſſum ibid.nu.21.

Partem

Digitized by Google

Partem ſoluere non dicitur totum ſoluere conſ.65.nu.4. fol.240.

Partis agnitio arguitur agnitionem totius ibid.nu.3.

Paterna bona proximioribus patris, materna proximioribus matris debentur conſ.115.nu.125.fol.469.

Paternus amor à nemine vincitur conſ.26.nu.10 f.152.

Pater contra ſtatutum diſponere non poteſt conſ.8. num. 12. fol. 71. Stipulat pro filijs natis, & naſcituris conſ. 9. num.1.fol.75. Præſumitur pro filijs, vti hæredibus ſtipulari ibid. nu.25. Si ſibi donata ſtipuletur pro filio intelligitur, vti hæredi, & poſt mortem patris ibidem nu. 60. Cautela quæ dari poteſt, vt filij ſuccedant, vti filij ibid.nu.62. Pro filia melius conſilium, quam alius capit conſ.62.nu.8.fol.131. Quod pro competenti habet nemo debet pro incompetenti credere ibid.num.9. An poſſit dotem filiæ minus legitima conſtituere conſ. 26.nu.11.15.fol.131. Bona ab ipſo quæſita poteſt alienare ibid.nu.12. Quando prohibere poteſt nè filia, vltra dotem petat ibid. num.33. Quando exceſſit in minuendo filiæ dotem dicitur proditor non conſultor ibid.nu.37.fol.133. Cogitur filiæ magnam dotem dare, dummodo non excedat legitimam ibid.nu.55. Dotare tenetur filiam de bonis ſuis, frater de bonis paternis ibid.num.59. Et filius ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur conſ.51.nu.8.fol.254. In bonis ab ipſo donatis filijs præiudicare non poteſt ibid.nu.14. Filios tenetur inſtituere, vel exhæredare, etiam emancipatos, vt teſtamentum valeat conſ.56.num.1.2.fol. 224. Donans quãdo præſumatur de filijs cogitare conſ.66. nu.6.fol.241. Dilationem reſtituendæ dotis in præiudicium filiæ concedere non poteſt conſ.68.nu. 27. fol. 246. In bonis filij aduentitijs habet vſumfructũ conſ. 109.nu.57.fol.413. Eadem perſona eſt cum filio ibid. nu.56. Pacto ſe excludit, & habetur pro mortuo conſ. 115.nu.28.fol.458. Et conſuetudo poſſunt filio pupillariter ſubſtituere ibid.nu.46. Quando excludatur à legitima ibid. nu.49. Et mater quare per conſuetudinem à ſucceſſione filiorum excluduntur ibid.num.57. Non conqueritur de filio, qui legitimam ei reliquit, quando conſuetudo eum excludit ibid.num.59. Sicuti ſuccedit in bonis omnibus filij, ita excluditur à bonis maternis ibid.num.68. & 78. Non ſuccedit in bonis libertorum filij ibid.nu.95. Dupliciter excluditur per alienationẽ, & per renunciationẽ ibid.n.5. Non poteſt diſponere de bonis maternis filij in præiudicium proximorum ex parte matris ibid.nu.111. Eſt primus paternæ lineæ, & mater prima maternæ lineę ibi.n.116.

Patre, & filio confitentibus recepiſſe cenſetur pecuniam in poſſe patris eſſe peruentam conſ.38. nu.15. fol.176. Mortuo exiſtente primogenito rebelle, vel incapace, ſi ſecundogenitus ſuccedat, poſtea primogenitus reſtituatur, an reſtitutio procedat, quoad feuda ſecundogenito aperta conſ.109. nu.43.fol.412. Vel matre exiſtente in medio an locũ habeat conſuetudo conſ. 115. nu.37.fol.460. & nu.88.fol.465.

Patris factum filijs non nocet ibid.num.6.fol.409. Delictum nocet filijs conſ.114.nu.45.fol.442.

Patriæ parere tenemur conſ.45.n.27. Cõtra veniens ſcelus committit graue, & feudo priuatur ibid. num.28. 29. Inuidentes commoda verè ſunt immiſericordes conſ.45.nu.30 fol.195.

Patruus donando nepti videtur patris, & matris contemplatione donare conſ.9.nu.53.fol.82.

Paupertas nimia excuſat à ſeruitio conſ.5.nu.149.f.51.

Peculij aduentitij proprietas non venit in publicatione bonorum conſ.109.nu.36.fol.411.

Peculium profectitium filij cedit in beneficium Patris, & Aui conſ.99.nu.14.fol.378.

Pecunia etiam non burgenſatica extare præſumitur per cautionem conſ.4.nu.30.f.31. Depoſita eum, ad quem peruenit, facit principalem alios fideiuſſores conſ.38. num.17.fol.177. In populum proiecta cenſetur occupanti donata conſ.40.nu.15.fol.184.

Pœna confeſſi integra cõmittitur conſ.1.nu.11.fol.5. Suos habet tenere authores conſ.101.nu.6.fol.382. In dubio molienda ibid.n.11. Eſt hominum carere commertio conſ.7.nu.29.f.63. Eſt moderanda, quando ſecus ibid. nu.22. Suos tenet authores conſ.109.nu.7.f.408. Non extenditur vltra delictũ conſ.103.nu.14.fol.391. Populi in Dñm ſuum rebellis quæ ſit conſ.5. n.143. f.50

Pœnales, & feudales actiones per litis conteſtationem perpetuantur conſ.4.nu.14.fol.29.

Pœnalis prohibitio qualiter intelligatur conſ.103.nu.23. fol.391. Stipulatio etiam acceſſoria non veſtit pactum nudum ſuper ſorte, & principali conſ.7.nu.7. fol.67.

Pœnitens incepti non punitur conſ.19.nu.21.fol.112.

Pœnitentia num locum habeat in tranſactione conſ.28. nu.19.fol.142.

Penſio conceſſa gratia etiam ante exhibitionem bullæ ſalua conſcientia exigitur conſ.2.nu.4.fol.15.

Percutiens in loco periculoſo difficilè excuſatur conſil. 110.nu.20.fol.418.

Periculũ rei emphiteuticæ, & locatę quã ob cauſam ad dominum directum ſpectat conſ.6.nu.19.fol.57.

Perſuaſor quando præſumatur doloſus conſ.112. nu.32. 33.34. fol. 427.

Petitorium debet expediri, ſi conſtat alias peccat Iudex conſ.88.nu.34.fol.336.

Pia cauſa fauorabilis eſt quam liberis remota legitima conſ.70.nu.45.fol.257.

Placita ſemel amplius diſplicere non debẽt conſ.89. nu. 4. fol.341.

Plura quando requiruntur in actu, ſi vnum deficit actus corruit conſ.102.nu.10.fol.385.

Poſſe id fieri debet, quod honeſtè, & de cętero fieri poteſt conſ.86.nu.86.fol.315.

Poſſeſſio iuridica in officijs tria requirit conſ.5.n.5. f.36. In qua ſe fundat, vt conſeruetur in ea, quæ requiruntur conſ.10.nu.17. f.88. Probatur per inſtrumentum conſ.28. nu.27. f.142. Ac titulo, & perceptione fructuũ conſ.31.nu.1.f.155. Præſumitur continuata à die poſſeſſionis conſ.28.n.28.f.142. De facto occupata de facto debet reſtitui ibid.n.34. A non habente ius in re per Iudicem de facto auferri poteſt ibid. n.36. Iniuſta abſq; citatione auferri poteſt ibid.n.37. Quando tranſeat ſine apprehenſione conſ.87.n.28. & 29. f.325. & n.38. Totius Eccleſiæ acquiritur per tactũ ianuę ibid. nu.32. Nulla pro nullo eſt conſ.88.nu.50.fol.338.

Poſſeſſionẽ ſtatuti, qui habere prætendit, debet tẽpore ſtatuti eam probare conſ.12.nu.7.f.96. Transferens animo euitandi exequutionẽ eſt in dolo, & habet locũ c. Regni conuentus conſ.59.nu.10.f.23. Et qualiter taliter alienans punitur ibid.nu.11.

Poſſeſſionis turbatæ cauſa eſt criminalis conſ.31. nu.17. fol.157. & conſ.77.nu.35.fol.279.

Poſſeſſor non citatus non debet turbari, nec etiam Principis reſcripto d.conſ.31.nu.43.fol.160. Maioratus ob dilationem renunciare poteſt conſ.81.nu.6.fol.290.

Poſſeſſorium datur etiam contra titulo poſſidentem conſ. 100.nu.2.378.



Digitized by Google

Poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat exceptio dominij, quando conſtat ex actis conſ.87.nu.79.fol.330.
Poſſidens turbatus adeundo Curiam à poſſeſſione nō cadit conſ.31.nu.16.fol.157.
Poſſidere per alios quiſque poteſt conſ.5.nu.70.fol.42.
Poſſum per alium, quod per me poſſum ibid.nu.73.
Potentia cuiuſq; actus eſt principium ibid. nu.22.
Poteſtas, voluntas, & modus actus canonizant ibid. nu. 1. Indulgendi in ſolo Principe eſt conſ.106.num.4.5. fol.397.
Pragmatica ædita Thori declaratur conſ.10 num.3.fol. 83.nu.6.& nu.16.fol.87. Non extenditur ibid.n.24. Quando non habet locum ibid. nu 33. Non habet locum contra potentius ius habentem ibid.nu.37. Non comprehendit fiſcum ibid. nu. 41. Conceſſiones iam factas defendit ibid.num.44. Habet locum in ſpoliatis Iure, vel iniuria conſ.12.num.4.& 5.fol.95. Quando bona ſunt confiſcata idid.num.6. Non habet locum quando ambo ab eodem Rege cauſam habent ibid.nu. 11. Faciendi depoſitum pro nullitatibus non extenditur ad omnes Iudices conſ 30.nu.2. fol.150. Prohibens alienari per mulieres loquitur in nupta, & in re dotali conſ.82.nu.17.18.fol.294.
Pragmaticæ ſunt ſtricti Iuris, & ad caſus non expreſſos non extenduntur conſ.67.nu.12 fol.244. Ligant ſolos ſubditos conſ.105.nu. 10.fol 395.
Præcarium habet vim traditionis conſ.112.n.22.f.425.
Præcedentia declarant ſequentia, etiam ſi conſiſtant in ſolis præfationibus conſil.36 num.5.fol.171. Semper cenſentur repetita conſ.58.nu.11.& 13.fol.227. Per ſubſequentem adminiſtrationem retrotrahitur ad tēpus electionis conſ.87 nu.60.fol. 328. Abſque figura iudicij terminanda conſ.88.nu.2.21. fol.333. Deciſa nullam admittit appellationem, nec exceptionem ibid. num. 59.
Præconis præſentia ſufficit in contractu conſ.40.nu.16. fol.184.
Præfationes demonſtrant cauſam finalē conſ.6.n.1.f.56.
Præfectus Prætorio nihil cōtra legem facere poteſt conſ. 103 nu.13 fol.390.
Prælatio feudi alienati competit Regi, ſed ei præfertur agnatus conſ.86.nu.77.fol.314. Etiam in bonis ſubhaſta alienatis cōpetit directo Domino conſ.59.nu.16.
Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſſi conſ. 70.nu.1.fol.151.
Prærogatiua bonorum attenditur magis conſ.115.num. 110. fol.467.
Præſcriptio locum habet in criminalibus conſ. 108. nu. 8.fol. 404. Exceptionem excludit, & eius ope tuetur ibid.nu.20. Naturalem tollit obligationē ibid.nu.21. Sola citatione interrumpitur conſ.88. num.3.fol.336. Quatraginta annorum pleniſſimam facit ſecuritatem conſ.83.nu.17.fol.293. Centenaria habet locum etiam contra Principem ibid.num.19.21. Excludit quem à Iure ſuo conſ.46.nu.29.fol.199. Immemorabilis vide tempus immemorabile. Vectigalis quantum tempus requirit conſ.20.nu.13.fol.115. Non currit, non valenti agere conſ.24.nu.24.fol.125.
Præſens quis dicatur conſ 88.nu.39.fol.337. Non contradicens videtur conſentire ibid.nu.40. Non eſt citandus ibid. nu. 41. Nec in cauſa inſtrumentali ibid. num.42.
Præſentia litigantis ſupplet citationis defectum conſil. 88.nu.18 fol.334.
Præſumitur pro delinquente contra fiſcum conſ. 5.nu. 104.fol.45. Neminem ſuum ius iactare conſ. 38.nu. 8.fol.175. Semper contra delictum conſ.102. nu. 2.3. fol.384.
Præſumptio ceſſat in expreſsè, & ſpecialiter requiſitis conſ.83.nu.15.fol.198.
Præſumptiones duæ plenam faciunt probationem conſ. 114.nu.26.fol.447.
Præſumptionibus diuerſis concurrentibus, excludentes delictum attenduntur conſ. 95.nu.6.fol.372.
Pretium bonorum venditorum liberatur cum cautione ex ſtilo Sacri Conſilij, vt ſit tutus Emptor, conſ.11.nu. 18 fol.94. Quando ſuccedit loco rei conſ.82 num 15. fol.294. Peruentum ex feudo eſt burgenſaticum conſ. 4. nu.29.fol.31.
Primipili priuilegium receſſit ab aula, quia nemo hodie dictum officium repreſentat, conſ.80. nu.20. fol.289.
Primipilus quis dicatur ibidem nu.10 fol.288. Quam habet authoritatem, quod officium, & quis dicebatur prim pilus ibid. nu.10.vſque 17.
Primitiua ſi ſunt infecta inficiuntur, & deriuatiua conſ. 14.nu.2.fol.99.
Primordio tituli declarat finem conſ.53.nu.6.fol.218.
Principale ſi non tenet, nec acceſſorium conſ.30. nu.12. fol.115.
Principali extincto extinguitur acceſſoriū conſ.6.nu.37 f.59. Sublato corruit acceſſoriū conſ.104.nu.9.f.393.
Princeps in te tij præiudicium non concedit, conſ.4.n 4. f.28. Quantūuis generaliter cōmiſerit nō videtur Iuri tertij derogare voluiſſe conſ.5. nu.20.fol.37. Ad importunitatem concedens, nihil concedit ibid.num.85. fol.43. Obligatur ex contractu conſ.10 num.8. fol.87. Contra ſuum contractum venire non poteſt ibid num. 10. Rem alteri conceſſam, nec motu proprio alio concedere debet, niſi ſpecialiter deroget ibid.num.11.& 13. Circumuentus cenſetur, quando in ſecundo priuilegio non fit mentio de primo ibid.nu.14. Non poteſt defenſionem tollere, & quare conſ.85.nu. 10. fol.304. Ex natura officij tenetur iuſtitiam facere ibid.num.11. Quando dicit ſupplentes &c. quid operetur ibid. nu. 12. Cauſam cōmittens ſine figura iudicij qualiter intelligatur ibid.nu.20. Sibi, & ſuis vaſallis conſulere debet conſ.86.nu 30.fol.312. Iuſtus libertatis amator eſt ibid. nu.66. Contractum à ſe factum conditionare, & modificare non poteſt ibid.nu.87. Contra ſuum verbum venire non poteſt ibid.nu.88. Habet in lingua gratiā, in ſcriptura teſtimoniū, in exequutione commoditatē ibid.nu.89.& 90. Vnū debet habere verbū, vnū calamū idem n.92. Debet eſſe immobilis ibid. nu.93. Qn̄ ſua priuilegia gratuita reuocare poteſt ibid. n.96. Non reuocat primogeniturā à ſe factam ibid. n. 97. Licet ſolutus ſit legibus non tamen lege naturali, & Diuina ibid.nu.111. Suum contractum, nec de poteſtatis plenitudine reuocat ibid. nu.112.113.& 116. Frangendo fidem grauiter peccat, & quare ibid.nu. 119. Terram alterius accipiens etiam ob publicam vtilitatem tenetur pretium ſoluere ibid. nu. 124 125. Dominium habere qualiter intelligatur ibid. nu.126. & 127. Solo verbo dignitatem confert conſ.87.nu.37. fol.325. Quas poteſt tollere defenſiones conſ.88. num. 12. & 37. fol. 334. Dominium etiam occaſione ſua gratiæ, vel priuilegij acquiſitum tollere nō debet conſ. 2.nu.36.fol.18. Niſi fauore publico ibid. nu.63.65. fol.21. Quando poſſit de facto procedere conſ. 88. nu. 50. fol. 339. Aufert beneficium, quod ipſe conceſſit ibid.nu.57. Nunquā Iuri tertij præiudicat ibid.n.58.



Digitized by Google

Principi ſi Deus ſubmiſit leges, non tamen pacta, & contractus conſ.2.nu.64.fol.25.& conſ.86.num. 110. fol.309.

Principis actus ſub lege diuina, & naturali ſunt conſ.7. num.24.fol.63. Facies dat honorem, & dignitatem conſ.87.nu. 35.fol.325. In auditorio ſola facti veritate inſpecta proceditur ibid.num.82.fol.330. Lex infra duos menſes per omnes ſciri debet conſ.106. num. 14 fol.398.

Principium declarat finem conſ.36.nu.6.fol.171.

Prior ordine, & tẽpore in dignitatibus præfertur conſ. 2.nu.11.fol.18. In titulo præfertur poſteriori ibid. nu. 37. In tempore potior in Iure conſ.10.nu. 41.fol.91. & conſ.11.nu.3.fol.92. In gradu potior in ſucceſſione conſ.109.nu.52.& 53 fol.413.

Prioritas ſcripturæ horæ, & momenti attenditur conſ. 80.nu.2.4 fol.288.

Priuationis ad habitum non datur regreſſus conſ. 1. nu. 70.fol.11.

Priuilegia ſubditis conceſſa, quando reuocari poſſunt conſ.35.nu.1.2.3.fol.169.& nu.12.fol.170. Imperatoris ante coronationem non valent conſ.5.num.8 fol. 36. Ante dignitatem adeptam ex importunitate conceſſa videntur ibid.num.9. Principis conceſſa traditionẽ non requirunt ibid. nu. 96. Per pecuniam conceſſa tranſeunt in contractum conſ.7.nu.5.fol.62. In præiudicium priuilegiati non reuocantur ibid. nu. 7. Abutens, illa amittit conſ.5.num.80.fol.43. Speciali derogatione indigent conſ.7.nu.47.fol.65. Secundum de primo mentionem non faciens eſt manifeſta ſubreptio conſ.11.nu.15.fol.87. Non vtuntur contra æque priuilegiatos ibid.nu.31.& conſ.12.nu.12.fol.96. Habitantibus conceſſa ſunt perpetua conſ.86. nu. 83. fol. 315. Regij demanij ſunt Regi fauorabilia ibid.nu 98. & 108. Conceſſa habitatoribus tranſeunt in contractũ ibid.nu.5. Quæ verba faciunt in contractum tranſire ibid.num.106. Ob ſeruitia conceſſa ſunt irreuocabilia ibid.nu.107. Quæ in contractum tranſierunt reuocari non debent, nec à ſucceſſoribus ibid. nu.109. Siue codicillos prius habens præfertur poſteriori habenti conſ.87.nu.28.fol.324. Aliæque ſcripturę Regis ſtatim ſortiuntur effectum ibid. nu. 26. In Regno Neapolitano ſunt nulla, ſi infra annum non exequutorian tur ibidem nu.46.fol.326. Eorum data facit adminiſtrationem eſſe conſequutam ibid.nu 64.fol.328. Eadem non debent diuerſo Iure cenſeri conſ.92. nu.35. fol.364.

Probatio contra Regis reſcriptum non admittitur conſ. 2.nu.67.fol.21. Poteſt fieri per teſtes, de Iure diuino conſ.85.nu.4 fol.303. Non deneganda fieri per teſtes alias eſſet Iura controuertere ibid.nu.7. De præterito præſumitur in præſenti, & è contra conſ.57.nu.3.fol. 225. Dependens ex tempore requirit probationem illius temporis ibid.nu.2.

Probationes luce meridiana clariores eſſe debent conſil. 5.nu.106.fol.46. Iuri conſonantes præualent ad excludendum delictum ibid. nu. 107. Duæ ſemiplenæ vnam faciunt plenam conſ.99.nu.11.fol.373. In iudicio quantumuis ſummario requiruntur conſ.13.nu.4. fol. 98. Contra Regis reſcriptum non admittuntur conſ.2.nu.67.fol.21.

Prodigi banna non renouata non nocent creditoribus, qui contraxerunt conſ.103.nu.9.fol.390.

Proditor quis dicatur, quid ſit proditio, quæ ſint ſigna conſil.102.num.16.17.18.fol.385. Delictum quod ſit proditorium ibidem num. 26.

Profeſſio per lapſum anni facilè fit conſ.24.nu.22.f.125.

Prohibitio alienationis immobilium per ſtatutum facta trahitur ad Iurium alienationem conſ.38.num.34.fol. 178. Ne diſſipentur bona prohibet alienationem conſ. 48.nu.12.fol.206. Trebellianicæ fideicommiſſum præſupponit ibidem nu.13. Eius alienandi ratio declarat mentem teſtatoris conſ.74.nu.4.fol.263. Quando inducat fideicommiſſum ibid.nu.1.& conſ.76.nu.5.fol. 268. Per quam adimitur teſtandi facultas non valet ibid.nu.12. Ad tempus quando cenſetur perpetuata conſ.92.nu.38.fol.364. Generalis priuilegijs particularibus non præiudicat conſ.7.nu.34.36.fol.64. Alienandi præſumitur facta fauore vocatorum conſ. 100. nu.12.fol. 380. Alienandi Domino irrequiſito non ab re poſita eſt conſ.1.nu.43.fol.8.

Prohibito vno cenſentur prohibita omnia per quæ deuenitur ad illud ibid. nu.48.fol. 9. In termino, prohibito, & in via conſ.1.nu.47.fol.9.

Promittens rem profanam, quæ efficitur ſacra, vel alienat hominem, qui manumiſſus eſt liberatur etiam reuerſis ipſis ad priſtinum conſ.42.nu.11.fol.187.

Promiſſio quando venit ad filium per modum donationis nõ requirit aditionem hæreditatis conſ.9.nu.3.fol. 75. Præſupponit in'errogationem conſ. 112.nu.7.fol. 422. Contemplatione matrimonij, vt filijs vti filijs acquiratur eſt ſpecificè exprimendũ conſ.9.nu.17.f.77.

Promiſſori debet dari tempus habile ad promiſſa complenda ſecundum ſuam qualitatem conſ.6.nu.30.f.59.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur conſ.9.nu. 33.fol.350.& conſ.88.nu.31.fol.335.

Proprietas rei controuertitur, quando petitur creditum, cum facultate vendendi, cum adiudicatione conſ. 4. nu.1.fol. 28.

Proprietatis ratione domus mea, mea eſt non Principis conſ.86.nu.128 fol 320.

Prorex, & Vicarius differunt conſ.5.nu.18.fol.37. Non poteſt donare, quæ Regis ſunt ibid.nu.13.

Proteſtatio ſeruat ius proteſtandi conſ.31.nu.17.fol.157 & conſ 77.nu.35.fol.279. Fraudulenta non prodeſt conſ.1.nu.22.fol.6. Saluo Iure, & non aliter, nec alio modo facta traditione non excuſat ibid.nu.23. Seruat ius, & tollit voluntatem conſ.88 nu. 29.fol.335.

Proxeneta non eſt teſtis idoneus conſ. 114.nu.2.fol.437. Quam probationem faciat ibid.num.3.18.19. 26. 28. Tenetur deponere ibidem nu.4.50.71.

Proximior ex parte matris ſuccedit in bonis maternis conſ.115.nu.4 fol.415. Dicitur quem nemo pręcedit ibid.nu.81. Excluſo incapace, & fiſco ſuccedit conſ. 109.nu.25.fol.410.

Proximiores quando vocantur cenſentur vocati, cũ bonorum diſtinctione ibid. nu.51. Excluduntur à legitima ibid nu. 106.

Proximorum appellatione veniunt agnati, & cognati ibid.num.6.

Publica vtilitas priuatæ præferenda eſt conſ.45.num.3. fol.192. Neceſſitas facit ceſſare priuatam ibid. nu. 5. Concedit, vt priuatorum res Iure auferantur ſoluto tamen pretio ibid.nu.11. Facit innumerabilia concedi ibid.num.12.

Q

Qualitas adiecta facit actionem cognoſci conſ. 1. nu.15.fol.5. A contrahentibus conſiderata, ſi deficiat, deficiens, & in contractu promiſſa

Digitized by Google

miſſa conſ.6.nu.11.fol.57. Naturalis vincit tacitam accidentalem conſ.9.num.23.fol.78. Adiecta verbo debet fundari ſecundum tempus verbi conſ.10. num. 18.fol.88. Canonicatus requiſita in actu commiſſionis debet eſſe tempore commiſſionis nu. 19. Adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adijcitur conſ.12.nu.8.fol.96. Generis maſculini, & agnationis eſt exprimenda conſ.53.nu.9.fol.218. Conditio, & modus in teſtamento adiecti, cenſentur in codicillis repetiti conſ.79.n.9.f.284. Primi legati videtur repetita in ſecūdo ibid. nu.19. In ſecundo contractu promiſſionis poſita, cenſetur adiecta in prima ex vi tacitæ repetitionis conſ.91.nu.8.fol.356.

Quantitas pecuniæ de ſui natura eſt ſeparabilis conſ.16. nu.8. fol.105. Vna ſi vitietur per appellationem, alia remanet vtilis nu. 9. Certa data dilatione taxari non poteſt, deciſum pluries conſ.90.nu.18.fol.347.

Quæ poſſunt eſſe, & non eſſe ſunt probanda conſ. 95. nu. 3.fol.371.

Quem de euictione tenet actio, agentem repellit exceptio conſ.23.nu.14 fol.121.

Querela inofficioſæ donationis, quando filijs denegetur conſ.66.nu.15.fol.242.

Quilibet rei ſuæ moderator eſt, & arbiter conſ. 71.num. 11.fol.259.conſ.115.nu.25.fol.458. conſ.5. num.131. fol. 48.

Quod quis per ſe habere non poteſt, quandoque per extraneum habet conſ.4.nu.28.fol.31. Mihi prodeſt, tametſi vicino noceat facere poſſum conſ.45.num.6.fol. 192. Potui nolui quod volui adimplere nequiui conſ. 77.nu.25.fol.277. Communiter fieri ſolet factum præſumitur conſ.115.nu. 24.fol.458.

R

Ratihabitio alienationis facta per Dominum, de re aliena conualidat venditionem à die contractus conſ.93.nu.2.fol.366.

Ratio quæ de toto eſt ad totum, eſt de partem ad partem conſ.68.nu.26.fol.246. Non vnica, ſed plures amplexæ præſumuntur conſ.9.nu.24.fol.78. Legis omnes caſus determinat, in quibus eadem militat ratio conſ. 92.nu.37.fol.364. Vbi eadem, ibi idem ius conſ.115. nu.77.fol.464.

Rebellionis delictum requirit ſententiam conſ.5.nu.123. fol. 47.

Receptio in officio quid operetur conſ.87.nu.72.fol.330.

Reclamatio non procedit, niſi exequuta ſententia conſil. 78.nu.6.fol.281. Variat Iudicem conſ.89.nu.2.f.341.

Reconuentio in cauſis ſummarijs locum non habet conſ. 21.nu.2.fol.116. Quid ſi ambæ cauſæ ſunt ſummariæ num.3.4.5. Quando non poteſt expediri ſine termino expeditur cauſa principalis nu. 6. An habeat locum contra vxorem petentem dotem, ſi incuſetur de adulterio nu.10.fol.117. Coram Iudice laico habet locum contra Clericum, alias denegatur audientia conſ. 92. nu.1.fol.360. Quando pari paſſu ambulet num.2. 12. An locum habeat in cauſa appellationis num.3.4.10. 11.26. Quod ſic nu. 39.fol.364. Eſt annexa conuentioni nu.19.20.fol.362. Quare ſit fauorabilis nu. 25. 42. Prorogat iuriſdictionem Iudicis etiam incompetentis nu. 29. Habet locum etiam in eo, qui Iudicis officium implorat nu.31. Non habet locum in actore appellante nu.33.

Redditus nō eſt de ſubſtantia feudi conſ.40.nu.8.f.184.

Reemendi promiſſio eſt poteſtatiua conſil. 78. num. 16. fol.281.

Reformare quid ſit conſ.91.nu.19.fol.357.

Refutare eſt alienare conſ.23.nu.6.fol.121.

Regentes præcedūt iuxta temporis anterioritatem conſ. 87.nu.48.fol.327.

Regis epiſtola omnibus in cauſis vim habet legis conſ.2. nu.73.fol.21. Attendi debet nu. 74. Labia diuinare ſolent nu.79. Authoritas magna eſt nu.8.fol.15. Super omnia dominatur num. 9. Sermo poteſtate plenus eſt nu.10. Solum verbum creat dignitates nu. 35.fol.17. Secundæ iuſſioni etiam damnoſæ fiſco, & Reipublicæ ſtari debet nu.54.fol.20. Geminatio omne vitium excludit nu.58. A dicto recedi non debet nu.68. fol.21. Gratia non interpretatur, vt diminutionem recipiat nu.69. Item neque vt corrigatur nu.70. Suprema eſt poteſtas, & ex arbitrio gubernat num.77.fol.22. Eſt diuidere vnum in pluribus, & è contra conſ.3.nu.10. fol.24. Sunt feuda, quia patrimonium eius eſt num.16. fol.25. Scrutator opprimi debet nu. 75. fol. 22. Graue peccatum eſt, ſi ſola priuata ſcientia præiudicialia diſponit conſ.84. nu.25. fol. 302. Eſt ſubditos amicos vocare conſ.86.nu. 54 fol.313.

Rex cogit Principem ad ordinata complenda conſ.2.nu. 42. fol. 18. Dicitur diſpenſare quando contrahit, vbi ius inhibet nu.50. Eſt ſuper omnem dignitatis gradum nu. 53. Dicitur ſemper ex iuſta cauſa reſcribere nu. 66.fol.21. Eſt lex animata in terra nu.71.fol.21. Diffinit caſus à lege non diffinitos arbitrio ſuo nu.72. Conſentiendo perdit dominium rei, cui aſſentit conſ.4.nu. 23.fol.30. Feudum poteſt mutare in burgenſaticum conſ.4.nu.25.fol.30. Neminem rerum ſuarum dominio priuat ſine cauſa conſ.5.nu.19.fol.37. Siciliæ non recognoſcit ſuperiorem conſ.10.num.54.fol.91. Vendens terram quando poſſit pretium ſibi applicare conſ.86.num.123.fol.319. Dominium tertij etiam ex ſua cauſa quæſitum non aufert, conſ.87.nu.22.f.324. Ex cauſa ſine partis remiſſione poteſt indulgere conſ. 102.nu.40.fol.388.

Regula quando extat ab ea non receditur conſ.88 nu.44. fol.338.

Relatio quando fit ad actum regulatur ab actu conſ.79. nu.11.15 fol.285. In relato eſt conſ.91.nu.11.f.357. Suum antecedens reſtringit nu.26.

Relocatio permittitur ex æquitate conſ.17.nu.18.f.109.

Remedium l.2.C. de reſcind. vend. habet locum etiam in contractu Emphyteutico conſ. 6. nu.22.fol.58. Capitulorum Regni ſolum Sacrum Conſilium, & Regia Audientiæ poſſunt concedere conſ.31. nu.23.fol.157. Ordinarium facit ceſſare extraordinarium nu. 25.28. 35. Quare pinguius nu.31. 33. An in eo procedatur de facto, & abſque figura iudicij nu.32.

Remiſſio mercedis habet locum in locatione conſ.6.num. 14.fol.57. & num.20. Eſt donatio conſ.15. num.14 fol.103.

Reiuendicatio quando competat tertio conſ.112. num.9. fol.423.

Renunciatio eſt odioſa, & ſtricti Iuris conſ.6. num.36. fol.59. Maioris partis bonorum præſumitur doloſa conſ.24.nu.8.fol.123. Quando obſtet filiæ nu.18. Non extenditur ad incognita num.19. 20. 21. fol.125. A moniali poſt profeſſionem facta non valet num. 23. Non extenditur ad legitimam conſ.26.nu.28.fol.132. Iam facta reijcit agentem conſ.28.nu.16.fol.141. Quando obſtet conſ.82.nu.14.fol.294. & conſ.112. num. 5. fol.422.


Digitized by Google

fol.412. Si ponitur in nouo vſu eſt pro maiori cautela conſ.115.nu.76 fol.464.
Repugnantia excludi debet quacumque interpretatione conſ.9.nu 26.fol.79.
Res,& pœna diuerſas propter cauſas exigi poſſunt conſ.1.num.57.fol.10. Inter alios acta alijs non præiudicat conſ.5.nu 132.fol.48.& conſ.84.nu.18.fol.301. Feudo redititia non eſt feudalis conſ.4.nu.7.f.184. Cenſuali contractu data cenſetur in totum alienata conſ.40.nu.10.fol.184. Feudo redititia non poteſt, niſi locari, vel in perpetuum concedi nu.9. Alienari prohibita quando poſſit alienari conſ.76.num.34.fol.272. Aliena alienata Domino ignorante conualidatur per ſuperuenientem Domini voluntatem Conſ.93.num.3.fol.366. Minimi valoris data pro magno cenſetur in partitum conſ.97.nu.5.fol.373. Alienari prohibita,ſi vendatur poteſt reiuendicari conſ.100.nu.13.14.fol.380. In continuatiuo negotio promiſſa cenſetur cum ſuis qualitatibus repetita conſ.91.nu.5.fol.355.
Reſcripta diuerſa de eadē re, eadem die facta ſunt nulla conſ.5.num.25.fol.38. Principis attenditur tempus datæ conſ.87.nu.17.fol.324. Semper requirit cauſæ cognitionem conſ.100.nu.9.fol.379.
Reſtitutio in integrum, ad quod vſque tempus petatur conſ.22.nu.5.fol.119. Non competit ſucceſſori, ſi non competebat prædeceſſori conſ.29 nu.16.fol.147. Poſt maiorem ætatem infra quadriennium petenda eſt nu.17. Æquè ordinatur pacto, ac vltima voluntate conſ.51.nu.6 fol.214. Petita quando impediat exequutionem ſententiæ conſ.62.nu.11.fol.236. Non conceditur contra quadragenariam præſcriptionem conſ.83.nu.18 fol.298. Quando non debeatur conſ.109.nu.42.fol.412. Per iuſtitiam intelligitur etiam, quoad bona nu.44. Per indulgentiam non comprehendit bona num.46.
Reſtrictio quando præſumatur in expreſſis tantum procedere conſ.93.nu.7.fol.365.
Rubrica non diſponit, niſi quatenus in nigro eſt expreſſum.conſ.31.nu.39.fol.159.

S

Sacrilegium cum moniali committitur conſil.106.nu.18.fol.198. Dicitur crimen Maieſtatis diuinæ nu.19.20.21.
Saluianum interdictum competit etiam contra tertium poſſeſſorem conſ.93.nu.14 fol.370.
Scientia habetur pro modo conſ.5.nu.2.f.35. Litis quando noceat conſ.113.nu.3.fol.430.& nu.24.
Scriptura ad quid requiratur conſ.2.nu.7.fol.15.
Senectus ſemper venerabilis conſ.2.nu.15.fol.16. Quando homicidam excuſet conſ.110.nu.25.fol.419.
Sententia vt obſtet, quæ requirantur conſ.1.nu.21.fol.6. Contra vnum lata, quando alteri præiudicat num.59.fol.9. Quod non ſit lata, qualiter probatur conſ.5.nu.100.fol.45. Requiritur in delictis, etiam in quibus ipſo Iure bona amittuntur, & ad quem finem nu.125.fol.48.& nu.127. Requirit Iudicis ſubſcriptionem nu.140.fol.50. Quæ habeat neceſſaria nu.141. Regis pro lege eſt conſ.8.num.7.fol.70. Stante pacto ingrediendi, propria authoritate exequitur contra tertium conſ.11.nu.1.fol.92.& nu.13.14. Non conformis libello, non eſt exequenda conſ.11.nu.4.fol.93. Qualiter ſit conformis nu.6. Iniqua,& iniuſta eſt ipſo Iure nulla nu.15. Quando ſit nulla conſ.13.num.6.fol.98. Poteſt eſſe in vno capite valida, in alio non, conſ.16.nu.4.fol.104. Poteſt pro parte valere, pro parte non num.7. Pro mortuo, vel contra lata eſt nulla conſ.17.nu.1.fol.106. Eſt nulla ratione indiuiduitatis nu.7. Item ob obreptionem nu.9. Et ob deficientiam ſubſtantialium nu.11. Vitiatur propter vnicum conſtructum verborum nu.13.fol.107. Continens capita ſeparata poteſt in vno exequi, in alio non, conſ.21.num.14.fol.117. Contra minorem inauditum lata non valet conſ.22.nu.2.fol.118. Ex falſa cauſa annullatur nu.3. Pro non habente actionem eſt ipſo Iure nulla conſ.27.nu.1.fol.136. Abſque ordine iudicij lata, eſt nulla nu.16. Ex cauſa indebiti, vel falſa cauſa, non valet, item ex notoria iniquitate num.8.9.10. Sine citatione ad dicendum eſt nulla conſ.28.nu.12 fol.140.& conſ.52.nu.1.fol.215. Poſt longum tempus non exequitur, niſi parte citata conſ.30.nu.27.fol.153. Iudicis,& arbitri, in quo differant num.13.fol.151. Generaliter loquens reſtringitur ad particulariter petita conſ.78.num.3.fol.280. Pro veritate habetur nu.7. Non extenditur ad non expreſſa num.11.13. Iure ſpeciali lata renunciari poteſt nu.15. Principis non ſubiacet nullitatibus conſ.88.nu.11.fol.334. Contra poſſeſſorem feudi, vel fideicommiſſi afficit omnes ſequentes ſucceſſores nu.45.fol.338. Contra vnum lata, nocet alteri connexo nu.47. Quando obſtet lata contra primum nu.48.49. Duplicata lata, gaudet perpetuo ſilentio conſ.89.nu.8.fol.342. Quando ſit conformis, nu.7. Quando alteri præiudicet conſ.100.nu.20.fol.380. Contra minorem ex falſa cauſa lata eſt nulla conſ.104.num.7.fol.393. Idem contra, ſi contra mulierem num.8. A Iudice corrupto lata eſt nulla conſ.114.num.36.fol.442. Et qualiter puniatur in eo caſu Iudex nu.87.
Separati quando habēt illationem conſ.16.nu.2.fol.104. Separatam habent rationem conſ.25.nu.5.fol.127.
Sequentia declarant præcedentia, vt tollatur correptio conſ.9.nu.28.fol.79. Quandoque reſtringunt præcedentia nu.29. Non immutant naturam præcedentium conſ.36.num.7.fol.171. Regulantur à præcedentibus conſ.58.nu.12.fol.227.
Sequeſtrum regulariter prohibitum conſ.81.nu.1.f.290. Quando permittatur nu.2.vſque 10.
Seruitus morti comparatur conſ.86.nu.67.fol.314.
Significatio propria ſumitur ex alluſione vocabuli conſ.94.nu.4.fol.369.
Silentium annuale habet vim repudiationis conſ.86.nu.80.fol.315.
Simoniacus dicitur, qui Iudicem corrumpit conſil.114.nu.16 fol.439.
Simplicitas cum quibus præſumatur conſil.24.num.16.fol.124.
Simulatione probata cōtractus eſt inualidus conſ.40.nu.4.fol.183. Ex quibus præſumatur nu.5.
Socius quando probet crimen contra ſocium conſil.105.nu.11.f.395. Itineris qn̄ probet conſ.107.nu.3.f.400.
Socrus dicitur affinis conſ.115.nu.11.fol.458.
Solemnia qui non ſeruat, facit actum illuſorium conſil.5.nu.34.fol.38. Quæ requiruntur in alienatione rerum, requiruntur in alienatione Iurium conſ.38.num.32.fol.178.
Solutio exorbitans parit damnum conſ.6.nu.28.fol.58. Correſpectiua ad ædificia futura ſtat, vt indiuidua, & tamquam vna iudicatur conſ.6.nu.10.fol.56. Indebiti ignoranter parit repetitionem conſ.14.nu.22.fol.101. Turpis cauſæ,& iniuſtæ cauſæ æquiparantur nu.23.

Digitized by Google

nu. 23. Rei quæ de loco ad locum aſportatur ab omnibus debetur conſ. 20. nu. 14 fol. 115. Principalis extinguit acceſſorium conſ. 54 num. 4. fol. 222. Qualiter requiratur in debito ex contractu conſ. 65. num. 5. fol. 240. Dum vendet poteſt reſeruari Dominium conſil. 82. nu. 3. fol. 293. Et quis contractus dicatur tunc nu. 4. 8. 10. Vitalitia qualiter permittatur conſ. 90. nu. 1. fol. 345. Ad duodecim prò centum an ſit nulla nu. 2. Pluris per errorem compenſatur in ſortem conſ. 90. n. 53. fol. 353. Ex cauſa non vera, vel indebita, cedit in cauſam veram, vel debitam nu. 54. Indebita extinguit capitale nu. 58.

Sororem æqualiter admitti cum fratre qualiter intelligatur conſ. 8. nu. 4. fol. 69. Vterinam non niſi legitimã habere in bonis matris conſ. 8. nu. 17. fol. 72. Poſſe tenere feudum reuocabiliter, donec ei ſoluatur dos, legitima, aut paragium conſ. 38. nu. 54. fol. 180.

Sortis petitione dilata, cẽſentur etiam vſuræ dilatæ conſ. 90. nu. 44 fol. 352. Non ſolutio in tempore facit poſſe, licitè vſuras peti nu. 45.

Species generi derogat, non è contra conſ. 7. nu. 35. f. 64.

Spiritus, & vmbræ ſolent eſſe, vbi aliquis interfectus eſt conſ. 57. nu. 6 fol. 225.

Spoliatus de facto ius ſuum amittit conſ. 5. nu. 75. fol. 42. Facit ſpoliatum, ante omnia reſtituendum eſſe conſ. 31. nu. 4. fol. 156. Vigore decreti nulli facit ſpoliatum reſtitui nu. 14. Etiam ſi authoritate Principis, id fiat nu. 15. An etiam vna cum fructibus conſ. 100 nu. 1. fol. 379. Etiam ſi ſpoliatus ſit à Iudice nu. 2. 5. 6.

Statutum loquens de ſucceſſione patris, extenditur ad matrem, & quare conſ. 8. nu. 8. fol. 70. Diſponens circa res imponit onus reale, conſ 10 nu. 47 fol. 91. Excludens à ſucceſſione nõ excludit à legitima conſ. 26. nu. 41. fol. 133. Quia ſtricti Iuris non recipit interpretationem conſ. 30. num. 4. fol. 150. Generaliter loquens nunquam annullat actum, in quo adeſt præiudicium particulare conſ. 43. num. 4. fol. 189. Prohibens rem alienari, afficit rem, vbicumque fiat contractus conſ. 71. nu. 4. fol. 258. Loci rei ſitæ attendi debet nu. 8. Pœnale non extenditur conſ. 102. nu. 9. fol. 385. Certam qualitatem requirens, oportet quod qualitas interueniat nu. 11. Interpretatur vt minus lædat ius commune nu. 33. fol. 387. Et ſecundum loci conſuetudinem nu. 34. Non extenditur de perſona ad perſonam, nec de loco, ad locum nu. 36. Stricti Iuris eſt, & non derogat, niſi in loco ſuo nu. 37. Non ligat niſi ſubditos conſ. 103. nu. 1 fol. 389. Non ignorantes nu. 2. Non punit delicta, niſi totaliter conſummata nu. 10. Non extenditur ad caſum fictum num. 11. fol. 390. Recipit interpretationem à Iure communi nu. 25. Non ligat ſtatuentem nu. 30. Excludens patrem, excludit auum paternum conſ. 115. nu. 29. fol. 459.

Stephani de Caieta opinio reijcitur conſ. 115. num. 129. fol. 470.

Stylus Curiæ oſtendit Principis mentem conſ. 33. nu. 14. fol. 166.

Stipulatio pro filijs intelligitur, vti hæredibus conſ. 9 nu. 21 fol. 78. 79. Secundum verba determinatur nu. 76. fol. 84. Ex vna cauſa commiſſa, ex altera licet extet conditio committi non poteſt conſ. 42. nu. 3. fol. 187.

Stupri actio quinquennio excluditur conſ. 108. nu. 5. fol. 404. Et quando ſecus nu. 6. Contra hæredem non datur nu. 15. Non tenetur qui vilem ſtupratus eſt nu. 4.

Subfeudi pars nõ dicitur ſubfeudum de per ſe, ſed pars, & pars omnis integrum feudum conſtituit conſ. 3. nu. 28 fol. 25. Indiuiduum, & quare nu. 29. Pars nominata caput, non eſt ſeparata reſpectu plurium corporum nu. 31.

Subrogatus ſapit naturam ſubrogati conſ. 9. nu. 71. fol. 84. Habet omnia, quæ per prius habebat conſ. 38. nu. 44. fol. 179. & conſ. 61. nu. 11. fol. 234. conſ. 103. nu. 27. fol. 391. conſ. 91. nu. 11. 12. fol. 356.

Subſcribens non ſubſcribenda punitur conſ. 5. num. 94. fol. 43.

Subſtitutio quando nõ excludit matrem à legitima conſ. 25. nu. 25. fol. 129. Eſt ſecunda inſtitutio conſ. 49. nu. 18. fol. 210. Fit in contractu inter viuos conſ. 51. nu. 5. fol. 214. In caſu mortis ab inteſtato ceſſat condito teſtamento conſ. 53. nu. 1. fol. 218. Intelligitur ſecundum inſtitutionem nu. 3. Non extenditur ad non expreſſa nu. 11. Pupillaris quando ceſſet conſ. 70. nu. 2. f. 251. Quando eſt vulgaris, non accedunt prælegata num. 4. 8. Refertur ad præcedentia conſ 70. nu. 12. fol. 253.

Subſtitutus capit, ac ſi incapax non eſſet in medio conſil. 109 num. 30. fol. 410. Poſt mortem dicitur Iure fideicommiſſi, ſuccedere conſ. 115. num. 41. 42. Statutaria potentior eſt hominis nu. 54. 61.

Subuentiones quas præſtant vaſſalli ſunt collectæ conſ. 86 nu. 63. fol. 314.

Succeſſor vtitur Iure prædeceſſoris conſ. 10. nu. 2. fol. 86. Eſt de Iure poſitiuo conſ. 115. nu. 55. fol. 462. Quo ordine ſit nu. 2. fol. 455.

Summaria cauſa ſemiplenam requirit probationem, & reijcit repulſam conſ. 88. nu. 19. fo. 334.

Summæ quando ſunt, vt indiuiduum conſil. 44. num. 1. fol. 190.

Suſpectus in iudicando quando ſit ſuſpectus in delegando conſ. 32. nu. 9. 11. fol. 162.

T

TAciturnitate quando præſcribatur, vel aboleatur delictum conſ. 108. nu. 16 fol. 405.

Templi appellatione quid veniebat apud antiquos conſ. 18. nu. 13. fol 108.

Tempus immemorabile habet fundatam intentionem conſ. 20. nu. 5. fol. 114. Concedit etiam dominium directũ nu. 6. Quia habet vim conſtituti nu 7. An præſcriptionem etiam contra Imperium inducat nu. 8. 9. Antiquum quod ſit conſ. 30 nu. 28 fol. 153. Præſens habetur ad futurum, & è contra conſ. 70. num. 19. fol. 254. Immemorabile quam habeat vim, etiam in regalibus conſ. 83. nu. 20 fol. 298. Datæ attenditur in gratioſis conſ. 106. num. 1. 8. 9. fol. 396. Habens poſterior non debet locum anterioris ambire conſ. 2. num. 13. fol. 15.

Teneri verbum meri facti eſt, & ad meram tenutam refertur conſ. 10. nu. 20. fol. 88. & conſ. 12. nu. 9. fol. 96.

Terra facta camera habet immunitatem à Rege, non à Barone conſ. 35. nu. 7 fol. 170.

Theſaurarius quis dicatur conſ. 80. nu. 18. fol. 289.

Teſtamentum ſi eadem die duplicetur diuerſiſq; ſcribantur hæredes an valeat conſ. 5. nu. 26. fol. 38. Debet in ſpecie reuocari conſ. 7. nu. 44. fol. 65. Quando ſumat vires conſ. 36. nu. 16. fol. 172. Recipit interpretationẽ à ſui ipſius parte conſ. 53. nu. 7. fol. 218. Mulieris cum Mundualdo, nec ad pias cauſas valet conſ. 60. num. 5. fol. 232. Quæ requirat num. 6. Subſtantiam habet de Iure gentium nu. 7. Solemnitatem à Iure Ciuili nu. 8. Inter liberos non niſi ſpecialiter reuocatur conſil. 69. num. 5.

Digitized by Google

nu. 5. fol. 248. Cum codicillo eandem habet diſpoſitionem conſ. 79. nu. 7. fol. 284.
Teſtator in dubio cenſetur diſponere ſecundum ius loci conſ. 8. nu. 11. fol. 71. Legem ſibi non poteſt imponere, à qua diſcedere nequeat conſ. 36. nu. 4. fol. 171. Si dicat lego, & dono cenſetur legare, non donare conſ. 36. nu. 13. fol. 172. Quod in mente potius habuit, quam verbis ſpectatur conſ. 48. nu. 5. fol. 203. & conſ. 53. nu. 16. fol. 219. & nu. 25. fol. 220. Non præſumitur dixiſſe quod non exprexit nu. 17. & conſ. 70. num. 27. fol. 255. & conſ. 76. nu. 14. fol. 270. Non præſumitur voluiſſe, niſi diſpoſita conſ. 76. nu. 16. fol. 370.
Teſtes varij, & diſcordantes non probant conſ. 19. nu. 7. fol. 111. In cauſa propria non probant num. 8. Pauci affirmantes probant magis quam mille negantes conſ. 57. nu. 5. fol. 225. Nulliter recepti non nocent, conſ. 84. nu. 15. fol. 301. Debent ſcribi, vt probent con. 85. num. 21. fol. 304. Publicati ipſo Iure cenſentur termino elapſo conſ. 88. nu. 25. fol. 335. De auditu contra producentem probant conſ. 95. nu. 8. fol. 372. In vno falſus in omnibus falſus conſ. 104. nu. 4. fol. 393. De ſuo iudicio deponentes non probant conſ. 107. nu. 9. fol. 401. Si inuicem contradicant, non probant, etiam ſi ab eadem parte producti ſint nu. 1. 4. Non deponentes, vt teſtes non probant nu. 10. 11. Nec inueriſimiles nu. 12. Plures debent eſſe concordes, vt indicium faciant nu. 16. Viliſſimi repelluntur num. 18. Etiam ſuſpecti de inimicitia repellũtur nu. 19. 20. Singulares non probant, nu. 22. Numero maiores quando validiores conſ. 110. num. 8. fol. 417. Duo reprobant vnum num. 9. Vnici quando probent conſ. 114. nu. 1. 29. 32. fol. 437. Quod numero debent eſſe contra Officiales, & quales nu. 6. 7. 8. Inhabiles admittuntur in ſimonia nu. 17. Quando inhabilis ſuppleatur per inhabilẽ nu. 20. 21. Quando conualidentur nu. 22. 23. Inhabiles ſupplentur arbitrio Iudicis nu. 24. 33. Quando probent in facto proprio num. 32. Quid quando alias veritas haberi non poteſt nu. 34. 39. & ſeq. Mediatores quando probent num. 56. 57. 62. Dicentes ſe voluiſſe corrumpi, quando probent conſ. 114. nu. 60. fol. 444. Quando in aliorum locum ſubrogari poſſunt num. 69. Contra inſtrumentum omni exceptione maiores eſſe debent nu. 70.
Teſtimonium in cauſa propria nemo dicit conſ. 5. nu. 109. fol. 46. Mentis ſunt verba conſ. 53. nu. 24. fol. 220.
Titulus de locatione prædior. ciuiliũ à quo promulgatus conſ. 18. nu. 11. fol. 108. De quibus bonis loquatur nu. 12. Authoris prodeſt ſucceſſori conſ. 10. nu. 1. fol. 86. Si non habeatur remedium poſſeſſorium an ceſſet conſ. 28. nu. 41. fol. 145.
Torturæ indicia Iudici ſunt arbitraria conſ. 114. num. 8. fol. 448.
Totum qui dicit nihil excludit conſ. 7. nu. 60. fol. 67. Et par idem habet iudicium conſ. 41. nu. 14. fol. 186.
Tranſactio facta cum clauſula ſaluo beneplacito Curiæ, vel Papæ non inducit ſimoniam conſ. 5. nu. 58. fol. 41. Parit exceptionem litis finitæ conſ. 28. nu. 21. fol. 142. Ratione iuramenti eſt indiuidua conſ. 44. num. 2. fol. 190. Grauati, fideicommiſſario non præiudicat conſ. 78. nu. 10. fol. 281. Super feudis quando valida conſ. 83. nu. 3. fol. 297. Non eſt alienatio nu. 5. Prohibetur in feudis abſque mandato Curiæ nu. 8. Si reſcindatur ad minoris inſtantiam aduerſarius reſtituitur ad primeua Iura conſ. 15. nu. 6. fol. 102. Quando læſione reſcindatur conſ. 112. nu. 40. fol. 428.
Turbato manu armata competit regale præſidium conſ. 31. numer. 24. fol. 158.
Tutela defertur ex mente legis conſ. 10. num. 26. fol. 88.
Tutor quando præſumatur in dolo, & culpa conſ. 30. nu. 19. 21. fol. 152. Debet ſibi ipſi ſoluere, & fit ſecum cõpenſatio nu. 20. Quando ſecus nu. 22. Ante calculum tenetur reſtituere omnia in inuentario deſcripta num. 24. Non poteſt eſſe pupilli debitor conſ. 53. num. 37. fol. 221. Poteſt ſibi ſatisfacere conſ. 53. nu. 36. Tacens creditum ſuum ſibi præiudicat nu. 38.

V

Variatio deteſtatur conſ. 7. nu. 18. fol. 63. Et vacillatio legibus inimica conſ. 86. nu. 91. fol. 316.
Vaſallus in damno eſt ex dominio diuerſorum dominorum conſ. 3. nu. 12. fol. 24. Debet de perſona ſeruire conſ. 5. nu. 146. fol. 51. Non tenetur vltra poſſe, nec euidenti ſe periculo exponere num. 152. Si ad inimicos ex iuſta cauſa accedit, excuſatur num. 158. Inuitus non alienatur conſ. 41. nu. 3. fol. 185. Eſt in ſeruitute redactus, & liberto æquiparatur num. 1. Si vendatur à Domino, poteſt oblato pretio ſe redimere, & intra quæ tempora, num. 2. 4. Præfertur extero in affictu fructuum, & iuriſdictionis feudi, nu. 5. 18. Tenetur vendere fructus Baroni potius, quam alteri nu. 6. Non poteſt culturam Baronis deſerere, & aliena colere nu. 7. Non iudicatur cum Domino ad Imparia nu. 8. 17. Venit appellatione ſuorum nu. 10. Vtile ſuum inuito Domino nõ alienat, & è contra nu. 16. fol. 186. Cogitur res ſuas vendere, vel locare pro vſu publico conſ. 45. nu. 8. fol. 192. Veniens contra patriam feudo priuatur nu. 29. Sub Barone grauaminibus vexatur conſ. 84. nu. 7. fol. 300. & conſ. 86. nu. 47. fol. 313 A Domino inuitus non alienatur conſ. 86. num. 1. fol. 308. Quando ſit vtilis dominij Dominus nu. 2. De ſtatu ſuo nec ab Imperatore minuitur nu. 4. Si inuitus alienetur non poſſit ſe per fallacias redimere num. 11. Et numquid reſiſtere nu. 12. Tranſit cum tota Curia, ſi alienetur nu. 16. 24. 25. Regis quando venditur fit deterioris conditionis nu. 27. Si ex conſuetudine vendatur, quando venditio ſubſtineatur nu. 28. Non alienat ſine Domini conſenſu conſ. 86. nu. 32. fol. 312. Cum Domino iudicatur ad paria num. 37. Quo Iure poſſit ſe redimere nu. 38. vſque 45. Eſt quodammodo in ſeruitute Baronis num. 46. Quod viuat ſub Rege, ſumma libertas eſt, num. 48. Quaſi Domini ſeruus eſt, num. 55. Quare prælationem habeat, ſi vendatur nu. 57. Poteſt recuſare vaſallagium Baronum num. 62. fol. 314. Tenetur Domino ſuo reuerentiam exhibere nu. 65. Si feudum pro Domini ſeruitio amittat, tenetur Dominus ad coæquale concedendum conſ. 86. nu. 131. fol. 320. Delinquens quando feudo priuetur conſ. 109. nu. 14. fol. 409.
Vectigal imponitur perſonis pro rebus conſ. 20. num. 15. fol. 115.
Venditio facta à Iudice, quando obliget debitorem de euictione conſ. 1. num. 49. fol. 19. Quando eſt non præſenti pecunia, eſt nulla conſ. 14. nu. 3. fol. 99. Subhaſta cum graduatione arguit debitorem non eſſe ſoluendo conſ. 38. nu. 55. fol. 180.
Venditores vendicant ab emptore fure conſ. 98. num. 20. fol. 376.
Veneno delictum commiſſum dicitur proditorium conſ. 102. nu. 27. fol. 387.
Verba derogatoria quid operentur conſ. 7. num. 53. f. 66.



Digitized by Google

*Vniuerſalia quid comprehendant nu. 59. Trahuntur etiam ad caſum improprium nu.61. Quando cenſeantur repetita conſ.9.nu.16.f.77. Non ſunt in ſuo ſignificatu ommittenda nu.74. fol.84. Legis vbi deficiunt, deficit ibi legis diſpoſitio conſ.10.n.4. fol.86.& conſ. 12.nu.5.fol.95. Impropriantur vt mens teſtatoris ſeruetur conſ.14.nu.10.fol.100. Non ſufficiunt, vbi opus eſt facto conſ.30.nu.25.fol.153. Sunt intelligenda ſecundum naturam actus conſ.36.nu.2.fol.171. Accipiuntur inpropriè, vt actui deſeruiant num. 11. Importantia conſilium quando importent neceſſitatem conſ.48.nu.8.fol.205. Teſtamenti ſunt forma ſubſtantialis diſpoſitionis conſ.59.nu.19.20.fol.219. Deſeruire debent intentioni conſ.70.nu.21. fol.254. Debent ſemper aliquid operari conſ.77.nu.10.fol.275. Vltima derogant primis num. 26. Semper debent aliquid operari conſ.102.nu.12.fol.385. Generalia non extenduntur ad indignos conſ.109.nu.10.fol.408. In ablatiuis abſolutis poſita inducunt conditionem conſ.115. nu.63.fol.462.*

*Verbum ſignanter limitat, & reſtringit conſ.13.nu.1.fol. 98. Deputo, & aſſigno, idem eſt, ac lego conſ. 36. nu. 9. fol.171. Hæres quando faciat diſpoſitionem hæreditariam conſ.51.nu.7.fol.214. Quoſcumque generale eſt conſ.60.num.1.fol.231. Lego non inducit inſtitutionem nu.10.fol. 253. Præcipuè quid importet conſ. 70.nu.14.fol.253. Succeſſor quos complectatur conſil. 76.num.19.20.22.fol.270. Ademptio quid denotet conſ.87.num.52.fol.327. Succedere intelligitur poſt mortem conſ.115.nu.26.fol.458. Præterquam quando ponitur excluſiuè nu.80.fol.464.*

*Veriſimile pro expreſſo habetur conſ.14.nu.8.fol.100.*

*Veritas attenditur à tempore conceſſionis conſ. 5. num. 137.fol.49.*

*Vexatio poteſt redimi conſ.83.nu.4.fol.297.*

*Vicinus in retractu rei vicini poteſt ſe pœnitere conſ.78. nu.12.fol.281.*

*Viduam rapiens ſcelus magnum committit conſil. 106. nu.26.fol.399.*

*Vincens vincentem te, vincere videtur te, conſ.88. nu. 54.fol.339.*

*Vinearum cultura morã non patitur conſ.72.n.4. f.260.*

*Viuere ſemper nemo poteſt cunſ.76.nu.10.fol.269.*

*Vltimi receptio nõ nocet primo nominato, & electo conſ. 87.nu.12.fol.323.*

*Vniuerſalitas quando extendatur ad appendices conſ.7. nu.64.fol.67.*

*Vniuerſitas quando admittatur ad demanium conſ.84. nu.1.fol.300. Singulorum nomine non venit num.12. 13. Pupillo æquiparatur nu.21. Reſtituitur etiam, ſi in vno homine redigatur nu. 23. Vtitur Iure priuati conſ.45. nu.24. fol.194. An habeat ius congrui n.21. Statuere poteſt num. 25.*

*Vocati quando intelligantur ex perſona propria conſ.51. numer. 9. fol. 214.*

*Volatilia, & fructus à quibus poſſunt Officiales recipere conſ.114.nu.101.fol.450.*

*Volũtas Regis ſufficit in gratijs ſolo verbo exprimi conſ. 2.nu.3.fol.15. Geminata animum determinatum demonſtrat nu.56. Pro ratione eſt nu.78.fol.22. Eſt humanorum actuum ſubſtantia, & radix conſ.5.nu.23. fol. 37. Talis eſſe præſumitur qualis lex ſcripta num. 79.fol.43. Quando abeſt à conceſſione per importunitatem conceſſum dicitur nu 81. Defuncti qualiter interpretetur conſ.14.nu.6. fol.100. Et propoſitum diſtinguunt delicta conſ.19.nu.4.fol.111. Habendi Iudicem cauſat ſuſpitionem conſ.28.nu.2.fol.139. Vltima ambulatoria vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſ.36.num.3.fol.171: Et potentia regulant actum conſ.38.nu.30.fol.178. Teſtatoris ſeruanda eſt conſ. 49.nu.13.fol.209. & conſ.50.nu.11.fol.212. Ex coniecturis colligitur nu.12. Teſtatoris non eſt diuinanda conſ.53.nu.14.fol.219. Qualiter interpretetur nu.21. 22.23. & conſ.59. nu.2. fol. 229. Teſtatoris facit iniquitatem preſumptam ceſſare conſ.76.nu.24 fol.271. Mutata non præſumitur conſ.79. nu.23. fol.286. Et propoſitum diſtinguunt maleficia conſil. 105. num.6. fol.395.*

*Voluptatis in vſum erogans dicitur dilapidare conſ.81. nu.7.fol.291.*

*Vſufructuarius qui tenetur reſtituere nõ poteſt dici proprietarius conſ.49.nu.8.fol.209. Poſterior viuente anteriore non poteſt agere nu.9. Quando fructus non recollectos ad hæredes tranſmittat conſil. 73. num. 7. fol. 261.*

*Vſuræ non veniunt, niſi ex mora, & quis non dicatur in mora conſ.90.nu.66. fol.354. Si recipiantur omni Iure reſtitutio debetur nu.10 fol.346.*

*Vſus rei quando haberi non poteſt, dicitur res perempta conſ.6.nu.16.fol.57.*

*Vſusfructus an debeatur parentibus in bonis filiorum, & quid in bonis nepotum conſ.15.nu.1.fol.102. Non poteſt cõcedi in præiudicium creditorum poſt acquiſitionem, nec eo non vti nu.13. Venit Iure fideicommiſſi, & legati conſ.49.nu.3.fol.203. Debetur hæredi ſuperſtiti nu.10.*

*Vtilitas publica facit ordinationes perpetuas conſ.86.nu. 84.fol.315.*

*Vulnus vbi non adeſt, non eſt neceſſaria partis remiſſio conſ.102.nu.5. fol.384. Quando præſumatur læthale conſ.110.num.10.fol.417.& num.12.13.14.15.16.& conſ.110.nu.18.19 fol.418. In loco periculoſo arguit malum animum in vulnerante nu.21.*

*Vxor petens dotem an poſſit de adulterio reconueniri conſ.21.nu.10.fol.316. Poteſt ſi vult petere, vt præciſè ſibi dos ſoluatur num.12.13. Quando capit quartam in bonis viri conſ.25.num.7.fol.127. Qualiter ſit dotis domina conſ.68.nu.15.fol.246.*

*FINIS.*

Imprimatur. Alexander Epiſcopus Carin. & Vic. Gen. Neap.

*Alexander Ruſſus Canonicus Deputatus S.Theol. & V.I.D. vidit.*

*Ioannes Longus Canonicus Neapolitanus, & Curiæ Archiepiſc. Neap. Theol. Deputatus vidit.*

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

bo
ca
ba
no
loc
do
vert
al C
que
Dio
ave
tra
los
to
dos
sin
hier
la
lam
do
es
del
en
los
man
pos
cip

eran de eſta calidad, y numero, le vino deſeo muy eficaz de obligarſe a guardarlos con voto tan eſtrecho, que ſu quebrantamiento fueſſe pecado mortal, pero no quiſo ſin conſejo echar à ſu conciencia tan fuertes cadenas, y aſsi pidiò licencia para ello al que le confeſſaba, que como diximos era hombre doctiſsimo, y muy eſpiritual, y para darle la licencia, y no proceder ſin baſtante conocimiento de la cauſa, le pidiò la liſta de las coſas, à que queria obligarſe, y quando las leyò, ſe quedò admirado, y brotando afuera el eſpanto, que le avia cauſado adentro, le dixo: *Bondad de Dios hermano, como quiere guardar todo eſto, no conoce que es impoſsible, y temeridad loca el querer obligarſe à ello? Por ventura lo à cumplido haſta aora, ſin aver quebrantado coſa alguna de las que aqui trae eſcritas, y eſtà firme en que podrà vivir toda ſu vida ſin quebrantarlas?* A eſto reſpondiò nueſtro Fray Manuel, que eſperaba guardarlo con la gracia de Dios, como haſta entonces avia guardado ſiempre lo que avia propueſto; ſin aver faltado à coſa alguna con plena advertencia. Mas admirò eſto ſegundo al Confeſſor, que lo primero, y creyò que guiaba aquellos paſſos el dedo de Dios, por que ſin tal eſpiritu, no podia aver obſervancia plena de las leyes, que traia pueſtas à ſus ojos, de no levantarlos ſin neceſsidad, ni hablar, le era licito ſin conocida vrgencia, ni ſacar las manos de debaxo de el eſcapulario, y eſtos ſin las rigoroſas penitencias, à que tambien ſe obligaba. Negòle no obſtante la licencia, que pedia, conſintiendole ſolamente à que ſe obligaſſe con voto à dos, ò tres de aquellos propoſitos, y eſto lo hizo por ver el fervor, con que lo deſeaba, y todos los demàs ſe los dexò en la esfera de ſimples propoſitos, y eſtos los guardaba con tanto rigor, como ſe manifieſta en eſte caſo. Entre los propoſitos era vno tomar muchas vezes diſciplinas de ſangre, y vna noche de las ſeñaladas le acometiò vn accidente, y tan grande indiſpoſicion, que no hallandoſe con fuerças para aquel exercicio, ſe fue à pedir licencia à ſu Confeſſor para dexarle. Llegò à la puerta de la Celda, y conociò que eſtaba recogido, y por no inquietarle ſe bolviò à ſu retiro, y en el tomò ſu diſciplina con tanto rigor, que ſe le encendiò vna grande calentura, y eſtuvo muy malo el dia ſiguiente.

Las armas de ſu milicia, con que caſtigaba ſu cuerpo, y le ſugetaba a ſervidumbre, eran variedad de inſtrumentos, que caſi todos eran de hierro, por que tenia tres diſciplinas, la vna de ramales de cañamo, y de eſta vſaba regularmente, otra de cadenas de hierro ſembrada de puntas, y con eſta ſe açotaba las vigilias de fieſtas de grande ſolemnidad; y al principio hazia eſte exercicio en el Coro à las onze de la noche, haſta que reparò ſe avian enſangretado paredes, y bancos, y entonces mudò de ſitio, otra tenia tambien de hierro, pero no tenia puntas en los ramales, y à la que las tenia ſe le gaſtaron por la continuacion de el exercicio, que de todas tres era en eſta forma, fuera de la diſciplina de Comunidad, que en adviento, y otras temporadas es todos los dias, y quatro en la ſemana todo el año. Eſte exercicio de Comunidad le hazia con la diſciplina comun de cañamo, y deſpues à las onze de la noche tomaba otra con aquel Religioſo, que le era fiel compañero en ſus exercicios, pero las vigilias de Nueſtra Señora, de Chriſto nueſtro bien, y otros Santos de ſu devocion, era de ſangre eſta diſciplina, y el inſtrumento era la que tenia los ramales quaxados de puntas de hierro, aunque tambien las otras ſolian ſer de ſangre por las heridas, que las primeras avian dexado en ſu cuerpo, que no neceſsitaban de tan riguroſo inſtrumento para renovarſe, como para abrirſe. Fuera de eſtas tomaba otras diſciplinas extraordinarias, que no tenian dia determinado, y las

gover-

Digitized by Google

Digitized by Google